CATHENA HOMERI

MOSES

SOLON NOMOΣ ΘΕΟΔΩΡΟΣ

DIGESTVM NOVVM

NOVA AVXESI CVMVLATVM: MEN-
dis etiam tam literariis, quam glossariis, deprauatisq; loco
rum citationibus emendatum, Ad hęc antiquę Florentina-
rum, seu Pisanarum, Auenionensiumq; Pandectarum in-
tegritati collatum, Varietate lectionis non contemnen-
dę multiplicatum, Necnon summis rerum capitibus in vno
quoque libro per conspicuas imagines designatis, cum ocu-
los tum animum pictura pascens non inani.

DRACO ΑΙΜΑΤΟΝΟΜΟΣ

CERES ΘΕΣΜΟΦΟΡΑ



VIRTVTI SIC CEDIT INVIDIA.

LVGDVNI,

Ad Salamandræ, Apud Sennetonios Fratres.

.M. D. L.

Priuilegio Regis.

QVAESITOR MINOS VRNAM MOVET.

Extraict du priuilege du Roy.

IL a pleu au Roy nostre sire de donner priuilege & pmission à Iaques, Iean, & Claude de Sennetons freres, citoyēs de la ville de Lyon, d'imprimer, ou faire imprimer tous les Cours des droictz Ciuil, & Canon, auec plusieurs corrections, annotations, additions, emendations, & varieté de lecture, selon les vrays & anciens exemplaires sur lesquelz ilz les ont faict cōferer par gens doctes, expers & sçauans esdictz droictz, & iceulx enrichi de plusieurs figures, accommodees, & appropriees à tous les commencemens des liures du Droict, selon l'intelligence des tiltres, & loix. Ce que par cy deuant n'a esté faict. Pareillement ont adiousté Corpus Legum, qui anciennement a esté extraict du propre texte des Loix & Pandectes, qui ne fut oncques imprimé, lesquelz ilz ont recouuré, faict veoir, conferer, corriger, emender, additionner, & annoter, auecques grāds labeurs, & despens. Parquoy sont faictes defenses de par ledict Seigneur à tous Libraires, Imprimeurs, & autres: qu'ilz n'ayent à imprimer, ne faire imprimer, vēdre, ne distribuer en quelque façon & maniere que ce soit deās son Royaume, terres, & seigneuries, lesdictz Cours Ciuil & Canon, auec lesdictes corrections, annotations, emēdations, additions, varieté de lectures figures, Corpus legum susdict, sans le cōsentemēt desdictz Sennetons. Et ce iusque au temps & terme de dix ans prochainemēt venans, à compter du iour, & date que la premiere impression desdictz liures, & chascun d'iceulx sera parfaicte d'imprimer, & ce sur certaines & grandes peines. Comme plus à plain est contenu esdictes letres sur ce expediees à Lion, le douziesme iour de Septembre, Mil cinq cens quarantehuict, & de nostre regne le deuxiesme. Signé par le Roy, (Iean Iaques, Maistre des Requeste present) Coeffier, & seellees de cire iaune à simple queüe.

Tituli ff. Noui carminibus. LVI. comprehensi.

DIGESTI NOVI RVBRICAE CLXXIIII. versibus LVI. elucidantur.

¶ Rubricæ Primi Libri.

PRima nouum dat opus pars. infectum quoq; damnum.
Hinc arcetur aqua pluuialis: de publicanis.
Donatis. causa mortis donatio subsit.

¶ De operis noui nunciatione. De damno infecto, & de subgrundis & protectis. De aqua pluuia arcenda. De publicanis & vectigalibus & commissis. De donationibus. De mortis causa donationibus, & capionibus.

¶ Rub. secundi libri.

Parte manumissi sunt & vindicta secunda.
Vrbica mancipia. per testamenta relaxas.
Per lege commissas libertates. & ademptas.
Inde statuliber. veniens. non liberat. aurum.
Natali. causa. non pro clamare licebit.
Ingenuus. defunctus erit. collusio tecta.

¶ De manumissionibus. De manumissis vindicta. De manumissionibus quę seruis ad vniuersitatem pertinentibus imponuntur. De manumissis testamento. De fideicommissarijs libertatibus. De ademptione libertatis. De statuliberis. Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt. Qui & à quib⁹ manumissi liberi nō fiunt. De iure aureorū annulorū. De natalibus restituendis. De liberali causa. Quibus ad libertatem proclamare non licet. Si libertus ingenuus esse dicatur. Ne de statu defunctorum post quinquennium queratur. De collusione detegenda.

¶ Rub. tertij libri.

Tertia res quærit. possessa. vsucapiendo.
Soluit. emens. hæres tribuit. donata. relicta.
His pro legato. pro dote. suo, superades.

¶ De acquirendo rerū dominio. De acquirenda vel amittenda possessione. De vsucapionibus seu vsurpationibus. Pro soluto. Pro emptore. Pro hærede. Pro donato. Pro derelicto. Pro legato. Pro dote. Pro suo.

¶ Rub. quarti libri.

Iudicat, & quarta. confessis. cedit. eatur.
Iudex est author. cùm priuilegia credit.
Separo curator. in fraudem facta resoluo.

¶ De re iudicata. De confessis. De cessione bonorum. Quibus ex causis in possessionem eatur. De bonis authoritate iudicis possidendis. De priuilegijs creditorum. De separationibus. De curatore bonis dando. Quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur.

¶ Rub. quinti libri.

Interdicta. bona. legataq; quinta notabit.
Ne vis. de tabulis. facer. & loca. publicus hic sunt.
Pòst fruitur. reficit. de fluminibus. prior æstas.
Nauigat. & ripa. de vi. sic possideatis.
Estq; superficies. iter actus. quotidiana.
Istis de riuis, addas. de fonte. cloacis.
Quod vi clam ve. remitto. precaria. cæditur arbor.
Glans & liber homo. fatus exhibeatur. vtrobi.
Cùm de migrando. iungatur Saluia dictum.

¶ De interdictis, seu extraordinarijs actionibus, quæ pro his cōpetunt. Quorum bonorum. Quorum legatorum. Ne vis fiat ei qui in possessionē missus est. De tabulis exhibendis. Ne quid in loco sacro fiat. De locis & itineribus publicis. Ne quid in loco publico vel itinere fiat. De loco publico fruēdo. De via publica, & itinere publico reficiēdo. De fluminibus: & ne q̄d in flumine publico ripave eius fiat quò peius nauiget. Ne quid in flumīe publico ripave eius fiat quò aliter aqua fluat, quā priore æstate fluxerit. Vt in flumine publico nauigare liceat. De ripa munienda. De vi & vi armata. Vti possidetis. De superficiebus. De itinere actuq; priuato. De aqua quotidiana & æstiua. De riuis. De fonte. De cloacis. Quod vi aut clam. De remissionibus. De precario. De arboribus cædendis. De glande legenda. De libero homine exhibendo. De liberis exhibendis vel deducendis. Vtrobi. De migrando. De saluiano interdicto.

¶ Rub. sexti libri.

Excipio sexta. res iudico. tempora scribens.
Sunt dolus. & iurans. lites ac actio iuncta.

¶ De exceptionibus seu præscriptionibus & præiudicijs. De exceptione rei iudicatæ. De diuersis & temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum. De doli mali & metus exceptione. Quarum rerū actio non datur. De litigiosis. De actionibus & obligationibus.

¶ Rub. septimi libri.

Septima verba. duo. tradit seruo stipulanti.

De verborum obligationibus. De duobus reis constituendis stipulandi & promittendi. De stipulatione seruorum.

¶ Rub. octaui libri.

Parte fideiussor patet octaua. nouo. soluo.
Acceptat. prætor. saluam. solui. ratam haberi.

¶ De fideiussoribus & mandatoribus. De nouationibus & delegationibus. De solutionibus & liberationibus. De acceptilationibus. De prætorijs stipulationibus. Rem pupilli vel adolescentis saluam fore. Iudicatū solui. Rem ratam haberi, & de ratihabitione.

¶ Rub. noni libri.

Delictum. furtum. tignum pars nona tenebit.
Liber erit. caupo. si furta familia fecit.
Furtim cæsa. rapis bona. tunc incendo. libellos.
Criminibus. violant. & concutiunt. abigei.
Dum præuaricor. atque recepto. balnea. frangis.
Expilat hæredes. quos crimine stellio fallit.
Terminus. illicita collegia. dat popularis.

¶ De priuatis delictis. De furtis. De tigno iniuncto. Si quis testamento liber esse iussus fuerit, & post mortem domini ante aditam hæreditatē sur ripuisse aut corrupisse quid dicatur. Furti aduersus nautas, caupones, stabularios. Si familia furtum fecisse dicatur. Arborum furtim cæsarum. Vi bonorū raptorum. De incendio, ruina, naufragio. De iniurijs & famosis libellis. De extraordinarijs criminibus. De sepulchro violato. De concussionibus. De abigeis. De præuaricatoribus. De receptatoribus. De furibus balnearijs. De effractoribus & expilatoribus. De crimine expilatæ hæreditatis. De crimine stellionatus. De termino moto. De collegijs & corporibus illicitis. De popularibus actionibus.

¶ Rub. decimi libri.

Publica iudicia decima sunt parte notata.
Accusans. custos. est maiestatis amator.
Punit adulterium. vis publica. priuaq;. sica.
Pompeia. de falsis. lex Iulia de repetundis.
Carior annona fiet. si sacra peculor.
Ambitus admittit. plagiaria. Turpilianum.
Sæpe requiro eos. quos quæstio. pœnaq; mulctant.
Damnabo. mortem. deportatis. dabo passos.
His punitorum coniungo cadauera tandem.

¶ De publicis iudicijs. De accusationibus & inscriptionibus. De custodia & exhibitione reorum. Ad legem Iuliam maiestatis. Ad legē Iuliam de adulterijs & stupro. Ad legem Iuliam de vi publica. Ad legem Iuliam de vi priuata. Ad legem corneliam de sicarijs. Ad legem Pompeiā de parricidijs. Ad legem Corneliā de falsis, & de senatusconsulto Liboniano. Ad legem Iuliam repetundarum. Ad legem Iuliam de annona. Ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegijs, & de residuis. Ad legem Iuliā de ambitu. Ad legem Flauiam de plagiarijs. Ad senatusconsultum Turpilianū & de abolitionibus criminū. De requirendis reis, & absentibus damnandis. De quæstionibus. De pœnis. De bonis damnatorum. De bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi cōsciuerunt. De interdictis, & relegatis, & deportatis. De sententiā passis, & restitutis. De cadaueribus punitorū.

¶ Rub. vndecimi libri.

Vndecima appellat. quod non licet. est quis & à quo.
Quando. suscipiam. dimittam nilq; nouabo.
Rescindit causas. tutor. prouincia. cogit.
Mors interueniat. de fisci iure. reuersis.
Militat. in castris quærit bona. de veteranis.

¶ De appellationibus & relationibus. A quibus appellare nō licet. Quis & à quo appelletur. Quando appellandum sit, & intra quæ tempora. De appellationibus recipiendis vel nō. De libellis dimissorijs. Nil nouari appellatione interposita. Quæ sententiæ sine appellatione rescindātur. An per aliū causæ appellationis reddi possint. Si tutor, vel curator, vel magistratus, creatus appellauerit. Eum qui appellauerit, in prouincia defendi. Apud eum à quo appellat, aliam causam agere cōpellendum. Si pendente appellatiōe mors interuenerit. De iure fisci. De captiuis, & postliminio reuersis. De re militari. De castrēsi peculio. De priuilegijs veteranorum.

¶ Rub. duodecimi libri.

Municipales. estq; decurio parte suprema.
Albis. muneribus. uaco. ius immune tenendo.
Legatus. ciuis. decernit. opus populare.
Nundina. pollicita. varias dat cognitiones.
Sunt proxenetæ cauti. de censibus aucti.
Significata subit verborum. regula iuris.

¶ Ad municipalem, & de incolis. De decurionibus, & eorum filijs. De albo scribendo. De muneribus, & honoribus. De vacatione, & excusatione munerū. De iure immunitatis. De legationibus. De administratione rerū ad ciuitatem pertinentiū. De decretis ab ordine faciendis. De operibus publicis. De nūdinis. De pollicitationibus. De varijs & extraordinarijs cognitionibus. De proxeneticis. De censibus. De verborum & rerum significatione. De regulis iuris.

FINIS.

Tabula Titulorum Digesti Noui

Secundum ordinem Alphabeti.

FINIS.

Tabula legum Digeſti noui.

Tabula legum Digesti noui.

In perſonarum

Tabula legum Digesti noui.

LEGES OMNES DIGESTI noui hic ordine alphabetico inueniuntur si quando ineptus, aut mendosus sit titulus, legem quam quæris, promptam habeas.

Tabula legum Digesti noui.

Donationes

Tabula Legum Digesti Noui.

Tabula legum Digesti Noui.

Quodlibe

Tabula Legum Digesti Noui.

Tabula legum Digesti Noui.

Non vult

Tabula legum Digesti Noui.

Tabula legum Digesti Noui.

Tabula legum Digesti Noui.

Tabula legum Digesti Noui.

FINIS TABULÆ legum Digesti Noui.

TABVLA MATERIARVM

Digesti Noui, tam textus, quàm glossa-

RVM, STVDIO ET OPERA DOCTIS-
simi viri Egidij Perrini, officialis de Iosaio, in cõmune emolumen-
tum studiosorum omnium Iuris Cæsarei, iam nunc recens
congestus, & in expeditiorem ordinem redactus.

Tabula materiarum Digesti Noui.

Bona

Tabula materiarum Digesti Noui.

Tabula materiarum Digesti Noui.

Creditor

Tabula materiarum Digesti Noui.

Tabula materiarum Digesti Noui.

Tabula materiarum Digesti Noui.

Tabula materiarum Digesti Noui.

Habitus

Tabula materiarum Digesti Noui.

Iusti

Tabula materiarum Digesti Noui.

Tabula materiarum Digesti Noui.

Nihilomagis

Tabula materiarum Digesti Noui.

Tabula materiarum Digesti Noui.

Tabula materiarum Digeſti Noui.

Q

R

Reli-

Tabula materiarum Digesti Noui.

†††

T

Tabula materiarum Digeſti Noui.

FINIS.

TABVLA PRAECIPVARVM

materiarum , quæ semper menti inhærere debent, iam denuo ab Ægidio Perrino, officiali de Iosaio,cum magna diligentia,in singularem studiosorum omnium vtilitatem collecta.

Tabula materiarum Digesti Noui.

D

Tabula materiarum Digesti Noui.

Gener

Tabula materiarum Digesti Noui.

Tabula materiarum Digesti Noui.

Tabula materiarum Digesti Noui.

Valart

Tabula materiarum Digesti Noui.


FINIS.

DE TRIBVNIANO EX SVIDA, BVDEO INTERPRETE.

Tribunianus natione græcus, cùm omnis religionis contemptor erat, tum verò in primis à Christiana fide abhorrens: assentator & fraudulētus, vt qui Iustiniano principi persuaserit, mortē eum nō oppetiturum esse, atq; in cœlum cum carne assumptū iri. Quęstor Iustiniani fuit: tanta vi ingenij prædītus, vt doctrina pręstantissimus euaserit, ac nulli æuo suo secūdus. Cæterū auaritiæ eousq; indulgens, vt lucro venale ius habendum semper duxerit. Nam & leges quotidie fermè sordida dinūdinatione antiquare idētidem, ferreq; instituerat, vt cuiq; commodum esset. Hic cùm diu post honorem adeptum superuixisset, morbo tandem interijt, nihil prorsus molestiæ à quoq̃ vnquam passus. Erat enim sermone blandus, & aliâs suauis: auaritiæ quoq; morbū doctrinæ præstantia facilè obumbrare poterat.

DE IVSTINIANO, EX EODEM.

Iustinianus Romanorū Imperator in primis orthodoxus, hic omniū literarū expers fuit, atq; etiam (quod aiunt) analphabetus. Hæc quidē ille, sed Vdalrico Zasio in cōmentarijs suis, ad.l.ij.ff.de orig.iur.§. Et cùm placuisset. ad verbum iniuriosè, diuersum videtur, nempe nec à Christiana fide Tribunianum abhorruisse, nec analphabetum fuisse Iustinianum. Tu nunc vide lector, cui magis accedas, Suidæ né, an Zasio.



ANGELVS POLITIANVS MISCELLANEORVM. C.XLI.

Volumen ipsum Iustiniani Digestorum seu pandectarum, dubiò procul archetypum, in ipsa curia Florentina à summo magistratu publicè adseruatur, magnaq; ueneratione, quāquàm raro id, etiamq; ad funalia ostenditur. Est autē liber haud quota spoliorum prædeq; Pisanæ portio, sæpe à consultis citatus, maioribus characteribus, nullisq; interuallis dictionū: nullis item compendiarijs notis, quibusdā etiam, saltem in præfatione, uelut ab authore planè, & à cogitātē, atq; generante potius quàm à librario & exceptore inductis, expunctis ac superscriptis, cùm græca epistola, græcóq; etiam pulcherrimo hoc epigrammate in prima fronte.


EPIGRAMMA.

βίβλον ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε,
τὴν ὁ τριβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε παμβασιλῆϊ,
τοῖά τις ἡρακλῆϊ παναίολον ἀσπίδα τεύξας,
ᾗ ἐπιμαρμαίρουσιν ἀγάλματα πάντα θεμίστων
ἀνθρώποι δ᾽ ἀσίης τε δορυκτήτου τε λιβύσσης
εὐρώπης τε πίθοντ᾽ ὅλου σημάντορι κόσμου.

Ita vertit Alciatus lib. præter. secundo circa prin.

Iustinianus opus princeps hoc edidit, omnis
Quod Tribonianus rectori condidit orbis:
Tanquam aliquis uarium componens aspida magno
Alcide. namq; hic fulgent mira omnia legum.
Ast Europæ Asiæq; homines, Libyciq; subacti,
Cuncta gubernantis domini præcepta sequuntur.

Arbor exceptionum



NOVISSIMA, ET ADMODVM FRVGIFERA EXCEPTIONVM ARBOR AEDITA PER DISERTVM VIRVM PETRVM

Rebuffium de monte Peſulano, Iuris vtriuſq; Doctorem, & ſupremæ curiæ Pariſienſis aduocatum, & ab authore iam recens recognita, atq; emendata.

QVIA OMNIS de aliqua re inſtitutio debet à definitione proficiſci, iuxta illud quod ſcripſit tuba Romani eloquij Cicero (qui hoc modo appellatur per glo.in.l.j.de ſtud.libera. vrb.Ro.li.xj.C.) primo offici.lib.& refert Bal.in proœ. feudo.col.iij.in fi.cũ ſeq.per tex.& ibi Bald.in.l.j.ff.de iuſti.& iur.&.l.j.ff.ſi cer.pe. & Barba.in rub.huius tit.in cle.in princ.& in rub.de reſcrip.col.j.& de conſtit.col.ij.& in rub.de poſtula.præla.col.ij.& Pe.de ferra.in pract.in forma poſitionum actoris, in verſicu poſtquàm.& Troilus Maluitius in tractatu de oblationibus.in primo dubio. docto.in.l.j.ff.de acquirenda poſſeſsione. Bonus de curtili in tractatu nobilitatis, in ſecunda parte, & docto.in.l.j.per illum text.ff.de teſtamentis. &.l.j.ff.de tutelis.nam definitio eſt omnino ſubſtantia cuiuſcunq; ſignificantis, ſecundum Barba.in rubri.de re iudica.in clemen. Videamus ergo quid ſit exceptio. Secundò quo iure inuenta ſit. Tertiò ad arboris declarationem accedamus. Ad primum igitur veniendo, cum materia exceptionum ſit multum neceſſaria, per textum, in.§.alioquin.inſtitu.eodem. & in authen.de reſtitutio.& ea, quæ parit in vndecimo menſe.col.quarta. poſt principium.ibi, & in quadam exceptione neceſſaria, & frequens, & in iudicijs verſatilis: & ideò amplectenda.l.legaui.ff.de libera. legat. cum ſimilibus.& definitio eſt multum periculoſa.l.omnis definitio. ff.de reg.iur.tamen per illas definitiones nihil mutatur in re: nec ex eis obolum lucraberis ſecundum Ioan.Fabrum. in.§.ex non ſcripto. col.ij.inſti.de iure naturali.

1 Igitur ſic definitur exceptio per aliquos doctores. Exceptio eſt ius reo competens ad elidendam, excludendámue actoris intentionem.& hæc definitio compræhendit dilatorias, & peremptorias: vt tenet domi.Anto.de Tremolis in additio.ad practic.de Bonacurſo in princip. Ego verò inſequor definitionem iuriſconſulti (quia non poſſum inuenire meliorem) poſitam in.l.ſecunda.ff.eodem. Exceptio eſt actionis, vel intentionis excluſio. Hanc poſuerunt ferè omnes ſummiſtæ, Goffred.Azo.Hoſtien.& alij. & Barba. in rubrica huius tituli, in clemen.licet Ange.in rubri.inſtitut.eodem, col.mihi.iiij.verſic.Capiamus primum.tenet quòd non eſt definitio, ſed alluſio: at ego in tract. meo except.pleniùs tradidi, vbi dixi ſtãdum eſſe verbis iuriſconſulti: ſiue ſit alluſio, ſiue definitio.& communiter tenetur ꝙ ſit definitio: & & latius declarabitur in.j.diuiſione, infra. Nota tñ ꝙ exceptio duobus modis ſumitur: largè, & ſtrictè, ſeu propriè. Largè pro omni defenſione, excluſione, & replicatione: vt tenet gl.in.l.ij.ff.eo.nã replicatio excludit, ergo exceptio largè nuncupatur, per gl.in.l.fi.C.de ędendo.l.iuriſgentium.§.ſiue autem.ff.de pac.&.l.nam poſteà.in principio.ff.de iureiurand. Strictè, ſeu propriè capitur pro defenſione, quæ reo competit contra actionem actori competentem contra dictum reũ: vt tenet gl.& docto.in.d.l.ij.& Hoſti.in ſumma huius tituli.§.j.Ange.in rubr. eiuſdẽ tituli inſti.col.mihi.v.canoniſtę.in rub.de excep.Azo in ſumma.verſi.eſt autem ſciendum, & gl.ſuperius allegatę, & ibi Doctores. Ad ſecundum, quo iure ſit inuenta, & videtur ꝙ iure diuino in paradiſo terreſti.nam Adam de inobedientia à domino repræhenſus cur pomum vetitum comediſſet, actioni Dei exceptionem obijciens, relationem criminis in vxorem vertit dicens. Quam mihi ſociam dediſti: dedit mihi de ligno vitæ, & comedi. & Deus dixit ad mulierem: Quare hoc feciſti? quæ reſpondit: Serpens decepit me, & comedi.hęc habentur Geneſis.iij.c.& in capit.ſerpens.de pœnitentia, diſtinctione prima.ita tenet Specul.in proœ.ſui operis.verſi.ſanè.Ange.in rub. huius tituli.col.v.verſi.veniamus ad ſecundum.Panor.tamen in dicta rubri.tenet quòd eſt de iure naturali: quia eſt defenſio: ſed nihil allegat. Poſſumus allegare text.in.l.ſi quidem.ibi, nulla defenſio. &.l.defenſiones.C.eodem.c.cum inter.ibi, defenſionis copia.eodem titulo. Sed defenſio eſt de iure naturali.tex.in clemen.paſtoralis.§.cæterum.de re iudicata.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.& ibi Flo.ff.ad.l.Aquiliam.ergo & exceptio. Alij vt Barto.in.l.ex hoc iure.ff.de iuſtitia, & iure.& Io. Fabr. in principio inſtituta de obligationibus.col.ſecunda.quod ſit de iure ciuili, tenet: quia eſt actionis excluſio.dicta.l.ij.eodem titulo.ff. ſed actio eſt de iure ciuili.l.in commodato.§.ſicut.ibi, actiones ciuiles. ff.commoda.Ange.& Iaſon in.§.j.inſtitu.de actionibus.ergo &c.aliàs ſequeretur abſurdum, quòd exceptio eſſet prius quàm actio, & ſic excluſio. Ego dicerem ꝙ exceptio, quæ habet materiam de iure naturali, dicitur illo iure inuenta: & tunc dicitur habere materiam in hoc ne innocens condemnetur, & indebitè opprimatur. Nam hoc reſpicit defenſionem, quæ eſt de iure naturali, per dictam cle.paſtoralis.de re iud. ita tenet Deci.in.d.rubri.numero.vj.ad hæc.col.fina.de reſcrip. Si verò habet materiam præexiſtentem de iure ciuili: tunc eſt illo iure: vt exceptio præſcriptionis non numeratæ pecuniæ, & ſimiles, ſecundum Decium vbi ſupra. Poſſunt tamen omnes exceptiones dici de iure ciuili formalitate, & in modo, & ordine excipiendi, & ſe defendendi. Nam ius Ciuile non admittit omnes exceptiones paſsim, nec omni tempore, ſed certo modo, & ordine: vt tenent Panormi.& Deci.in dicta rubric.Soci.in rubri.ff.eodem. Ciuiliſtæ in.l.ſi quis.§.ſi is.pro quo. ff.quod quiſq; iuris. Canoniſtæ in.c.ex parte.in.ij.de offic.delega. Nec obſtat quod dicebatur de iure diuino: quia ibi erat quædam defenſio, quæ propriè non eſt exceptio per gloſſam ſingularem, & communiter approbatam in capitulo primo de litis conteſtatione.in, vj.ſed impropriè ſic: vt reſpondent Feli.& Deci.in rubric.& in dicto capi.ex parte. Nec etiam obſtat quod dicebat Panormita.in dicta rubric.allegando Cicero.primo officiorum.ibi, primo generi &c.quia intelligitur de defenſione actuali, ſeu manuali, ad quam natura omnia animalia inclinat, imò eis dedit certa inſtrumenta quibus ab aduerſis ſe tuerentur: vt bobus cornua.l.j.§.cum arietes.ff.ſi quadru.paupe.fec.dica.l.bouem. in princip.ff.de ædilitio edicto.ita Feli.& ibi in additio.ad eum in.c. dilecti filij.eo.titulo.& ideò conquęritur homo, quare natura eum nudum produxit, vt habetur in Plinio in princip.de naturali hiſtoria & omnibus animantibus dedit inſtrumenta: vt ſupra dixi. Non obſtat, quod ſit de iure ciuili: quia verum eſt inquantum excludit actionem, quæ eſt de iure ciuili: vt ſupra probaui: & etiam reſpectu formæ: ſed reſpectu intentionis eſt de iure naturali: quia intentionis excluſio erat ante ius ciuile: ſicut petitio erat ante actiones, quæ manu regia expediebantur.l.ſecunda.in principio ff.de origine iuris. Dec.vbi ſupra Floria.in.l.ſi ſeruus.numero.vij, ff.ad legem Aquil. Effectus ex iſta quæſtione reſultantes, vide per Doct.in.d.c.ex parte.

2 Prima ergo erit diuiſio, ꝙ quędam exceptiones ſunt meræ negationis, quędam actionis, ſeu iuris, quædam intentionis, vel facti. Meræ negationis eſt quando actio actori non competebat, nec competierat. ideò ſi actor agat, & aliquid petat, reus poteſt negare: & hæc non eſt propriè exceptio ſecundum Soci.in rub.de exceptio.ff.& Alexan.in additio.ad Barto.in.l.prima.ff.eodem.gloſſ.in.l.nam poſteà. ff.de iureiuran.in principio.&.c.ſecundo.de ordine cognitionum.& quia nil ponit, ideò à reo non erit probanda: vt tenet Bald.in.l.peremptorias. C.ſenten.reſcindi non poſſe.numero.xxxvj.& in.l.ſi quidem.in principio.C.eo. Largè tamen exceptio dici poteſt ſecundũ Deci.in.d.rubri.nume.iij.vide Barto.& alios.in.l.ſi Titus.ff.de verbo.obliga.& l.ſi pluribus.ff.de lega.j.&.l.quoties.§.ſi temporali.ff.de adminiſtr. tuto. & hanc poſui primam: quia in ius vocati ſunt faciles ad negandum.l. Item ſi vnus.§.fi.ff.de arbitris.& prima reſponſio reorum eſt negatio vt oculariter videmus.

3 ſi Aliæ ſunt actionis, ſeu iuris, & ſunt quæ actionem præſupponunt: vt ſi Titius decem mihi promiſit metu, & ago: habeo actionem ex ſtipulatu: tamen Titius habet exceptionem metus, quæ excludit actionem ex ſtipulatu: ideò in definitione ſupra fuit dictum quòd eſt excluſio actionis per textum in dicta.l.ſecunda.& regulariter exceptiones in ſcriptis non opponuntur, ſed ſatis eſt quòd in actis per notarium redigantur, & ſcribantur: vt tenet Bartolus, & alij in.l.prima.ff.eodẽ. Florianus in lege in exceptionibus.ff.de probationibus.lege prima.notabili in vltimo.ff.de ædendo.per Alexandrum. Decium in capitulo quoniam.numero.xxvj de probationibus. Aufre. in deciſionibus capellæ Toloſanæ.quæſtione.cx. Antonius de Tremolis in additionibus ad practicam. Vberti de Bonacurſo in rubrica de peremptorijs exceptionibus.in verſi.& ſubtiliter.& Lanfra.in repetitione dicti capituli. quoniam.in verſiculo, exceptiones.in fine.& Ange.col.mihi.xviij. in rubrica.imò ſufficit quòd proponatur factum ex quo reſultet exceptio: licet non dicat Excipio, ſecundum Baldum in dicta lege prima. niſi in exceptione recuſationis, & excommunicationis, quæ in ſcriptis debent proponi: vt tenet Philippus Francus in capitulo, appellatio. de appellationi.in.vj.& Feli.in rubrica vide tamen Barba.allegantem tex.in quibus debemus dicere, Excipio vel excipiendo dico in capitu.cum in cauſa.numero quarto. de officio delegati.quòd intelligit in doctis: ſecus in ignaris: quia ſufficit factum narrare. vide textum in.c. dilecti

dilecti filij.j.de appellationibus.Et ista est propriè exceptio secundū Socinum vbi supra,& doctores in rubrica de except.in decretalibus: per glossam in lege qui se debere.ff.de condictione causa da. & in lege,in rebus.C.de iure dotium. & Alexand.in additio.ad Bartolum in dicta.l.ij.& licet excludat actionem, non tamen tollit restitutionem in integrum,per gl.singula.in.l.in causæ.ij.ff.de minoribus.secundum Rauen.in alpha.in versi.exceptio.

4 Item aliæ sunt intentionis,seu facti,quæ actionem non competere actori ostendunt:vt si solui tibi decem quæ debebam,sublata est actio institut.quibus modis tollitur obligat.in principio. Si iterum petis, excipiam,& excludam intentionem tuam:quia actionem nō possum excludere,cum nulla sit,hoc declarant Paulus,& Iason in lege Titia. ff.de verborum obligat.Vel potest dici exceptio facti: quia sicut de facto agis:ita de facto excipio gloss.Bartol.& alij in dicta.l.ij.& in.l. obligationum ferè.§.fina.ff.de actioni.& obligat.Barba.in rubri.eiusdem tituli.in cle.& Docto.in.d.rubri.in decreta.& Ange. col.mihi.v. Lanfranc.in repeti.c.quoniam.in versic.exceptiones.de probatio.glo. Ias.& alij in dicta.l.qui se debere.Anto.de tremolis in additioni. ad pract.de Bonacurso in principio.& in rubric.de perempto. exceptio. versic.animaduertat igitur.vbi ponit octo species exceptionis intentionis,quas vide per te,non pono hic:sed in tractatu de except.ponā, & alia amplè ibi inseram.Alio tamen modo appellatur exceptio iuris vel facti:vt per Bald.in marga.in ver.exceptio.in.xxviij.quæst.& Panor.in.c.pastoralis.numero.xxij.eo.titu.& in hac potest iudex absoluere reum eo etiam non petente,cum sit in iudicio agens sine actione: vt tenent Barto.& Paul.in.d.l.ij.licet Soci. ibi & d.rub.aliter dicat: quod postquàm ponit,est vera exceptio.Feli.Dec.& communiter alij in.d.rub.contrarium tenent,& Legistæ vbi supra Bal. in.l.peremptorias.C.senten.rescin.non posse.Est tamen de stylo curiæ parlamenti Tolo.ꝙ licet reus sit paratus ad prædictas exceptiones probare, & offerat,tenebitur tamen implere manum curiæ de tanto quātum petit actor:alias ad ipsas proponendas non admittitur:vt est modus loquendi, *que il ga nisse la main, & emplisse la main de la court*: vt habetur in stylo parlamenti.in eodem titu.in.§.& de stylo . & ibi ratio ponitur: quia debitores malitiose,& causa diffugij quandoꝗ proponunt:vt res vel bona de quibus incontinenti posset fieri satisfactio interim pendē te dicta probatione possint elongare, vel consumere: ideo hic dolus non debet eis patrocinari.c.sedes.& c.ex tenore.de rescript.& c.ex literis.de dolo,& contumacia.cum similibus.

5 Secunda diuisio est ꝙ quædam sunt ecclesiasticæ,seu spirituales, quædam mixtæ,& quædam seculares.Ecclesiasticæ sunt, quæ coram iudice ecclesiastico probari debent:& de his iudex laicus non se intromittit:vt si iudex laicus detinet clericum in suis carceribus,potest excipi,quod est clericus:& coram iudice ecclesiastico remittetur:& ibi dicta exceptio probabitur,per tex.in.c.si iudex laicus.de senten.excō. in.vj.Miratur tamen.d.Benedic.in repeti.c.Raynutius.in versi.& vxorem.numero.ccccxl.de testa.quod in regno Franciæ non obseruetur. & Guido Papæ in suis decisio.q.cxxxviij.& do.Barto.de Cassa.in consue.Burg.in rubri.*des iustices*.in.§.quinto.in gloss.*Sil na grace*. numero liiij.cum sequen.Et tales iudices hoc non obseruantes non sunt tuti in foro conscientiæ secundum eundem de Cassa.in rubric.*des iustices*.versiculo: *droictz diceulles*.in numero.xlj.Nota tamen quòd licet curia parlamenti de tonsure proprietate non debeat cognoscere:tamen an vestis sit clericalis necne cognoscere potest:quia hoc cognoscere non est cognoscere de re spirituali,sed temporali:ergo cognoscit de pileo partito:& an vestis sit clericalis:& de caligis,& alijs vestibus,& indumentis:vt arresto fuit Parisijs decisum in quæstio.per arresta. quæst. xlij.& in stylo parlamenti in quarta parte.aresto.clxxxiij.& clxxxvj. idem do.Barth.de Cassa.in consuet.Burgun.in rubrica. *de iustices*.in.§.v.in gloss,*Sil na grace*.numero.lix.versiculo decimo fallit.Idem in exceptione excommunicationis,per text.in.c. corripiantur. ibi, Episcopale iudicium.xxiiij.q.iij.& Specu.in titu.de competen.iudic. additio.§.j.in princ.potest etiam coram seculari iudice proponi:vt no. gloss.singu.in.l.prima,C.de iuris,& facti igno.& capit.j.de except.in vj.& docto.in.c.intelleximus.de iudic.Hoc tamen non seruatur in curijs laicalibus huius regni secundum Ioannem Fab.in.§.fina.instit. de cura.Sed vnde tantus abusus processerit,ignorat Guliel.Benedict. in repet.c.Raynutius.in versi.mortuo.in.j.numero.cclxxxij.de testa. & Aufre.in decisio.capellæ Tolosa.q.cxxxiij.& clxxxix.& ibi dicitur an excommunicatus possit monitionem de occultis impetrare, & tex.consuetudinem reprobat subtilis Petrus de Bella perti.in.l.placet.C.de sacrosanctis eccle.addit.ad Vber.de Bonacurso.in rubric. quibus modis examen iudi.ordi.declina.& text.de iure ciuili loquendo tit.de excommunicatione,vide per Barbat.in clemen.vnica.col.iij.e. titulo.& vltra cum text.in.l.hi qui sanctam.de aposta.gloss.in capitu. vno.quo tempore miles inuestituram petere debeat.Executio tamen bene potest fieri aduersus monachum,& alium virum ecclesiasticum in sua temporalitate fructibus pendentibus,& in redditibus nondum receptis:vt dicit Ioan.Masuer.in rubrica de executio.in ver.item ere ditor.& hoc vidi multoties practicari:ideo bene no.Idem in exceptio ne vsurarum.cap.præterea.& per totum.de vsur.quod intellige verū si super iure contentio oriatur,secus si super facto:quia tunc iudex laicus erit competens,secundum Barto.Iaso.Hercula.& alios in.l.Titia. ff.soluto matri.Barto.& alios in.l.quoties.C.de iudic.Barto.in.l.ij.ff. de iurisditione omnium iudicum.licet multi Cano.refragentur in cle. dispendiosam.de iudi.Potest tamen iudex laicus excipienti statuere tempus intra quod se præsentet excipiens coram iudice ecclesiastico, non tamen quod probet,secundum Vincen.in.l.ij.numero.vj.de re iudicat.ff.vide Alexand.consil.xcj.in.ij.vol.Et an arbitrator possit de vsuris cognoscere,& quæ requirantur antequàm iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari,vide per Alex.consil.ix.in.iiij.volu.Idē in exceptione hæresis.c.ad abolendam.& per totum . de hæreti.& c. vt inquisitionis.de hæret.in.vj.Alias exceptiones vide per text.& ibi not.in cle.dispendiosam.de iudi.in.c.cum sit generale . de foro competen.& in locis supra allegatis.

6 Mixtæ sunt,quæ tam coram seculari,quàm coram ecclesiastico iudice proponi,& probari possunt:& de his tam vnus,quàm alius cognoscit:vt exceptio sacrilegij.gl.in dicto.c.cum sit generale.Idem in exceptione iuramenti,vt obseruetur:quia tunc est mixti fori. de seculari patet in.c.licet mulieres.de iureiurand.in.vi.de ecclesiastico.in capitu. si.de foro competen.eodem lib.idem tenet Alexan.consilio . xxxix. numero.iij.in.iiij.volu.idem Feli.in.c.ij.numero.xxviij.ver.iij . conclusio de rescriptis.& melius per Alexand.consi.clj.in.vj.vol.Exceptio adulterij est etiam mixti fori.de seculari patet in.c.cum sit.& ibi Doc. de foro competen.& ibi vide alias.& in.l.quoties.C.de iudi.& in.d.l. Titia.Idem qn̄ agitur de reparatione ecclesiæ:nam & ecclesiasticus, & secularis est competens:per tex.in.l.hæreditas.ibi,principali,vel pontificali.de peti.hære.ff.& Benedic.in repeti.c.Raynutius.in ver.si absꝗ in.ij.numero.xxxv.in substitutione fideicommissaria.de testa.Alex. Alexan.consi.clxx.in.ij.volu.& in stylo parlamenti Tolosa.in parte quarta.aresto.ccxxxvij.& ibi in additio.Notādum est tamen ꝙ si laicus vulnerat clericum,vel verberat,crimen est mixtum,secundum Io. Baptistam in repe.l.cunctos populos.col.xiij.de summa trini.C.

7 Seculares,quæ ad cognitionem iudicis secularis spectant: & de his iudex ecclesiasticus non se intromittit,vt si agatur actione reali, & inter laicos(idem tamen in clericis)coram iudice ecclesiastico.nam potest excipi, vt coram iudice laico agatur:per text.in.c.quo iure. viij. distinct.& c.cum deuotissimam.iuncta subscriptione,quæ reginæ Galliæ dirigitur:& illa de possessione cognouit.& capitu.sequen.ibi, & vestra regia dignitate.xj.q.ij.Et quicquid sit de iure, in Francia tamen obseruatur clericos in realibus conueniendos coram seculari ex consuetudine tanti temporis cuius memoria non est in contrarium, secundum Ioan.Fabr.in authent.statuimus.C.de Episcopa.& cleric.& & in.§.si.institu.de satisda.Panor.in.c.qualiter.de iudi. patruus meus Ia.rebuffi.in.l.viros.de pala.sacra.largi.libr.xij.Aufre. in repetitione. cle.primæ.de offi.ordi.coll.lxxvj.in parua impressione.Idem tenet Benedict.in repeti. c.Raynutius.in versi.& vxorem.numero.cccxxxj. de testa.& in magno consuetu.in rubric.*De cas qui peuuent toucher le Roy, & Leuesque*.versi.*si lofficial*.& Io.masuer.in rubri.de iudicibus. in principio.dominus meus, & conciuis do.Nico.Boer.in consuetu.Bitur.in.§.xxvj.de iurisditione omnium iudi.& de hoc fuerunt prolata multa aresta:vt habetur in stylo curiæ parlamenti Tolosa. in quarta parte,aresto.xv.& xxj.imò capitulum sancti Maximi fuit in ducentis libris condemnatum:quia de actione reali cognouerat:vt habetur ibidem aresto.clxxvj.& in.q.per aresta.quæst.xliij. vbi Parisijs fuit per supremam curiam pronunciatum anno . Mccclxxxiij. & idem quæstio.clxxix.aresto vltimo.Item de omni crimine priuilegiato:vt læsæ maiestatis,falsæ monetæ,saluę guardiæ,& portus armorum,& alijs similibus secundum Benedict.vbi.s.numero.ccccxxxv.& amplè Ioā. Feraldus in tractatu de iuribus,& priuilegijs regni Francorum per totum,maximè decimonono priuilegio vbi multa allegat. & Cigaul. in tractatu suo de bello Italico,in.c.regali.Errant tamen aliqui iudices seculares volētes quoslibet clericos punire pro portu ensis,vel quorumlibet aliorum armorum,cum non committant crimen portus armorum:sed in magno consue.declaratur tunc committi illud crimen in rubri.*des droit royaulx*.versicu. *Item auront lesditz ballif , & lieutenans & non autres la cognoissance punition, & correction des crimes de lese maieste,port darmes notables,qui est à entendre quand il auront compagnie de gens garnis dautres armes;que despées,couteaulx,ou batons &c*. & in versic.*item plusieurs*.in rubric.*de gens non maries*. & Feraldus vbi.s. dicit tunc committi quando villa contra villam,dominus castri contra alium cum armis:& coadunatione gentium:non tamen si duo se verberant: quod bene not.& de crimine priuilegiato vide in.q.per aresta.quæ.clxxvij. aresto.xj.& in stylo parlamenti Tolosa.in.vij.parte rubrica.de accusa. ordina.x.idem in petitione Laudimiorum sedm do.Bart.de Cassa.in consue.Burgun.in rubri.*des censes*.in.§.j.in gl.j.numero.ix.& seq.idem dicentem in arreragijs:vt habetur in quæstio.per aresta.q.l.sed contrarium fuit dictum Tolosæ:vt in eius stylo continetur,aresto.xlix.ideo concorda quod quando promissio arreragiorum interuenit:quia reus promisit dicta arreragia soluere,tunc iudex ecclesiasticus cognoscit:

& ita intellexerunt domini conſiliarij Toloſani & Pariſienſes:vt habetur in.q.per areſta.q.lxxxvij.Secus ſi aliqua promiſsio non interuenerit:quia tunc ſolus ſecularis cognoſcit.& ita intelligitur.q.l areſtorum Pariſijs hoc tenet Ioan.Manſuer.in rubric.de iudi.in princi.& caſus in quibus gentes regiæ cognoſcant contra clericos,ponit.d.Bartho.de Caſſa.in conſuetu.Burgund.in rubr. *des iuſtices.* in gl. *& droicts dicelles.*numero.cj.&.§.v.gloſſ. *Sil na grace*.numero.viij.cum ſequen. & Aufre.in ſuo tractatu.caſus in quibus iudex ſecularis &c.& an clericus poſsit banniri per ſecularem iudicem Io.Galli.vbi ſupra queſt. lxvj.& tribus modis dicitur negotium ſeculare:vt tenet.d.Caſſa.in rubri. *des iuſtices.* in.§.vj.gloſſ. *meſsieurs*.numero.xxxij.Idem ſi ſeruientes regij verberentur,vel hoſtiarij parlamenti officium exercendo:quia tunc curia ſuprema cognoſcit.& in materia prouiſionali ſecundũ Vinc.Cigault.in allega.ſuis.in ver.capitulum regale.quod ego intelligerem qñ eſſent ſeruientes curiæ ſupremę,vel oſtiarij,vel officiarij,vel executiones facerent pro eadẽ curia:aliâs ſecus per ſupradicta.

8 Tertia ſuccedit.& principalior diuiſio,quòd exceptionum quędã ſunt dilatoriæ:quædam anomalę,quędam mixtę,& quędã quaſi peremptoriæ. Dilatoriæ ſunt, quæ actionem differunt.l.ij.§.fi.ff.eodem. & in.§.appellantur.& ibi Doct.inſtitu.eo.& in duplici differentia reperiuntur:quia quędam ſunt merę dilatoriæ,quædam iudicij declinatoriæ.ita gl.in.c.ſi quis Epiſcoporum.iij.q.vj.Petrus de ferra.in practica ſua in forma reſponſionis rei conuenti.in verſicu.ſaluis alijs exceptionibus.& in his quomodo ſit concludendum ſcripſi in.d.excep.

9 Dilatoria mera eſt dilatoria ſolutionis:vt ſi feciſti mihi pactum dè non petendo vſq; ad certum tempus:ſi ante petis, habeo exceptionẽ per quam poſſum ſolutionem differre.l.tertia.§.primo.ff.eod.vel ſi ſim condemnatus in actione perſonali,& ante quatuor menſes conuenior,poſſum per exceptionem differre ſolutionem vſq; ad quatuor menſes.l.ij.&.l.debitoribus.ff.de re iudic.& ibi Docto.l.ſecunda.C.de vſur.rei iudicatæ.c.quod ad conſultationem.de ſen.& re iudi.idem in dote quando in pecunia conſiſtit.l.vna.§.exactio.C.de rei vxo.actio. & Specu.eodem titulo.§.nunc videndum.in principio.& quando ante tempus petitur,induciæ temporis reſtantis debent duplicari:per textum,& ibi eſt communis opinio docto.in.§.ſed hodie.inſtitu.eo. docto.in.l.iuſtas.de iure fiſci.libr.x.C.Vber.de Bonacurſo in rub.quibus modis ſuo nomi.agen.ciuiliter.& ibi in additio.ad eũ ponit quatuor limitationes in verſicu.impediuntur.vide Aufre.in deciſio.capel.Toloſ.queſt.cclxxix.& Præpo.in.c.ex parte.in ſecundo.col.ij.de appella.Et iſtas quis debet proponere ante litem conteſtatam:ſed eas non tenetur probare niſi intentione actoris fundata.l.exceptionẽ. & ibi Docto.C.de probat.l.ſiquidem.C.de exceptio.ca.j.de litis conteſta.in.vj.quod intellige,& declara,vt per additio.ad Vber.de Bonacurſo in rubri.de impedimen.& exceptio.ver.attende tamen.& ſi opponens exceptiones in harum probatione deficiat,poterit ſtatim, in expenſis cõdemnari:per textum & ibi doct.maximè Philip.in.ij. no.in.c.j.verſiculo ſi quis igitur.eodem titu.in.vj.Et ſi non ſint oppoſitæ in cauſa principali,in cauſa appellationis opponi poſſunt minimè,ſecundum Feli.in capitu.cum Ioannes.numero.xxix.de fide inſtrumento.niſi redderent iudicium retro nullum,ſecundum Philip.in c.licet.col.ij.de appella.in.vj.& alijs caſibus poſitis per Feli.in.c.ad audientiam.in.ij.numero.xiij.verſicu.omittens dilatoriam.de reſcript. Quia pars litem conteſtando dicit ſe velle litigare,vel ſe velle præſumitur,cum nihil dicat contra ingrediendo negotium:ſed dilatorias proponendo dicit ſe nolle litigare,ſaltem tacitè,cum veniat ad iudicium differendum:& ſic ex propoſitione iſtarum poſt litem conteſtatam reſultaret quædam contrarietas.c.cum cauſam.& ibi not.de appella.meritò tanquàm ſibi contrarius non debet audiri:per text.in.c. ſolicitudinem.de appella.in.l.vbi repugnantia.ff.de regulis iuris.l.Titiæ.ff.de conditio.& demonſtratio.Panor.in capitu.exceptionem.numero.x.de exceptio. Limita tamen quod diximus, videlicet, quòd ante litem conteſtatam proponantur in nouem caſibus poſitis per Alexan.in.l.ita demum.C.de procura.& ibi Iaſ.multos alios addit.& Feli.in capitu.exceptionem.& ibi alij eodem eodem titu.Domini.& Ioan.de Turre cremata in ca.ſi quis Epiſcoporũ.in.iij.quæſtione.vj. Anto.de Tremolis in additio.ad Vber.de Bonacurſo in rubrica de impedimen.& exceptio.quæ contra reſcript.verſicu.& eſt ſciendum. & Petrus de Bella pertica in ſuis quæſtionibus.quęſtio.xxvij.Alexã. in.l.ſi mulier.ff.ſolu.matri.Et ſi iudex denegauerit eas admittere, habet pars appellare:aliâs eas non poteſt amplius ꝓponere etiamſi proteſtatio interuenit,contra gloſſ.in capitu.ex conquæſtione.de reſtit. ſpolia.quam reprobant Anto de Butrio.Areti.& alij.in capitu.tam literis.de teſtibus.do.in capitu.in primis.§.quia igitur.ſecunda.q.j. addi.ad Vber.in loco proximè allegato.verſiculo, & quid ſi iudex. Præpo.in capitu.ex parte.in ſecundo.col.ij.de appellatio.Si tamen contineret notoriam falſitatem,non eſſet per iudicem admittenda: per gl.& ibi Docto.& Philip.in capitu.ſtatutum.in princip.in verſi. copia.de reſcriptis.Et breuiter nota quòd omnis exceptio quæ non perpetuo,ſed ad tempus impedit,eſt dilatoria:vt tenet Barto.in.l.tertia.ff.eodem.& Nico.milius in repert.in verſicu.exceptio ordinis. Formam proponendi vide per Specu.in titulo eodem.§.viſo.verſi. & nota quòd omnes dilatorię.

10 Aliæ ſunt declinatoriæ iudicij:& iſtę etiam ſunt dilatoriæ,per glo. in.l.iij.ff.eod.& in.l.Pomponius.§.ratihabitionis.ff.de procuratoribus. Panor.in capitu.paſtoralis.numero.xv.& Feli.col.iiij.eod.titu.Do.in capitu.vt circa.verſi.alioquin.de elect.in.vj.Præpo.in capi.ſi duobus. col.v.& ſequen.& cap.interpoſita.de appella.Et iſtę debent proponi,& probari ante litem conteſtatam:quia natura earum(paucis exceptis)non eſt reddere iudicium inutile poſtquàm eſt fundatum,ſecundum Baldum in.l.exceptionem.numero.iij.C.de probatio.nec iudex poteſt eas reſeruare poſt litem conteſtatam, niſi de expreſſo conſenſu partium:quia iudiciarium ordinem non poteſt mutare ſecundum Alexandr.conſil.clxxxij.in.vj.volu.Areti.conſil.lxxiij.vide Aufre. in deciſ.capel.Toloſa.q.clxxx.Et hæc eſt multiplex, nimirũ vndecuplex:vt in arbore patet,& infra declarabitur.Cautela tamen eſt ſi velis excludere aduerſarium ab opponendo iſtas,vt facias interrogari eũ per iudicem an velit litigare:& ſi reſpondeat quòd ſic,amplius non poterit declinatorias opponere.& hoc ſi ſciebat ſibi competere:vt tenet Cepol.in cautela.cxx.& cano.per illum textum in primo de iudic.& melius in verſicu.exceptio declinatoria iuriſdititionis.Sed,vt te defendas ab iſta cautela,conſtituas procuratorem ad reſpondendum ſaluis exceptionibus tuis:vel proteſteris reſpondere ſaluis exceptionibus. & hoc tenent Docto.in capi.primo.de iudi.& ibi do.de ripa.Notandum eſt tamen quòd ſi aliquis ſe ſubmittat parere mandatis curiæ,nõ poterit iudicium declinare,ſecundum Paulum,& alios in.l.prima.ff. ſi quis in ius voca.non ierit.& illa ſubmiſsio quam faciunt cotidie capti ſe ſubmittendo miſericordiæ curiæ.non valet,niſi fiat ei miſericordia:& ideò appellat,& omnia agit tanquàm non eſſet ſubmiſſus,exceptis declinatorijs,per text.& ibi Docto.in.c.ſanè.de renuncia.Corſet. in repe.in ver.verba iſta.Guido.Papæ in ſuis deci.q.ccccxcv.& ibi vide de alijs ſubmiſsionibus.& in.c.veniens.ibi,ſe gratiæ capituli commiſiſſe.de renuncia.

11 Prima competit ratione iudicis:& hoc tripliciter.Primò reſpectu amoris vbicunq; veriſimile eſt ex coniecturis quòd vna pars ſit magis dilecta,quàm altera:& tunc iudex recuſatur:vt tenet Antonius de Butrio in capitu.poſtremo.& ibi Præpo.col.iij.de appellat.& not.in.c. accedens.in.ij.vt lite non conteſta.c.ad hæc.de reſcript.c.cum.R.& ibi doct.de off.delega.vt ſi ſit pater,vel conſanguineus actoris:nam poterit iudicium declinare,per text.in.l.qui iuriſditioni.de iuriſdi.om.iudi. ff.& ibi Doct.& hoc in.lxxv.caſibus poſitis per Prępoſitũ in.c.poſtremo.de appel.Secundò reſpectu odij,quando apparet quòd iudex alteram partem odio proſequitur.c.cum ſuper.& ibi gloſ.& Docto.de offic.delega.Tertiò ratione indifferenti,& non ratione odij,vel amicitię ſed alia ratione:vt quia iudex eſt infamis,excommunicatus furioſus: l.necq; famoſis.C.de digni.lib.xij.etiam infamia facti.l.ij.ff.de ſenatdo cto.in.c.ſciſcitatus.de reſcript.&.l.cum lege.ff.de arbitr.l.quidam.de re iudic.&.l.cum prętor.ff.de iudi.& primus actus debet eſſe legitimatio iudicis,& prius in eum debet opponi,ſecundũ Feli.in cap.inter. col.ij.& ſequen.de re iudica.& Vber.de Bonacurſo in rubri.de recuſa.in verſicu.& quanquàm.& ibi in addi.ad eum Philip.in.c.ſi contra vnum.&.c.iudex.de offi.delegat.in.vj.Si tamen exceptio ſuggillat, ſeu notat famam iudicis,ſeu honorem:vt quia opponitur quòd eſt infamis,vel ſeruus:tunc ſuperior de illa cognoſcit, vel arbitri eliguntur. ſecundum Bart.Alexan.& alios in.d.l.quidam.ff.de re iudi.& Cano. in.c.cum ſuper.de offic.deleg.& in.c.ſuper literis.de reſcript.& in.c. j.eo.titu.in.vj.& in.c.ſi contra.& ibi Philip.in.ij.not.de offic.deleg.& libr.Nico.milius in reper.in ver.exceptio excommunicationis contra &c.Hæ tamen non ſunt proprie exceptiones,per gl.ſingul.in.c.quoniam.in verſi.exceptiones.de probat.& ſecundũ Feli.in rubr.eiuſdem titu.de excep.& ſequuntur Doct.in.d.c.quoniam.& addi.ad Vber.de Bonucurſo,in rubri.de impedimen.ſiue exceptio.col.iiij.licet aliqui intelligant in delegato,non in ordinario:ſed & alia quæ contra iudices poſſunt opponi,vide per Nepo.de monte albano in lib.qui fugitiuus nominatur.c.exceptiones contra iudices.& Specu.in titu.de iudice delega.in.§.penult.& vlti.& Ange.inſtitu.eodem.§.prętereà.in.ij.col. viij.cum ſequen.Vber.de Bonacurſo in practica ſua rubric.quibus modis examen ordinarij iudicis declinatur. Formam proponendi vide per.Specu.in titu.eo.§.viſo.verſic.ſi verò contra.& Petrum de Ferrarijs in ſua practica,in forma libelli de declina.iuriſdit.alicuius iudi. per totam illam formam libelli,& Bart.& alios in.l.j.C.de teſta.& quãdo valeat proceſſus ſi non opponatur,vide plenè Panor.Feli.& Deci. in.c.ſciſcitatus.de reſcriptis.

12 Aliæ competunt ratione actoris:vt ſi quis agit contra me, excipiã quòd eſt bonis ei interdictum ratione prodigalitatis.Item eſt demẽs ſurdus,furioſus,fatuus,vel mulier luxurioſa:per tex.in.§.prætereà verſicu.item furioſi.inſtitu.qui.non eſt permiſſum facere teſta.l.j.§.finali. cum.l.ſequen.ff.de poſtuland.l.conſilio.ff.de curato.furio.&.l.& mulieri.illo titu.& vide cautelam per quam poteris prohibere meretricem,& mulierem luxurioſe viuentem teſtimonium dicere, ſcilicet q ei bonis facias interdici.l.& mulieri.de cur.furi.ff.ponit Tho.ferr.cautela.vj.

tela.vj.& Benedict.in repeti.c.Raynutius.in verſic.mortuo.in primo
numero.cccxj.de teſta.ponit de triplici prodigalitate.Alia quæ con-
tra actores poſſunt opponi,vide per Vber.de Bonacurſo in practica
ſua.rubri.quibus modis ſuo no.agentes ciuiliter.per Specul. in titulo
de acto.in.§.j.Nepos.vbi.ſ.rubrica.de excep.contra actores. Angel.
§.prætereà.iam allegato.

13 Aliæ competunt ratione rei:vt quia legatus miſſus in legatione cō
uenitur:nam poteſt excipere,& iudicium declinare.l.ij.§.legatis.ff. de
iudi.& alijs modis ibi poſitis per textum & Doct.Quod intellige ſi
illud priuilegium allegetur.aliàs non competet.c.ſi.ibi,quam ſi tunc al
legaſſet.de foro compe.tex.in.l.iiij.§.hoc autem iudicium.de dam.infe.
in cle.cauſam.de elect.c.j.de ſepul.in.vj.Guido Papæ,in ſuis deciſio
q.ccxxj.& Alex.conſi.xcvj.in.iiij.volu.Io.maria,vulgo Raminaldus'
in.l.ij.numero.v.de bono.poſſeſſ contra tabu. C.Iaſ.in.l.vniuerſa.C.
de preci.impera.offer.& in.l ſcimus.C.de inoffi.teſt.Tho.parpaliæ in
repet.l.ſi quis maior.xij.no.de tranſac.Tenebuntur tamen tales con-
uenti promittere quòd coram ſuo iudice ſe præſentabunt. l. ij.§.ſed ſi
dubitetur.ff.de iudi.Hodie tamen non competit hæc exceptio ſi con-
ueniantur in curia Romana:vt tenent do.de Rota,deſi.cxviij.in anti-
quioribus.Alia quæ poſſunt opponi contra reum,vide per Spe.in ti-
tu.de reo.per totum.& Vber.in rub.qui.mod.exa.ordi.iudi.ver.ratio
ne rei.Poteſt etiam opponi mixta conſyderatione: videlicet iudicis
& actoris,vel iudicis,& rei:per textum in.l.Iulianus ait ſi alter.ff.de iu
dic.& Vber.vbi. ſ.verſicu.ſi.ſed intendo cum ſuperiroibus ſimplici-
bus comprehendere:licet mixtum ſub ſimplicibus regulariter non com
præhendatur,per gl.& docto.in.l.ij.ff.de verbo.obliga.Ange.& Iaſon
in.§.j.inſtitu.de actionibus.Alber.in tracta.ſtatu.in.q.xxix.&.xxxiij.
in ſecunda parte.Alexand.conſil.cxvj.in.ij.vol.& conſi.lxxxij.in.iij.
volu.& Io.de monte ferrato in repe.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.col.
xx.& ibi Fortu.ff.de liber.& poſthu.

14 Aliæ competunt ratione ſyndici:vt ſi fortè aliquis tanquàm ſyn
dicus agit:in cuius conſtitutione non fuerunt inſerta legitimè nomi-
na conſtituentium in inſtrumento:prout debet fieri.l.fina.& ibi Bar-
to.& patruus meus Rebuffi.de vendend.rebus.ciuita.lib.xj.C.Barto.
in.l.ſi.de præd.curial.libro.x.C.niſi eſſent tot conſtituentes qui non
poſſunt in pelle pargameni deſcribi:quia tunc ſufficit quòd notarius
apponat quod maior pars,vel ſanior conſtituit,ſecundum Ioan.Fab.
in.§.fina.inſtitu.de cura.Alexand.conſil.primo.in.iiij.volu. Barto.in
l.prima.de Albo ſcribendi.ff.Bald.in.l.prima de rebus eorum qui ſub
tutel.vel cura.ſunt.& in.l.ciuitas.ſi certum petat.Item poteſt opponi
quòd eſt conſtitutus à concilio non congregato tuba,cornu,campa-
na,vel nuncio ad hoc ſpecialiter deputato ex prioris commiſsione,
vel ſuperioris regentis collegium,vel vniuerſitatem. gl.& ibi Docto-
res in.l.ſecūda de decu.libro.x.& in.l.actuarios.de actua.lib.xij.C.vel
opponitur quòd non eſt conſtitutus à duobus partibus vt oportet.l.
nulli.ff.quod cuiuſq; vniuerſitat.no.l.planè.de decret.ab ordine fa-
ciendis.&.l.nominationum.de decurio.libr,x.C.Alexand.conſil.ccx.
in princip.in.vij.volumine. Alias exceptiones,quæ poſſunt opponi
contra ſyndicos,actores,& œconomos.vide per Nepo.vbi ſupra ca-
pitu.contra procuratores,ſyndicos,actores,& œconomos. Vbert.de
Bonacurſo in practica ſua,in rubric.de exceptio. opponendis ſyndi-
ci,vel actoribus.Specu.in titu.de ſyndico.canoniſtas in capitu. vno
de ſyndico.Ange.in.§.prætereà.ſæpius allegato.col.xxiiij.& dominus
Bartho.de Caſſa.in conſue.Burgun.in rub. *des foreſtz*. §.vj.in fine.

15 Ratione procuratoris aliæ opponuntur:& iſtæ procuratoriæ vo-
cantur.l.iij.§.procuratoriæ.ff. eodem.§.prætereà.in.ij.inſtitu. eodem
& ſeptem modis poteſt opponi.Primò reſpectu conſtituentis:quia à
minore vigintiquinq; annis eſt conſtitutus ſine curatore. l. neq;.C.
de procura.Secundò ratione eius qui conſtituitur:quia miles, ſurdus,
mulier.l.filiusfamilias.§.milites.&.l.mutus.ff.de procuratoribus.Ter-
tiò reſpectu actionis:vt quia eſt criminalis,in qua non poteſt procu-
rator interuenire.l.penultima.§.ad crimen.ff.de publicis iudi. l. ſer-
uum.§.publicè.ff. de procuratoribus. quod eſt verum quando reus
non eſt captus:ſecus ſi detineatur in carceribus:quia tunc procurato-
rem conſtituit ad ſe defendendum:vt tenent Barto.& Imol.in dicto
§.ad crimen.& Philip.in capi.primo,nume.ſexto.de iudicijs.in ſexto.
& domi.de Rota in deciſio.ccj.in nouis.& vide dominum Bartho.
de Caſſa.in conſuetudi.Burgundiæ.in rubrica *des droictz* &c.in nume
ro.xxij.§.quinto.gloſſa *es droictz*.Item poteſt procurator rei oppone-
re exceptiones impedientes proceſſum:vt quod libellus inquiſitio-
nis non procedat:vel quòd iudex non poteſt inquirere,vel actor ac-
cuſare,& ſimiles,ſecundum Barto.in dicto. §.ad crimen.Alexand. in
conſilio cxxxviij.col.fina.in.vj.volumine.Hodie verò in regno Fran
ciæ nullus admittitur ad accuſandum criminaliter: vt tenet dictus
Benedict.in verſi.& mortuo.in primo numero.cc.de teſtamen. exce-
pto procuratore regio ſecundum eum,qui eſt magnus magiſter: vt
Ioan.Fabr.atteſtatur in.§.fina.inſtitu.eodem. Quartò opponitur de
cautione non præſtita:vt.l.Pomponius.§.ratihabitionis. ff.de procu-
ratoribus.Quintò ratione formæ:vt quia non eſt conſtitutus ad de-
fendendum,ſed agendum,ſecundum Specula.in titu. de procuratori.
§.ratione autem formæ.Sextò ratione officij: vt ſi tutor, vel curator
contra pupillum,vel adultum ſuum actiones ſuſcipiat,vel ceſsionem
illarum:vel conſtituatur procurator:nam poterit oppdni contra:vt in
authen.vt hi qui oblig.ſe habe.perhibent res mino.in principio. col.
vj.l.frater.& ibi not.ff.de condi.indebi.l.altius.ff.ſi ſeruitus vendice-
tur.Septimò ratione cauſæ:vt ſi conſtituitur à maſculo ad ætatis ve
niam impetrandum,vel ad actionem popularem:vel ſi eſt procurator
generaliter conſtitutus,& in integrum reſtitutionem petat: vel velit
intentare interdictum de liberis deducendis. in quibus non ſufficit
mandatum habere generale.l.ſecunda.de his qui veniam æta.impetra.
C.&.l.ij.de publicis iudi.l.licet.C.de procurat.hoc ſequitur Vbert.de
Bonacurſo in ſua practica.rubri.de exceptio.procura. per totum. &
ibi vide alia quæ contra procuratores poſſunt opponi: & per Nepo.
vbi ſupra capitu.exceptiones contra procuratores.Specul.in titulo.de
procuratoribus.Angel.in.l.ſæpe allegato.§. prætereà. in ſecundo.col.
xvij.inſtitu.eodem.gloſſ.in capit.primo.in verſiculo abſentia.de elect.
in.vj:& ibi doctores.vide Alexan.in ſuis conſilijs.conſil.lxxij.in.iiij.
volu.& conſi.lxj in.v.volu.

16 Aliæ competunt ratione reſcripti:vt ſi quis impetrat reſcriptum
ſuper obligatione antiqua,vel actione,quæ ante reſcriptum compete
bat:poſſum contra reſcriptum exceptionem opponere: & dicitur di
latoria:quia licet reſcriptum perimat,non tamen obligationem, vel
actionem antiquam.ſi verò ex reſcripto actio oriretur,vt quando ſu
per beneficijs impetrantur reſcripta:ſi exceptio contra reſcriptum op
ponatur,dicitur peremptoria gratiæ:vt tenet Specu.in.§.dicto. verſi
culo,ſed quæro de exceptione.eodem titulo.& Hoſtien. in ſumma
huius tituli.§.quæ ſit exceptionum.verſiculo, quædam contra reſcri
ptum.Notandum eſt tamen quòd contra reſcriptum varijs modis po
teſt excipi.Primò ratione falſi:vt.c.ad falſariorum.& capitu.quàm gra
ui.& per totum de crimine falſi.Secundò ratione formæ:quia non eſt
impetratum ſecundum formam,vel ſtylum curiæ: nam in illo Papa
vocat Epiſcopos filios,vel Reges fratres,vel ſe ponit in ſingulari: vt
ponitur in dicto capitulo,quàm graui.Tertiò ratione impetrantis: vt
quia ſeruus.l.prima.C.de precibus imperato.offerend. vel excommu
nicatus.c.primo.de reſcriptis.in ſexto. Quartò ratione eius contra
quem impetratur:vt ſi impetratur contra priuilegiatum non facien
do mentionem de priuilegio.capitu.cum ordinem.& ibi Doctores de
reſcriptis.gloſſ.in capitulo primo.illo titulo.vel ille contra quem impe
tratur,erat mortuus.l.penultima.ff.quæ ſententiæ ſine appellatione re
ſcinduntur.Quinto ratione eius ad quem impetratur:vt quia impetra
tus non eſt in dignitate,iuxta textum in.c.ſtatutum.de reſcriptis. in
xj.vel eſt excommunicatus.in.c.intelleximus.& ibi docto. de iudi.in
c.decernimus.de ſenten.excommunica.in.vj.Sexto ratione taciturni
tatis:quia defectum natalium tacuit:vt in titulo de fil.præsbytero.vel
aliud quo expreſſo literas non obtinuiſſet.c.ſuper literis.de reſcriptis.
vel non ita de leui.capitu.poſtulaſti.in fine.illo titulo.Septimo poteſt
opponi contra reſcriptum ratione cauſæ:vt ſi eſt obtentum à princi
pe ſeculari ſuper decimis,vel econtra.capitulo licet.& capitulo ex te
nore.& ibi Docto.de foro competenti.Item cauſæ continentiam diui
dit, contra.l.nulli.C.de iudi.&.c.primum.de cauſa poſſeſſ.Et iſta con
tinentia poteſt tripliciter opponi.Primo ratione actionis:vt quia eſt
generalis multa compræhendens capita:vt tutelæ,pro ſocio negotiorū
geſtorum:vt dicit gloſſ.& docto.in dicta.l.nulli.Secundo ratione per
ſonarum:vt quia ſunt plures ſocij,vel plures hæredes indiuiſi: nam
vnus coram vno iudice non poterit conueniri, & alius coram alio.l.
prima,& ſecunda.ff.de quibus rebus apud eundem iudicem agatur.&
habet locum ille titulus non ſolum in ciuilibus: ſed etiam in criminali
bus,ſecundum Iaſo.in dicta. l. nulli. Et ideo vnam cautelam ponit
Tho.ferra.in cautela.x.& Hippol.de marſilijs in ſingu. clxxx. & re
fert domi. Caſſan. in conſuetudi.Burgundiæ.in rubri.*des iuſtices*. in.§.
quinto.in gloſſ.*Sil na grace*.numero.lxx.& Feli.capitu.primo.numero
ſexto de præſcript.hoc plenè ponit multa allegando, & ordinatè mo
re ſuo dominus meus,& conciuis dominus Nico.Boer.in conſue,Bitu.
in.§.x.de iuriſdi.omnium iudi.quod ſi plures vulnerauerunt, vel inter
fecerunt vnum:ſi vnus illorum ſit clericus,omnes iudici eccleſiaſtico
ſunt remittendi,ne cauſæ continentia diuidatur:& dicit dominus Caſ
ſa.vbi ſupra vidiſſe hanc cautelam in ducatu Mediolani obſeruari in
caſu emergenti,& eſt cautela pro amico.Tertio ratione ſubiecti: vt
quando duo iudicio ad eundem finem tendunt:vt poſſeſſorium, &
petitorium:nam iudex poſſeſsionis facilius expediet petitorium quā
alius,ſecundum gl.& ibi Ioan.Roge.in dicto capitulo primo de cauſa
poſſeſſ.& Vber.de Bonacurſo in rubri.de impedimen. & exceptio.
quæ contra reſcript.verſicu.vel quod &c.& ibi in addi. ad eum. Alia
quæ contra reſcriptum poſſunt opponi,ibi vide,& Nepo.vbi ſupra.
in.c.j.Specu.in titu.de reſcript.præſentia.per totum.Angel. in prædi
cto.§.prætereà.colum.quarta.Formam pronunciandi ſuper iſtis exce
ptionibus vide per Specu.eodem titu.§.viſo.verſi.præfixo.ibi forma
interloquendi.& Vber.vbi ſupra.

17 Aliæ competunt ratione loci:vt ſi aliquo loco ſoluere promiſit
quis,& alibi conuenitur:nam poterit excipere de loco ſolutioni deſti

nato: vt ibi conueniatur.c.vno.&.l.vna.de plus petitioni.§.plus. & ibi Iason plene institu.de actionibus. Nisi promittens in illo loco nollet se reperire per textum & ibi notat.ff.de eo quod certo loco.vel dicit se non posse conueniri extra resfortum,aut regnum,vel locum nõ insignem in capitu.statutum.de rescriptis.in.vj.& Guido Papæ qõ. cccccxviij.Io.Fabr.in.§.appellantur.col.iiij institu.eo.vel extra territorium,& locum maiorum.in.l.fi.ff.de iurisditio.om.iud.c.fina.de constitu.in.vj.l.j.& ibi not.ff.de iudi.Vber.in rubric.de impedimen.executio.& cau.nullita.versi.vij.si iudex.

28 Sunt & aliæ,quę competunt ratione temporis:vt si die feriato conueniar,nam de ferijs excipere possum,& declinare iudicium ratione tẽporis feriati.l.j.& per totum ff.&.C.de fer. & in decreta.illo titulo, vel si conueniar de nocte.c.consuluit.de officio delegat.l.non minorẽ C.de transact.& ibi Ias.vel potest excipi quòd alio tempore tenetur in.c.primo.de plus petitio.& iura in proximæ cellulæ declaratione allegata:& primus qui ferias latinas inuenit,fuit Tarquinius superbus: vt tenet dominus Ayma.Riualli in in Historijs iuris ciuilis.lib.j.cap. fina.quod ego intelligerem ferias latinas,quæ apud Romanos fuerunt: sed ferias in honorem Dei introductas dicerem esse de iure diuino, per ea,quæ habentur Genesi.secundo cap.in prin.& Exo. xx.c.& ad Hebræos.iiij c.& ita Siluester de prierio in sua summa.in ver. dominica tenet. Quot sint genera feriarum ponunt Azo,& Hostiensis in summa de ferijs.vide Vber.in rubric.quibus modis suo nomine ciuiliter agentes,in versi.item rejciuntur actores,& ibi in additio. ad eũ Lanfran.in repet.c.quoniam.in versicu.dilationes probationibus.tex. gl.& doct.in cle.sæpe.in princip.de verb.sig.Angel.de clauasio in sua summa.in versi.ferię.& Specu.in titu.de ferijs.quos vide.

19 Sunt & aliæ,quæ competunt ratione libelli:vt si producas libellũ inepte formatum contra me,potero excipere,per text. in.c.examinata.de iudi.& alia quę ponit Specu.in titu.de libell.conceptio.§.iuxta propositionis ordinem.& nepo.vbi.s.c.exceptiones.contra libellum. Lanfran.in repeti.c.quoniam.in versic.petitiones.de probationibus. Doct.in.c.j.& per totum.de libel.oblatio.Et ista exceptio libelli inepti potest quãcunq; opponi,per gl.singu.reputatam in versicu.secundum.institu de obligat.in princ.text.pro illa gloss.in.l.nisi finita. §.si adhuc.ff.de tutel.& ratio.distra.l.fi.in versi.nihil agit.ff.de liberis,& posthumis.& etiam post sententiam secundũ Ange.consi.clxxviij.& cxcviij.quia reddit iudicium retro nullum.per tex. in.l.si patronus libertam.ff.de iureiurando.l.licet.C.de procura.Ange.consil.clxvij. cũ ibi non possit esse iudicium vbi non est fundamentum.in.c.cum Paulus.j.q.vlt.j.c.fi.de præsbyter.non baptiza.l.legi.ff.de except.rei iudic. Ita tenet Sali.in.l.exceptionem.numero.xiiij.de proba.Roma.consil. lxix.& Vber.de Bonacurso in dicta practica sua,in rub. qui.mo. suo no.ciuiliter agentes.ver.& generaliter.& ibi in addi.ad eum. Secus in exceptione libelli obscuri:quia hæc ante litem contestatam proponi debet:vt tenet Alexan.in.l.j.no.j.ff.de eden.doct.in.l.edita.C.illo titulo.& Maria.in.c.secundo de libel.obla.Imò si ex libelli inspectione cõstat iudici libellum fore ineptum,tunc iudex ex officio potest rejcere,& dentibus lacerare.l.j.ff.de offic.assesso.& Innocen.in.c.j.de offi. vicar.refert Panor in.c.cum inter.in fi.de consuetu.& idem Panor.in c.j.numero.v.deposi.&.c.inter dilectos.numero.vij.de dona.c.fi. numero.x.de libel.obla.c.dilecti.numero.ij.de iudi.capitu.si clericus.numero.iiij.de foro competenti.Nota tamen quòd quando libellus est ineptus,seu non solennis,tunc nulla exceptio est pœnalis:& si reus tũc mentiatur se posside re,seu pro alio confitendo se possidere,cum pro se possideat,siue aliter calumnietur,non punitur si libellus sit ineptus: quod est notandum pro limitatione.l.fi.ff.de rei vendicatione.secundum Alex.per illum tex.in.l.j.de his qui potentio.no.C.Roma.consilio.ccccci x.&.cccccxij.Alexand.consil.clxxxvij. in.vj.volu.Felin.in.c. ex tenore.col.iij.versi.de rescripto.de rescript. Hodie tamen propter ineptitudinem libelli actionis,vel processus,aut omissam iudiciarij ordinis solennitatem,dum tamen ex petitione certa actio,vel conclusio elici possit alia quàm per partes deducta,& conclusa sit,& ex propositis,& probatis certa possit ferri sententia,iudices sententiam ferre nõ omittant,secundum ordinatio.Philippi Regis Francorum positam in stylo parlamenti Tolosæ in.vij parte sub titu.de libelli oblatio.in ordina.ij.eam ponit Guliel.Benedic.in repeti.c.Raynutius.in versicu.si absq;.in secundo numero.xlix.de testa.in substitutione fideicommissaria:& alia allega.vide.

20 Ratione fori aliæ competunt:vt si absens de crimine accusetur,poterit eius procurator venire,& declinare iudicium,& forum,allegãdo delictum in illo loco non esse perpetratum vbi conuenitur eius domi nus,per tex.in.l.seruum.§.publicè.ff.de procura.de cuius text. intellectu vide Guido.Papæ in suis deci.q.cccxxxviij. Soci.in regula. cccxxij.in tract.fallen.Cepol.caute.lxvj.&.cix.&.cclij.Deci.in.l.in eo.§. nemo.ff.de reg.iur.& Albe.in.ij.parte statu.in.q.xxvij.&.cxxiij.Alexã.consi.cxvj.in.ij.vol.d.Barth.de Cassa.in cõsue.Burg.in rubrica.*des droictz*.§.v.gl.*es droictz*.numero.xxvij.& idem si clericus coram secuları cõueniatur,in auth.statuimus.C.de Episco.& clericis. c.si diligenti. &.c.significasti.de foro compe.& Vber.de Bonacurso.in rub.quibus mo.suo no.ciuili.agen.versi.item non audiuntur.& ibi in addi.ad eum. & istam quis debet proponere ante litem contestatam si sciat sibi cõpetere:sed si ignoret post sententiã auditur opponendo per.l.fi.C.eo & Specu.in eodem tit.§.nunc videndum.versi.cæterum dilatoriæ.per tex.in.c.at si clerici.de iudi.Feli.in.c.exceptionem.eo.tit.d.Bartho.de Cassa.in consuetu.Burgun.in rubric.*des iustices*.§.v.in gloss.*fil nagrees* numero.xlv.& quomodo perdantur,vide Io.Masuer.in rubri.istius titu li.versi.item virtute.

21 Aliæ ratione causæ competunt: vt si super pluribus personalibus actionibus me conueniat aliquis coram iudicibus diuersis, potero secundum iudicium declinare ratione causæ in alio iudicio introductæ. c.ex tenore.de rescrip.&.c.dispendia.illo titulo in.vj. & idem si sum obligatus sub conditione,& ante conditionis euentum creditor me conueniat,vt per totum titulum de conditio.apposi.c.vno.de plus petitio.l.j.C.de rei vxo.actio.vel si iudex vult iudicare in causa in qua fuit aduocatus,vel in causa propria,vel de illa summa quæ iurisdictionem suam excedit.l.solet.&.l.prætor ff.de iurisdi. omnium iudicum. ne quis in causa iudicet.C.l.si idem.ff.de iurisditione omnium iudicũ. Vber.de Bonacurso in rubri.quibus mod.examen.ordina.iud.declina. in versi.ratione causæ.

22 Anomalæ sunt,quę normam aliarum non sequuntur:quia possunt & ante litem contestatam & post opponi,licet dilatoriæ sint,vt exceptio excommunicationis.in.c.j.de except.in.vj.& in cle.vna.eod.tit. & in.c.exceptionem eod.titu in decretalibus.& idem tenet Petrus de bellapertica in quęstio.xxvij.suarum quęstionum, vel dicuntur anomalæ non ex eo quòd dilatorię,& peremptorię possunt opponi: sed ex eo quòd etiam in vim dilatorię possunt opponi in qualibet parte litis secundum Cardina.in cle.vna.in.iij.q.allegata.Quando exceptio dicatur opponi in vim dilatoriæ,declarat Specul.in tit.eodem.§.dicto versi.hoc quoq; notandum est,dicens tunc peremptoriam in vim dilatoriæ opponi quando reus dicit,tu non potes esse iudex in hac causa:quia Titius aduersarius meus fecit mihi pactum de non petendo in perpetuum,vel mihi detulit iuramentum,& ego iuraui nihil sibi debere.Dilatoria opponitur in vim peremptoriæ,quando quis dicit,non teneor dare tibi decem quę petis:quia iudex coram quo me conuenis est tuus amicus,vel rescriptum est surreptitium:tamen ista fare non possunt,cum habeant diuersos effectus:quia quod est dilatoriæ,scilicet differre,attribuunt peremptoriæ,quę habet perimere,vel ecõtra:quod non debet esse,nec sic debent misceri secundum Specu.vbi.s.Vel anomale possunt dici: quia possunt esse temporales,& perpetuæ.l.tertia. §.temporales.ff.eodem.& ibi Albe.vide Hostien.in summa huius tituli.§.quę sit.Ange.in rubri.col.vij.Specul.vij.in.§.j.verficu. anomalę.&.§.nunc videndum.versicu.porro.& quia ista non vult sequi normam aliarum,ideò posui eam solam, vel quia excommunicatus nulli debet communicare.c.j.ibi nullus eidem communicet.de iudi.ideò eã posui solam ne alijs haberet communicare,& alios inficere. Formam opponendi vide per Specu.vbi supra.§.viso.versi.sed quoniam.Alias exceptiones vide in stylo parlamenti Tolosæ in eodem titulo in prima parte.§.de stylo.& in rubric.de adiornandis hæredibus mortuorum & resumptio.arramento.per totum.& Pet.de ferrarijs in practica sua in forma libelli rei conuenti.in versic.saluis alijs.& Docto.in.c.si quis Episcoporum.iij.q.vj.in.§.primo.

23 Mixtæ sunt quę alio modo dubiæ appellantur,vt si petas decem quæ tibi promisi sub conditione:dubium est an sit dilatoria,an peremptoria:quia si conditio eueniat,erit dilatoria:si non,erit peremptoria: in dubio tamen iudicatur peremptoria,per text.in.l.sufficit. & ibi doctores.ff.de condicti.indebi.Specu.eodem titulo.§.j.tex.glosſ.& ibi doc. in.c.fi.de rescipt.in.vj.&.in.c.si gratiosè.illo titulo & si. Consulit etiam idem Spec.in.§.dicto.versic.quid de exceptione &c.quod ante litem contestatam proponantur,& cautius.idem tenet Io.fabri in.§.appellantur.in fi.institu.eo.& Vbert.de Bonacurso in practica sua, in rubric. peremptorijs excepto.versi.pe.incipiente,est & exceptio. Vel exceptiones dicuntur mixtæ:quia habent causam mixtam,vt exceptiones iurisiurandi,transactionis,vel aliæ litis finitæ.l.fratris.C.de transactio. Et istæ exceptiones possunt opponi prout reo placuerit,vel ad impediendum processum,vel ad merita causæ,dummodo legitimo tempore opponantur:ideò mixtam causam habere dicuntur.l.elegante r.§. primo.ff.de condictione indebiti.& ibi Batto.& alij.ideò eam in medio posui.cum sit mixta.Et quando dicatur opponi ad processum, dic si opponatur ante litem contestatam hoc modo,non potes agere contra me:quia non habes actionem: vel non competit tibi aliquod ius agendi,vel simili modo secundum Stepha.Aufre.in decisio.capel. Tolo.q.lxvij.Ad merita causæ hoc modo opponitur:nihil debeo,quia solui,& ideò produco instrumentum solutionis,& hoc facit post litem contestatam.& tunc iudex discutiet iura vtriusq; partis:& si reperiat exceptionem fore admissibilem,absoluet reum definitiuè quam declarant Bartolus,& doctores.in.l.nam posteà.in princip io. quam legunt cum.l.ait prætor.§.si.ff.de iureiurando.Barto. in dicta.l.elegan ter.Barrolus in,l.finali.ff. pro suo . &.l.cum quærebatur. iudicatum solui.Angelus.in.§.æquè.colluma penultima. &.§. appellantur.col. xix.co.

xix.eodem titulo.Lanfracus in verſicu.exceptiones.col. mihi.iij.magnæ impreſsionis,de probationi.Alias exceptiones litis finitę vide p Maria Soci.& alios in.c.primo de litis conteſta.& in.c.primo illo tit. in vj.per Philip.xlv.& Alex.in addi.ad Bar.in.l.vir bonus.ff.iud.ſol. Ange.in.d.§.æque.col.v.& ſeq.Pet.de ferra.in ſua practica in forma reſpō.rei conuenti.in verſi.quoad impediendum proceſſum.Et ſic exceptio triennalis poſſeſſoris valet quod in beneficialibus poſt triēniũ non poſsit quis inquietari nec in poſſeſſorio,nec in petitorio,p regulã pragma.ſanctio.& cōcordat in rubrica de pacifi.poſſe.impedit litis ingreſſum in principio ſeu proceſſum propter illud verbũ inquietari ſeu moleſtari,ſecundum do Bartho,de chaſſa.in conſuetu.Burgũ.in rubrica *des ſucceſsions*.§.xiij.in gloſſa.*par benefice dinuentoire*.in verſic. per hoc & ibi ponit alias exceptiones.

24 Quaſi peremptoria eſt q̃ cōtra pſonas teſtium opponitur, nō dico diffiniendo,ſed declarando:& in hac arbore ſolum declaro, non vero quod ponam diffinitiones quidditatiuas,& ideo non turberis.& quatuor ſunt quæ contra teſtes poſſunt obijci,crimen.infamia,ſuſpicio, & macula manifeſta,ſecundum Panormit.in.c.primo.not.tertio eodem titulo.Et ideo dicitur quaſi peremptoria, quia directe non perimit, ſed per obliquum:quia ſublata probatione ius partis remanet inutile. cap.ſæpe.de reſtituti.ſpoliatorum.l.duo ſunt.ff.de teſtamen.tute. ideo vſq; ad ſententiam vel ad concluſionem in cauſa poteſt opponi,ſicut aliæ peremptoriæ.l.ij.C.ſen.reſcin.non poſſe.ita eã appellat glo.in.c.j. eo tit.&,in.c.ex parte. de teſti.licet glo.in.c.de teſtibus.illo titulo vocet eam peremptoriam.& Imo.in.cle.cōſtitutionē.numeo.xxij.de ele. Et iſta nō pōt dici dilatoria:quia iudicium non differt, nec pōt regulari ſecundũ regulas dilatoriarũ,ſed peremptoriarum.& ſi in cauſa principali non fuit oppoſita,in cauſa appellationis admittetur. gloſſa.& ibi doc.in c.ex parte.iam alleg.& in.d.c.de teſtibus, & doct.in auth.ſi dicatur.de teſti.C.niſi pars malitioſe diſtulerit opponere.glo.& doct. in.c.cum I.& A.de re iudi.& ſi talis opponens contra teſtes non probat crimen oppoſitũ,tenetur actione iniuriarũ ita doc.in.c.ſi.de iniu.ſecus ſi pbet quia fecit animo defendēdi.Bar.Alex.& Iaſ.in.l.ſi.ff.quod quiſque iur.Felin.in.c.j.eo.titulo De conſuetudine tamen non tenetur nec poteſt iniuriarũ cōueniri: vt tenet.d.meus & cōciuis.d.Nico.boer. in conſi.poſito poſt conſuetu.bitur.incipien.ſi quis animo iniuriandi imo etiam ſi nō pbat: vt ibi dicit:& Guido papæ in ſtatuto,ſi quis per literas.in ver.communi æſtimatione.col.xv.& ſequitur.d.de Chaſſa. in conſuetudine Burgun.in rubrica *des enfans de pluſieurs lict*.§. quarto. in gloſ.j.in ſi.per gloſ.ſing.in.l.quiſquis.in ver.vtilitas.C. de p ſtulan. ſcđm Guliel.de ludo.in ſingu.lxxxvj.& maxime ſi proteſtatus fuerit,vt ſolet fieri,non opponere animo iniuriandi,ſcđm Ioannē mãſuer in pract.ſua rubr.de iniur.In ver.item ſi aliquis.licet Anton.de tremolis in addi.ad Vber.de bonacurſo,in rubrica quib.modis.ſuo no. ciuili agen.verſi.repelluntur quoque.in ver.erat nocens.dicat ſe vidiſſe teſtes in actione iniuriarum.Tōlo.agentes reportaſſe ſententiam.pro ipſis fortius dicit talem conſuetudinem non valere.cōtrariũ vidi tamen ſepius in dicta ciuitate,& in curia ſeneſcali Nemauſi habita prius proteſtatione:vt.ſ.dixi Imo fortius dicit Aufre.in deciſio.capella. Tolo. q.cccclx.quod ſi aliquis in modum exceptionis oppoſuit crimen parti quod poſtea non potui probare,nō tenetur iuiuriarum,ſi fuerit pro teſtatus,& non fuerit pertinax in probando.quod bene nota. Tamen ſecũdũ leges nō repellitur quis à teſtimonio per obiectum criminis niſi teſtis ſit condemnatus,& infamis effectus.& hoc eſt de ſtylo, vt habetur in ſtylo parla.Toloſæ in prima parte.in ſi.rubrica ſequitur aduiſamentum.§.penul.& ibi Aufre.in addit.quod ſecus eſt de iure canonico: qa ſufficit ſi probetur criminoſus,per tex.in.c.teſtimonium.&.c.ſuper eo. & ibi no.de teſti.& an ſi opponatur excepti cōtra teſtes & tēpore quo producũtur.debeat excipiens admitti:& ſi iudex nolit admittere, qđ agendum ſit,Panor.in.c.ex parte.& ibi Feli.latè de teſti.

25 Peremptoriæ ſunt quæ rem de qua agitur,perimunt.verba ſunt imperatoris in.§.appellantur.inſtit.e.alias definitiones ponunt doctores. maxime Vbe.in rubri.de perem excepti.& Angel.in.d.§. appellantur. ſed eas vide:& illis viſis non inuenies meliorrem. Et dicitur peremptoria à perimendo,quia rem de qua agitur perimit:vt in definitione habetur.ſic dicitur peremptorium à perimendo.l.& tertium.ff.de iudi. Congruentius tamen poſſent eliſorie vocari ſcđm Vber.de bonacurſo vbi.ſ.cum quædã ſint quæ nō perimãt,ſed elidant.Sed ego defendēdo & iuriſconſul.& imperatorem,dicerem ꝙ imo melius dicitur peremptoria,& non obſtat quod aliquando non perimat,ſed elidat:quia illa eliſio poteſt largo modo accipi pro peremptione,& quantum ad effectum:vt no.doct.in.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.vel poteſt dici peremptoria,& non ſemper habitu:vt no.doc.in proœ.ff.& inſti.de matrimonio,& auguſto.vel etiam dicitur perēptoria reſpectu dilatoriæ.vel reſpō.hoc nomen eſſe impoſitũ à iuriſconſultis cauſa frequentioris vſus: qa frequētius tollit q̃; elidat:vt patet:ergo aliũ caſum nō excludit.ſ. eliſionē:vt no.gloſ.ſing.reputata in cle.j.in ver.pſidentes.de elec.ſcđm Barba.in.c.ſedes.col.xviij.&.c.edoceri.col.ij. de reſcrip.& in,c.raynaldus.col.xcvij.de teſta.& ibi allegat.alias vide.vel poſſumus reſpondere prout reſpon.gloſſ.in rubrica.ſoluto matrimo.ff.& in.l.ij.C.de conſtitu.pecunia.quod pertinacibus.Et iſta peremptoria eſt quintuplex perſonę, obligationis,iudicij,pœnę,& accuſationis.& vnaqueq; infra declarabitur in ſuis cellulis.

26 Perſonę peremptoria eſt,quę perſonam perimit,vt ſi conſtituatur religioſus procurator ſine licentia ſui Abbatis:nam non valet in clem. religioſus.de procura.& ſi ille agit nomine procuratorio,poſſum excipere contra eius perſonam,& perimere:quia nec nunc nec alio tempore ſine licentia poterit:vt declarat Imol.in cle.conſtitutionem. nume. xxvj.de elect.licet Hoſt.in.c.noſtra.de procur.vocet eam quaſi peremptoriam.Idem ſi infamis,vel furioſus.l.cum prętor.ff.de iudi.

27 Peremptoriæ obligationis ſunt in quadruplici differentia.videlicet vtranq; quædam tollit:quędam naturelem tantum,quędam ciuilem tantum,& quędam neutram.

28 Exceptio quæ vtranq; tollit,eſt quę potius appellatur facti, ſeu intentionis quàm iuris,quam declaraui.ſ.in.j,diuiſione.Spec.e.eo.titu. in.§.dicto.verſi.& vt plenius ponit exemplum:vt ſi filiusfa recipit pecuniam mutuo,recipiendo naturaliter obligatur,& ſcripturã faciendo ciuiliter per totum inſti.de liter obliga.tamen ſi mutuans petat exceptio macedoniani poterit opponi,quę vtranq; tollet,vel elidet ſecundum Ange.in rubri.ciuſdem titu.col.xiiij.

29 Alia perimit naturalem tantum,vt ſi quis me inſtituat hæredem, & leget vltra dodrantem,ego hæres ſum naturaliter obligatus ad ſoluendum legata.in.c.j.de ſolu.ciuiliter verò non,cum poſſum deducere quartam per.l.falcidiam.ff.&.C.ad leg.fal.ſi ergo legatarij ad integra legata me conueniant,ego excipiam ꝙ quartam volo detrahere per.l. falci.& iſta exceptio tollet naturalem qua hæres tenetur ad ſoluēdum integra legata:vt tenent Barto.Alex.& Iaſ.in.l.j.ff.de condict.indebi. &.l.cum quis.C.de iur.& facti igno.

30 Alia ciuilem tantum perimit.vt ſi debeam decem,& mihi facias pactum de non petendo,illud pactum tollit naturalem.ideò ſi petas,per exceptionem ciuilis tolletur,ſeu elidetur:vt Specul.vbi.ſ.ait,& Ange. in.d.rubr.ponit aliud exemplum,videlicet in exceptione præſcriptionis.vide Barto.in.l.ſi.ff.rem ratam habe.& iſta exceptio prǫſcriptionis non debet per iudicem ſuppleri.niſi opponat̃:vt tenet.d.Barth.de Caſſa.in conſue.Burg.in rub.*des foreſts*.§.viij.in ſi.& Alex.cōſil.ccxiij. in.ij.vol.& conſi.xcij.in.v.vol.& de hac materia prǫſcriptionũ latè vide Io.Fran.Balbum in trac.prǫſcrip.in.j.parte,& per totũ,& in addit. ad Vber.in rub.de perempto.exceptio.in ver.prǫſcriptiones.

31 Alia neutrum perimit,vt ſolutionis exceptio,ſecundum Spec.vbi.ſ.& Ange.in rubri.huius tituli,& ibi ponit alia exempla.Et regulariter iſtæ exceptiones peremptoriæ vſq; ad ſententiam poſſunt opponi, c.exceptionem.eo.titu.l.peremptorias.C.ſenten.reſcin non poſſe.Specu.in.§.dicto.Hoſtien.in.§.& quando.in ſumma huius tituli.Angel.in §.appellantur.inſti.eo.& Lanfrac.in repeti.c.quoniam.in verſic.exceptiones.de probatio.doct,in cle.ſæpe.de verb.ſignifica.Petrus de ferra. in practica ſua in forma reſpon.rei conuenti.in verſi.ſaluis alijs exceptionibus.vel poſſunt opponi vſq; ad concluſionem in cauſa,per tex. in.c.cum dilectus.de fide inſtru.& Barba.in tract.de præſtan.cardi.in v.q.baſilica.ſecundæ partis.ponit Bald.in.l.exceptionem.C,de probationem:quia ordo priuationis eſt quòd eam prǫcedat habitus, nihil allegat potes adducere text.in.l.decem.ff.de verbo.oblig.§.ſeruus.inſtitu.de capit.dimi.vnde quia omnis actio eſt habitus,& omnis exceptio eſt priuatio:& iſte ordo eſt ſecundũ naturam:ideò gl. in.c.de teſtibus.de teſti.reputat ſtultum illum qui probat peremptoriam donec aduerſarius probauerit ſuam intentionem:quia ſi aduerſarius nihil pbauit,non indiget reus aliqua exceptione.l.ſi quidem.C.eo.Conſuetudo tñ ſeruat ꝙ omnes peremptorias opportet ſimul proponere: vt tenet Io.Maſuer.in pract.ſua,in rubr.de literis notis & notatis in princi. Formam opponendi vide per Spec.in.eo.titu.§.viſo. verſi.ſi.

32 Peremptoria iudicij eſt quæ iudicium perimit q̃ncunq; opponatur:vt tu non es nec vunquã fuiſti procurator:ſecus ſi dicatur, tu non potes eſſe procurator:quia miles,vel fœmina:quia hæc dilatoria eſt,per tex.in.l.licet.C.de procur.& ibi doct.Ange.in.d.§.prætereà.col.ij.Bal. in.l.peremptorias.iam allega.vel non habes mandatum ſufficiens:quia hęc dilatoria eſt:ideò ante litem conteſtatam opponi debet: nam litis conteſtatio ſupplet defectum dubij mandati:vt tenet Milius in reper. in verſi.exceptio iſta,tu non &c.Secus ſi diceret,tu non habes mandatum:quia hęc quandocunq; opponitur etiam poſt ſententiam:quia iudicium retro nullum reddit:vt aſſerit Alex.conſi.cxlvij.in.vj.volu.& dixi latius in cellula.ſ.ratione procuratoris.& vide Alex.conſi.xlij.in iiij.vol.Vel pone exemplum:quia filius fa non pōt ſine cōſenſu patris ſtare in iudicio.l.ſi.§.neceſsitate.C.de bo.quę libert.ſi tamen contra me agat,& in fine iudicij opponam quòd eſt filiusfa.& ꝙ non habuit conſenſum patris:illa exceptio iudicium perimit: ideò dicitur perēptoria iudicij.notatur in.d.§.neceſsitate.De conſuetudine tamen filiusfa.in omni cauſa iniuriarum,& exceſſuum, & multo magis cum agitur criminaliter,admittitur agendo,& defendendo etiam ſine authoritate patris ſecundum Io.maſuer.in rub.de excep.in verſi.item ſimiliter.ibi de cōſuetudine,& nec etiam curia parlamēti curat de patria poteſtate, nec propterea annulatur proceſſus in filio maiore,licet cōſenſus patris

nõ interuenerit.& dicit Guido papę.cõsil.liiij.in deci.suis,& sequitur Guliel. bñdi.in repe.c.raynutius.in ver.si absq;.in.ij. in substitutione fideicommissaria.numero.l.de testa. quod bene not. Nec etiam curia parui sigilli montispessulani exceptionem patriæ potestatis admittit, nec propterea annullatur processus in.d.curia,licet consensus patris nõ interuenerit,si filius est maior,cum tantum in.d.curia admittantur tres exceptiones,videlicet solutionis,falsitatis,& pacti de non petendo:vt tenet per expressum Guido papæ vbi.s.cõsil.ccccx.& habet in stylo. parla.Tolo.in rub.de acti.psonal.§.item hæ.in prima parte:& de officio parui sigilli montispes.iudicis videat iudex.& eius aduocati stylum curie parla. Tolo.in rub.de offi.iudi.par.sigilli montispes.& ordina regias in rub.*du petit seel de Montpellier* & idem fere stylus est in curia conuentionum Nemausi:vt ibidem vidi,contra tamen.hunc stylum vidi impetrare literas cãcellariæ vt aliæ exceptiones possint opponi:& tũc opponũtur.not.dñs meus & conciuis do.Nico.boer.in consue.bitur.i §.ij.de consue.iur.sta.psona dicit gñalẽ cõsuetudinẽ regni Franciæ esse vt maior.xxv.annis sine authoritate patris possit in iudicio stare, cum sint prorsus absoluti,& nõ sint in ptãte patrũ:vt tenet gl.sing.in.§.fin. instit.de patria potesta.fuit tñ cõtra illam gl.latũ arrestũ in parlament. Parisien.prout refert & sequitur do.Bart.de chassa.in consue.Burgun. in rub.*des enfans de plusieurs lictz* §.iij.numero.xxj.

33 Peremptoria pene est si fiat concordia vel transactio in criminalibus nam per illas pena remittitur:vt no.docto. in.l.transigere.C. de transac.Bal.in tract.statu.in versi.concordia.in penul.q.vide gloss.& doct. in.l.ij.ff.de senatusconsul. sylla. Ange.in.§.j.institu.eodem. Vel pone exemplum in eo qui gratiam obtinuit à rege,prout notat plenè d. Bartho.de chassa.in consue.Burgum.in rub.*des iustices*.in.§.v.in gl.*Sil na grace*,& ibi ponit modum interinandi gratiam,& quando concedatur in die veneris sancta,quid operetur,ibi vide.

34 Alia est peremptoria accusationis.vt si me accusas de plagio quia tuum seruum vendidi,& subtraxi,excipiam quòd erat meus:& hac exceptione accusatio tolletur.nam si sit meus,non potui in eo plagium committere,per tex.in.l.præses C.ad le.flauiam de plagia.& pone per tex.in.l.quoniam alexandrum.C.ad le.iul.de adul.Barba.hoc declarat in additione.ad Bald.in.c.j.§.naturales.in verbo,nota si de feudo fuerit controuer.inter donationem.& agna.vasal.Vel pone exemplũ in hoc tit.ad le.flauiã.ꝙ si aliquis surripiat filium Boemi vel alterius, vel Boemus hoc faciat,qui hoc sunt soliti facere,& vẽdat,tenetur.l. flauia. de plagiar.vt declarat Specu.in tit.de accusa.in.§.fin.in prin.in.iiij.parte dicens penam esse capitalem.

35 Quarta per ordinem succedit diuisio:quia quædam sunt temporales quędã perpetuę. & de quibus dubitatur.& hęc probantur per tex.& no.in.l.iij.ff.eod.Temporales sunt quæ nõ semp locũ habẽt:sed euitari possunt,& rem de qua agitur,non perimunt.tex.in.§. appellantur. institu.eo.& in.d.l.iij.vt pactum de non petendo intra certum temp⁹ Nam si agatur ante tempus,erit excipiendum.non tamẽ perpetuo potest euitare quo minus soluat:vt dicit Hostien.in summa huius titu.in §.quę fit.& Specul.§.j.tex.& ibi Feli.& alij in.c.si autem.de rescrip.& latius declarabitur in sequenti.idem in exceptione restitutione.p tex. in.l.necnon.§.exemplo.ff.ex quibus cau.maio.l.nam postea.§.si minor ff.de iureiuran.l.fina.& per totum de tempo.in integ.rest. peten. Stepha.Autre.in decisio.capel.Tolo.quæstio.ccxxviij.

36 Perpetue sunt quæ semper locum habent,& euitari perpetuo possunt,& rem de qua agitur,perimunt.d.l.ij.&.d.§.appellantur. & exceptio doli.nam si dolo induxisti me ad aliquid promittendum vel faciendum,& post promissionem agas,possum de dolo perpetuo excipere etiã vsq; ad mille annos:vt tenet Hosti.in.§.& quando. versicu. item in ciuilibus.Specula.in.§.j.ver est autem.eod.titulo. & Vber. de bonacurso in practica sua in rubrica de perempto.excep.in princip.& Azo.in summa huius tituli.versi.si.& ideo perpetue dicũtur,quia si ppetuo agatur,perpetuo excipietur.Feli.in.d.c.si autẽ.& fere oẽs peremptoriæ ppetuę sunt:vt ait Spec.in eo.tit.§.viso.versi.Item nota quòd ferè idem in pacto de nõ petẽdo.l.si vnus.§.pactus.ff.de pac.idem dic in pacto de non agẽdo.l.postq; liti.C.de pact.& Rofrre.in deci. capel. Tolo.q.cclix.Hęc tñ cũ sit declinatoria,ante litẽ cõtestatã debet opponi,& nõ post:vt tenet Philip.in.c.j.de litis cõtesta.in.vj. Et idem dic in pacto de quota litis.l.litem.C.de procura nõ omitto pactũ de nõ mouẽdo quæstionẽ,de quo per Inno.in.c.cũ venissent. de institut. & de pacto prorogatiuo.l.electa.& ibi doct.ff.si cer.pet.in quib⁹ omnibus pactis si agat qui mihi fecit pactum .semper potero excipere de pacto.nisi vt.s.dixi sedm Bal.in marga.in verb.exceptio.in.l.quęstio idem si aliquid contra leges perpetratum sit.nam si maritus reluctante vxore prædium alienauit dotale,& emptor postea agat excipiet vxor.alienationem esse contra leges.& idem si contra senatusconsulta puta si mulier intercesserit,& conueniatur,ex hoc excipiet esse contra senatusconsulta,puta contra senatuscon.velleia.l.j.& per totum.ff.ad senatusconsul.velleia.&.C.eo titu.& vide de hoc senatusconsulto p additio.ad Vber.in.d.rub.de perempto.excep.& Ang. in.§.item col. xij.cum seq.insti.eo.Bal.in marga.in ver.mulier.in vlti.q.Pet.de bella pertica in suis quæstionibus.q.xxxiiij.

37 Alię sunt de quibus dubitatur an sint temporales, vel perpetuæ, vt exceptio ne maritus conueniatur vltra,quàm facere possit.l.maritum.ff.solu.ma.&.l.sunt.cum legibus seq.ff.de re iudi.nam dubium est an perpetuo maritus erit pauper,an perueniet ad pinguiorem fortunam:nam si perpetuo sit pauper,perpetua erit.si perueniat ad diuitias erit temporalis.ita declarat gloss.in dicta.l.iij.intellige tamen hanc exceptionem habere locum nisi persona principalis contra quam opponitur,indigeat:quia tunc non habebit locum exceptio:quia charitas bene ordinata à seipso incipit.l.præses.C.de seruitu. & aqua.l.si quis. §.de alimentis.ff.de liber.agnoscẽ.in.c.qui vult ordinare.de pœniten. dist.iij.gl.in.c.si Romanorum.xix.dist.dicit absurdum esse alijs benefacere,& non sibi.gl.in.c.nisi.de auth.& vsu palli j.infit potius debere diligere me.quã alium.gl.in.c.ex parte.in.ij.de cleri.non resid.& hanc opinionem tenet Roma.in repe.l.si vero.§.de viro.col.xxxvj.fallen. xxxix.ff.sol.mat.Et licet hæc exceptio possit opponi contra aliquas personas nunquã tamen habebit locum si dictæ personæ quæ possunt eas exceptiones opponere,nõ pręstiterint cautionẽ de soluẽdo ex integro si peruenerint ad pinguiorem fortunã,per tex.in.l.vna.§.cũ autem.C.de rei vxo.actio.ita Anto.de tremolis in addi.Vber. de Bonacurso in tubr.de exceptio.& benefi.in ver.& cæteri.& ibi vide alias personas hoc priuilegium habentes.& in dicta.l.sunt.cum legibus seq. & ibi doctores.idem in exceptione non numeratę dotis:vt Host.canit in.§.quę sit.in ver.de quibusdam.eo.ti.Sali.in.l.exceptionem.numero xxv.de proba.& idem Specu.vbi supra.§.j.&.§.dicto.

38 Quinta diuisio est,quòd quædam sunt personales,& quædam reales.personales sunt quæ personæ cohærents & ad alios non transeunt. l.exceptiones,quæ personæ.ff.eo.& hæ sunt duplices: quædam inhærent personæ per quam aliæ personę contra quam:vt tenet Io.Andr. in addi.ad Specul.in.§.j.eodem titu.in fine.

39 Exceptiones inhęrentes personæ cuius generis sunt istę de legato:vt si legatus missus ad aliquas partes ibi conueniatur, habet exceptionem suæ inhęrentem personę,per quã agentem repellet.l.ij.§. legatis.ff.de iud.& ibi ponuntur alię personę consimile priuilegium habẽtes.Idem si clericus coram seculari cõueniatur,cum iure prohibeatur in c.clericum nullus.xj.q.j.&.c.si diligenti.&.c.significasti.de foro cõpe. Idem dic si exemptus corã non suo iudice conueniatur:nam per exceptionem actorem repellet à limine iudicij.& alia exempla videas per Specu.in tit.de reo.& Host.in summa huius tituli.in.§.si.versicu.item est effectus.debent tamen supradictę personę cauere de iudicio sistico rã eorũ iudicibus:vt pulchrè dicit text.in.d.l.ij.sed si dubitet.ff.de iud.

40 Inhęrentes personę contra quam excipitur,sunt sequentes.Primo suspicio iudicis:nam si quis coram iudice suspecto me conueniat, contra eum excipiam,quæ exceptio inhæret personę contra quã excipit, cum durum sit coram eo litigare.in.c.inter.eo.titu. & causas suspicionis ponit glo.in.c.causam.& ibi Hosti.in summa.in.quæ sint iustæ causæ.Ene.de falco.in.c.causam.in.ij.de iudic.& latè Prępo.in.c.postremo de appell.Archidia.& alij in.c.ij.de appel.in.vj.Et an fideiussori competant,tex.in dicta.l.exceptiones.Ange.Io.fab.& alij in.§.fi.insti. de replica.Roma.singu.ccccccxxvij.d.de Ripa.in.c.j.numero.xxv. de iudi.Bal.in tract.statu.in ver.debitor.in.v.q.& in ver.excipere.ij.q°.Petrus de Bellapertica in suis quęstionibus.q.cxxix.&.q.xxxvj.Petr.de ferra.in practica sua in forma respõ.rei conuenti.in versi.saluis alijs col. penul.& Vber.de Bonacurso in practica,in rub.de exceptionibus,& beneficijs quę post diffinitiuam sententiam opponuntur.versi. opponi autem possunt.& ibi in additio.ad eum.

41 Reales sunt,quę rei adhęrent,& fideiussori cõpetere possunt.exceptiones.§.rei.ff.eo.& sunt in duplici differentia.quędam rem ipsam de qua principaliter agitur,concernunt:quędam vero quamlibet rem.

42 Concernentes rem de qua agitur,sunt,si petis beneficium,& dico sublatum de ecclesia.iu.c.cum accessissent.de constitui vel dico tibi nõ deberi ex qualitate eius:quia fortè curatum,& non attingis vigesimum quintum annum.iuxta notata in.c.cum in cunctis.per illum text.ad hoc expressum.§.inferiora.de elect.& ad omnem successorem transit vt Ange.attestatur in rub.col.vij,ver.venio nunc ad quintum.ideò dicit Ange.consi.lviij.exceptionem rei iudicatæ esse realem.

43 Aliæ respiciunt,siue concernunt quãlibet rem:vt locum assignatum non tutum,remotum,inhonestum,rescriptum vitiosum,libellum ineptè conceptum:nam de qualibet re excipiam,siue fuerit ecclesiastica siue prophana,per text.in.c.ex parte.in.j.de appell.& ibi doct.in.c.venerabilibus.§.sed si ex causa.de senten.excom.in.vj.cle.pastoralis.de re iudi.in.l.de ætate.cum.l.seq.& ibi Alexan.qui legit illas leges cum §.fi.l.recusare.ff.ad trebel.Feli.in.c.cum.R.de offi.deleg.Car.& alij in cle.vna.de foro competenti.Et istæ licet sint dilatorię:quia habent causam successiuam,& multiplicatiuam,post litem contestatam possunt opponi:tum si de nouo citetur,de nouo grauetur: ideò prodest quo ad futuros actus,non quoad pręteritos:vt not.in.c.dilectus.in secũdo de rescrip.Nico.de milis in reper.in ver.exceptio dilatoria habens causam &c.idem tenet.d.de Ripa in trac.de peste,in.iij.parte.ij.partis.q. iij.dicens ꝙ licet quis comparuerit in loco pestifero semel vel pluries non tamen tenebitur amplius in loco comparere,etiam si promiserit se sistere

ſiſtere in illo loco,per tex.in.l.ij.§.fi.ff.ſi quis cautio nec tenetur mittere procuratorem:vt ibidem not.docto.& Vber.de bonacurſo in practica ſua,rub.qui.mo.citatio impune contemni poſsit.§.j.& per.totam rubricam.& Feli.in.c.accedens.in.ij.vt lite non conteſtata.

44 Sexta diuiſio.Quædam ſunt fauorabiles,quędam odioſę inductę propter rigorē iuris,& inductę ꝓpter naturalē.ęquitatē.Fauorabiles ſunt quę in merū fauorē ſunt principaliter introductæ.per tex.in.l.qui exceptionem.& ibi Bar.& Ia.ff.condi.indebi.Et tunc præſumitur inductum principaliter in fauorem,quando eſt introductum ob imbecillitem:vt velleiani exceptio,& alię multę.

45 Odioſę ſunt quę ſunt principaliter in odium alicuius ſunt inductę, pertea quæ dicit Bar.& Iaſ.in.d.l.qui per exceptionem.& ſunt hæ,macedoniani,& ſimiles.nam macedoniani exceptio contra.naturalem rationem in odium fenerantium filijſſa.eſt introducta:vt habetur per totum titu.ff.&.ad macedonia vt filius ſolueret mutuum acceptum,ante diem patrios inquirebat in annos:vt dicit Ouid.& refert gloſ.in.l.fin. C.de pact.& de hac ponit gloſ.in.§.item ſi iuſtè.exceptio.Vber.in ſua iam allagata practica,& rub.de perempto exceptio.& ib vide in addi. Idem dic in exceptione criminum in.c.accedens.de accuſa.Specu.in eod.titu.§.dicto verſicu.vtrum autem notandum eſt tamen ꝙ omnis exceptio poteſt ſui natura dici fauorabilis,cum ipſius mater ſit æquitas.l.qui æquitate.de doli excep.inſti.eo.in prin.Bar.in.l.j.de vaca.mune.ff.Azo.in ſumma huius tituli.Panor.in.c.cum inter eo.titu & Feli. in rubri.Bald.in marga.in verbo,exceptio.q.xxxij.Ang.in col.vj.rubri.ver.capiamus tertium.glo ſingu.in.l.venia.in ver.liberis.C.de in voc.ſecundū Barba.in tracta.de præſtantia Cardina.in.j.q.jq.j.partis nume.lxxiij.col.vltima.

46 Odioſe verò quando inductę propter dolum:vt in macedoniano. ita tenet Bald.in.l.penul.C.de pact.Iac.in.d.l.qui exceptionem.& eſt quadruplex.prima,quæ nn oppoſita nunquā elidit:vt exceptio epiſtolę diui Adriani,& tunc ſolutum non oppoſita exceptione nunquā repetitur per caſum ſing.in.l.ſi teſtamento.§.quod ſi duo.ff.de fideiuſ. & he,ſcilicet macedonian & velleiani in excuſatione opponi poſſunt: vt tene Albe.in.ij parte ſtatuto.q.cxlviij.

47 Alia quæ non oppoſita elidit quodam modo naturalem obligationem,& ſic ius agendi:& tunc indebite ſolutum repetitur.d.l.qui exceptionem.& Bal.in marga.in ver.eceptio.inq.xx.q.

48 Alia eſt fauorabilis,& perpetua,& eſt illa quæ ſimul naſcitur cum ipſo contractu:vt exceptio velleiani:vt per totum titulum.ff.&.C.ad velleia.& Ange.in.§.item.col.xij.inſti.e.Pe.de bella pertica.q.xxxiiij. & Vber.plene in practica ſua.in rubr.de perempto.excep.in ver.exceptio velleiani.& ibi in additionibus ad eum.

49 Alia quæ non competit niſi expreſſe opponatur:vt exceptio cōpenſationis,de qua per Iaſ.in.l.qui exceptionem.Feli.in.c.ſuborta.de re iudica.Alex.conſil.cxlix.in.ij.volu.& conſil.lxj.in.iij.volu.& conſil.xciij.in.iiij.parte.&.lxxxvj.in.v.parte.& Vber.in practica prædicta in rubr.qu bus mod.ſuo nomine ciuiliter agentes.ver.prætereà.in verbo pecuniarijs.ibi in addi.ad eum plenè.& an excommunicatus prędictam exceptionem opponere poſsit.quod non tenet Stepha.Aufre. in deciſ.capel.Tolo.q.j.&.q.clxxj.&.q.ccc.& hæc in executione,& poſt ſnīam pōt opponi:vt inquit Angel.conſi.cxxxij.& cōſi.ccxxix.

50 Aliæ inductæ ſunt ad rigorem iuris ſeruandum:vt exceptio rei iudicatę:vt per totum titulum de except.rei iudica.& in.c.fi.de except. in.vj.Petr.de Ferra.in practica ſua,in forma reſponſio.rei conuenti.in ver.reiꝙ iudicatæ.& Vber.de Bonacurſo in rubri.de perēpto.except. in verſi.rei iudicatę.ibi per addi.ad eum.& quatuor requirunt̃ in hac exceptione.ſ.ꝙ ſit eadem res,eadem cauſa petendi,identitas perſonarū vere,vel interpretatiue.l.cum quæritur.cum duabus ſeq.ff.de except. re iudica.Item ꝙ fuerit à iudice competenti lata.Doc.in.c.ſeculares.de foro cōpe.in.vj.&.c.fi.& ibi Philip.franc.illo titu.vide Alexā.in.l.ſępe.de re iud.& in conſi.xciiij.in.ij.vol.& in.l.qui Romæ.& ibi alios. ff.de verb.oblig.Et idem in exceptione litis pēdentis.l.Iulianus.ff.de condi.indebi.& ibi Doct.&.d.l.qui exceptionem.Angel.in.§.itē ſi in iudicio.eo.titu.inſtitu.& illa tria quæ debent in ſnīa concurrere,debēt etiam in exceptione litis pendentis interuenire:vt tenet Philip.in.c.fi. titu.in.vj.Quot modis dicatur lis pendere? dic.v.modis.Primò per libelli oblationē.l.ij.&.iij.vt lite pendē.C.Secundò per appellationem. nihil noua.appel.pen.ff.Tertiò per relationem,ſeu conſultationē per iudicem ſuperiori factā.l.ex illo tēpore.C.de ap.Quartò per iudicis recuſationem.c.ſecundo requiris.&.c.cum ſpeciali.de app.l.apertiſsimi. C.de iud.Quintò per in integrum poſtulationē reſtitutionis.l.vna.in integ.reſti.poſtula.ne quid no.fiat.C.& Pe.de ferra.in prac.ſua in ver. exceptionem litis pēdentis.in forma rñ.rei conuen.Alex.conſi.cv.in iij.vol.&.xlij.in.iiij.volu.&.cxxxij.in eo.volu.& So.in cōſi.xxxviij. in.j.vol.&.xlij.in.iiij.volu.&.cxxxij.in eo.vol.& So.in cōſi.xxxviij. in.j.vol.Feli.in.c.exceptionē.nu.xlj,eo.tit.Intellige tamen exceptionem litis pendentis poſſe opponi ſi pendeat coram iudice competēte. aliâs ſecus per tex.in cle.ij.vt lite pen,Philip.in.c.fi.e.ti.in.vj.de exceptione cōpromiſsi pendenti vide Alex.conſil.lxxj.in.v.parte.

51 Sunt,& aliæ inductæ propter naturalem ęquitatem:vt exceptio doli:vt habetur per totū titulum de doli excep,ff.& Alex.in.l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.oblig.gl.magiſtra.& ſing.in.l.qui ſe debere.ff.de condi.cau.data.& ibi Iaſ.ample.Aduerte tñ ꝙ hæc exceptio plebeio, ſeu humili contra conſtitutum in dignitate nō competit,per tex.ſingu. in.l.non debet.ff.de dol.ſing.ſecundū Aret.in.§.j.col.xij.inſtit.e.ſecus dicerem in exceptione metus.ide Cepol.cautel.cvij.&.clxj.& Pe.de ferra.in practica ſua in forma reſponſionis rei conuenti.in ver.doli exceptione.Vber,de Bonacurſo in ſua practica,in rub.de perempto.exceptio.in verſi.peremptoriè.& ibi additio.ad eum per.d.Ant.de Tremolis in verſi.doli mali.Idem in exceptione non numeratæ pecuniæ, erroris,& ignorantiæ.l.j.& per totum de nō nu.pec.§.erroris in cle.vna de ſequeſtra.poſſ.& Fran.in glo.fi.Ange.d.§.appellantur.col.xviij.& de hac exceptio non numerātæ,pecu.C.erroris in cle.vna de ſequeſtr. poſſ.& Fran.in gl.fi.Ange.d.§.appellantur.col.xviij.& de hac exceptione non numetatę pecuniæ,vide Feli.in.c.ſi cautio.de fide inſtru. Et poteſt opponi per eccleſiaſticas perſonas etiam poſt bienniū;, imô prælatus eccleſiæ huic renūcians nō præiudicat eccle.vt tenet princeps canoniſtarum Io.And.& alij poſt eū in.c.fi.de ſol.Bal.in auth.hoc ius. C.de ſa.ſan.eccle.Iaſ.in.l.cum quis.C.de iu.& fac igno.Nico.milius in reper.in verſi.exceptio nō nume.pec.Ange.in conſt.ccxlv.col.iij.in.ij. dubio.imò fortius dicit Ang.conſil.clvj.ꝙ ſi exceptio nō numeratæ pecuniæ obijcitur contra illum qui dicit ſe numeraſſe pecuniam,perpetuò competit,& poteſt opponi:quia ei opponitur de dolo ſuo,in quo verſatur,cum ſcire debuerit pecuniam nō numeraſſe.ex quo de ſua numeratione agitur,de qua non pōt ignorātiam prętendere.l.fi.pro ſuo. ff.licet ſecus eſſet ſi opponeret̃ contra aliū,puta contra ſucceſſorē qui non numerauit:& hoc procedit de canonica æquitate ſcđm eundem Angel.quem vide.idem dici in exceptione rei litigioſæ,tranſactionis, pietatis,vel malitiæ:vt tenet Hoſt.in ſumma huius titu.§.quæ ſit.ver. ſi.Formam opponendi ponit Spec.eo.tit.§.viſo.ver.ſuper exceptiōe.

52 Septima ſequitur diuiſio,ꝙ exceptionum quædā ſunt diuerſæ,alternatiuæ,& contrariæ.Diuerſæ ſunt quando multa remedia propono vt ſi petas à me domū,excipiam ꝙ feciſti mihi pactum de non petendo:& res iudicata eſt,vel tranſacta.nam hoc facere quis minimè prohibetur,per tex.in.l.contra maiores.C.de inoff.teſt.Bald.& Sali.in.l,ſi quidem.C.e.& in.l.peremptorias.C.ſentē.reſcin.nō poſſe.De conſuetudine tñ defenſio non poteſt in plures partes diuidi,& potiſsimè qñ ad vnum finem tendit,per.l.iam tamen.§.pe.ff.iudic.ſolui.& ideò ſi reus habeat plura remedia,aut plures exceptiones ad vnum finem tēdentes:illa ſimul tenetur proponere,& vna vice: aliâs non eſt audiendus ad aliquid de nouo proponendum:vt aſſerit Ioan.Maſuer.in practica ſua parlamenti.eo.titu.verſicu.de conſuetudine.& ſeq.& idem ſeruatur in parlamento Tolo.vt habetur in ſtylo parla.Toloſæ.§.fin. niſi in caſibus poſitis per Stephe.Aufre.in.d.§.fi.ibi videre licet, vide Io.de Salua.in tract.de beneficio.in.iij.parte.q.xix.

53 Alternatiuæ ſunt per quas reus ſic excipit contra actorem,non potes agere contra me,quia es fur,aut falſarius,ſeruus,vel excommunicatus.& exceptiones regulariter non admittuntur:quia alternatiua parit obſuritatē.in.c.vt qui duas de elect.in.vj,& obſura exceptio debet reijcu.l.j.§.Labeo.ff.de flu.quod fallit in tribus caſibus poſitis per Feli.in.c.iij.loco.col.iij.de proba.ibi,adulterinum &c.Io.Andræ.& alij in regula.in alternatiuis.de reg.iur.in.vj.ſex ſpecies alternatiuarū vide per Bar.& alios in.l.iij.ff.de eo qđ cer.loco.Io.fab.& cæteros in.§.huic.inſti.de actio.&.d.Bart.de Caſſa.in conſue.Burg.in rubr.*des mains mortes.* §.xxj.in glo.fi.no.doc.in.c.inter.de reſcript.

54 Contrariæ dicuntur qñ aliquis dicit excipiendo ſe non habuiſſe, & ſoluiſſe,vel pactū de non petendo ſibi eſſet factum:vel ſi reus accuſetur de homicidio,pōt negare ſe occidiſſe:& conuincatur,poteſt allegare ꝙ ad ſuam defenſionē fecit:vt dicit Io.An.in.c.nullus.de reg.iur. in.vj.in mercuria.Bart.in.l,cum de indebito.ff.de probatio.Bar.& alij in auth.cōtra qui propriā.C.de nō nume.pecu.Alex.Iaſ.Hercul.& alij in.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.oblig.Bart.& alij in.l.nemo.ff.eo. ideò eſt dicendum ꝙ exceptiones cōtrarias poteſt quis conditionaliter opponere:vt nego me habuiſſe:& caſu quo probetur,dico me ſoluiſſe,vel aliud,per gl.in.c.cum dilectus.de relig.do.gl,Panor.& alij in.c. auditis.de præſcrip.Panor.& Feli.in.c,paſtoralis.eo.tit.Bald.in dicta l.ſi quidem.C.eo.Spe.tñ in.d.§.viſo.verſi.quid ſi.debitor dicit alia via nos poſſe excipere.ſ.ſi aliquid petatur alicui,fas erit dicere dubito:& ſi probet,potero allegare ſolutionem,vel aliam exceptionem,argumēto tex.quem allegat in.l.ſi debitor.ibi,neget,aut dubitet.ff.de peti.hæred.facit tex.licet non adducat,in.l.iuſiurandū.& ad pecunias ibi putat deceſsiſſe.ff.de iureiurando.in.l.ſi quis inficiatus.ibi,procuratorem non putaret.ff.depoſi.in.l.cum quo.ibi,dubito.ff.ad legem falcidiam. l.fina.ibi,procliuior ſum.ff.de condi.cau.data.&.l,fideicommiſſa.§.ſi quis illicitè.ibi,procliuior.ff.de lega.iij.Stepha.Aufre.in deciſio.Toloſanæ queſt.xxj,Areti.conſilio.xcvj.Flo.in dicta.l.cum de indebito. Petrus de Ferra.in practica ſua in forma reſponſio.rei conuenti in verſic.contrarietatem.vide Deci.tres concluſiones ponentem in.d.c. paſtoralis.& quando ſit licitum allegare contraria,Bal.ponit in.l.j.C. de furt.Præpoſi.in.c.dilecto.col.xx.de appell.Alex.conſi.c.in.v.volu.

additio.ad Vber.de bonacurso in rub.quibus mo.suo no.ciuiliter agentes.§ similiter.

m ❡ Vel vt.] alij habent, velut. sed tu habeas secundum Io. vel vt. & sunt duæ partes: & est exēplum ad secundum dictum. & fit sic nunciatio, ne procedas, nisi de damno infecto caueas: vt & j. in fi. huius. §. & j. qd vi aut clā. l. iij. §. pe.

uato, siue in publico[a] opus faciat. ❡ Nūc videamus, quibus ex caussis[b] fiat hæc nūciatio: & quę personæ[c] nuncient, quibusq́;[d] nuncietur[e], & in quibus locis[f] nunciatio fiat: & quis effectus[g] sit nunciationis.

❡ *Nunciatio potest fieri ex triplici caussa hic contenta. Pau. de Cast.*

❡ Nunciatio fit, aut iuris[h] nostri conseruādi caussa, aut damni[i] depellendi, aut publici iuris[k] tuēdi gratia. Nunciamus[l] autem, quia ius aliquod prohibendi habemus, vel vt[m] dāni infecti caueatur nobis ab eo, qui fortè in publico[n], vel[o] in priuato quid molitur[p]: aut[q] si quid contra leges edictáve principum[r], quæ ad modū[s] ædificiorum facta sunt, fiet: vel in sacro[t], vel in loco religioso, vel in publico, vel in ripa fluminis: quibus ex caussis & interdicta[v] ✱ pꝓnunciantur. ❡ Quòd si quis in mari, vel in littore ædificet: licet in suo non ædificet, iure tamen gentium suum[x] facit. Si quis[y] igitur velit ibi ædificantē prohibere, nullo iure[z] prohibet: neque opus nouum nūciare, nisi ex vna caussa[a], potest[b] si fortè damni infecti sibi

n ❡ In publico.] scilicet sui iuris tuendi caussa, vel damni depellendi. nam publi. iuris tuendi caussa quilibet[a] potest nunciare: vt. j. e. l. in prouinciali. §. fi. & l. seq.
o ❡ Vel.] hoc est exemplum secundi, quando damni depellendi.
p ❡ Molitur.] id est ædificat. econtra demolitur, id est destruit.
q ❡ Aut.] hoc est exemplum tertij quando public. iuris tuendi gratia. Accursius.
r ❡ Principum.] scilicet fieret. quod est. j. & contra legem, da exemplum. s. si reg. l. fi. de edictis imperatorum, da vt. C. de ædifi. priua, l. j. & l. si cui. & l. Mæniana.
s ❡ Quemadmodum.] aliās quæ ad modum. & tunc dic, quæ edicta facta sunt ad modum ædificiorum, id est, quemadmodum moderatè fiant, secundum Ia. sic tenet nunciatio nomine prædictorum, sicut tenet pro his operibus quæ facta sunt ad modum. &c. quasi superiora non essent ædificia. & secūdum hoc aut quod est in litera in prin. ver. pro, sicut, ponitur. Alij habent, quemadmodum ædificia facta sunt. & tunc dic, tenet nunciatio nomine prædictorum quemadmodum tenet aduersus ædificia quæ fiunt in priuato.
t ❡ Sacro.] Ponit exemplum quādo caussa publi. iuris. pro his enim omnibus potest nunciari: vt & j. quod vi aut clam. l. vim facit. §. fi.
v ❡ Interdicta.] scilicet ne quid in loco sacro, & ne quid in loco religioso, & ne quid in loco publico. de fluminibus. & ne quid in flumi. publi. ripáve eius fiat.
x ❡ Suum facit.] vt & suprà de re. diui. in tantùm. cum fine præcedentis legis.
y ❡ Si quis.] quia solum cedit ædificio. quod aliās non est.
z ❡ Nullo iure.] scilicet priuato, publi. tamen, sic, si nauigantium portus, vel statio deterior fiat, non aliās: vt infrà de acquirend. re. do. quamuis. & de flumi. l. j. §. fi in mari. & infrà ne quid in loco publi. l. littora. & l. in littore.
a ❡ Ex vna caussa.] priuata. publica sic quandoq́;, vt modo dixi.
b ❡ Potest.] quia caussa damni depellendi, vt subijcit.
c ❡ Iuris.] nunc quæ personæ possunt nunciare alijs. Ir. & ponit de impositiua & de naturali. Accursius.
d ❡ Is.] de caussa publi. iuris illi ad quem res non pertinet, vt omnes ciues: vt. j. eo. in prouinciali. §. fi. & l. seq.
e ❡ Pertinet.] vt iure dominij vel bon. fid. possess. vel quia ius habet in re: vt. j. de verb. sign. l. verbum illud pertinere. & j. e. l. in prouinciali. §. si ego. & l. creditori. idem si nullum habeat ius: si tamen contendat se habere: vt. s. e. l. in prin.
f ❡ Non potest.] nec vicino nec domino.
g ❡ Procuratorio.] scilicet quasi procurator in rem suam à domino constitutus: vt. s. vsufr. queād. ca. l. j. in fi. & l. seq. sed videtur ꝙ quilibet hoc posset: s. e. §. itē nunciationem. sed non sic quasi pro sua re: vt iste.

a Aduerte ad hāc glo. propter dic. hanc, quilibet. ꝙ quānis videat esse vniuersalis: vt no. Barto. in. l. hoc articulo. col. ij. ver. vtigit ista materia s. de hered. instit. debet tamen intelligi restrictiue. f quilibet habilis ita not. Bal. in. l. cum vi rum. in vlt. col. C. de fideicōmi. & plenius in rub. C. qui accus. non pos & oi no per Alex. in l. si filius. si cert. pet.

velit caueri.

❡ *Hic incipit tractare de secundo membro distinctionis, scilicet quæ personæ possunt nunciare. Pau.*

❡ Iuris[c] nostri conseruandi, aut damni depellendi causa opus nouum nunciare potest is[d], ad quem ea res pertinet[e].

❡ *Vsufructuarius extraneo procuratorio nomine domini nunciat nouum opus, domino non: sed poterit confessoriam intentare. Bar.*

❡ Vsufructuarius † autem opus nouum suo nomine nūciare non potest[f]: sed procuratorio[g] nomine nunciare poterit, vel vendicare[h] vsumfructum[i] ab eo, qui nouum opus faciat: quæ vendicatio[k] pręstabit ei[l], quod eius interfuerit[m], opus nouum factum non esse[n].

Iulianus lib. 48. LEX II.

Si autem[o] domino[p] prędij nunciauerit: inutilis erit nūciatio[q]. Neque enim, sicut[r] aduersus vicinum[s], ita aduersus dominum agere potest[t], ius ei[v] non esse inuito se altius ędificare. sed si ✱ hoc facto[x] vsusfructus deterior fiat: petere[y] vsumfructum[z] debebit.

❡ *Beneficium huius edicti est extraordinarium & in subsidium introductum: ideo cessat vbi habet locum ordinarium. Bar.*

Vlpianus lib. 52. LEX III.

h ❡ Vendicare.] per confessoriam.
i ❡ Vsumfructum.] etiam à vicino.
k ❡ Vendicatio.] per confessoriam.
l ❡ Ei.] scilicet fructuario.
m ❡ Interfuit.] quia in eo venit interesse: vt s. si ser. vendic. l. loci corp⁹. §. in cōfessoria.
n ❡ Non esse.] nam in primo statu id ei reponi debet: vt. s. si vsufr. pe. l. fructuario. aliās in. l. vti frui. §. dominus.

Si autem.] ❡ Accursius. Hæc. l. cōtinuatur cū superiori: & dicit. Pone ꝙ ipse Titius proprietarius fundi ædificabat: nūquid potero ei nunciare? Et dicitur quòd non: quia dominus est fundi in quo ædificat. verūtamen agam confessoria: & consequar interesse meum quod habeo ratione operis facti. Frā. Ac.
o ❡ Si autē.] s. quādo vicino extraneo ædificanti nunciat: hīc qñ domino.
p ❡ Domino.] scilicet ædificanti.
q ❡ Nunciatio.] procuratorio nomine.
r ❡ Neque enim sicut.] scilicet omnino. quia pluribus modis dominum coget: vt. s. quib. mod. vsusfru. ami. l. repeti. §. fi. & l. sequē. & ideo est bona ratio. j. l. proxi. §. ꝙ si socius. Azo.
s ❡ Vicinum.] (quia non potest,) scilicet procuratorio.
t ❡ Potest.] scilicet procuratorio, quia non potest.
v ❡ Ius ei non esse.] quasi per nunciationem ex hoc edicto, sed per confessoriam bene agitur contrà vtrúq́;, vt subijcit.
x ❡ Facto.] id est opere facto à domino.
y ❡ Petere.] à domino.
z ❡ Vsumfructum.] per confessoriam in rem si nō fuerit interemptus vsufruc. mutatione rei. tunc enim conueniret dominum actiōe de dolo, vel ex testamēto: vt. s. qui. mo. vsufr. amit. l. repeti. §. fi. Azo. & s. si seru. vend. l. si eo loco, §. j. Sed in eo quod hīc dicitur, & s. l. proxi. §. fin. in princ. vsufructuarium non posse nunciare: est cōtrà. j. de remis. l. j. §. item Iuliano. Solu. ibi dicit posse nunciari, vt habeat vtile interdictum de ope. no. nun. hīc non posse, vt habeat directum interdictum. Vel ibi cœperat vti frui: hīc non: sicut in interdicto: vnde vi: vt. j. de vi & vi ar. l. iij. §. vnde vi. & §. pen. Vel intellige[b] illam secundum istam. secundū. Io. vt possit nunciare vicino: vt ibi, non domino: vt hīc. & ei, vt procurator in rem suā: non vt dominus: vt. s. l. proxi. in fi. Alij dicunt sic distingui, vt hīc in litera dicitur, si in vicino loco fit opus: tunc nunciare possit fructuarius: vt ibi. si autem in ipso loco in quo est vsusfr. tunc nec domino nec extraneo nunciat. & hæc in personali seruitute sic distinguuntur: vt hīc, & s. l. proxi. In reali,[c] si est rustica, nec contra aliquem: vt. j. e. l. qui viā. si vrbana, etiam contra dominum: vt. j. eo. de pupillo §. imposititiā. & s. de. verb. prę. l. inter seruitutes. §. fi. & quæ sit ratio quærit Io. licet nō soluat. sed H. dicit, si habeat quis vsumfr. vel proprietatem vrbani prędij: nunciare potest alteri ędificanti contra seruitutem vrba. prædio. debitam: vt dicit. l. illa, inter seruitutes. si in rustico personalem, vel realem seruitutem habeat, non potest: vt. j. e. qui viam. sed hæc quæ distinguebat hic rusticam ab vrbana, antiqua est, & reprobatur in. l. illa inter seruitutes. per. l. s. famil. ercis. in iudicio. posset dici ꝙ etiā in reali posset vicino nunciari: vt. d. l. in iudicio. vbi indistinctè dicit, non dño. & sic loquit illa, qui viā.

In pro

† Bar. Ang. Imo. & Ro. & vbique scribētes tex. sing. & meliorē de iure ad hoc ꝙ licētia ingrediēdo rē authoritate propria potest p ha bente ea in aliū trāsferri. Bol. & ro est; quia talis licentia operat vtile actionem possessionis. ita sing. no. Bal. in rias super de pig. act. & l. c. j. col. ij. in. tit. qd sit inuestit. in feu.

✱ Ex hoc facto.

b Ista est vera secundū Alex. & Imo.
c Omnia ista quæ quuntur in gl. vsque ad fi. reprobat Bal. hīc & in l. qui viā. al leg. in gl.

IN prouinciali [a] etiā prædio [b], si quid fiat, noui operis nūciatio locū habebit. ¶ Si in loco [c] cōmuni quid fiat: nunciatio locū habebit aduersus vicinū [d]. ¶ Planè si vnus nostrum in cōmuni [e] loco faciat, non possum ego socius opus nouum ei nunciare: sed eum prohibebo communi diuidundo iudicio [f], vel per prętorem. ¶ Quòd si socius meus in communi insula [g] opus nouum faciat, & ego propriam [h], cui noceatur [i], habeā: an opus nouum ei nunciare possim? Et putat Labeo, nunciare nō posse [k]: quia possum [l] eum alia ratione prohibere ædificare, hoc est vel per prætorem, vel per * arbitrū communi diuidundo. quæ sententia vera est.

Superficiarius qui habet utile dominium: potest nunciare nouum opus. h.d. Bar.

Si ergo superficiarius sim, & opus nouū faciat vicin⁹: an possim nunciare? Mouet [m], ꝙ quasi inquilinus [n] sum. Sed prætor mihi vtilem in rem actionem dat [o] & ideo & seruitutū [p] causa actio mihi dabitur, & operis noui nūciatio debet mihi cōcedi.

Publici iuris tuendi causa denunciare omnes ciues possunt, excepto pupillo, & seruo proprio sed pro proprio dāno potest nunciare pupillus cum tutoris authoritate. Bar.

Si in publico [q] aliquid fiat: omnes ciues [r] † opus nouum nunciare possunt:

Paulus li. 48. LEX IIII.

NAm reipublicæ [s] interest, quā plurimos ad defendēdā suam causam admittere.

Vlpianus lib. 52. LEX V.

DE pu-

* Arbitrium.

IN prouinciali.] CASVS. Siue opus fiat in fundo italico, siue in prouinciali: potest nūciari nouū opus: nec de italico erat dubium: quia nos italici dicimur plenè domini rerum nostrarū. at in prouincialibus dubitatur, cùm non dicātur domini rerū suarum propter tributa quæ præstant pro prædijs possessis ab eis: sed nō est dubitandum: vt dicit. ¶ Si in loco communi.] Ego & Titius habemus fundū cōmunem. qdā tertius puta Cornelius ædificat in illo fundo. quærit an ego sol⁹ possim nūciare nouū opus. Et dicitur ꝙ sic. Sed pone ꝙ Titius ædificat. certè tūc nō possum nunciare: sed tunc si neget me cōsociū, ꝓhibebo eū per act. cōmuni diuidūdo. si autē cōfitet tūc per prætorē. i. per officium iudicis ꝓhibebo eum ædificare. ¶ Quòd si socius.] Itē pone ꝙ habeo domum propriā ibi propè. vnde ex ędificio quod facit Titius in solo communi, timeo ruinā in mea vicina, nunquid possum sibi nunciare nouū opus? Rñ. ꝙ nō: sed per act. cōmuni diuidundo si negat me cōsortem: vel per prætorē. i. officiū iudicis, si cōfitetur: possum eum prohibere. ¶ Si ego.] Si habeo superficiē tantùm: & aliquis faciat in ea opus: an possim ei nūciare? Et videtur ꝙ nō: quia nō sum dñs: sed quasi inquilinus: sed tñ dicitur ꝙ bene possum ei nūciare: nā quasi dñs sum, & datur mihi vtilis in rem cōtra possessorē si desinerem possidere per prætorē. Secūdo dicit: si debeas mihi seruit. altius non tollēdi domū tuā: si tu eam eleues altius cōtra debitā seruit. possum tibi nunciare nouum opus. ¶ Si in publico.] Si ædificas in loco publico: puta in curia cōmunis Boñ. vel simili loco: dicitur ꝙ omnis homo de populo potest nouum opus nūciare: cùm cuiusq; videatur interesse. reddit & aliā rationem. nam reipub. &c. quæ est casus. l. seq. Fran. Accur.

a ¶ In prouinciali.] modò tractatur in quibus locis.
b ¶ Etiam prædio.] non solum italico. & erat dubium, quia prouinciales non sunt domini. sed hodie sublata est differentia: vt. C. de vsuscap. transfor. l. j. §. fi. Accur.
c ¶ Si in loco communi quid fiat.] à vicino, non à socio.
d ¶ Vicinum.] vt. ĩ. e. de pupillo. §. si plurium.
e ¶ In communi.] quando negat me consortem.
f ¶ Iudicio.] cū negat me cōsortē: vel per prętorē vel per iudicis officiū qñ nō fatetur secūdum Io. & erit potior cōditio ꝓhibētis: vt. s̃. cōmuni di. Sabinus. & de ser. vr. præ. l. in re. & de vsufr. si cuius. §. sed si inter. vel cōmuni di. habet locū vbi in re corporali [a] est cōmunio. aliâs offi. præ. vt. s̃. cōmuni diui. l. item. §. j. & in. d. l. si cuius. Et quod hîc dicit de domo vel loco: dic, id est de iure domus vel loci, prout refertur ad secundam differentiam, vt habeat locum offi. præ. in re corporali: vt in domo vel alio loco.

a Ista differentia cōiter reprehēditur secundū Alc. hic.

g ¶ Insula.] id est domo.
h ¶ Propriam.] scilicet insulam.
i ¶ Noceatur.] sic. s̃. de ser. vrb. prædio. sed si inter. in prin.
k ¶ Non posse.] nec fini. regun. pro meo proprio fundo iuxta cōmunem: vt. s̃. fini. regun. l. iiij. §. si communem.
l ¶ Quia possum.] No. ergo nō dari hoc edictū nisi in subsidiū. sic in cautione dāni infecti: vt. ĩ. ti. j. l. si ædibus, & l. q bona. §. de illo. sic & ar. s̃. fi. reg. l. iiij. §. & si cōem. in fi. §. & s̃. de mi. in caussæ. ij. in prin. & de edē. l. quædā. Sed op. si offi. iud. impedit hoc edictū, vt hîc: ergo cum semꝑ possit sic ꝓhiberi: vt. ĩ. e. de pupillo. §. meminisse. nūquam habebit locū nūciatio per iactū lapilli, vel simplicē nūciationē. Sed dic: hoc officiū de quo hîc dicit, operatur ꝓhibitionē si factū nō est, & destructionē vbi factū est: sicut in cōmuni diui. vt. d. l. Sabinus. in fi. & d. l. in rē. in fi. Sed illa ꝓhibitio quæ fit per prætorē ex hoc edicto, nō operatur destructionē: & ideo edictū restitutoriū est necessariū. Sed adhuc opponit: ergo iure seruitutis nemo nūciat: quia habet cōfessoriā vel negatoriā per quas tantūdē cōsequit: vt. s̃. l. ꝓxi. & l. j. in fi. quod falsum est, vt nō nūciet: imò bene nūciatur: vt ibidē dicitur. & s̃. de ser. vr. præd. inter seruitutes. §. j. sed respōdetur vt. ĩ. ti. j. l. Trebatius. diximus. vel expone vt. s̃. hac ea. gl. diximus.
m ¶ Mouet.] scilicet quòd non possum.
n ¶ Inquilinus.] & sic non habeo ius in re: non ergo nūciat qui non habet ius in re. sed dic vt no. s̃. e. l. j. §. iuris.
o ¶ Dat.] nisi ad modicū tēpus cōduxit: vt. ĩ. de superfi. l. j §. quod autē ait. & s̃. si ager vec. l. j. ij. & iij. & de rei vē. superficiario. & l. ptor.
p ¶ Seruitutum.] scilicet vtilis confessoria: vt. ĩ. de superfi. l. j. §. fin. Sed quare fructuarius non sic potest? Rñ. iste plus iuris habet in re.
q ¶ Si in publico.] hîc de publico. Hugo.
r ¶ Omnes ciues.] idonei. Io. vt. ĩ. de munc. & ho. l. vt gradatim. §. & si lege. & hoc propter pupillū & mulierē, qui non nūciant, nisi ad eorum cōmodū pertineat: vt. ĩ. e. de pupillo. in prin. & de popu. act. l. mulieri. Itē propter eum cui ex edicto postulare non licet: vt. ĩ. de popu. acti. l. popularis. ex pluribus tamen vnus idoneior eligitur: vt. ĩ. e. tit. l. si plures. Accurs.
s NAm rei.] sic. s̃. de procura. seruum. §. publicè. Sed arg. contrà. in eo. tit. de procu. l. non tamē. & de exer. l. j. in fi. & l. seq. & de admi. tuto. l. iij. §. fi. ADDITIO. Dic secundū Barto. quòd eligitur idoneior. & hoc secūdū Dy. si omnes prætendūt publicum interesse: sec⁹ si omnes priuatum: quia tunc omnes admitterētur: vt. l. ij. §. si ad plures. de sepul. vio. Nec ob. l. non tamen. s̃. allega. & ĩ. iudi. solui. l. iam tamen. §. si tamē plures. quia fuit vna persona in quā principaliter ius obligationis cadebat, non autem plures.

† Ampliabis hūc textū vt nō ꝙ cedat in ciuibus tātū: sed etiā ꝙ forēses hoc casu admittant. ita no. Ange. & Alexā. in. l. ij. ff. ne quid ĩ loco. pu. Lud. tamen Ro. videt hic facere differentiā inter locū publicū, vt tūc forensis nō admittatur. & viam publicā: & ꝙ tūc possit: & ista videt esse veritas limitata prius secūdū Paul. de ca. & Alexan. hic illo dicto nisi talis forensis subiret onera: quia (cū pro ciue habeatur) posset indistincte nouum opus nūciare.

DE pupillo.] CASVS. Quærit an pupillus possit nūciare. Et dicit ꝙ non: licet illud opus fiat in publico: nisi intersit eius aliter: vt quia hoc opus si fiat nocebit luminibus eius. nam tūc potest nunciare dum tamen tutore authore hoc faciat. Secūdò dicit de seruo. & dicit si seruus alicuius ędificat in solo, in quo credo habere ius: possum ei nunciare. Tertiò dicit, an seruus possit nūciare nouum opus alicui ędificanti? Et dicitur ꝙ non. & si fiat de facto: nō tenet de iure. ¶ Nunciationem.] Dicitur ꝙ denunciatio debet fieri in loco in quo fiat opus. ¶ Nunciare.] Nunc dicit cui debeat fieri nunciatio: & certè nunciatio fieri debet vnicuiq; in opere existenti nomine domini: vel operis causa: vt castaldo domini: vel magistris qui causa operis ibi erant: & etiam domino de quo nō erat dubiū quin faciebat ędificare, si sit in opere: & seruo vel puero vel mulieri in opere existēti nunciari potest. reddit rationem. nam per eos poterit domino renūciari. Secūdo dicit. pone ꝙ opus faciebas in villa: & vna die cùm viderē te in ciuitate, puta in foro. i. curia cōmunis: nunciaui tibi nouum opus: nunquid tenet nunciatio? certè non. nā in ipso opere, & in re præsenti fieri debet. & reddit rōnem. nam ideo fieri debet in re præsenti: vt sic dñs statim discedat ab opere, nec in eo ꝓcedat: & si cōtrà faciat, destruatur quicquid fiat. sed si fieri possit in absentia operis nunciatio, iā sequeret ꝙ dū dominus veniret ad opus: quicqd in opere procederetur, fieret cōtra edictum prætoris qđ dicit, non debere procedi in opere post nunciationem ante satisdationē. quod habes. ĩ. eo. l. prætor ait in prin. ¶ Si pluriū res sit.] Primò dicit, si plures ædificent in quodā solo, puta domū faciāt, vel aliud simile: & nūciē vni ex his, nūciatio tenet, & quo ad socios. Sed si vnus eorū posteà procedat in opere spreta nūciatiōe: ipse tenetur suis expensis, opus quod facit destruere: nō autem socij innoxij tenentur: cùm factum alterius alteri nocere non debeat. Secundo dicit, quòd in solo plurium dominorum ædificas tu extraneus: an omnes domini necesse habeant nunciare, an sufficiat si vnus ex his nūciet? Et certè dicitur ꝙ omnes debent nunciare. & reddit rationem in litera. ¶ Si quis ipsi prætori.] Cùm viderem Titium opus nouum facere in meo solo: & ego vellem ei nunciare per prætorem nouum opus, timebam ꝙ donec irem ad prætorem, qui erat fortè à longè: ipse multum in opere processisset. quęritur qualiter mihi cōsulatur. & certè dicitur ꝙ debeo sic Titio dicere: frater non possum modo nūciare prout vellem. sed scias ꝙ ego vado ad prætorem pro hoc. & statim faciam mitti pro te. certè si hæc verba dicā: quicquid interim ædificat, donec vado ad prætorem, destruetur perinde, ac si post nunciationem rectè factam ædificasset. Vel aliter pone casum vt in prin. gl. ¶ Sed si in ædes.] Si Titius meus vicinus in domum meam tignum, vel trabem immittat, vel in solo meo ædificet: possum ei nunciare nouum opus. ¶ Sextus.] Causa quare nunciatio potest fieri ita ꝙ valeat, est triplex. s. naturalis, publica, item impositiua. & de omnibus ponit exempla. Nam naturalis est, cùm in meo ædificas, & tibi nuncio. Publica, cū in loco publico opus fiat, & ego tibi nunciem. Impositiua: vt si cùm debes mihi seruitutem altius nō tollendi domum tuam, nunc contra seruitu. debitam altius eleuare

velis. nam ſi tibi nunciem, valet nũciatio ratione iuris, quod habeo ex impoſitione tua. ¶ Meminiſſe.] In hoc. §. dicitur quòd vno de tribus modis poteſt fieri nunciatio. Primo, per prætorem, ſiue poteſtatem. Secundo, proijciendo in opere vnum lapidem. i. per iactum lapilli. Tertio modo fit extra opus, denunciando ſine officiali, & ſine lapide. ſ. dicẽdo ſic. contradico tibi ædificare. Item conſuluit, ꝙ ſi tu ædificas in ſolo meo, quòd poſſidebã: melius eſt mihi ꝙ denunciẽ vno de duobus primis modis, quàm tertio. nam ſi denunciem vno de primis duobus modis retineo poſſeſſionem. ſi tertio modo, ego amitterem. ſi autem ædificas in ſolo tuo, quod debet mihi ſeruit. altius nõ tollendi: tunc non eſt vis quocunque modo denunciem. Vltimo dicit. ſi tu ædificas in meo: & cùm nunciarem tibi, tu non deſiſtis: certè potero agere interdicto, vti poſſidetis, vt deſinas: vel interdicto, quod vi aut clam, vt tollatur quicquid erit factum. ¶ Si qs riuos.] Ponit duos caſus, in quibus nõ habet locum nunciatio. Primus eſt. ſi tu vis cloacam reficere, vel purgare. Secundus eſt, ſi vis reficere riuum, vel riuos. nam non poſſum tibi nunciare nouum opus. & reddit rationẽ. Tertio dicit, quòd ea opera non poſſunt impediri per operis noui nunciationem, nec nunciatio in eis facta tenet, quorum operum duratio eſſet periculum allatura vicinis: vt quia, ſi non fierent, cito aliquid incommodi conſequerentur vicini. ¶ Qui opus.] Omnis nuncians nouum opus debet iurare non calumniæ cauſſa ſe nunciare. & hoc iuramentum debet præſtare coram prætore ad poſtulationem aduerſarij. ¶ Qui nunciat.] Si facias opus in fundo, & ego nũciem nouum opus, dicendo te non iuſtè facere in parte operis: debeo demonſtrare in qua parte. ſi dico in totum, tunc nihil debeo demonſtrare, ſed ſufficit quòd nunciem. ¶ Si in pluribus.] Duo opera faciebas diuerſis locis, puta, in vno loco, domum: & in alio, turrim. & ego credo te non iuſtè ædificare in vtroque: ſi volo nũciare, Poſſum: dum tamen duas nunciationes faciam: & etiam ſi vis vt remittantur tibi iſtæ nunciationes, ſunt neceſſariæ duæ remiſsiones. ¶ Si is cui.] Si nunciaui tibi nouum opus, & tu vis ſatiſdare de opere deſtruendo ſi appareat non iuſtè fieri: ſiue recipiam, ſiue non, ſecurè poteris in opere procedere, ac ſi tibi expreſsè remiſiſſem nunciationem. ¶ Qui procuratorio.] Tanquam procurator Titij nunciaui tibi ędificanti nouum opus: certè ad hoc vt nunciatio teneat, debeo ſatiſdare Titium ratum habiturum. alioquin nunciatio non valet. ¶ Qui remiſsionem.] Nunciaui Sempronio nouum opus, deinde Seius nomine Sẽpronij petit remitti iſtam nunciationem: dicitur quòd iſte Seius debet ſatiſdare de opere deſtruendo, non autem de rato: cùm ſit procura. rei: qui de rato non præſtat ſatiſdationem. ¶ Si procurator.] Seius procurator Titij nunciauit nomine prædicti Titij mihi nouum opus. ſatiſdedi: & ſic poſſum liberè ædificare: deinde dictus ꝓcura. adhuc cõtradicit, & impedit me ædificare: certè poſſum agere interdicto cõtra eũ, vt nõ impediat me ædificare ex quo ſatiſdedi: quia in hoc interdicto ſum actor, prædictus procurator, & Seius eſt reus. vnde debet ſatiſdare de iudicato ſoluendo, non de rato: & ſi hanc ſatiſdationem iudicatum ſolui, non præſtat, non auditur in ſua prohibitione. Vltimo dicit, ſi pupillus ædificat in ſolo, debeo nunciare tutori eius, & hoc ſi habes in litera, tutori, & in fine, nunciatur, aliàs eſt, nunciat, & tutor: & tũc dic, ſi in ſolo pupilli extraneus faciat opus, tutor debet nunciare nouum opus: & hoc dicit hic. §. cum duabus legibus ſequen. Eran. Accur.

pillo[a] quæſitum eſt. & Iul. li. xij. dige. ſcripſit[b], pupillo nõ eſſe operis noui nũciationis executionẽ[c] dandam[d], niſi ad ipſius priuatum commodum res pertineat[e], veluti ſi luminibus[f] eius officiatur[g], vel proſpectui * obſtetur. Nõ aliter autẽ[h] pupilli rata habebitur[i] nunciatio[k], quàm intercedẽte tutore authore[l]. ¶ Seruo[m] autẽ nũciari[n] opus nouũ poteſt: ipſe verò nunciare[o] non poteſt[p], neq; nunciatio[q] vllum effectum habet.

¶ Nunciatio noui operis debet fieri in re præſenti, nec requiritur præſentia domini. alibi enim facta non facit locum huic interdicto. B.

¶ Nunciationẽ[r] aũt in re præſenti[s] faciendam, meminiſſe oportebit, id eſt eò loci vbi opus nouum fit, ſiue qs ędificet, ſiue inchoet[t], ædificare. ¶ Nunciare autem non vtique domino[v] oportet. ſufficit enim in re præſenti nunciare ei, qui in pręſenti[x] fuerit: vſq; adeo, vt etiam fabris, vel opificibus, qui eo loci operantur, opus nouũ nũciari poſſit. Et generaliter ei nunciari opus nouũ poteſt, qui in re præſenti fuerit, domini, operis ſuę nomine. Neq; refert[y] qui ſit iſte, vel cuiꝰ cõditionis, qui in præſenti fuerit[z]. Nã & ſi ſeruo[a] nũciet vel mulieri, vel puero, vel puellę, tenet nũciatio. ſufficit enim in re præſenti operis noui nunciationẽ[b] factã, ſic[c]: vt domino poſſit renunciari. ¶ Si quis fortè in foro[d] domino opus nouũ nũciat[e]: hãc nũciationẽ nullius eſſe[f] momenti exploratiſsimum eſt. In re

* Ob ſic.

a ¶ De pupillo] dictum eſt ſuprà quòd quilibet admittitur ad ope. noui nuncia. ſed quæſitum eſt de pupillo, an poſſit nũciare, ſi in publico fiat aliquid?

b ¶ Scripſit.] & bene.

c ¶ Executionem.] id eſt poteſtatem nunciandi. & hoc, cum ad publicã cauſſam reſpicit, vt ex prædictis patet. & infrà de popu. acti. l. mulieri. & argu. ſ. de procura. l. licet. in princi. ſecus, ſi ad priuatam: vt ſubijcit. Sed quid de adulto? Reſpon. idem ſi non ſit maior xvij. an. vt. ſ. de poſtu. l. j. §. pueritiam. & inſti. qui manumit. non poſſunt. §. fina. Accurſius.

c ¶ Executionem.] ſine tutore, ſecundum vnũ intellectũ, & malè.

d ¶ Dandam.] pro opere quod fit in publico.

e ¶ Pertineat.] ſcilicet nunciatio, vel cauſſa nunciãdi: vt. C. de eden. l. is apud quem & tunc cum tutore, vt ſubijcit.

f ¶ Luminibus.] lumen de proximo, proſpectus de longe eſt. Item lumen deſuper: proſpectus de ſubtus: vt. ſ. de ſeruitu. vrb. prædi. l. lumen. & l. inter ſeruitutes.

Lumen & proſpectus differunt.

g ¶ Officiatur.] contra debitam ſeruitutem.

h ¶ Autem.] referunt quidam ad princi. & male.

i ¶ Rata habebitur.] de rigore, ſed de ęquitate valet, quãdo non eſt ei tutor neque iudex[a], à quo petat ſcilicet tutorem: cum etiam quilibet ſeruus denunciando faciat locum interdicto, quod vi aut clam ſecundũ M. vt. j. quod vi aut clam. l. iij. in principio. & pro hoc C. qui admi. ad bono. poſſeſſi. l. bonorum. Sed cur non poteſt ſine tutore, cum ei vtile ſit, vt inſtitu. de autho. tuto. in princip? Reſpon. non poteſt ſimpliciter, id eſt verbis ſimplicibus: quia tunc perdere poſſeſſionem poteſt: vt. j. §. meminiſſe. & ſ. e. l. j. §. in operis. ſed per iactum lapili, vel per prætorem poteſt: cum ſibi ſit vtile. ſic & ſ. de euictionibus. l. ſi dictum. § fi. Alij. hoc referunt ad primum caſum, quando in pupillo. quod Io. non placet. Alij hoc[b] eſſe ideo, quia & damnum poſſet habere: vt & inſtit. de autho. tuto. §. neque.

a Iſta gl. reputatur ſingu. per Alex. hîc.

b Iſta communiter tenetur ſecundũ Alex.

k ¶ Nunciatio.] quantum ad executionem, non quantum ad effectum vel nunciationem.

l ¶ Tutore authore.] id eſt tutoris authoritate ſi aduerſarius reſiſtat.

m ¶ Seruo.] ſ. de pupillo. nunc de ſeruo.

n ¶ Nunciari.] quia valet tanquã rei facta, cum pro mortuo habeatur: vt. j. §. proxi. ibi, neque refet, &c. & j. eo. l. operis. & l. ſeq.

o ¶ Nunciare.] cum fiat à perſona rei, & ipſe non ſit perſona.

p ¶ Non poteſt.] cũ ad publicam cauſam pertinet: vt. arg. ſ. de teſt. l. qui teſtamento. §. ſeruus. ſecus ſi ad priuatã: qa tũc põt: vt. j. quod vi aut clã. l. iij. in princi[c]. vel nomine domini poteſt, vt ibi: ſuo non vt hîc.

c Dic quòd aliud eſt in interdicto quod vi aut clã: & aliud in iſto ſecũdum Bar. & Alex.

q ¶ Nunciatio.] ſcilicet à ſeruo.

r ¶ Nunciationem.] dictum eſt quibus ex cauſis fiat nunciatio, & quæ perſonæ nuncient, & quibus nuncietur. nunc vbi.

s ¶ Præſenti.] ſi autem alibi, habes. j. proxi. §.

t ¶ Inchoet.] & nondum ædificat: puta locum purgat. nam & ſic in cœpiſſe dicitur: vt. j. de pollici. l. j. §. cœpiſſe. Azo. Tu dic illud ſpeciale. Sed tunc dic inchoatũ quãdo opus ſuper quo fit nunciatio, habet inſtar operis: non ſi vnum cementum ſit appoſitum: vt. j. e. l. ſtipu. §. opus.

Opus quãdo inchoatũ dicitur.

v ¶ Domino.] ſcilicet tantum.

x ¶ In preſenti.] ſcilicet re.

y ¶ Refert.] cui fiat res.

z ¶ Fuerit.] liber vel ſeruus: vt hîc ſubijcit.

a ¶ Nam & ſi ſeruo.] vt. j. proxi. §.

b ¶ Nunciationem factam.] hoc ſi fabri ibi ſint. Quid ſi nemo ibi ſit. & nunciet ad locum? Rñ. tenet: vt. j. titu. j. l. iiij. §. toties. & ar. j. eo. l. fi. & j. quod vi aut clã, aut qui §. ſi fortè. & C. de anna. except. l. ij. in fi. & j. e. l. operis. vt per hoc imputetur domino ſi poſteà quã ſciret, ibi aliqd plus operetur. nõ autẽ deſtruitur quod medio tẽpore fieret: vt ar. ſ. de peti. hære. itẽ veniũt. §. petitã. ſcilicet vt quod factũ eſt poſt ſciẽtiã dñi, deſtruatur: quod ante, non: vt. ſ. quis or. in bo. poſ. ſer. l. fi. Idẽ dicas etiam ſi fabri ibi ſint, ar. prædictarum legũ. Sed hoc caſu, cũ fabri erant, vel alij præſentes: etiam ignorãte domino factũ dicũt quidã, vt Ot. deſtrui, arg. j. e. l. operis. quod nõ placet. & quod ibi dicit tenet, mero iure. vel dic tenet, omnino ſi tutor vel curator potuit fabros prohibere, & eſt ſoluendo. nã ſic pupillus vel furioſus tenetur.

c ¶ Sic.] id eſt eo modo. Accurſius.

d ¶ Si quis forte in foro.] ante iudicẽ. Azo. Vel dic foro rerũ venalium. Idem, ſi alibi vbicunque, non in opere.

e ¶ Nunciat.] abſente domino ab opere.

f ¶ Nullius.] quantum ad hoc vt ſtatim dominũ cõſtringat: ſed ex eo tẽpore ex quo prohibere potuit opificibus ne ædificarent: vt dixi. ſ. proxi. § Sed ſecundũ hoc quare dicit hîc nũciationem nõ tenere, & ſuperiori caſu tenet domino abſente: cũ idẽ ſit vtrobique vt poſtquã dominus ſciuit, teneat? Rñ. ideo quia ſepe opifices amici domini, vel

mini,vel vicini consueuerunt ab opere desistere,bonum consilium pro domino sumentes.& ad ea quæ frequētius accidunt,iura aptantur:vt.§.de leg.& senatuscō.l.nam ad ea.Sed.R.videtur voluisse vt & post domini scientiã hoc casu non teneat. ADDITIO. Ista vltima opinio communiter tenetur.s.ꝙ si nunciatio facta non est in opere, non nocet dño etiam à tpe sciētiæ. & hoc maximè per istũ tex.in.§.si quis fortè. 10 iuncto.§. præcedēti: qui ostendunt debere esse differētiam inter nũciationē. quæ fit in opere vbi non aderat dñs, & nunciationē q fit extra opus, secundum Alexan.hîc.

enim præsenti,&,penè dixerim[a], in ipso opere,hoc est in re ipsa nũciatio faciéda est.quod idcirco receptũ est,vt cōfestim per nunciationē ab opere discedatur. Cæterùm si alibi[b] fiat nunciatio, illud incōmodum sequitur[c],ꝙ dum venitur ad opus[d],si qd fuerit operis per ignorãtiam[e] factũ: euenit,vt cōtra edictũ[f] prætoris sit factũ[g].

Nũciatio noui operis ex parte eius cui nunciatur, est in rē. & ideo sufficit si uni de socijs fiat nunciatio.ex parte uerò eius qui nũciat, est in personã: & ideo debēt oēs socij nũciare.Bar.

Si pluriũ res sit,in qua opus nouum fiat[h] ,& vni nuncietur[i] :rectè[k] facta nũciatio est:omnibusq; dñis videtur denunciatum. Sed si vnus ædificauerit post operis noui nũciationē * alij, qui nō ædificauerint[l] ,nō tenebũtur[m] †.neq; eñ debet nocere[n] factũ alteri[o] ei, qui nihil fecit. Si pluriũ dñorũ rei opus noceat, vtrum sufficiat vnius[o] ex socijs nũciatio,an verò omnes nũciare[p] debeãt?Et est verius, vnius nunciationē om̃ibus[q] nō sufficere,sed esse singulis nũciare necesse:quia[r] & fieri potest, vt nunciatorũ alter habeat[s] ius prohibendi,alter non habeat[t].

Ei qui in magistratu est,non potest fieri nunciatio:sicut non potest in iudicio conueniri: sed debet sibi fieri protestatio de nunciando finito magistratu: & secuta posteà nunciatio tenet retro ad diem protestationis ut opus factum post protestationem destruatur.P.

Si quis[v] † ipsi prætori[x] velit opus nouum nunciare:debet[y] ,sic nunciare,vt interim testetur[z] ,nō posse[a] se nunciare:& si[b] nunciauerit posteà[c] ,etiam quod retro[d] ædificatũ[e] erit,destruēdũ erit quasi[f] repetita[g] die nũciatiōe facta.

Nedum pro edificatione cōpetit hoc edictũ: sed etiam pro immissione.h.d.

Sed & si in ædes nostras quis[h] immittat[i] aut in loco nostro ædificet[k] :æquum est[l] , nos operis noui nunciatione[m] ius nostrũ nobis conseruare velle.

Ex causa triplici nunciatur,scilicet aut naturali,aut publica,aut impositítia.B.

Sextus[n] Pedius definit[o] ,noui operis nunciationis triplicem esse causam:aut naturalem[p] ,au publicam,aut impositítiam[q] ?Naturalē[r] ,cum in nostras ædes quid immittitur[s] ,aut in nostro ædificat. Publicã causam,quoties[t] leges[v] , vel[x] senatusconsulta[y] ,constitutionesq;[z] principum per noui operis nunciationem tuentur[a] .Impositítiam,cum quis posteà,quàm

a Prædiximus.] aliâs,prędixi.& dic vt 20 §.proxi.§.aliâs,& pene dixerim:& est pisa. litera:& bona.Hug.

b Alibi.] quàm in ipso opere.

c Sequitur.]i.sequeret si in foro valeret.

d Ad opus.]qđ fortè etiam iure fiebat.

e Per ignorantiã.] 30 fabrorũ nũciationis.

f Edictum.] fortè sic cōceptũ,post denũciationem ne quid noui fiat.H.

g Sit factum.] & sic tollēdum:qđ esset iniquũ,vt qui nō deliqt, damnet:vt.j.de act.& obl.l.ex maleficijs.§.j. 40 Sed qd si dolũ adhibuit ĩ reuertēdo? Rñ. est quod sibi imputetur:vt.§.ex quib. cau. maio.l.si cui.§.j.

h Fiat.]ab eis.

i Nuncietur.]à vicino.

k Rectè.] quia in re præsenti.

50 l Non ædificauerint.]nec eorum voluntate factum est:vt.j.e.l.ædibus.Azo.

m Non tenebuntur.]demoliri suis sumptibus.

m Non tenebuntur.]ad impensas,sed ad patientiam : vt.j.quod vi aut clam.l.competit.§.fi.

n Nocere.]vt.j.de reg.iur.l.nō debet.&.§.ad syl.l.fi.&.§.si qs ali. test.phi.l.si quis.§.fratris.&.§.de ali.iud.l.j.&.C.vnde vi.l.meminerint.ex hac caussa tñ dãnatus nō iniuria iudicis quia credebat nunciatũ fore ille q dãnauit,partē feret à cæteris cōi diui.si interfuerit omniũ fieri qđ factũ est plus quàm nō fieri.scđm Ir.& Mar.vt.§.cōi 60 diui.si qs putãs.§.fi.quæ est cōtra.& facit.j.quorũ le.l.j.§.si alter.

o Vnius.]quia quod fit à persona nunciantis,pro se tantum videtur fecisse,nisi nunciasset procura.nomine.

p Nunciare.]vt omnibus prosit socijs.

q Omnibus.]scilicet scientibus.

r Quia.]ecce ratio.

s Alter habeat.]vt &.§.de ser.rusti.præ.l.per fundum.sic &.j.de ap.scio.&.§.fa.ercis.l.in hoc iudicio Quid autē si omnes habeãt ius prohibēdi?tũc dic idē secũdum Io.& hîc,subaudi maxime.Sed quæ est ratio inter hunc,& superiorem casum?Respon.quia ibi fieri dici 70 tur ipsi rei,& sic omnibus:licet vnus tantum adsit: vt.§.§.nunciationem.&.j.l.operis.&.l.seq.Item collige hîc quòd aliquis nunciat, qui prohibere non potest:vt dixi.§.e.l.j.§.j.

t Habeat.]veritate inspecta:vt quia remisit.arg.§.de ser. vr. præ. l.si ædes.vel non habeat:quia forte fecit pactum de non nunciando. vel ipse solus constituit seruitutem altius non tollendi.

v Si quis.] Casus huius.§.potest poni in eo, qui nunciat nouum opus ipsi prætori ædificanti.nuncio autem ei,vel coram vicinis me non posse nunciare,eo ꝙ durãte magistratu cōueniri non potest:vt j.de iniur.s.nec magistratibus.&.§.de iudi.l.pars literarũ. aliâs in- 80 cipit magistratus.& tunc est sic.C.de his qui per metum iu.nō ap. l.ij.in fi.Vel secundo,cùm video vicinum ædificãtem,cui velo nunciare nouũ opus nō per verba,qa possessionē amitterē:vt.j.§.meminisse &.§.l.j.§.in operis.nec p lapillũ,quia ideo nō desisteret,sed per prætorē cuius authoritate terrebit.vt autē destruat qđ est factũ:ex quo opus vidi,debeo ei dicere.frater mi:nō possum nũciare nouum opus sicut volo:sed statim videbis ꝙ prætorē adibo, & ideo veniet vel mittet. Vel tertio,opus fiebat in absentia,& sic illuc iret ad nũciãdũ tũc opus esset perfectũ,nec habet quē mittat.& dic ipsi prætori.i.per prætorē hîc existentē.Vel quarto:quia nullus est in loco operis quo præsente nuncietur,& qui domino renunciet:& tũc est protestatio necessaria.hãc tamē ꝓtestationē faciã corã prætore.sed his duobus nō destruitur qđ medio tempore fieret,antequã dñs posset venire ad locum.Accursius.

x Prætori.]id est p̃tore authore.

10 y Debet.]s.sic nũciare vt interim &c.

z Testetur.]diuersis modis apta ad protestationem secundũ diuersas positiones casus.

a Posse]& habetur perinde, ac si fuisset nunciatum.

20 b Et si.] quia superior eius est,vel secundum secundum casum non habet eius copiam[a].

c Postea.] finito officio.M.secũdum primum casum:vel posteà quàm fuerit protestatus prædicto modo 30 secundum omnes casus,qui.s.primo nunciauerat prędicto modo.& sic non est contra.§.co.l.j.§.j.

d Retro.]à die protestationis.

e Aedificatum.] vel ab hora protestationis,qua vētum est 40 ad prætorem.

f Quasi.]id est quasi fuisset facta ab initio quando facta fuit protestatio, id est referenda erit nunciatio ad tempus,quo ꝓtestatus fuerit.

g Repetita.] sic.§. de si instr.l. repetita. 50 &.j.tit.j.l.si finita.§. item videamus.& de iti.actuque pri.l.j.§.si quis autem propter inundationem. &.§.præterea .

h Quis.]volens sibi querere seruitutē talem,cum non habeat.

i Immittat.]puta tignum.

k Aedificet.]prætor vel alius.

l Aequum est.]ideo ipsi prætori in hoc casu protestando nunciabit:vt.§. proxi.§.secundum quosdam.

m Nunciatione.]tutius est per lapillum,ne possessionem perdamus:vt.j.eo.§.meminisse.

60 n Sextus.]habuimus.§.qui.ex cau.& quæ personæ &c.Item de nunciatio sit vel iuris nostri cōseruandi &c.nũc cōpendiosè dicit, ꝙ triplex.&c.dic breuiter:quia aut authoritate iuris naturalis, aut publici, aut impositítij quis nunciat.& hoc dicit iste.§.

o Definit.]i.breuiter & compendiosè tractat.

p Naturalem.]idest authoritate iurisgentium, quod est inductũ naturali ratione.

q Impositítiam.] aliâs impositítiã.& aliâs impositiuam.& subijcit exempla.

r Naturalem.]sic ideo,quia à iuregentium,quod naturale dicit, 70 habet causam.s.iuregētiũ,quo hoc meum,illud tuũ dicitur:vt.§.de iusti.& iure.l.ex hoc.& institu.de rerũ diui.§.singulorum.

s Immittitur.]puta tignum.

t Quoties.]vt si aliquis ædificat inter se,& vicinũ,& non dimittat pedē:tunc potero nunciare causa defendendi leges.

v Leges.]veluti si prohibui aliquid in publico ædificari:vt.j.eo. l.nō solũ.§.sed cũ.Itē da exēpla de lege,& cōstitutione ea q dixi.§. eo.l.j.§.nunciatio ADDITIO. Tu dic secũdũ Bar. ꝙ ibi dicit ꝙ tribus modis fit nunciatio.hîc subdiuiditur vnũ de illis mēbris.s. causa tuēdi iuris mei:& tueor rē meã ex causa naturali,& ex causa 80 publica:vt hîc dicit tex.Item impositítia:quia imposuisti seruitutem in rem meam.& sic potest intelligi ista lex.

x Vel senatuscon.]vt si aliquis ædificat destruendo ædificia aliena.

y Consulta.]da exempla.§.de leg.j.l.cætera.

z Constitutiones.]vt si facio menianum iuxta publicũ ,vel etiã dimitto spatium.

a Tuentur.]prohibētes in publico,vel aliâs, cōtra ius ædificari.

* Noui alij.&c.

† Tu dic ꝙ hoc casu locus erit iudicio soris si iudex non possit eos cōcordare. ita no. Ale. post lac. de are.in l stipula.§ quę sitũ.j.e.tit.

† Omnes scriben. hic & præcipue do. Alex. reputãt istum tex.sing. secũdũ primã lecturã gl. Casum ponit.

a Lud. Ro. hîc ĩ suis nouis addi. & Alexã.in.l. bonorũ. in ij.col. C. q admit. istã gl. extollũt pro fin. ad hoc ꝙ pupillus carēs tutore & etiã non volens habere copiã iudicis potest hęreditatem adire. Bolo.

a ¶ Ius suum.] id est ædibus suis imponendo seruitutem.
b ¶ Aedibus.] sic: urbana est seruitus, pro qua nunciatur: ut &.§. de ser. urb. prædio. inter. §. fi. & sic non est contra.]. e. qui viam.
c ¶ Fecit.] ergo etiã cõtra eum qui dominus est prædij debẽtis serui tutem, fit nunciatio. & ita est cõtra. §. e. l. ij. Sed fortè magis subueni tur habenti prædiale, vel vrbanã, quàm pso nalẽ: quia ille fructua rius possidet saltẽ na 10 turaliter rem, nõ ser uitutẽ: vt.]. de acqui. poss. l. naturaliter. hîc nullo modo. s. possidet rem nec seruitutẽ. Itẽ no. ꝙ quãdoq; nullam istarũ caussarũ habet nũciatio: quarũ. s. triũ hîc fit mentio, & tñ te net: puta cũ post nun- 20 ciationẽ iure ædifica tur: non iure nuncio: quo casu in dubio pa rẽdum est nunciatio- ni: vt. §. e. l. j. in princi. ibi tamẽ allegabat ali quam ex istis caussis.
d ¶ Meminisse.] nunc quis sit effectus nun- ciationis.
30 e ¶ Melius.] i. tuti⁹.
f ¶ Eum⁹.] vt si dico, domine prætor, quidã ædificat in meo: pre- cor vos ꝙ mittatis nũ cium vestrum vt non ædificet, vel veniat re sponsurus.
g ¶ Per prætorem.] assumit prætor perso- 40 nam nunciãtis: vel aliãs personã tutoris: vt. C. q admit. ad bon. pos. l. bonorum.
h ¶ Manum.] sic &.]. de acqui. re. do. l. quã- uis. & hîc dicũt qui- dam verba nõ fore ne cessaria, sed saltem nu tus deberet interueni 50 re. Ioan. dicit verba apta ad contradicendum interuenire debere, quæcunque sint. sic.]. de re iudi. l. in summa. in prin.

a Ange. hîc & alij istam gl. singu. re putant pro modo citan di: & seruat in curia ro- mana: sed meliorẽ & sociã habe tis in. e. ex parte. pri- mo in. §. fi. de ver. sig. extra. Bol.

ius suum [a] diminuit, alterius au- xit, id est posteà quàm seruitutem ædibus [b] suis imposuit, contra ser uiturem fecit [c].

¶ Qui nunciat simplici uerbo: perdit possessio- nem si eam habet: secus si per prætorem uel ia- ctum lapilli: & contra eum qui ædificat spreta nunciatione, interdicto Quod ui aut clam, uel Vti possidetis poterit experiri. Bar.

¶ Meminisse [d] aũt oportebit, quo- ties quis in nostro ędificare, vel in nostrum immittere, vel proijcere vult: melius [e] esse, eum [f] per præ- torem [g], vel per manũ [h], id est per lapilli iactũ prohibere, quàm per operis noui nunciationem [i]. Cæ- terùm [k] operis noui nunciatione possessorem [l] eũ faciemus [m], cui nũciauerimus [n]. At si in suo quid faciat, quod nobis noceat [o]: tunc operis noui nunciatio [p] erit neces saria [q]. Et si fortè in nostro [r] ali- quid facere perseueret [s] quis: æ- quissimum erit interdicto aduer- sus eũ Quod vi aut clam, vel Vti possidetis [t], vti [v].

¶ In riuis & cloacis, & ubicunque dilatio est periculum allatura: spernitur nunciatio. Bar.

¶ Si quis riuos aut cloacas [x] velit reficere [y], vel purgare: operis noui nunciatione [z] meritò non prohi- betur [a]: cum publicæ salutis [b] & securitatis [c] intersit, & cloacas & riuos purgari. ¶ Præterea [d] gene raliter prætor cætera [e] quoq; ope ra excepit [f], quorum mora peri- culũ [g] aliquod allatura est. Nam in his quoque contemnendam [h] pu- tauit noui operis nunciationem. Quis enim dubitat multò melius esse omitti operis [i] noui nuncia- tionem, quàm impediri, operis ne cessarij vrgentem extructionem? ¶ Toties [k] autem hæc pars [l] lo- cum [m] habet, quoties dilatio peri culum allatura est. ¶ Proinde si quis, cũ opus hoc mora [n] periculũ allaturũ esset, nunciauerit opus nouum: veluti si in cloacis, vel ri uis [o] reficiẽdis [p] aliquid fieret: dice mus apud iudicẽ quæri debere, an talia opa fuerit, vt cõteni [q] nũcia- tio deberet. nã si apparuerit [r], vel in cloaca, riuove, eove, loco, cuius mora periculũ allatura esset: dicen dũ est, non esse verendum, ne hæc nũciatio noceret [s].

¶ Nuncians debet de calũnia iurare coram pre tore parte petente. Bar.

¶ Qui opus nouum nunciat [t], iu rare debet, non calumniæ caussa opus nouum nonciare [v]. Hoc ius iurandum [x] authore [y] prætore [z] defertur. Idcirco nõ exigitur [a], vt

i ¶ Nunciationem.] scilicet simplici verbo factam.
k ¶ Cæterùm.] pro certè.
l ¶ Possessorem.] vt si dico, ædificas in meo, malè facis: prohibeo ne ædifices.
m ¶ Faciemus.] si non erat, scilicet quando possidemus.
n ¶ Nunciauerimus.] vt. §. e. l. j. §. in operis. & ibi rationem diuer- sitatis reddidi.
60 o ¶ Noceat.] pro quo quandoq; agimus: vt. §. de ser. vrb. prædi. l. fistulam. in prin. & §. j. & ij. & §. si ser. ven. l. sicuti. §. Aristo.
p ¶ Nunciatio.] simplici verbo.
q ¶ Necessaria.] id est vtilis, siue non dãnosa. nec enim amittit pos- sessionem, qui non habet.
r ¶ In nostro.] scilicet solo. aliãs sequentia interdicta locum nõ ha bent: vt.]. quod vi aut clam. l. si alius. §. notauimus. &]. vti possi. l. j. §. hoc interdictum de soli.
s ¶ Perseueret.] nulla nunciatione facta, vel etiam facta per præto rem, vel iactum lapilli. si autem simpliciter: si posteà, vti possidé. age 70 ret, succumberet. sed, quod vi aut clam, bene habet locum: vt in- frà quod vi aut clam. l. si alius. §. j.
t ¶ Vti possidetis.] Nota ꝙ hoc edictum tria habet capita, prohi- bitorium, permissorium, demolitorium, siue restitutorium.
t ¶ Vti possidetis.] itẽ iniuriarũ: vt. §. de act. emp. qui pẽdentem. & etiã manu, siue authoritate sua qñ possessionẽ non amiserat: vt.]. de acqui. re. do. l. quãuis. & §. ad le. Aquil. l. queadmodum. circa princ. *ADDITIO.* Ista gl. est nota. quæ allegatur ad hoc iuncto isto tex. ꝙ qñ remediũ extraordinariũ cõsistit in facto: puta ꝙ possit ex- pellere propria authoritate, vel deijcere, potest cõcurrere cum ordi 80 nario: vt hîc in tex. quia nõ interdicto vti possid. qd est ordinariũ, secundum Pau. de Cas. hîc: & idem Pau. in. l. in prouinciali. §. j. §. e.
v ¶ Vti.] aut operis noui nunciatione ex tertio capite experiri.
x ¶ Cloacas.] publicas. vel priuatas: periculum tamen erat public. vel in communi.
y ¶ Reficere.] singula singulis: vel vtrũq; ad singula. qđ est verius
z ¶ Nunciatione.] aliãs nũciatione. aliãs nunciatio non immerito prohibetur &c. & est ad prin.]. de riuis. l. pen. §. pe. sed ad secũdũ.]

Edictũ no ui operis nũ ciationis tria capita ha- bet.

de cloacis. l. j. §. si quis purganti. sed quid si de nouo facere velit? vi detur ꝙ possit nunciare: vt ar.]. eo. l. stipulatio. §. opus. nec hic vetat sed H. dicit non posse. aliãs nihil esset hic spãle: & illud est spãle, cu- ius cõtrariũ est ius cõe.]. ad muni. l. j. in fi. cũ nulli reficienti possit nũciari: vt. §. eo. l. j. §. si quis ędificium. nisi dicas in refectione causa dãni infecti aliãs pos- se nunciari, hic, nũcia tionẽ phiberi: vt. §. e. l. j. §. nũciatio. hîc ve- 10 ro nõ in purgatione aũt cõstat hoc esse spe ciale: aliæ tñ actiones remanẽt: vt.]. e. l. sciẽ dum.
a ¶ Prohibetur.] re- ficere vel purgare.
b ¶ Salutis.] rationẽ assignat.
c ¶ Securitatis.] nã 20 & cœlũ pestilens, & ruinas minãtur cloa- carũ imũdicię &c. vt]. de cloacis. l. j. §. j. Idẽ de riuo ne hoĩes siti moriant. Et nota ꝙ pu blica vtilitas præfert priuatæ: sic. C. de ca- du. tol. l. j. §. si. & in au thẽ. de nõ alie. §. quia 30 vero verisimile. & §. pro soc. l. actione. §. la beo.
d ¶ Præterea.] habui sti dictũ speciale vnde cessat nunciatio: nunc annectit dictũ genera le.
e ¶ Cætera.] iã nuncia tione noui operis.
40 f ¶ Excepit.] vt nõ inhibeatur per nũcia tionem noui operis.
g ¶ Periculum.] in cõe, nõ priuatum ædi ficantis, si imminet pe riculũ: vt, si vis facere aggeres ne flumẽ inũ det pdia tua & aliorũ multorũ, & volo phi 50 bere ne facias: non possum, cũ sit allaturũ periculũ in cõi illorũ qui habebant ibi pdia. *ADDITIO.* Quæritur hîc de quo periculo intelligat ista glo. Circa quã dic ꝙ triplex est periculum: quodam est periculũ vniuer sale totius ciuitatis, quoddã est viciniæ: & pro istis põt sperni. Item est periculum speciale eius cui fit nunciatio. & pro isto non põt sper ni. ita dicit ista gl. Posset tñ esse tm periculũ eius cui fit nunciatio, ꝙ posset sperni: vt in casibus, in quibus non põt appellari: vt.]. de ap- pel. re. l. fi. secundũ Iaco. de are. & Bar.

Vtilitas pu blica priua- te præfert.

* allatura

* ripis.

h ¶ Contẽnendam.] saluæ tamen erunt confessoriæ & negatorię 60 vt.]. eo. sciendum. H.
i ¶ Operis.] quia mora est periculum allatura.
k ¶ Toties.] repetit idem.
l ¶ Hæc pars.] id est vt nunciatio omittatur.
m ¶ Locum.] quia cautum est cessare nunciationem.
n ¶ Mora.] id est propter moram.
o ¶ Riuis.] aliãs riuis. aliãs ripis.
p ¶ Reficiendis.] vel de nouo faciendis.
q ¶ Contemni.] publica vtilitate inspecta.
r ¶ Apparuerit.] nunciationem esse factam.
70 s ¶ Noceret.] quia est spernanda, non admittenda.
t ¶ Nunciat.] i. nunciauit per prætorem, vel alijs modis.
v ¶ Nunciare.] i. nunciasse: vel in nũciatiõe psistere. nã in re psenti nõ iurat. An ergo dabit libell⁹ sup quo iuret? Rñ. sic, ar. C. de li. cõt. aut. offerat. Sed q̃ erit actio? Rñ. in factum ex hoc edicto: vt insti. de interdi. §. fi. Sed qd petet? Rñ. vt nũciatio firma maneat: & ille nõ pro cedat ĩ opere: & designabit et in quo, & quãr: vt p iactũ lapili, vel alijs modis. Vel dic qualiter. i. ppter naturalẽ cãm, vel publicã, vel imposititiã: & inquãtũ: vt.]. px §. & sic de facto vidi vltimo remitte tur nunciatio quatenus &c. vel confirmabitur: vt. §. eo. l. ij. rñ.
80 x ¶ Iusiurandum.] calũniæ. Accur.
y ¶ Authore.] altero instante. Accur.
z ¶ Prætore.] certè imò à lege. sed dic à ptore mortuo, q hoc edictũ induxit: vel à parte in psentia ptoris viui. Sed quid authorabit? Rñ. alterum faciet iurare altero instante. & hoc subijcit, idcirco &c.
a ¶ Exigitur.] aliãs exigat. s. is cui nunciatur. A zo. aliãs exigitur ab eo cui nunciatur nouum opus. Et no. hic iuramentum calumniæ tacitè omitti [a]: sicut not. C. de iuramẽ. calum. l. ij. §. sed q̃a veremur. expresse

a Calũniæ iuramentũ tacite omit ti potest. co- cor. text. in c. j. de iura. cal. li. vj. ali

quid in. c. j. & ibi Panor. vbi no tatur in apo stil. ad ipsũ. in ver. vitia tur. extra de iur calũ in anti. & eundẽ in. c. significasti nume. viij. vbi etiã ad didi ad eum in verbo ibi iuraret. ex tra de foro compe.

a Cã res, & actio, sunt in libel lo ponẽda: fallit forte in libello generali: vt no gl. & ibi Bart. in. l. j. s. de edẽ. p l. fin. C. de an. excepti. cui concor. c. abbate. ex tra de re iu di.

* aliàs, antequà iusiu randum exi gat is cui nũciatur.

† Aliàs, est hic. l. quę in cipit, quia in te.

‡ Satisdetur. repro mittatur. nec. &c.

expresse non: vt ibi. Itẽ cõtra. s. eo. l. j. §. ij. Sol. ad hoc vt nunciare liceat non est opus adiri: vt ibi sed post: vt in iuramẽto calũniæ sic: vt hic. Item facit. j. ti. j. l. qui bona. §. penul. &. s. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. j. &. s. de iureiuran. l. iusiurandum & ad pecunias. §. qui iusiurandum.

a ¶ Iuret.] sc. is qui nũciat nouum opus.

b ¶ Qui nunciat.] non toto loco, sed ali- 10 qua parte. Accur.

c ¶ In quo.] publico, vel priuato.

d ¶ Loco.] sic. s. de rei ven. l. si in rem. & facit pro nobis quia res, cã & actio sunt in libello ponenda^a.

e ¶ Sciturus eo.] sic. s. de edend. l. j. in prin.

20 f ¶ Toties.] fiat. s. nunciatio.

Si pupillus.] CASVS. Cum pupillus doli capax nõ caueret de damno infecto: iudex iuſsit me intrare poſſ. cũ intrare vellẽ, pupillus ꝓhibuit.certè tenetur mihi actio.in factũ ad intereſſe meũ. Si mãdato.]Cum non cauerem tibi de damno infecto,iudex iuſsit te intrare poſſeſ.& cum intrare velles,mãdato meo quidã te prohibuit.dicitur ꝙ ego teneor act.in factum ad intereſſe tuũ. Non ſolum.]Cum haberem domum ruinoſam,nolui cauere tibi de damno infecto,& ſic iudex iuſsit te intrare poſſeſsio.cũ intrare velles,prohibui.teneor act.in factum.Secũdo dicit,cum velles intrare in poſſ. ex ſecũdo decreto,prohibui.teneor.Tertio dicit,cũ tu miſſus eſſes ex ſecundo decreto,& vna die exires de poſſeſ.& cum velles redire, non admiſi te,vel te deieci de poſſeſ.teneor tibi non ſolum act.in factum prædicta,ſed etiam vtili interdicto vnde vi,quãdo te deieci:& publiciana:& ſi egeris contra me act.in factũ, alijs actio. agere non poteris:nam poſtquàm conſecutus es intereſſe per act in factũ, ſufficit,& contentus eſſe debes.prætor enim vult,vt damnum tibi emendetur:non vt lucrum habeas inde. Si procurator.] Cum tu haberes domum ruinoſam iuxta meam:procurator meus fuit à te ſtipulatus de dam. infect. dicitur quòd ex ſtipul. procurato. acquiritur mihi actio.Franc.Accur.

q In factum.]de qua habes.ſ.eo.ſi finita.§.penul. &.§.fina. &.l.ſequen.vſque ad.§.fi.& intellige de pupillo doli capace,non alio:vt.ĩ. de regu.iur.pupillum.& infrà ne vis fiat ei.l.j.§.hoc edicto. vt.ſ.de rei ven.l.quod infans.Accur.

r In me.]& in illum ſimiliter:vt ſuprà quod quiſque iur.l.iij.§.j. &.ĩ.de vi & vi arma.l.j.§.deieciſſe.&.§.quoties. &.C.de accu.l.non ideo.&.ſ.e.ſi quis miſſum ij.reſpon.vbi de hoc plenè dixi.

s Eum punit.]actione in factum.

t In poſſeſsione eſſe.] ex primo ſcilicet decreto. aliâs eſt in textu:& tunc ſupponit pro domino rei,qui non admittit iuſſum mitti ex primo decreto. aliâs eſſe, & eſt melior : & tunc ſupponit pro iuſſo mitti, & accipe paſſus non fuerit : & ſemper dic ex primo decreto.Accurſius.

v Poſsidere.]ex ſecundo decreto.

x Cum alioquin.]bene dico æquum eſſe dari in factum : quia & aliæ quandoque dantur:& hoc ſubijcit.Accur.

y Poſsidere.]ex ſecundo decreto:& ſic non admiſſus cùm receſſiſſet,&

sisset & rediret, vel expulsus habet vnde vi: vt subijcit: vt.j.de vi & vi ar.l.j.§.deijcitur.&.§.interdictum. sed missus ex primo decreto non possidet, & sic non habet vnde vi: vt.j.de acqui.pos.l iij.§.fina. & facit.s.e.l.prætoris.in prin.Accur.

a ¶ Capere.] alias acquirere.

b ¶ Vtile.] i.efficax.cũ enim ciuiliter & naturaliter missus ex secũdo decreto possideat, debet habere directũ: vt.j.de vi & vi ar.l.j. §.deijcitur.Accur.

c ¶ Publiciana.] cũm nõ erat dñs prior possessor: vt.s.de publ.itẽ si seruũ.& est hîc loco tit.iussus iudicis: siue secũdum decretum: vt s.de public.l.sed & si res.j.respõ.&.j.de acqui.pos.l.iuste.Acc.

d ¶ Actione.] s.primo dicta.& facit in hoc.j. de rei iudi.l.si quis dolo.§.j.Accur.

e ¶ Versetur.] quod esset si alijs actionib[9] ageret.Accur.

f ¶ Actio competit.] cõtra.j.de ver.obl.stipulatio ista.§.alteri. vbi dicitur non posse aliũ alij stipulari? Rñ. hic non alteri, sed sibi stipulatus est, ex quo vtilis datur dño act.secũdum M.Sed tũc obstat, q per liberã personã nõ potest obligatio quæri: vt.C.per quas perso.no.acqui. l.j.&.j.de ver.oblig. si ita stipulatus.§.Chrysogonus. Sed rñ. illud regulare: hoc speciale in prætorijs stipu. vt hîc, &.j.de præto.stip. l.in omnibus.& plene dixi insti.de inuti.stipu.§.ei:&.C.ad exhibendum, si res. Vel dic secundum R. datur mihi actio ex stipulatione procuratoris, si procurator in iudicio vel etiam extra me tamen præsente stipuletur: vt supra si quis cau.l.penulti. & de procura. in caussæ.§.fina.&.j.de verbo.obliga. si procuratori præsentis. vel in subsidium, quia ipsum procuratorem[*] ad cedendum conuenire non possum: vtpote absentem: vt supra de institu.l.j.in fine. &.l.ij. & in hoc vertitur caussæ cognitio: si habes hîc in litera, caussa cognita, vt quidam habent.Accur.

dominium capere [a], aut nõ admissus, aut [‡] deiectus inde fuerit: vtile [b] interdictum Vnde vi vel Publicianam [c] actioné habere [†] possit. Sed si in factum actione [d] egerit: his actionibus experiri nõ potest: cum prætor id agat, ne dãnum patiatur [†] actor, non vt in lucro versetur [e].

¶ Ex stipulatione prætoria interposita per procuratorẽ procuratorio nomine, acquiritur domino utilis actio sine cessione. Pau.de Cast.

¶ Si procurator meus dãni infecti stipulatus sit: caussa cognita mihi ex ea stipulatione actio cõpetit [f].

¶ Ex processu agitato cõtra unũ non fit præiudiciũ alteri absenti & non citato. Pau.de Cast.

Caius lib.3.ad edict.præt.vrb.tit. de dam. infect. LEX XIX.

EOrum [g], qui bona [h] fide absunt, in stipulatione dãni infecti ius nõ corrũpitur [i]: sed reuersis ex bono & æquo cauendi potestas datur [k]: siue domini sint [l], siue aliquod in ea re ius habeant, qualis est creditor [m], & fructuarius, & superficiarius.

¶ Hoc edictũ locũ habet in ædibus & in operibus uitio sis in quouis loco situata sint.h.d.

¶ Siue ædiũ [n] vitio, siue operis [o], quod [p] vel in ædibus [q], vel in loco

EOrum.] CASVS. Dicitur quòd si dominus domus ruinosæ sit absens ex necessaria caussa: & ideo quia non cauit, est missus aduersarius in poss.certè ei reuerso reddetur possessio, si caueat de damno infec.& hoc petita prius in integrum restitutione.Idem intellige in fructuario & in creditore & in simili, qui habeat in domo ista ruinosa ius. ¶ Siue ædium.] Siue timeatur de vitio domus, siue operis positi in loco vrbano vel rustico priuato, vel publico, maximè cauendum est de damno infecto.Franc.

g ¶ Eorum.] dominorum domus ruinosæ.Accur.

h ¶ Qui bona.] imò & aliud exigitur.s.quòd sit absens ex necessaria caussa, vel probabili: vt no.s.de in integ.resti.l.fi.Azo.

i ¶ Non corrumpitur.] cum effectu.

k ¶ Datur.] petita restitutione: vt supra eod. si finita.§.si fortè. &.§. postea.& ad idem, supra si ex noxal.caussa aga.l.ij.§.fin. & de noxa.l.electio.§.fina.Accur.

l ¶ Siue domini sint.] s.illius rei, in qua facta erat missio.Accur.

m ¶ Creditor.] facit, supra eo.quid de creditore.&.l.hoc amplius.§. penulti.&.§.fina.

n ¶ Siue ædium.] priuatarum: de quibus repromittitur de vitio operis, & loci: vt infra.l.fluminum.§.fina. & faciebat hîc ventrem: scilicet ista domus.H.

o ¶ Operis.] in publico vel priuato facti: vt quia machina est imposita superficiei ad proijciendum.

p ¶ Quod.] scilicet opus.

q ¶ Aedibus.] ædibus dico vel loco vrbano, vel rustico positis: vt.j. de verb.sig.l.vrbana.vel sub.in loco vrbano: scilicet alio, vt in turri, & simili ædificio.Accursius.

r ¶ Publicove.] hoc est contra.s.si finita.§.si publicus. sed expone vt ibi. Item in eo quòd hîc miscet in publico, & priuato facta opera: tamen cum distinctione intellige: vt altero, pro solo, & ædificio, & altero pro opere siue ædificio tantum: vt supra.e.si finita.§.j.& infra

§ Refe- ctus al.eie- ctus.

† Infero ex hoc text. q iussus iudicis in secundo decreto habetur loco tituli. de quo notaui in.l.si finita §.postea.i apostil. in verb. subue nitur.s.co.

† al.faciat.

* Ista glos. est ita no. si cutalia que sit iniure: & cã notabilis firmam dicit Bal. ad hoc q si procuratore est absens ita vt nõ posit cedere actio nes: statim in subsidiũ transeũt in eũ vtiles. Bolo.

l.fluminum.§.penultimo.

s ¶ Caueatur.] aliter & aliter: vt supra eo.prætor.in princi. &.§.de eo opere.Accur.

INter fructuarium.] CASVS. Titius habet proprietatem: Seius vsumfructum in quadam domo. hæc domus, in qua habet vsumfructũ Seius, minatur ruinã domibus alijs Seij. vnde Seius petit à Titio sibi caueri, quæritur an audiatur? & dicitur q si solũ minatur ruinã: tũc Titi[9] bene debet cauere. Quid erit ecõtra? si Titius habeat alias domos ibi vicinas: & petat à Seio sibi caueri: dicitur q si Seius faciebat aliquod opus in hac domo, in qua habebat vsumfruct.& ratione huius operis timebat Titius ruinam: tunc Seius cauere debebit. Quid autẽ erit si ipsa domus minatur ruinã, & fructuarius petat sibi caueri? Non auditur, cũm ad eum spectet refectio. Idẽ si Titius postulauit sibi caueri à Seio nomine huius domus. nam nõ auditur, cũm ipse habeat aliud auxilium.s. stipu. de vtendo fruendo, quam præstitit Seius: in qua veniet. & istud dãnum, cũm ad eum Seium ptineat refectio. & sic si nõ facit, & propter hoc domus cecidit, tenet ex prędicta promissione. Franc.Accur.

vrbano, aut rustico, priuato, publicove [r] fiat, damni aliquid futurũ sit: curat prætor, vt timenti damnum caueatur [s].

¶ Summata est, supra eo.damni.§.ei cuius.

Idem lib.18. LEX XX.

INter fructuarium & dominũ proprietatis ita damni infecti cautio locũ habet [t], si fructuarius quidẽ de soli vitio caueri sibi [v] desyderet, dominus verò proprietatis de operis vitio [x]: si qd fructuarius ædificet [y]. Nã de ruina ædiũ neuter ab altero cautionẽ desyderare [z] potest. fructuarius ideo [a], quia refectio ædiũ ad ipsius onus pertinet [b]: proprietarius ideo [c], qa vsitata [d] stipulatio, qua de restituẽda re fructuarius cauet, ad hunc quoque casum [e] porrigitur.

¶ Si filiusfamiliãs est inquilinus: sibi & patri cauebitur pro periculo rerum peculiarium: pro periculo ædium soli filio, si actum est ut ad eum solum periculum spectet. Bar.

Paulus lib.8. LEX XXI.

SI filiusfamiliãs inquilinus [f] sit, videamus, an damni infecti nomine in possessionẽ ædiũ vicinarũ mittẽdus sit. quærit enĩ [g], an filiusfa. non videatur damnum

t ¶ Locum habet.] si vicinas habent ædes: vt.s.l.damni.§ j.Accur.

v ¶ Caueri sibi.] non ita in superficiario: vt.s.e.dãni.§.ei cui.Acc.

x ¶ Vitio.] scilicet potest petere sibi caueri à fructuario.Acc.

y ¶ Aedificet.] no.q non pro ædificio cauet: sed pro opere, quod de nouo facit.& hîc est casus quem excepi.s.e.l.damni.§.j.

z ¶ Desyderare potest.] videtur contra dicere principio: sed non est verum: quia ædium appellatio, & opus, & solum, & pariete continet[b]: vt.j.de vsucap.cum qui.pro quo totali vni ab altero non cauetur: cum pro eo quod suum est, iam sibi caueretur: vt hîc: sed vbi solum tantum vel opus tantum, quod à fructuario fit, facit vitium, cauetur: vt.s.Item not.quòd in subsidium interponitur hæc cautio: vt not.s.l.damni.§.j.Item dictus.§.est contra ad princip. huius legis cũm ibi dicat neutrum alteri cauere: sed hæc.l.dicit quòd sic: sed intellige illam secundum istam.Accur.

a ¶ Ideo.] scilicet nõ potest postulare sibi caueri à proprietario pro domo vsufru.quæ minatur ruinam.

b ¶ Pertinet.] videtur hîc quòd magna impendia ad fructuariũ spectent: & sic est contra.s.de vsufru.l.vsufru.leg.§.fi. &.l.hactenus. &.l.cũm fructuarius.Sed dic quòd ad modica hîc restringatur: vel aliter, vt dixi.s.e.damni.§.j Accur.

c ¶ Ideo.] s.non potest postulare sibi caueri à fructuario.Accur.

d ¶ Vsitata.] s.e vsurum & fruiturũ arbitrio boni viri, & finito vsufruc.restituturum: vt.s.de vsufru.quemadmo.ca.l.j.Acc.

e ¶ Casum.] scilicet vt reficiat.

SI filiusfamiliãs.] CASVS. Filiusfamiliãs conduxit domum & in ea moratur. cũm esset ibi quædam domus, quæ minabatur ruinam huic domui quam filius iste conduxerat, petijt filius sibi caueri: & cũm sibi non caueretur, petebat se mitti in poss. quæritur an sit mittendus? & videtur quòd non, sed pater eius: quasi filius non videatur damnum posse pati in rebus peculiaribus, quas secum habebat in domo conducta, sed tantum pater: sed tamen dicit quòd pater & filius ambo mittendi sunt in possess. cum vtriusque videatur interesse. Hoc tamen fallit in casu. nam si filius conduxerat domum hoc pacto, vt suo periculo esset domus, tunc quia ipse tantum esset obligatus act. ex locato: ipse erit mittendus in possess. non pater.Francis.

f ¶ Inquilinus.] quia alienam domum cõduxit: super qua & rebus in ea positis vicina domus ruinam minatur.Accur.

g ¶ Quæritur enim.] à iudice: qa iudex hoc inquirit an filius &c. non ex verbis edicti: vt.s.e. l.qui bona.§.qui damni.Accur.

b Peter per hãc gl. colligere differẽtiam inter ædes & domũ: quia nõ omne ædificium dicitur domus: sed ædes dicuntur omne ædificium. Ita no. Bar. in.l.j.§ def de s d cloa cis vbi vide quid ædiũ veniat appella. & qd domus. Idẽ tenet Flo. i l.quidam hi beris.s de seruit.vrba. præd. vbi dicit q etiã venit porticus & P.de ca. cõsi.xlj Ad uertẽ tñ q iurisconsultus in.l. si domus. in prin.de leg. j promiscuè ijs verb. vtitur.

pati, si res peculiares [a] sint: & an pater posſit ſtipulari, ſiquid ei dāni fiat? Et placet, vtrunque [b] eorũ in poſſeſsionem mitti: niſi ſic filius conduxerit, vt eius periculo ædes eſſent. tunc enim, quia ſolus tenetur ex locato: rectè dicetur, ipſum mittendum in poſſeſsionẽ, niſi ei caueatur.

¶ *Si proprietarius cauit uel ſoluit aliquid, niſi fructuarius conferat ſibi pro rata uſusfructus: poteſt illum prohibere frui: & econuerſo ſi fructuarius cauit & ſoluit: niſi ſibi cõferatur à proprietario pro rata proprietatis: poteſt mitti in poſſeſsionem propriè ædis ex primo & ſecundo decreto. Pau.*

Idem lib. 10. ad Plautium.

LEX XXII.

SI proprietarius de damno infecto repromiſiſſet [c], vel fortè aliquid pręſtitiſſet [d], aut cõtrà fructuarius aliquid præſtiterit: iniquũ eſt alterum ſine damno vti ædibus, [e] aut ædes habere [f]. & ſi obtulerit [g] aliquid proprietarius: non eſt fructuario permittendum vti, niſi contulerit. Idemq́; fructuario præſtandum eſt, vt proprietarius cogatur ei conferre [h]. Ergo & ſolùm retinebit [i] fructuarius, ſi ædes ceciderint, donec præſtetur ei damnum: vt quod haberet vicinus miſſus in poſſeſsionẽ [k], id fructuarius habeat, qui id damnum vicino ſarciat. Eadem erunt [l] & ſi minimum damnum detur.

¶ *Stipulatio uel cautio de damno infecto quo ad repromiſsionem uel ſatiſdationem debet eſſe certa, & non conditionalis. hoc dicit.*

¶ Plautius [m]. Si ab eo, quem dominum eſſe negarẽ, vellem ſub hac exceptione, ſi non dominus eſſet, ſatiſdari: ab eo verò, quem dominum eſſe dicerem, purè repromitti [n]: conſiſtit non debere me impetrare, ſed debere me eligere [o], à quo velim mihi caueri.

Vlpianus lib. 63. LEX XXIII.

IN ſtipulatione damni infecti, quę ædium nomine interponitur, niſi inſolidum [p] fuerit cautũ, mittetur in poſſeſsionem [q].

¶ *De eo opere quod fit in publico ad priuatam utilitatem: debet ſatiſdari de uitio operis: ſed de eo quod ad publicam utilitatẽ, non ſatiſdatur: ſed competens iudex pro indemnitate aditur. Bartolus.*

Idẽ libro. 81. ad edictum.

LEX XXIIII.

FLuminum publicorum com-

a ¶ Peculiares.] hic diſtinguendum eſt ad quod peculium res iſtæ reſpiciant. nam ſi ad caſtrenſe, vel quaſi, ſolus filius ſtipulatur: cùm in eis vt paterfami. cenſeatur: vt. ſ. ad maced. l. ij. & . j. de fur. ſiquis vxori. §. an autem. in aduentitio vterque poteſt pater: quia eius, ſcilicet patris intereſt ratione vſusfru. filij ratione proprietatis. Itẽ in profectitio vterque: quia & filij intereſt, non ſolùm patris. vt ſ. de minori. l. iij. §. ſed vtrũ. in fi. §. & ſic hoc intellige in aduentitio, vel profectitio. Accur.

b ¶ Vtrunque.] filiũ & patrẽ: quia vtriuſq; intereſt, vt dixi: & ſic proſequere vſque ad finẽ. Vnde quod ſubijcit, vt eius periculo &c. expone, ſcilicet filij tantum, vel patris tãtũ. paciſci enim poteſt filius ne à patre ſuo petatur: & ſic forte pactus eſt, ne pater teneatur ex conducto, licet fuerit negligens in nõ petẽdo caueri. item & paciſci poteſt filius ne à ſe petatur tãtum: vt ſ. de pac. l. ſi tibi decẽ. §. fi. & . l. acquirent. & . l. & hæredi. in prin. Et quod ſubijcit, quia ſolus &c. ſ. filius vel ſolus pater, ille ſolus in poſſeſsionem mittetur, ſi ei nõ caueatur, ſiue ſit filius, ſiue pater, qui teneat ex conducto: vt hîc, & . j. ex quib. cau. in poſ. ea. ſi filio. Alij vt R. aliter exponũt hoc, & dicũt vtrunque, ſcilicet patrem ſiue filium, & locatorem. nã duos primos pro vno ponũt, & qđ ſubijcit, eius periculo. ſ. filij vel patris, non locatoris: qa tunc qñ nõ eſſet periculũ locatoris, ſolus filius ſiue pater, nõ aũt locator mittitur in poſſeſsionẽ ſi non caueatur: & ſecundum hoc ſolus nõ excludit patrem, ſed locatorem. Cum primo intellectu ꝙ teneatur ex conducto ſi fuit negligens in ſtipulando. fa. ſ. eod. damni. §. emptor. Item ad vtrunque facit. ſ. vt le. no. ca. l. j. §. fi. & . l. ij. & . l. iij.

SI proprietarius.] CASVS. Titius habet proprietatem in domo quæ minatur ruinam, & Seius habet vſumfructum. hîc Titius cauit de damno infec. vicinis petentibus: & cùm domus dediſſet poſteà damnum vicinis, hic Titius conuẽtus ex promiſsione ſua emendauit. dicitur quòd Seius, qui habet vſumfructum, debet conferre Titio, & niſi conferat, non vtetur vſufructu ſuo. Item econtra pone, quòd hic Seius cauit vicinis de damno infecto, & aliquid præſtitit ex hac caut. dicitur quòd iſte Seius debet habere vſumfruc. & proprietatem donec Titius conferat ei partem damni. & hæc ſunt vera ſiue magnum damnum datum fuit vicinis, ſiue paruum.

¶ Plautius.] Cùm domus quædam minaretur ruinam, & peterem caueri: venit quidam qui dicebat ſe dominũ huius domus, & volebat abſque fideiuſſore cauere. ego negabam eum dominum, & dicebam Titium dominum. vnde volebam quòd iſte ſatiſdaret ſub hoc pacto ſi appareat eum non eſſe dominum. Item volebam quòd Titius quẽ dicebam dominum, purè caueret abſque fideiuſſore. quæritur an audiar? & dicitur quòd non: ſed debeo eligere vnum ex his vt caueat mihi. Franciſcus.

c ¶ Repromiſiſſet.] propter domum, in qua habet proprietatẽ, quæ minatur ruinam ædibus vicinis.

d ¶ Præſtitiſſet.] damno dato conuentus ex ſtipulatione damni infecti.

e ¶ Aedibus.] ſcilicet fructuarij. Accur.

f ¶ Habere.] ſcilicet proprietarium. Accur.

g ¶ Obtulerit.] id eſt ſoluerit conuentus ex cautione. Accur.

h ¶ Conferre.] conferunt ergo ambo pro æſtimatione proprietatis, & vſusfru. vt argu. ſ. de noxa. ſi ex duobus. §. fi. Accur.

i ¶ Retinebit.] loco pignoris. ſed certè imò videtur ius dominij ad eum tranſire: vt ſuprà eod. l. quamuis. in fin. quæ eſt contra. Solu. ibi in ſecundo decreto: hîc in primo dicit. Item nunquid habere poteſt proprietarius pro derelicto? Reſpon. ſic: vt ſuprà eodem. pretor. §. fina. & . l. hoc amplius. licet quidam contrà: vt argu. ſuprà, pro ſo. l. cum duobus. §. idem reſpondit. ADDITIO. Dic ſecundum Barto. quòd ibi loquitur in obligatione perſonali ex contractu: hîc in obligatione ex quaſi noxali: vt. l. prætor. §. hoc edictũ. ſ. e. Acc.

k ¶ Miſſus in poſſeſ.] haberet autẽ poſ. ex primo decreto, & poſtmodum ex ſecũdo decreto: & hoc nemine cauẽte. hic verò habeat fruc. ſ. nudam ſiue plenam proprietatem ex primo. & poſtmodũ ex ſecundo decre. ſi ipſe ſolus cauit, & proprietarius ei non cõfert: vt hîc, & ſ. eo. quamuis. in fine. Accurſius.

l ¶ Eadem erunt.] quaſi diceret, prędicta ſunt vera quãdo magnũ fuit damnum: ſed idẽ ſi paruũ ſit, ꝓ quo ſit conferẽdum. ſic inſti. de rerũ diui. §. gallinarum. Sed ar. cõtrà ſ. de dolo, ſi oleum. §. fi. & . l. ſeq. & de in integ. reſti. l. ſcio. Item facit verſus. Nã de mille fabæ modijs cũ ſurripis vnã: Eſt leuius damnum: tibi nõ facinus minus eſto. Acc.

Verſus.

m ¶ Plautius.] ſ. reſpõdet ea, quæ ſequũtur. Accurſius.

n ¶ Repromitti.] repete vellem, & ſimul vtrunque fieri: ſed ab vno purè repromitti: ab alio purè ſatiſdari petere poſſum: vt. ſ. e. quãuis. itẽ ad id quod dicit nõ poſſe peti ſub exceptiõe ſatiſdari, eſt cõtra. j. e. l. qui vias. §. j. & . ſ. eo. prætor. circa princi. ſed ibi ab vno: hîc à diuerſis. Acc.

o ¶ Eligere.] facit C. de codi. l. fin. & . ſ. de tributoria, quod in hęredem. §. eligere. & . ſ. vt le. no. ca. l. iij.

IN ſtipulatione.] CASVS.] Domus tua tota minabatur ruinam. petij vt caueres. dicitur ꝙ tu debes cauere inſolidũ. nam ſi pro parte vis cauere tantum, non audieris, & mittar in poſ. totius perinde ac ſi nullo modo caueres. Fran.

p ¶ Niſi inſolidum.] quia diuiſionem hæc res non recipit. R. vt ar. j. iudi. ſol. l. ex clauſula. Accur.

q ¶ In poſſeſsionem.] totarum ædium, cùm vnus eſt dominus, & tota minatur ruinam: vt hîc, & . ſ. e. ſi finita. §. ex hoc edicto. ſi autem plures ſint domini, fit miſsio in partem non cauentis [a]: vt. ſ. cõmuni diui. ſi quis putans. §. ſi damni. & de neg. geſt. ſi cõmunes. & . ſ. e. prætoris. §. j. & . j. e. l. plures. in fine. & . ſ. vt in poſ. leg. l. is cui. §. ſi ex duobus. quæ ſunt contra. Accur.

a *Infero ex hac. gloſ. ꝙ cautio dãni infecti põt præſtari ꝓ parte domꝰ. de quo. in. l. ſi cõmunes. & ibi Bar. in j nota. ſ. de neg. ge. qđ limitabis ſi domus eſt plurium ſecus ſi vnius ſecũdũ Bar. ibi. ſ. ꝑ iſtũ tex.*

FLuminum.] CASVS. Vſus fluminum publicorum eſt communis, ſicut vſus viæ publicæ: & littorum fluminis communis eſt vſus. Secundo quæritur, an in his publicis poſsit quis ædificare? & certè authoritate principis poteſt. Item opus in publicõ factum priuatus authoritate principis deſtruere poteſt. & quod dixi ꝙ poteſt ædificari in publico, eſt verum, ſi ſine incommodo cuiuſq; id fiat. Subſequenter dicit, ꝙ hic ædificãs debet cauere de vitio operis, ſi opus minetur ruinam, non autem de vitio ſoli. & reddit rationem. ſic apparet, ꝙ quando priuatus ædificat, eſt ſatiſdandum: & hoc faciet iudex fieri. Quid autem ſi ipſe iudex iuſsit opus publicum fieri, & timent de vitio eius vicini, quid facient? & certè adeant principem, vel præſidem prouinciæ, ſi in prouincia fiat opus, qui prohibebunt id opus fieri. vel ſi iam erat factum, tolli iubebunt. Vltimò, reuertitur ad principium. l. dicẽs: quod dictum eſt fore cauendũ ab ædificante in publico de vitio operis, & damnum quod inde contingeret, eſſe præſtandum: eſt verum ſiue contingat damnum cum ædificatur, ſiue poſt. ¶ Adijcitur.] Cùm quis promittit de damno infecto, debet promittere per ſe. & per hęredes ſuos, ſeu ſucceſſores emẽdaturum damnum. qui autem contineantur ſub hoc vocabulo ſucceſſores, ſubſequenter dicit. ¶ Sed vt ne operis.] Si timeo damnum ex vitio operis tui vel loci: debes mihi promittere de dãno infecto, non autem ſatiſdare. Secundò dicit, quòd hoc eſt intelligẽdum de vitio operis cõtingente ex vetuſtate. Idem de vitio loci. Quid enim ſi habeo ſolum arenoſum, vel paluſtre, quod minatur ruinam: nunquid debeo cauere? certè non: quia naturale vitium eſt. ¶ Hæc ſtipulatio.] Nomine domus tuæ promiſiſti mihi de damno infect. nunquid teneris quocunque modo mihi damnum datum fuerit occaſione domus tuæ? & certè, ſi damnum mihi datur ex vitio operis, teneris. ſed ſi datur caſu, vt ſi terręmotu, vel vi fluminis cecidit domus tua, vel

tua vel pars eius supra meā:non teneris.Sed pone,quòd tegulæ siue cupi domus tuæ ceciderunt supra meam,& sic damnum habeo:nunquid teneris ac si casu,vt per violentiam:& certè si vitio ædificij id cōtingit,teneris:si vi ventorū ceciderūt, nō teneris.& hoc dixit Seruius.& Labeo etiam istud dictum confirmat: & rationem subdit, quod enim &c.Itē pone,φ ex multitudine aquæ superuenientis domus tua cecidit supra meam:& sic mea oppressa incontinenti cecidit.nunquid teneris ex stipu.damni infecti, vt fuit de facto. nam quædā aqua quæ appellatur ausesa, ita vna die creuit, quòd multæ domus ceciderunt.& certe nō:quia non vitio soli, nec operis datum est mihi damnum. Sed pone, φ aqua vitiauit fundamentum domus tuæ: tandem aliquo tempore elapso, intra quod bene poteras iuuare domum tuam ne caderet:cecidit domus tua supra meam.nūquid teneris? & respondet quòd sic.nam ex vitio domus tuę passus sum damnum multum.nec refert an incontinenti cecidit, an postquā vitiata sunt fundamēta. & adducit simile de aquilia.¶Quāquā autem.]Promisisti de damno infecto:si vitio operis datur damnū, teneris.& hoc est verum quando tu vel alius nomine tuo fecerıs opus.sed si opus factum est te nolente, & te prohibere non valente: tunc si vitio operis talis datur mihi damnum: non teneris.

[Margin: * Cuius- quam.] [Margin: * Flor. faciente.]

munis est vsus [a] ,sicuti viarum publicarum,et littorum [b]. In his [c] igitur publicè licet cuilibet & ædificare,& destruere [d],dum tamē hoc sine incōmodo * cuiusq; fiat.propter quod [e] operis dūtaxat nomine cum satisdatione cauetur, de vitio loci nihil cauetur:hoc est operis, [f] quod quis facit. Cæterùm si ex loci vitio damnū timeatur:minimè dicendum est, damni infecti stipulationē interponi oportere. Quis enim dubitat,neminem esse, à quo stipuletur [g] ,cum nemine [h] nihil * faciēte locus ipse publicus damnum inferat sui natura? Ad ea igitur [i] opera stipulatio ptinet [k] , quæcunque priuatim fiant. Quid ergo si in publico opus fiat?de vitio eius [l] quid faciemus? Et planè vel princeps adeundus est, vel si in prouincia fiat,præses puinciæ [m]. Sed quod dictum est de operis vitio [n] ,sic accipiendum est: etiam si proponas [o] ,nō tantùm tempore, quo opus fit, sed etiam si posteà contingat [p]. Quid enim si ideo, quia malè ædificatum erat, corruerit [q]?

¶ *In hac stipulatione dicitur fieri mētio de hæredibus uniuersalibus successoribus & etiā singularibus ex utraque parte, & debet caueri de uitio operis,& de uitio loci.Pau.*

¶ Adijcitur in hac stipulatione [r] & hæredum nomen,vel successorum,eorumq;,ad quos ea res pertinet. Successores autem non solùm qui in vniuersa bona succedunt,sed & ij qui in rei tantū dominium [s] successerint, his verbis continentur. ¶ Sed vt ne [t] operis, loci, ædiúmve vitio id damnū factum sit, stipulatio interponitur de eo sine satisdatione: quæ nō solùm ad totas ædes,sed etiam ad partes ædium pertinet.

¶ *Stipulatio damni infecti simpliciter interposita non porrigitur ad damnum quod uitio naturali contingit,uel casu aduersus quē non potuit prouideri:secus si potuit prouideri.itē non porrigitur ad damnum culpa tali commissum quod uenit in actione.l.Aquil.Bar.*

¶ Vitium [v] autem ædium & loci [x] esse Labeo ait , quod accidens extrinsecus [y] infirmiores

¶Præterea.]Si habebas furnum,& nomine eius promisisti de damno infecto,& culpa furnarij dedit mihi damnum:non teneris. Secundò dicit vbicunque est promissum de damno infecto, & damnum fit datum casu fortuito,cui nulla ope potest occurri,promissor non tenetur.& de hoc habuimus plura exempla suprà ea.l.§. hæc stipulatio.¶Item apud Viuianum.]Nomine agri & arborum in eo existentium promisisti mihi de damno infecto.tandem posteà vi tempestatis,vel venti arbores agri tui ceciderunt in meum agrum, & damnum mihi dederunt in vitibus meis,vel segetibus. nunquid teneris,quæritur.& dicitur quòd non. & reddit rationem. Sed pone, quòd arbores fundi tui ex vetustate ceciderunt in meum agrum, & damnum mihi tulerunt.tunc teneris. ¶Idem ait.]Nomine mearum ædium tibi promisi de damno infec.posteà ædes meæ vi tempestatis ceciderunt in domos tuas, & sic demus tuæ oppressæ ceciderunt.quæritur an tenear tibi emendare damnum? dicitur quòd nō: quia nullum damnum &c.nisi in casu:vt si ædes meæ erant adeò debiles,quòd per minimam tempestatem ceciderunt.nam tunc teneor. posteà loquitur Labeo,& reuertitur ad primum casum huius.§. nā quod dictum est ibi, quòd ego dominus non teneor si vi tempestatis ceciderunt domus meæ in tuas:verum est,si incontinenti ceciderunt. Quid enim si vitiosæ factæ sunt propter tempestatem, & posteà ex interuallo ceciderunt in tuas?certè tunc teneor, quasi ex vitio operis nunc sit datum damnum. ¶Item videamus.]Nunc vult dicere quando committatur stipulatio damni infecti. & certè tunc committitur,quando datur damnum vitio ædium, loci, vel operis. Quid autem erit si puteū foderem in domo mea,& caui tibi de damno infecto:nunc autem cùm fodi,venæ putei tui præcisæ sunt quæritur an tenear.& certè non teneor. Sed pone quòd intantum fodi, vt paries tuus stare non possit:quia totus destructus est,certè non teneor.Fran.

a ¶Vsus.]non proprietas,nisi littorum maris.nam flumina sunt publica:vt insti.de re.diui.§.flumina.rerum enim quædam sunt communes,quędam publicæ:vt insti.de rerum diui.§.j.&.ſ.de re.diui.l.ij. iij.iiij.&.v.vbi plenè dixi.Accur.

b ¶Littorum.]semper repete cōmunis est vsus.& dic littorum fluminis.nam de littore maris non est dubium : quia etiam proprietas est communis.

c ¶In his.]scilicet publicis prædictis:& quod dicit publicè, expone,id est publica authoritate habita à principe, vel à senatu:vt infrà,ne quid in loco publi.l.ii.§.siquis à principe. & infrà, de fluminibus.l.quo minus.& tunc ædificatum eius est,cuius est solum.i.publicum.ipse tamen tantùm vtetur,si hoc actum fuerit in concedendo:licet secus esset in cōmunibus:vt.ȷ.de acqui.re.do.quod in littore.&.l.sequen.vel dic publicè.i.ad publicam vtilitatem.aliàs non licet:imò cogeretur demoliri per specialia interdicta : vt.ȷ.de fluminibus. & ne qd in flumi.publi.& his similibus.Accur.

d ¶Destruere.] quod nocet.R.

e ¶Propter quod.] qa cōmunis est vsus, nō cauet de vitio soli: & quia sine incommodo debet facere, cauet de operis vitio:& sic ꝓpter hæc duo,de vitio operis tātùm cauet:& hoc dic propter quod, id est ꝓpter vtrunq;.

f ¶Operis.]hoc nō ad proxi. sed ad superius refertur.Acc.

g ¶Stipuletur.] i.stipulari possit ille, qui damnum veretur.

h ¶Nemine.] abūdat vna negatio . sic.ȷ. de acqui.poſ.q pignoris. & in aut. de ijs q ingre.ad appel.§.si verò neuter.&.ȷ.de ver.ob. l.j.§.si qs ita.& in aut. de hære. & fal.§.inordinatū.&.C.de ser. fugi.l.j.Sed argu.contrà ȷ.de verbo. significa.l. duobus.Acc.

i ¶Igitur.]suppletiuè lege:vel etiā illatiuè ita:satisdatio interponitur ex hoc edicto,ergo per iudicem : ergo cùm iudex iussit opus fieri,non est per quem interponatur:& hoc est,ad ea igitur opera quæ priuatim, non quæ publicè.Azo.

k ¶Stipulatio pertinet.] soli & ædificij, prout legis igitur illatiuè:vel lege suppletiuè:vt dixi.Acc.

l ¶De vitio eius.]scilicet soli.

m ¶Prouinciæ.]vt ibi fieri ꝓhibeat,vel tolli iubeat:cùm etiā si id in his locis fiat,quod alicui noceat,de loco publ.sit interdictū propositū:vt.ȷ.ne quid in lo.pub.l.j.&.ij.&.ſ.ti.j.l.j.§.j.& facit.ſ.e.si finita.§.si publicus.Sed contrà in ea.l.§.siue autem.sed illud de vitio operis accipe quòd debet satisdari.Accur.

n ¶Vitio.]esse cauendum.R.Accur.

o ¶Si proponas.]damnum timeri vel dari.R.

p ¶Contingat.]quia retro datum videtur:vt.ſ.eo.damni.§.Sabini. & arg.ȷ.de libe.cau.l.fi.ij. respon.Acc.

q ¶Corruerit.]posteà in ædes vicinas.Accur.

r ¶Adijcitur in hac stipu.]quæ pro vitio operis interponitur. & facit.ſ.titu.j.l.non solum.§.fi.

s ¶Dominium.]No.successoris appellatione etiā in rem successor intelligitur [a]:vt.ſ.de iureiu.l.etiā si in rem.&.ȷ.quorum leg.l.j.§.illud.Sed arg.cōtra.ſ.de eden. quædā.§.is autē.&.ſ.vsufr. quēadmo. ca.l.omnes.§.fi.Sed nūquid si hi successores ædificauerunt, & vitio illius operis dānum sit illatum,tenebūtur?Respon.quidam φ sic:vt arg.ſ.ti.j.l.fi.& sic secundum eos ambulat actio.& obligatio de vno in alium:vt & pro eis.ſ.de vsufr.l.adhuc.§.si operas.&.ȷ.tit.j.si tertius.§.si quis.&.ſ.fa.ercis.l.in iudicio.Sed tu dic secūdum Ot. nō teneri successorem in rem:sed propter opus ab eo factū tenebitur qui primò promisit:vt.ſ.de ser.expor.l.Titius.& ſ.eo.damni.§.emptor. & de hoc etiam dixi.ſ.e.si quis missum.§.fi.

t ¶Sed vt ne.]aliàs nec:aliàs ne,pro non.& quod dicit operis,subaudi tantum,& loci tantum,& ædium:quod vtrūq; prædictorū cōtinet:vt.ſ.e.inter fructuarium.& sic loquitur quādo in priuato fit: quia tunc pro his omnibus satisdatur:vt.ȷ.c.§.pen. & quod subijcit factum,sic expone.i.remaneat apud illum cui datum est.sic.ſ.de iudi.l.Iulia.Item quod dicit sine satisdatione:intellige cùm in proprio suo priuato loco fit.nam si in alieno,licet priuato:satisdatur: vt.ſ. e.prætor.& hoc secundum Io.& sic ammodo de priuato dicit hic & seq.§.sed Azo facit loqui de publico:& quod dicit in princ.loci,exponit.i.vitio illato ex opere in loco. & non habet.ȷ.fine. quia bene debet satisdatio interponi:vt.ſ.e.l.in prin.Accur.

[Margin: a Concor. text.in.c. si pater.in fi.d testa.li.vj. sed ī dubio intelligit de vniuersali. nisi esset in dispositiōe adiectū verbū quibuscunque: vt no.Alexan. plene. in. l. quadā.§ ni hil.col.j ff. de eden.]

v ¶Vitium.]pro quo hæc cautio interponitur.Accur.

x ¶Et loci.]non veniens ex opere.Accur.

y ¶Extrinsecus.]i.nō ex natura loci, vt quia palustris vel areno-

ſu's:ſed ex defectu,& plerunque vetuſtate:vt infrà ea.l.§.item apud iulianum.in fi.Accurſius.

a ¶ Eas.]ædes.

b ¶ Denique.]nunc de ſolo tantum.Sed quid ſiquis fecit opus in loco arenoſo,ex quo opere vel ſolo iam damnum timetur?Reſpon.fortè locum habebit hæc cautio : vt.j. proxi.§. no.&.§. Seruius. Acc.

eas[a] facit.Denique[b] nemo dixit paluſtris loci vel arenoſi nomine quaſi vitioſi commiti ſtipulationem:quia naturale[c] vitium eſt:& ideo nec ea ſtipulatio interponit: neque interpoſita committitur[d]. ¶ Hæc ſtipulatio vtrũ id ſolũ damnũ contineat,quod iniuria[e] fit:an verò omne damnũ, quod extrinſecus cõtingat?Et Labeo quidẽ ſcribit,de damno dato[f] nõ poſſe agi, ſi quid fortè terræmotu,aut vi fluminis, aliòve quo caſu fortuito[g] acciderit.¶ Seruius quoq; putat,ſi ex ædibus promiſſoris vẽto tegulæ deiectæ damnum vicino dederint:ita eũ teneri, ſi ædificij vitio id acciderit:non ſi violentia[h] ventorũ,vel qua alia ratione,quę vim habeat diuinam.Labeo etiã rationem[i] adijcit.ꝙ ſi hoc non admittatur[k] ,iniquum eſt. Quod enim tam firmũ ædificium eſt, vt fluminis,aut maris,aut tempeſtatis, aut ruinę,aut incẽdij,aut terrę motus vim ſuſtinere poſsit[l] ?¶ Idẽ Seruius putat,ſi controuerſia[m] aquæ inſulã[n] ſubuerterit,deinde[o] ſtipulatoris ædificia ceciderint[p] :nihil eũ ex ſtipulatu cõſecuturũ:quia id nec operis,nec loci vitio factũ eſt. Si autem aqua vitiet fundamenta[q] ,& ſic ædificium ruat[r] :cõmitti ſtipulationẽ ait.multũ enim intereſſe,qđ erat alioquin[s] firmũ,vi fluminis lapſum ſit protinus[t] :an verò ante ſit[v] vitiatum,deinde ſic deciderit.& ita Labeo ꝓbat. etẽm multũ intereſt,quod ad Aquiliam pertinet,ſanũ[x] quis hominẽ occidat:an verò factum[y] imbecilliorẽ.

¶ *Supra expoſuit quid eſt dictũ uitiũ ſoli. nunc quid eſt dictũ uitiũ operis hoc eſt à quo dicitur eſſe factũ opus,ut ſtipulatio committatur.Bart.*

¶ Quãquã aũt ſtipulatio tunc cõmittit, cũ vitio operis dãnũ factũ

Vitio naturali parcendum eſt.

c ¶ Quia naturale.] 10 no. parci vitio naturali.ſic.j.ti.j.l.j.§. hæc cautio.in fi.§.&.§.idẽ aiunt ſi aqua.&.§.itẽ ſciendum.Sed arg.contra.ſ.ad.l.Aquil.ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi fornacarius.& in aut.de reſti. & ea quæ parit in xj.§.vnum.

20 d ¶ Cõmittetur.] ſic.ſ.de lega.j.ſi legati.Accur.

e ¶ Iniuria.]id eſt vitio.ſic ponitur inſti. ſi quadru. pau. fe. di. §. pauperies. vel dic ſecundum R.iniuria, id eſt nõ iure vel culpa, culpa autem tua ruinam factam dico, ſi cũ præuideres vel pręuidere poſſes domum ruituram,non curaſti quo minus ruina ſtipulatori noceret. Ac.

f ¶ Dato.] ſcilicet caſu fortuito,vt ſubijcit.

g ¶ Fortuito.]qui nõ potuit pręuideri:aliàs 40 ſecus: vt.ſ.c.ti.l.qui bona. §. cum inter. & facit.ſ.proxi. §. & qđ ibi dixi.&.j.e.ſequenti.§.Accur.

h ¶ Violẽtia.]ſola. R.

i ¶ Etiã rationẽ.]nõ ſolùm ſuperiorem ſententiam cõfirmat : ſed etiam rationem ſub50 dit.Accur.

k ¶ Non admittatur.]ſcilicet non teneri promiſſorem de caſuali dãno. R. Accur.

l ¶ Poſsit.] ita quòd non lędatur,& lædat: vt.ſ.e.damni.in prin. &.ſ.loca.& condu. l.ex cõducto.§. ſi vis. 60 Accurſius.

m ¶ Controuerſia.] id eſt impetu.

n ¶ Inſulam.] cui' nomine dãni infecti erat promiſſum.R.

o ¶ Deinde.] ſcilicet ſubito.

p ¶ Ceciderint.]propter ruinam aliarum, 70 quarum nomine erat promiſſum.Accurſius.

q ¶ Fundamenta.]paulatim.Azo.

r ¶ Ruat.] ſcilicet poſt ex interuallo,vt præuideri ruina poſſet, & aduerſus eam proſpici.Accurſius.

s ¶ Alioquin.]id eſt aliàs.

t ¶ Protinus.]hic nihil poteſt promiſſori imputari:quia ruinã euitare non potuit.Ro.Accur.

v ¶ Ante ſit.]ita quòd poterat iuuari.& ad hoc.ſ.de neg. geſt. diuortio.circa princi.Accurſius.

x ¶ Sanum.]qui tenetur quanti valuit in anno proximo retro.

80 y ¶ Factum imbecilliorem.]ꝗ præſtabit quãti plurimi fuerit à die quo vita exceſsit in anno retro.& ita ſi duo mortiferè diuerſis tẽpibus vulnerauerint aliquẽ,cuilibet fit cõputatio ex die vulneris ſui:vnde plus in vnius æſtimatiõe poterit eſſe,quã alterius:vt.ſ.ad.l. aquil.l.ita vulneratus. §.æſtimatio.& ad idẽ.l.qua actione. §. ſed & ſiquis.ſed caue tibi : quia non eſt per oĩa bonũ ſimile, cum.ſ. nullo modo teneaẽ ſi protinus cadat:hîc.i.in.l.aql. ſic, licet diuerſimodè: vt.d.ll.ſ.ad leg.aquil.quæ vt contrariæ ponũtur.Item hîc habetur reſpectus retro intra certum tempus.ſ.ad tempus dati damni.

z ¶ Non potuit.]de iure,vel de facto:vt ſuprà de noxal.in delictis. in princi.&.ſ.loca.ſi fundus.&.l.ſeq.&.l.ſed de damno.&.j.de re iudi.ſæpe.§.cur autem.Accur.

a ¶ Nomine fecerit.]& ratum ſit habitum non aliter.Azo.

ſit:tñ ſi opus factũ eſt ab eo,quẽ promiſſor prohibere nõ potuit[z] , ſtipulatio nõ cõmittitur. Planè ſi prohibere potuit,cõmittitur. Sed ſi quis promiſſoris noĩe fecerit[a] , vel eius,pro quo promiſſum[b] eſt, aut alius,* quẽ prohibere potuerit:ſtipulatio iſta cõmittẽt.¶ Prætereà ſi furni[c] nomine dãni infecti fuerit cautũ, deinde furnarij[d] culpa[e] damnum datũ fuerit:non venire[f] in hanc ſtipulationẽ pleriſq; videtur.¶ Caſsius quoq; ſcribit,quod cõtra ea[g] damnũ datum eſt,cui[h] nulla ope occurri poteſt: ſtipulationem non tenere[i] .

¶ *Hic reuertitur ad declarationem iſtius uerbi, uitium loci.h.d.Bar.Et hoc intendit.Hæc ſtipulatio damni infecti habet locum quãdo res ſuo uitio dãnum dat:ſecus eſt ſi aliqua ui exteriori illa res deiecta damnum dederit.hoc dicit.*

¶ Item apud Iulianum relatũ eſt: ſi ex agro[k] vicini arbores vi tẽpeſtatis confractæ in meũ agrũ[l] deciderint,eoq; facto vitib' meis vel ſegetibus nocuerint[m] ,vel ędificia demolierint : ſtipulationem iſtam qua hæc omnia cõprehenduntur, Si quid arborũ loci ue vitio acciderit,non eſſe vtilem[n] : quia non arborũ vitio, ſed vi vẽtorum damnũ mihi datũ eſt.Planè ſi vetuſtate arborum hoc fiebat[o] :poſſumus dicere vitio arborũ damnum mihi dari.¶ Idẽ ait, ſi damni infecti ædiũ mearũ nomine tibi promiſerim,deinde hę ædes vi tempeſtatis in tua ędificia ceciderint,eaq; diruerint[p] : nihil ex ea ſtipulatione præſtari:quia nullũ dãnum vitio mearũ ędium tibi cõtigerit: niſi ſi fortè ita vitioſæ[q] meę ędes fuerint,vt qualibet vel minima tẽpeſtate ruerint. Hæc omnia vera ſunt.¶ Sed & quod Labeo putat, verum eſt,referre[r] vtrũ impulſu

b ¶ Promiſſum eſt.] ab aliquibus ſuis amicis.

c ¶ Prætereà ſi fur10 ni.] i.pro dãno contingenti vitio furni:& ſub.tãtum nomine furni,ſecundum Io.

d ¶ Furnarij.]qñ aliqs aliqđ operat in ſuo, & inde dãnũ dat vicino:diſtingue:aut facit non animo nocẽdi: & tũc nõ tenet,nec com20 mittiẽ ſtipulatio:nec nõ interpoſita interponet.Aut animo nocendi:& tũc ſic. vel aliter an operaris in tuo aliqđ immittẽdo in ꝑdiũ vicini:vt furnũ:qđ nõ licet: vt.l.ſicuti.§.Ariſto. an nõ immittẽdo: & tunc nõ tenet, bono 30 animo faciat vel nõ: vt hîc. Nec ob.j.de aqua plu. arcẽ.l.j.§.deniq;.qa illud eſt verũ quãtũ ad illũ tractatũ. & in multis differt ille ab iſto. fallit hoc. vbi fodis iuxta parietem meũ magis, quàm poſſis:qđ nõ licet. Vel breuius verũ eſt, ꝙ qcqđ feceris in tuo, non teneberis mihi ꝑ hoc edictũ:nec cõmittiẽ ſtipulatio : nec nõ interpoſita interponet : ſed teneris de dolo : vt.ſ. de dolo.l.rem quandã vænalem.

* Qui prohibere potuit.

e ¶ Culpa.] tautũ, nõ 50 operis vitio. R.nã ſi furni & furnarij:bene veniẽt in hac ſtipul.vt ſ.ad le.Aquil.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi furnum.in fi.§.quæ eſt cõtrà. vel ibi cauit noĩe ignis. & ſic generalius. hic nomine furni.

f ¶ Non venire.]ſed 60 in aquiliã:vt.ſ.ad le. Aquil.ſi ſeruus ſeruũ. §.ſi furnũ.ĩ prin. Tria ergo ſunt quæ faciunt hanc cautionẽ ceſſare. vitium naturale:vt.ſ. §.vitium. caſus fortuitus: vt.§.hæc ſtipu. & ſeq.&.j.proxi. itẽ culpa:vt hîc.Accur.

70 g ¶ Contra ea.]quæ deuenerunt in ſtipulatione.Accur.

Cautionẽ dãni infecti tria ceſſare faciunt.

h ¶ Cui.]ſcilicet damno.Accur.

i ¶ Non tenere.]etiam interpoſitam:vt.ſ.eo.§.vitium.&.§.hæc ſtipulatio.&.§.Seruius.&.§.idem Seruius.&.§.quamquam. & infrà.§. proxi.&.j.eo.damni.Accur.

k ¶ Agro.]pro quo damni infecti fuerat cautum mihi.Acc.

l ¶ Meum agrum.]cuius nomine fuerat cautum mihi.Acc.

m ¶ Nocerent.]protinus:vt.ſ.eo.§.idem Seruius.&.j.proxi. §.& facit.ſ.§.proxi.cum ſuis concor.Accur.

n ¶ Vtilem.]i.efficacẽ hoc caſu:quia ex ea non poterit agi.Accur.

80 o ¶ Fiebat.]ſcilicet damnum.

p ¶ Diruerint.]ſcilicet ædificia tua.Accur.

q ¶ Vitioſæ.]No.ꝙ hic caſus.ſ.fortuitus,eſt pro reo : quia exceptio fit de eo ſolo quod eſt dictũ,ſed debilitas ædificij cõtra eum:& tamẽ potius eligitur quod contra eum facit:vt.ſ.ad Sylla.l.iij.§.ſi.Sed arg.contra.j.de reg.iur.l.fauorabiliores.& inſti.de interdic.§.commodum.&.C.de condi.infer.l.ſi,quæ ſunt arg.contra.Acc.

r ¶ Referre.]vt.ſ.eo.§.idem Seruius.

Ruit.

fluminis ruit[a] ædificium:an deterius ante factũ,posteà ceciderit[b].

Ex opere quod facit promissor in suo propter quod stipulator amittit lucrum quod percipit à priuato:hæc stipulatio non committitur, nisi ex certa sciẽtia de hoc caueatur, uel iure seruitutis debeatur.Bar.

Item videamus, quando damnũ dari videat̃.Stipulatio enim hæc continet,quod vitio ædium[c],loci[d],operis[e] ve damnum datũ sit: vtputa[f] in domo mea puteum aperio: quo aperto, venæ putei tui præcisæ sunt.an tenear?Et ait Trebatius non teneri[g] me damni infecti.neq; enim existimari operis mei vitio damnum tibi dari in ea re in qua iure meo vsus sum . Si tamen tam altè fodiam in meo, vt paries tuus stare non possit : dãni infecti stipulatio committetur[h].

Paulus li.68.ad edict. LEX XXV.

TRebatius ait, eum etiã accipere[i] damnum,cuius ędium luminibus officiatur[k].

Vlpianus li.1.ad edict. LEX XXVI.

PRoculus[l] ait:Cùm quis iure quid in suo faceret, quamuis promisisset damni infecti vicino, non tamẽ teneri ea stipulatione: veluti si iuxta mea ædificia[m] habeas ędificia,eaq; iure tuo[n] altius tollas:aut si in vicino tuo agro cuniculo[o] vel fossa aquam meam[p] * auoces . Quamuis enim & hic aquã mihi abducas[q],& illic luminibus officias:tamẽ ex ea stipulatione actionem mihi non cõpetere:scilicet quia non debeat videri is damnum facere[r], qui eo veluti lucro,quo adhuc vtebatur,prohibetur:multumq; interesse, vtrum damnum quis faciat[s], an lucro, quod adhuc faciebat, vti prohibeatur.Mihi videtur vera esse[t] Proculi sententia.

Si plures stipulantur,debent simpliciter stipulari:sed si plures promittunt,debent pro parte promittere.h.d.Bar.

Paulus lib.78.ad edictũ. L. XXVII.

PLures earundem ædium nomine domini singuli stipulari debent sine adiectione[v] partis: quia de suo quisque damno stipulatur[x]. quinimo pars adiecta[y] partis partẽ faciet[z].Cõtrà si plures domini sint vitiosarũ ædium:

* Aduoces. alias, euoces.

a Ruit.]subito.

b Ceciderit.]ex interuallo:quia in hoc tenebitur.Accur.

c Aedium.]id est soli & ædificij:vt.s.eo.inter fru.&.s.ea.l.§.sed vtne.Accursius:

d Loci.]scilicet tantùm,id est soli tantùm.Accur.

e Operis.]id est ædificij tantùm : pro his enim cauetur,cũ fiunt in priuato:vt hic,&.s.eo. si finita.§.notandum.&.j.e.damni.§.fi.

f Vtputa.]ponit exẽplum quando damnũ dari videtur ex opere.Accur.

g Non teneri me.] nisi animo nocendi feci.tunc enim de dolo: vt.j.ti.j.l.j.§.denique. quod semp præsumitur, scilicet ꝙ non faciam animo nocẽdi:vt argu.s.pro soc.l.meritò.Sed op.quia licet in suo facere, dum tamẽ non noceat in alieno: vt.j.de regu.iur.l.domum?Respon.non videtur officere si lucẽ auferat,quam ex priuato consueuit habere:vt.j.eo.l.Proculus. vel aquam auferat,vt hîc.Item secundo op.j.l.proxi.sed ibi seruitus debebatur ab ædificante:vt &.j.titu.j.l.si in meo.Itẽ tertio op.s.si ser.vendi.sicuti.§.aristo.&.l. siquãdo.§.fi.&.l.fistulas.sed in illis in alienum immittebam:hic in meo operabar, nihil in alienũ immittens. & facit.j.de iniu.si cum seruo.&.j.de reg.iur.l.nemo damnum.

h Committetur.]si dicas quando facerem animo nocendi, planũ esset:vt.j.tit.j.l.j.§.deniq;.& sic esset idem quod in superiori respon. quod non placet:quia aliquid aliud vult dicere hic:quod patet quia dicit,si tamen &c.vnde dic,etiam nõ animo nocendi sed spõte fuit stipulatio interposita,si damnum fieret occasione huius fossionis. nõ enim cogendus erat,ex quo animo nocendi nõ fiebat.& sic.j.e.damni.§.cùm parietem.& de hoc dices.j.l.Proculus.Sed quid si in superiori casu totam aquam auferam?Respon.idem quòd si partem : vt argu.j.titu.j.l.si in meo.

TRebatius.] CASVS. In hac.l.& sequen. pluribus modis posset poni casus.tu autem ponas secundũ ꝙ dominus meus ponit,& glossæ tangunt hoc modo, & in hac.l.sic pone casum. Debebas serui.domui meæ altius non tollendi,ne obstet luminibus meæ domus.cùm velles altius domum tuam seruientem ædificare:promisisti de damno infecto.nũc adeò ædificasti altius,quòd luminibus meis nocet.certe teneris ex stipulatione damni infecti ad omne damnum quod habeo ex obscuratione luminum.Fran.

i Accipere.]id est pati.

k Officiatur.]non tamẽ vt actio nascatur:vt.j.l.proxi.vel dic Trebatium malè dixisse,& per proculum corrigi si intellexerit etiã seruitute non debita.Tu dic Trebatium intellexisse, quando seruitus debebatur:& sic bene dixit.agitur ergo secũdum eum ex stipulatione damni infecti cùm seruitus debetur.Sed nonne habet locum confessoria:ergo hæc cessat:vt.s.e.l.inter.&.l.dãni.§.j.&.l.qui bona.§.de illo.quæ omnes sunt contra Trebatium?Sed respon.non obstant: quia ad aliud datur cõfessoria.s.ad seruitutẽ præstandã: & ad aliud hæc stipulatio:quia ad damnum propter lumen amissum:vt.s. eod.l. qui bona.§.siquis opus.sic & in oper.no.nun.quia in subsidium datur auxilium illud:vt.s.titu.j.in prouinciali.§.j.& tamen ibi cõcurrit confessoria,vt.s.ti.j.l.j.§.fi.&.l.de pupillo.§.imposititiam.

PRoculus.] CASVS. Habebas domum iuxta meam,nec aliquam serui.mihi debebas.cùm velles opus aliquod facere in tua domo,puta eleuare eam,& timebam damnum ex hoc opere:promisisti mihi de damno infecto : nunc eleuata domo tua habeo damnum:vt quia obscurata sunt lumina domus meæ.quæritur an committatur stipulatio?& dicitur quòd non.Idem est & si in fundo tuo fecisti cuniculum,id est riuum çoopertum vel fossam : & sic aquam quę veniebat ad fundum meum, abstulisti. nam licet promiseris mihi de damno infecto : tamen non teneris ob hoc. & reddit rationem.Fran.

l Proculus ait.]& malè,secũdum quosdã:quãdo scilicet seruitus deberetur.vel dic bene : & non debetur seruitus:vt statim patet.H.

m Aedificia.]scilicet tua.

n Iure tuo.]vt quia nullam seruitutem debes:aliâs secus : vt suprà.l.proxi.dixi.

o Cuniculo.]riuus coopertus dicitur.Accur.

p Aquam meam.] etiã totã & totũ lumẽ superiori rñ. vt.s.l.fluminum.pen.rñ.&.j.ti.j.l.j.§.denique. &.l.si in meo. &.s.de ser.vr.præd.l.cum eo.Alij vt Pi.dicunt aquã non totam,nec totũ lumẽ:vt s.l.fluminum.in fi.sed ibi damnum sentiebat in pariete ruẽte secundum H. & sic in dãno vtitur ista distinctione,an sit modicũ vel maximũ:vel aliter, vt ibi dixi.Item pro Pi.s.de serui. vr.præd.l.binas.in fi.ij.respon. sed ibi ædes non auferunt totũ lumẽ domui legatæ,ne inutile legatum sit.Itẽ nũquid hoc dices,vt stipula.non cõmittatur etiam si fiat animo nocẽdi? Rñ.Pi. vtiq; quãtum ad hanc stipulationẽ,in qua agitur dũ cauit de damno:verum ageret ibi de dolo, vel in factum actione : vt.j.titu.j.l.j.§.denique.Accur.

q Abducas.]s.priuatam . aggeres enĩ in publico facti , si trans flumẽ etiã noceãt, demoliẽdi sunt: vt.j.ti.j.quod principis.§.fi.

r Facere.]i.pati,vel non videtur damnum facere ei qui.&c.Accur.

s Faciat.]i.sentiat.& sic no.non esse eandem rationẽ damnum sentire,& lucrum non facere:vt.C.de codi.l.fi.&.j.tit.j.l.ij.§.item Varus.in fi.&.l.j.§.sicut.&.j.de fur.l.si is cui commodata. & argu.s.de condi.& demon.titio.§.j.ibi,aliud est enim &c.Sed argu.contrà.s. de eo quod certo loco.l.iij.§.fi.&.j.rem ra.hab.si cõmissa.& dixi.C. de sen.quæ pro eo.l.j.in fi.Item contra distinctionem huius legis est j.ne quid in loco pub.l.ij.§.meritò.Sol.ibi in publico,hîc in suo priuato quis facit.Accur.

Lucrũ non facere,& damnum pati differunt.

t Vera esse.]non Trebatij secundum quosdam:sed tu expone Treba.vt dixi,suprà.l.proxi. item facit ad hanc.l.quòd quis in suo faciat quod vult. suprà de serui. vrb.prædi.l.fistulam. & si ser.vendi. sicuti.§.penulti.Accur.

PLures.] CASVS. Plures habebamus domum communem iuxta tuam.tua minabatur ruinam:petimus vt promittas nobis de dãno infecto:vis promittere.quæritur an debeat quilibet nostrum stipulari sine adiectione partis suæ:sic dicendo:cuilibet promittis de damno infecto?& dicitur quòd sic.sed si dicam,promittis partem mei damni?non * totum meum damnum,sed eius partẽ stipulor. secus autem est econtra : vt si plures sint domini vitiosarum ædium.nam pro sua quisque parte promittere debet:ne singuli insolidum obligẽtur.nam quilibet debet promittere pro sua parte, qua dominus est.Erancis.

* Tãtum.

v Adiectione partis.]qua significatur dimidia[a]:vt.j.de ver.sig. nomen filiarum.§.j.sic ergo dicet,promittis de damno infecto.

a Concor. tex.in c.ij. de deci.l.b.vj.gl.in cle.j.in ver. aut earum parte.de fo. cõpe. & ibi Card.in ix. quæstio. tñ si addatur dictio aliqua, tũc venit pars infra dimidiã: vt est glos. sing.in pręalleg. cle.j. quã ad hoc pro singu. allega. Panor.in.c.super eo. extrà de eo qui cog. cõsan. vxor. suæ.de quo

x Stipulatur.]id est stipulari intelligitur: vt & suprà titu.j.stipulatio.§.fina.Accur.

y Adiecta.]puta partẽ mei damni,siue partẽ damni contingentis in mea dimidia domus pro indiuiso promittis,cùm sim dominus dimidiæ pro indiuiso secundum Ir.vel dic partẽ damni cõtingentis in mea dimidia domo,quæ mea est à meridie.nã cùm sit mihi cum alio domus tota cõmunis pro indiuiso:in qualibet particula habeo dimidiam tantum:& sic mediam partem damni cõtingentis in meridiali dimidia videor stipulatus.& secundum hoc primum exemplum est, quando pro indiuiso partis domus fit stipulatio damni : secundum M.quando pro diuiso.si autem dixissem partem meam damni,totam meam partem secundum R.videor stipulatus.Accur.

z Facict.]dicta adiectio partem partis,quam habebam in domo. vel faciet partem totius si in rebus meis proprijs,quæ erant in domo fuerit damnum datum secundum Azo.Item not.quòd aliâs aliter accipitur hæc oratio,facere partem:vt suprà de lega.j.huiusmodi.§.si Titio.Accur.

g Non teneri.]ad patientiam operis demoliendi:ad damnū tamē agere potest:vt arg.§.communi diui. Sabinus.ibi:si autem facienti consenserit.& concor.§.ti.j.qui bona.§.si quis iusta.Item nota ꝙ quidam habent patiente,alij sapiente,id est sciente.sciētia enim inducit patientiam:patientia consensum ad aliquid:vt.C.de remis.pi.l.ij. & §.quibus mo.pig.vel hypo.sol.sicut.§.non videtur.& de do.inter virum & vxo.si seruus communis.Accur.

Sed hoc

a Sed hoc ita.] Per errorē.facti imperitia iuris dicitur: vt.ꝭ.de iurisdi.om.iu.l.si per errorē.Accur.

b Errantis est.] vt &.ꝭ.de iur.& fac ign.l.error.& de iurisdi. om. iudi.l.si per errorē.&.C.de iur.& fac.ign.l.cū testamētū.&.l.non idcirco.&.ꝭ.de acquirē.re.do.si procurator.&.ꝭ.de iud.l.ij.in prin. & de cōtrahē.empt.& si consensum.§.fi. & de cōdi.cā da.dedi.§.subtilius.nec obstat.ꝭ.si 10 cer.pet.l.eius. vt ibi dixi.&.ꝭ.de le.fal.l.j.§.si legatari⁹.quia ibi in vno * errabat hæres,in alio bene cōsentiebat.Sed arg. cōtra duo possunt notari.ꝭ.de sup.le.l.iij.§.fin.in fi.&.ꝭ.decōfessis.l.nō fatetur. in eo ꝙ dicit 20 differre vnā ignorātiā ab alia. ADDITIO. Dic secūdum Bar.ꝙ ī.d.§.fi. loquitur de errore cōi qui facit ius:hîc de errore singulari.

*Negabat.

Idem li.34.ad Sabinū. LEX XX.

Sed hoc ita,si non per errorē [a], aut imperitiam decept⁹ fuerit. Nulla enim voluntas errantis [b] est.

De casu huius.l.dic ut.ꝭ.ti.j.l.fluminum §.fi. Paulus.

Idem li.30.ad Quintū mutiū. L. XXI.

Si in meo fundo aqua erūpat [c], quæ ex tuo fundo venas habeat:si eas venas incideris,& ob id desierit ad me aqua peruenire:tu nō videris vim [d] fecisse,si nulla seruitus mihi eo nomine debita fuerit: nec interdicto Quod vi au clam teneris [e].

Hæc actio non datur usufructuario nec in usufructuarium directa,sed utilis.Bar.

Idem li.10.ex varijs lectionibus L. XXII.

Si vsusfructus fundi legatus fuerit:aquæ pluuiæ arcendæ * actio est [f] hæredi [g] & contra hæredē eius,cuius prædiū fuerit.Quod si ex eo ope [h] incommodum [i] aliquod patiatur fructuarius,poterit quidem interdicto experiri,Quod vi aut clā [k] .quod si ei non competit [l] ,quærendū est an vtilis ei qua si dño [m] actio aquæ pluuiæ arcendæ dari debeat:an verò etiam contendat [n] ius sibi esse vti frui sed magis est,vtilem [o] aquæ pluuiæ arcēdæ actionem ei accommodare.

Non aliter [p] restituisse rem videtur [q] is qui opus fecit,quā si aquā coerceat.Sed & si fructuari⁹ opus fecerit,per quod aqua pluuia alicui noceat:erit quidem actio legitima [r] cū dño proprietatis:an verò etiam vtilis in fructuariū actio aquæ pluuiæ arcēdæ danda sit quę

c Si in meo.] CASVS. In meo fundo fons oritur, venæ 30 cuius veniūt ex fundo tuo.tu incidisti venas,ita ꝙ me⁹ fons siccat⁹ est.nō teneris. F. Accursius.

c Aqua erumpat.] id est fons oriatur.

*Actio, & hæredi & cum hærede eius cuius. & c.

d Vim fecisse.] id est iniustitiā. Oth.& sic nec hac actione, nec 40 q̄d vi aut clā teneris vt subijt.vel simpliciter expone vim.s.vtte nearis Quod vi aut clā.& facit.ꝭ.tit.j.pro culus.& quod ibi no. & cōtrariū.j.ne quid in loco pub.l.ij.§.merito.Sol.vt dixi.d.l.ꝑculus.Item nec ob. C. 50 de seruit. si manifestè, quia ibi præscripta erat seruitus. Ac.

e Teneris.] s.de dolo,si aīo nocendi fecerit non aliās:vt.ꝭ. eo. l.j.§.deniq;.Accur.

Si vsusfructus.] CASVS. Titi⁹ legauit Sempronio v- 60 sumfr.fundi.Dicitur ꝙ hæres Titij habet ac.aquæ plu.ar.cōtra illū qui facit opus in fundo suo,ex quo timeat dānū:& ipse ea act.tenetur si facit opus.Secūdò dicit.ponë ꝙ hic hæres facit opus:ex quo timet dānum fructuarius:an aget hac actione fructuarius?Dicitur ꝙ aget interdicto Quod vi aut clā,si fecit op⁹ clā:alioquin aget vtili actione aquæ plu.ar. Non aliter.]Ille qui tenetur hac actiōe,debet destruere opus,ita ꝙ aqua pluuia mihi nō noceat.Vltimo dicit.Si fructuarius facit opus,per quod aqua plu. mihi nocet,tenetur proprietarius directa actione aquæ plu. arcen. 70 fructuarius verò vtili.Fran.

f Actio est.] directa. Accursius.

g Hæredi.] cōtra ædificātē in vicino ꝑdio:& contra ipm si ipse fecit in eo fundo opus.q.d.ipse habetur dñs:vt &.ꝭ.ad syl.l.j.§.dñi. cū domino & in dominum tantū detur hæc actio:vt.ꝭ.eo.apud.§.aquę. Alij exponunt quasi hic fructuarius sit dñs,vt ei cōpetat actio contra facientes opus in prædijs vicinis,& econtrà,vicinis cōtra eū .q̄d non placet:quia cū textu non consonat.Accu.

h Ex eo opere.] facto à proprietario in fundo, in quo est legatus vsusfructus.Accur.

80 i Incommodum.] circa vsumfructum.Accur.

k Quod vi aut clam.] vt si prohibiturus hæres fecit,vel sciēs se prohibendum.Accur.

l Non competit.] qa nō ꝓhibuit:nec ille tenuit se ꝓhiberi posse: nec timere debuit.nam aliq̄s istorū debuit interuenire vt habeat locum hoc interdictum:vt ꝭ.quod vi aut clam.l.iij.§.fi.&.l.seq.

m Quasi domino.] nā pars dñij est vsusfr.vt.ꝭ.de vsusfruc.l.iiij.

n Contendat.] id est cōtēdere debeat per confessoriam actionem.

o Vtilem.] nā directa non,cū illa dño,& cōtra dñm detur:vt.ꝭ.e. apud trebatiū.§.pe.&.§.fi.&.ꝭ.ar.fur.cæ.l.v.§.fi.vel ibi de alia actio ne dicit frutuario non danda.s.de illa arborū furtim cæsa.sed & cōfessoriā hic poterat intentare pro vsufructu:vt.ꝭ.si vsufru.peta.vti frui.§.vtrum.

situm est.& magis est,vt [s] detur.

Pro opere facto authoritate publica nō competit hæc actio.Pau.

Paulus li.17.ad Sabi. LEX XXIII.

Quod principis aut senatus [t] iussu [v] ,aut ab ijs,qui primi agros constituerunt [x] ,opus factum fuerit:in hoc iudicium non venit.

Nota hic quòd appellatione domini comprehenditur etiam dominus utilis,quia hæc actio nō datur nisi domino.h.d.Pau.

Hæc actio etiā in vectigalibus agris locum habet [y] .

Opponitur isti.§.de lege.ij.§.pe.ꝭ.eo.solue ut hic per Pau.de cast.

Aggeres si iuxta flumē in priuato [z] facti sint:in arbitrium [a] aquę pluuiæ arcendæ veniunt [b] ,etiam si trans flumen noceāt [c] :ita,si memoria eorum extet,& si fieri non debuerunt [d] .

Si arādo aliquis opus faciat ex quo aqua possit nocere uicino:si aliter fundus coli non poterit,hac actione non tenetur.Bar.

*Vlpianus. LEX XXIIII.

Vicinus loci superioris [c] pratum ita arabat,vt per sulcos * itemque porcas [f] * aqua ad inferiorem [g] veniret.quæsitum est, an per * arbitrum aquæ pluuiæ arcendæ cogi possit * in alteram partem * arare,ne sulci in eius agrum [h] spectarent.Respondi non posse [i] eum facere, quo minus agrum vicinus,quemadmodum vellet,araret.Sed si quos [k] sulcos trāsuersos aquarios [l] faceret,per quos in eius agrum [m] aqua [n] deflueret † ?hosce vt operiret [o] per arbitrum aquæ pluuiæ arcendæ co-

p Non aliter resti tuisse.] id est destruxisse.

q Videtur.] quod facere debet:vt.ꝭ.eo.si tertius.§. officiū.

r Legitima.] id est aquæ pluuiæ arcēdæ actio,quæ est ex lege. xij.tabu.vt.ꝭ.de statu libe.l.labeo.Accur.

s Vt detur.] vtilis, non directa:vt.ꝭ.eo.l. apud.§.fi.Accur.

20 t Quod princi pis.] Senatus parificat principē & senatū ī hoc.sic. ꝭ.de legi.& senatuscō. nō ambigitur.&.ꝭ. de flu.quo minus.&.ꝭ. à quib.app.non licet.l. j.§.j.&.ꝭ.de postulan. l.j.§.de qua autē restitutione.

30

v Iussu.] Nota iussum maioris excusare[a].sic.ꝭ.eo.quāquàm ij.rñ.

x Constituerunt.] quorū nō extat memoria.& pro hoc.ꝭ. e.l.ij. in prin.vnde antiquis tēporib⁹ orbis Roma 40 n⁹ agris diuisus est: vt possessio sua nulli habeat īcognita,quā per tributorū qualitatē susceperat soluēdā. Vel dic cōstituerunt, vt qa dominus vtriusq; ꝑdij opus fecit:vt ar.ꝭ.de leg.j.l.qd in re rū.§.si quis.& hoc nisi 50 per successores facta fuit immutatio:vt. C. si.re.l.successionē.ac.

y Locum habet.] siue in eo fiat opus,siue in alio,& ei noceat & fortè directa:vt. ꝭ. arbo.fur.cæ.l.v.§.fin. vel dic vtilis:vt ar.ꝭ. eo.si vsufr.Accur.

60 z In priuato.] puta ripa,quæ est priuata iure ꝓproprietatis:vt.ꝭ.de rerū diui.l.riparum.secus si in publico factum sit opus:vt.ꝭ.eo.apud.§.aquæ.&.l.si in publico.

a Add e gl. in.l. nō est. ꝭ. de nupt. Phil.fran.in regula qd quis.Inn.& doc.in.c.si qñ extrà de off. dele. & notaui aliquid in alle. l.quāquam. in gl.actione in apostil.in ver. iudicis iussus.ꝭ.eo.

*Alphenus lib.iiij. digesto. à Paulo epy thomar.

*Interque Vide in hunc locum Pium Antoniū Bartoli num in anno ad.ll.ca. xvj. & Io. Bar. Piū an not. prioū. ca.x.in fine.

*arbitriū

*Vtin.

*araret.

†Al.defluere t,seu operiret:per ar. aq plu. arc. posse hoc agere.

a In arbitrium.] i.iudiciū:& aliàs arbitrium tutelæ.Accur.

b Veniunt.] vt ille qui fecit,suis sumptibus tollere cōpellatur.

c Noceant.] i.nocere possint.

d Non debuerunt.] iure pacti vel naturæ,vel etiam nimiæ vetustatis:vt modò prædixi:vt.ꝭ.eo.l.j.in fi.&.l.ij.in princ.

70 Vicinus.] CASVS. Pōt quis arare fundū suū,& facere ibi sulcos cā frumenti quærendi: licet per hoc aqua plu.mihi noceat.Si autem facit quis fossas in fundo suo,ita ꝙ aqua plu. mihi nocet,tunc tenetur.Franc.Accur.

e Vicinus loci superioris.] id est vicinus superior.

f Porcas.] aliàs porcas:quia purgant agrū.aliàs portas:quia portant aquam in agrū inferiorem,& sic semper sunt quædā opera ad purgationem fundi.

g Inferiorem.] s.fundum.

h In eius agrum.] s.vicini inferioris.R.

i Non posse.] ex ordine,id est de iure cōmuni.R.

80 k Sed si quos.] aliā format quæstionē,qñ vicini fundus est ex latere,sed in prin.cum inferius est.Accur.

l Aquarios.] & non quærendi frumenti causa:vt.ꝭ.eo,l.j.§.sed & si fossas.&.§.sed & si quis azo.Accur.

m Agrum.] id est ex latere: in quem etiam aqua vadit æqualiter.Accur.

n Aqua.] id est ex latere,in quod aqua vadit æqualiter.Accur.

o Operiret.] id est repleret.

a ¶ Cogere posse.]aliàs agere hoc posse. & accipe hoc vt dixi,quã do non indigebat ager his sulcis:& sic animo nocendi. Accur.
b ¶ Noceret.]id est nocere posset.
c ¶ Explere.]id est replere. Accur.
d ¶ Condemnare.]ad interesse:vel iubere cauere de dãno infecto: vt.ſ.eo.atteius.§. fin. sed etiam manu militari poterit cõpelli ad demoliendũ,& ad de plãtandũ opus:vt.ſ. de rei ven.l.qui restituere.& de ope. noui nuncia.l.stipulatio.§. siue.
e ¶ Iudicaret.]aliàs adiudicaret.
f ¶ Fluxisset.]nã in hac actiõe venit dãnũ futurũ, nõ pteritum: vt.ſ.eo.l.supra iter. §.officiũ.&.l. atteius. §.pe. nec inspicitur si nocuit aqua:sed si nocere potuit:vt dixi.ſ. eo.l.j.§.ij.j.rñ.
g ¶ Lacus.]quidã habent.§.& qdã nõ.& habeas,lacus enĩ &c. & põt legi lac⁹,id est fossæ supdictæ qñq; crescũt & decrescũt & hoc ẽ dãnũ vicinorũ,ꝙ nõ licet facer̃ tales fossas vel cũ est.§.dic lacum poni propriè,id est locum qui perpetuã habet aquã. stagnũ qui tẽporalem.fossa receptaculũ aquæ manufacta:vt.j. vt influ. pu.na.lic.l.j.§. stagnũ &.§.lacus.&.§. fossa. & secundũ hoc nõ crescit lac⁹ nec decrescit. licet aqua qñq; crescat,& decrescat:vt &.ſ.de contrahen.empt. l.rutilia.&.j.de acqui.re.do.l.lacus.

gere posse [a]. Sed & si fossas fecisset,ex quibus aqua pluuia nocere posset:arbitrium (si appareat futurum vt aqua pluuia noceret [b]) cogere oportere fossas eum explere [c],& nisi faceret,cõdemnare [d]: tametsi antequã iudicaret [e],aqua per fossas nunquàm fluxisset [f].

¶ *Licet aqua lacus crescat & decrescat, lacus tamen non dicitur crescere. Pau.*

¶ Lacus [g] enim cũ aut cresceret, aut decresceret [h], nunquàm neq; decessionem [i] in eo vicinis [k], neque accessionẽ facere licet.

¶ *Si aliquid noceret uiæ per quam itur ad fundum,noceret fundo. Bart.*

Idem li.5.e minutio. **LEX XXV.**

IS cui⁹ fundo via debetur, aquæ pluuiæ arcendæ [l] agere potest fundi [m] sui nomine: quoniam deteriore via facta,fundo nocetur.

¶ *Consuetudo dat iurisdictionem cõtentiosam. Barto.*

Scæuola li.54. responso. **LEX XXVI.**

SCæuola respõdi solere eos qui iuri dicundo præsunt [n],tueri [o] aquæ ductus, quibus authoritatẽ vetustas [p] daret, tametsi ius non probaretur [q].

h ¶ Decresceret.]quo ad aquam secundum secundam.
i ¶ Decessionem.]quo ad solum secundum secundam.
k ¶ Vicinis.]id est dominis prædij,in quo fit fossa secundũ vtrũq;.
IS cuius.] CASVS. Debebatur fundo meo via per fundũ tuũ fecisti opus tu vel alter,per quod aqua plu.nocet viæ meæ. teneberis hac actione. Et aquæductus qui perpetuò sic fuerunt:tueri debent iudices.h.d.cũ.l.seq. Fran.
l ¶ Arcendæ.]vtili:vt ar.ſ.eo.si vsusfructus.&.ſ.eo.l.apud.§.fi.vel aliud in personali seruitute vt tũc cõpetat vtilis.nã realis magis perpetua est:& magis terræ affixa.sic.ſ.eo.quod principis.§. hæc actio Accursius.
m ¶ Fundi.]s.dominantis.
n SCæuola.]Præsunt.vt sunt iudices.
o ¶ Tueri.]dando actionem & exceptionem:vt.j.de acquiren. re.do.l.statuas. Accur.
p ¶ Vetustas.]decẽ annorum quando habent perpetuam causam, vel quasi:vt plenè dixi.ſ.eo.l.j.§.fi.
q ¶ Probaretur.]id est titulus vel constitutio:sed tẽporis diuturnitate psumitur:vt arg.ſ.de vsur.l.cum de in rem verso.& facit.j. de itine.actuq; priua.l.apparet.§.pe.&.j.de aqua coti.& æsti.l.hoc iure.§.ductus.

*De publicanis & vectigalibus vide beroaldũ in cõmẽtarijs ad Cęsarẽ Tranquilli. De cõmisis autẽ vide Bu.ſ.de euic.l.herennius.

TITVLVS. IIII.
De publicanis * & vectigalibus & commissis.

¶ *Pro exactis illicitè à publicano uel eius familia,datur actio ex hoc edicto in factum ad duplũ intra annum,nisi exactum restituatur: post annum uerò in simplum.& pro hoc facto familiæ si non exhibetur,competit hæc actio sine noxæ deditione.Pau.*

Vlpianus li.60.ad edic. **LEX I.**

PRætor ait. Quod publicanus [r],seu alius† publicani nomine [s] vi [t] ademerit, quodve familia publicanorum [v]:si id restitutum nõ erit [x] in duplum [y]:aut si post annum agetur,in simplum iudicium [z] dabo. Item si damnum iniuria [a],furtumve factum esse dicetur: iudicium [b] dabo. Si ij [c] ad quos ea res pertinebit [d],non exhibebuntur [e]: in dominos sine noxæ [f] deditione iudicium [g] dabo.

¶ *Publicanus dicitur qui est positus ad exigendum publicos reditus,siue exigat immediatè pro fisco:siue immediatè pro se,sed aliquid soluit fisco à quo cõduxit uel emit.Paulus.*

¶ Hic titul⁹ ad publicanos ptinet. Publicani * aũt sunt q publico [h]

¶ DE PVBLICANIS ET VECTIGALIBVS ET COMMISSIS.
¶ *Qualiter aduersus futura damna prouidetur,dictum est in duobus præcedentibus titulis:nunc qualiter aduersus dãna,& illicitas extortiones factas à publicanis.Et no.quòd de tribus tractat hic titulus:de publi.& hoc usque ad §.de rebus.j.eo.si publicanus & etiam posteà in quibusdã legibus.in.ij.&.iij. de vectigalibus & commissis permistè tractatur.*

PRætor ait.] CASVS. Si publicanus vel alius eius noĩe,siue familia publicanorũ vi ademerint aliquas res si ĩtra annũ cõuẽti nõ restituãt,tenet̃ post annũ ĩ duplũ. si aũt post annũ cõueniant̃,tũc in simplũ tenet̃ actiõe in factum ex hoc edicto.& hæc est prima pars edicti. Si serui qui ibant cũ publicanis,ademerint:si publicani non exhibeant seruos,dñi tenentur in solidũ absq; noxæ deditione.& hæc est secunda pars. Si dãnũ aliquod iniuria vel furtũ fecerit publican⁹,vel eius familia:tenetur publicanus actione in factũ.& hęc est tertia pars. ¶ Hic titul⁹.] apparet ꝙ hĩc ti.spectabat ad publicanos.Sed dic,q sunt publicani? Certe illi qui fruuntur publico:& inde vocantur publicani:vt quia conduxerunt ab imperatore vel aliqua ciuitate portũ lusolini, vel aliũ similẽ,& pro eo præstant aliquod tributũ fisco vel alicui ciui. & vt breuiter dicã,oẽs qui conducũt aliquid à fisco,appellãtur publicani. Secundo dicit.videtur ꝙ superfluè hĩc prætor tractat de furtis & dãnis datis, & factis à publicano vel eius familia.nam & alibi prouisum est circa dãtes dãna,vel inferẽtes iniuriã siue raptores sed certè qa prauitas eorũ erat nimis magna:& ne videatur negligere ea,q̃ ipsi faciebant,posuit edictũ speciale de his.Tertio dicit,hoc edictum de publicanis mitius punit rapientẽ,vel furẽ,quã faciat actio vi bo.ra.vel actio furti. permittit eñ rapientẽ vel furem restituere vsq; ad sententiam,& si restituat,liberatur. Quarto dicit, ꝙ possũm agere cũ publicano act.vi bo.rapt. vel leg.aquil. vel furti. ꝙ reddit rõnẽ. ¶ Familiæ nomen.]Nunc lex ponit hoc verbum familiæ quod habuimus in principio edicti.nã cõprehẽdit seruos publicani,vel alterius,& liberas personas stãtes cũ publicanis.seruus tñ publicani nõ cõstitutus ad officiũ vectigalis non cõtinetur.Posteà exponit vltimã partẽ hanc.s.si serui publicani,qui fecerunt rapinã,nõ exhibeãtur: in dñm sine noxæ deditione iudiciũ dabo.& dicit hoc propriũ.Hic debemus intelligere siue eos habent in potestate.i.possibilitate dandi: siue non:vt quia serui fugerunt.nã semper publicani tenentur insolidum.& est speciale ideo,quia bonos seruos habere debent ad tale ministerium.Postea exponit illa verba,in dños:quia hoc ita accipiendũ est,vt socij ipsius vectigalis quãuis dñi non sint teneant̃.& ille qui petit exhiberi,debet dicere quos, & si ignorat nomina, petat omnes seruos exhiberi:vt sic cognoscere possit delinquentes:& auditur.& si plures sunt serui,qui hoc dãnũ vel furtũ fecerunt:tãtũ pstando quãtum si vnus liber fecisset,liberatio cõtingit.& hoc dicit hic.§.& sequens,cum duabus.li.seq.Fran.Accur.
r ¶ Publicanus.]quidã habent seu publicani nomine &c.Alij hoc plus qđ publicanus eiusve familia &c.Sed tunc videtur superflue re,eiusve familia,propter id subijcit,quodve familia &c. secundum Hug.Sed dic cõtrà.& dicat hĩc qñ iubente publicano,vel ratũ habẽte,& sic suo,& familiæ nomine tenetur:vt.j.de vi & vi arma.l.j.§.de cessisse.&.§.quoties.& si fa.fur.fe.di.l.j.§.cæterũ.Si verò nõ iubente vel ratũ habente,tũc nomine familiæ tenetur.& hoc subijcit,quodve &c.vt.j.de vi & vi ar.l.j.§.cum autem.&.§.sed & si cum. Accursius.
s ¶ Nomine.]quidam alter.
t ¶ Vi.]adde ablatiua vel compulsiua:vt.j.eo.vnde quæritur.&.j.e. locatio.§. quod illicitè.
v ¶ Publicanorum.]s.ademerit.
x ¶ Non erit.]qñcũq; petente actore intra annum. Accur.
y ¶ In duplum.]in casu agitur in quadruplum contra publicanũ. sed illud est ex edicto de calumnia.vt suprà de calumnia.l.antepe.§. finali.
z ¶ Iudicium.]idest actio in factũ.sic exponitur.ſ.nau.cau.stabu. item ait.§.j.Accur.
a ¶ Iniuria.]id est culpa.sic insti.de iniur.
b ¶ Iudicium.]s.in factum.
c ¶ Si ii.]scilicet serui.
d ¶ Pertinebit.]id est qui ea commisisse dicuntur.
e ¶ Non exhibebuntur.]s.à publicanis.
f ¶ Sine noxæ.]licet dño ignorante deliquerint.& est ratio:vt.j.e. l.cum si exhibuissent. Accur.
g ¶ Iudicium.]id est ad prædictam actionem.
h ¶ Publico.]eo quod publicũ est,vt portus & salina:vt.j.de verb. sig.eum qui vectigal.&.l.inter publica.§.fi.

† Concor. & bene facit quod vo luit gl.in.c.j.§. si verò cõfirmatores de elect. in prag.san. in verbo ea vice circa mediũ. Ad do aliam in c.j.§.volẽs itaq; de col la. in pragma. sup verbo familiæ. Tu videme lius gl.in.c. nouit.& ibi Panor.post Io.And. extrà de iudi. & plenius p Specu in ti. de cã pos.& propriè in prin.versic. decimo loco.& in tit. de censi.§.ij.

* Vide Bud. ſ.ex q cau. ma.ad.l.mi les cõmeatu.§.qui operas.

fruuntur (nam inde nomen [a] habent) siue fisco vectigal pendant [b]: siue etiam tributum cõsequãtur. Et omnes, qui quid à fisco [c] cõducunt, rectè appellantur publicani.

Actio ex hoc edicto mitior est quã ui bonorũ rap. in duobus. Pau. de Cast.

¶ Dixerit aliquis, Ad quid [d] vtiq; hoc edictũ propositum est? quasi prætor non alibi prouiderit furtis, damnis vi raptis Sed bene putauit [e] & specialiter aduersus publicanos hoc edictum proponere quod quidem edictum in aliqua parte [f] mitius [g] est, quippe id [h] in duplũ datur, cũ Vi bonorum raptorum, in quadruplum fit: & furti manifesti æquè in quadruplum [i]: & restituẽdi facultas publicano vi abreptũ [k] datur: quod si fecerit, omni onere exuitur, & pœnali actione ex hac parte edicti liberatur.

Auxilium extraordinarium adiuuandi causa introductum, non tollitur per ordinarium. Bar.

¶ Vnde quæritur, si quis velit cũ publicano non ex hoc edicto, sed ex generali, Vi bonorum raptorũ, dãni iniuriæ, vel furti agere, an possit? Et placet posse [l]. idq; Pompo. quoq; scribit. est enim absurdum [m], meliorem esse publicanorum causam, quàm cæterorum [n] effectam opinari.

Nomen familiæ porrigitur ad seruos & liberos qui in eodem ministerio habentur. Bart.

¶ Familiæ nomẽ † hic non ad seruos publicanorum tantum referemus: verumetiam ad eos, qui in numero familiarium sunt publicanorum. Siue igitur liberi sint, siue serui alieni, qui publicanis in eo vectigali ministrant, hoc edicto cõtinebuntur [o]. ¶ Proinde & si seruus publicani rapuerit non tamẽ in ea familia constitutus, quæ publico vectigali ministrat: hoc edictũ cessabit [p].

Si famulus delinquẽs à publicano nõ exhibeatur: sine noxæ deditione tenetur. Bart.

¶ Quod nouissimè [q] prætor ait, Si ij [r] non exhibebuntur in dominum sine noxæ deditione iudiciũ [s] dabo: hoc proprium est huius edicti, quòd si non exhibeãtur serui, cõpetit iudicium sine noxæ deditione: siue eos habeant in [t] potestate siue non: siue possint exhibere, siue non possint [v].

Caius li. 21. ad edictũ prouinc. LEX II.

Nec licebit domino absentẽ [x] defendere:

Vlpianus li. 55 ad edict. LEX III.

Cvm si exhibuissent noxali iudicio cõuenirentur [y]. ¶ Idcirco autem tam dura conditio eorum [z] effecta est, quia debent bonos seruos [a] ad hoc ministerium eligere.

Ex facto familiæ datur actio contra omnes socios publicanos, licet illa familia sit in dominio unius tantum eorum. Pau.

¶ Quod ait [b], in dominos, sic accipiẽdũ est, in socios † vectigales [c] licet domini non sint [d]. ¶ Ante autem actorẽ dicere oportet, quẽ, vel quos desyderet [e] exhiberi: vt si non exhibeantur, hinc agatur [f]. Sed & si dicat [g] Exhibete omnes, vt possim dinoscere, qui sit puto audiendum.

Ex facto pluriũ agitur cõtra dominum, ac si unus fecisset. Pau.

¶ Si plures serui id furtũ, vel dãnũ admiserint: hoc debet seruari, vt si tm̃ præstetur, quantum si vnus liber fecisset abolitio [h] fiat †.

Hæc actio datur contra hæredem publicani catenus quatenus ad eum peruenit. Bart.

Paulus li. 52. ad edict. LEX IIII.

SI publicanus,

---

a ¶ Nomen habent.] vnde Matheus fuit hinc dictus publicanus, aliàs dicitur publicanus, id est publicè peccans: vt in euangelio. b ¶ Pendant.] tanquam procuratores colligendo pro fisco. & quod subijcitur, vel etiam tributa consequantur. s. iure suo [a], & ad suum cõmodum, reddendo fisco certam mercedem pro hoc. vel etiã dic, quòd & hic vt procuratores. & tũc dic hic vel, pro id est [b] & sic ponitur pro eodẽ. Et 10 no. differẽtiã interve ctigal. & tributũ. Vectigal enim est, quod pstat ex rebus, quæ vehuntur & inde nomen assumpsit: & est octaua portio eius mercis, quæ vehitur, cuius noĩe est præstandũ: vt. C. de vecti. & cõ. l. vniuersi. & . l. 20 expstatione. & . l. àlegatis. Sed tributũ siue annona vel publica functio seu pẽsitatio pstatur rõne soli à possidentibus, & dicitur etiam census: vt not. C. sine cẽsu vel reli. l. ij. & . fin. & . C. de anno. & tri. l. j. & . ij. & . C. de 30 exact. tribu. l. in fisca libus. quoties enim lex tractat de tributis: ponit de possessionibus & possidentibus qui cogũtur ea pstare. Itẽ tributũ pstatur ratione soli pprij possidẽtis. Sed vectigal ratione publici soli in quo 40 portantur, vel vẽdũtur eaq; vehũtur. Acc. c ¶ A fisco.] vel à ciuitate: vt. j. eo. sed & hi. §. præterea. d ¶ Ad quid.] id est cur. e ¶ Bene putauit.] vt cõprimeret eorum prauitatẽ: vt. j. eo. quã 50 tę. & arg. ff. nau. cau. sta. l. idẽ. §. j. & vt non videretur negligere: vt. j. de iniur. itẽ apud §. hoc edictũ. & ad idẽ ff. de pac. iurisgẽ. §. dolo. f ¶ In aliqua parte.] id est in aliquo. Acc. g ¶ Mitius.] s. quã vi 60 bo. ra. ei furti manifesti: vt subijcit. h ¶ Id.] id est hoc edictum de publicanis. i ¶ In quadruplũ.] id est non per omnia æquè: vt instit. vi bo. rap. in prin. k ¶ Vi abretum.] vsq; ad sniam. vnde videtur arbitraria, secũdum quosdã: vt dices. j. eo. hoc edicto. Idẽ in actione Quod metus cau. vt 70 ff. quod metus cau. si cũ exceptiõe. §. satis quod nõ est in furti & vi bo. rap. vt. j. de fur. qui ea mente. & . j. vi bo. rap. l. penul. l ¶ Posse.] vt & . C. de fur. l. etiam. sed op. quòd extraordinariũ nõ debe ret dari, vbi locũ habet ordinariũ: vt. ff. de mino. l. in causæ. sed illud qñ extraordi. est cõtra ius cõc. hoc, secũdũ ius cõe. Sed si prius egit hoc iudicio: nunquid poterit agi Vi bo. rap. vel furti in id quod excedit? Rñ. sic: vt instit. si qua. pau. fe. di. §. fi. & . ff. de exerci. l. si eũ. §. pe. & . §. fi. & . j. de act. & obli. l. cũ ex vno delicto. & . j. vi bo. rap. l. j. ar. cõtra. ff. nau. cau. sta. l. idem ait. §. fi. & . ff. quod me. cau. si cũ exceptio ne. §. eum qui. 80 est de iure communi: ibi altera est cõtra ius commune. ADDITIO. Dic secũdũ Bar. quòd hic vtraq; actio m ¶ Absurdum.] nam delinquendo nemo facit suam conditionem meliorẽ: & delictũ nemini immunitatẽ pstat: vt. j. de interdict. & rele ga. l. legatorũ. in fi. & . ff. ex qui. cau. ma. si cui. in prin. & . ff. de ne. gest. siue hæreditaria. & . C. de rebus credi. l. fi. Arg. cõtra. ff. de suspe. tu. l. decreto. Item no. quòd specialis via generalem nõ excludit. & sic est ar. cõtra. C. de pcur. marit' & . C. de pac. cõuẽ. l. fi. ADDITIO. Dic secundũ Bar. quòd illud generale põt intelligi primo, an specialis pui sio legis tollat generalẽ puisionẽ legis? & certè nõ sic loqtur hic se cundo, an per specialẽ prouisionẽ hominis recedatur à generali pro uisione legis, & sic loquuntur leges contrariæ.

n ¶ Cæterorum.] id est furum vel raptorum.

o ¶ Cõtinebuntur.] vt & . j. e. l. quãtæ §. j. Et ar. j. vi bo. ra. l. ij. §. familię. & facit. j. de verbo. sig. detestatio. §. famili. & . l. pronũciatio §. j. & . j. de vi & vi ar. 10 l. j. §. meritò. & . §. familiæ. Accur. p ¶ Cessabit.] hoc est ar. cõtra. j. qui & à q. l. prospexit. Accur. q ¶ Quod nouissimè.] i. in vltima parte edicti. sic. ff. de inst. nouissimè. Accur. r ¶ Si ii.] s. serui publi 20 cani, qui fecerunt rapinam. s ¶ Iudicium.] id est actionẽ in factum, ex hoc edicto. & dic proprium, id est speciale. nam aliàs nõ tenetur defendere eũ, quẽ nõ habet in potestate: vt. ff. de noxa. l. quoties. j. 30 rñ. & . § j. Accur. t ¶ Habeant.] s. publicani. v ¶ Non possint.] p accidẽs: puta quia sint absentes. & est rõ: vt. j. e. cũ si exhibuissent ij. rñ. secus si per naturam: vt quia mortui sunt: vt & . j. eo. sed & 40 hi. §. pe. Accursius. x ¶ Nec licebit.] Absentem. qui teneatur sine noxę deditione. & hoc est speciale, aliàs licet: vt & ff. de noxa. l. quoties. §. eos quorum. Acc. y ¶ Cvm si exhibuissent.] Conueni 50 rent. s. fuissent ignorantes. z ¶ Eorũ.] s. publicanorum. a ¶ Bonos seruos.] cõueniũtur igitur ex suo quasi maleficio: vt institu. de ob. quæ ex quasima §. itẽ is ex cuius. & . §. de eo. & . §. itẽ 60 exercitor. & est simile. ff. nau. cau. sta l. fi. §. hac autẽ actione. & . j. furti aduer. nau. cau. sta. l. j. nõ tamẽ distinguas hĩc seruos publicani ab alienis: licet ibi inter eos faciat differentiam. Itẽ facit. j. eo. quantæ. §. j. & . l. sed & hi. §. siue. Accur.

b ¶ Quod ait.] s. prætor in edicto circa fi. Accur.

70 c ¶ Vectigales.] publicanos. Accur.

d ¶ Domini non sint.] vt. ff. eo. l. j. §. familiæ. Azo.

e ¶ Ante desideret.] vt certi hoĩs factũ arguat: vt & . ff. nau. cau. l. licet. §. possumus. & ar. ff. de do. sed ex dolo. §. fi. & . l. j. sed secus in actione Quod me. cã. vt. ff. quod met. cau si cũ excep. §. in hac. quæ est cõtra & est rõ vt ibi. Itẽ est sec' in actiõe Vi bo. rap. vt. j. vi bo. rapt. l. ij. §. hæc actio. Vel dic, quòd ibi constabat qs de familia deliqsset: hĩc nõ vtrobiq; tñ puto familiã exhibẽdã, vt possit dinosci, qs cõmiserit delictũ: vt hĩc subijcit, & . ff. de noxa. l. ij. §. si quis. Accur.

f ¶ Agatur.] s. ex edicto de publicanis. Accur.

80 g ¶ Dicat.] scilicet actor.

h ¶ Abolitio.] aliàs abolitio, & aliàs absolutio: & est idem sensus & est idem. i. fi fa. fur. fe. di. l. j. & . ff. ad legẽ aql. illud. & . ff. de noxa. quòd ait prætor. secus in albo prætoris: vt. ff. de iur. om. iudi. si familia. & dic plenè. vt ibi. Accursius.

SI publicanus.] CASVS. Si publicanus abstulit aliquid alicui, & ante, quàm conueniatur, decessit: tenetur eius hæredes in quãtũ sunt facti locupletiores. ¶ De rebus.] dicitur quòd si præses

---

Publicanus quis dicitur.

a Ista placet Bart.

b Displicet Bar.

Vectigal & tributũ differunt.

c Reprehatur secũdũ Ludo. Ro. † Adde quòd sub nomine familiæ nostræ continetur agnatio nõ autem cognatio: & etiã veniũt nasci turi: nõ solũ nati. Bolo. Ad do quòd conueniat appe. famil. per text. me hoc de iure. zdiles. familię. §. ff. de ædi. edic. ad de quod in quæ Bolo. in hac apostil. voluit dicere quòd appellatione familiæ nasci turi contineantur. quod hoc est verum: sed in ordine successiuo: vt not. in l. fi. C. de fun. in. & arg. in. l. fregez. de le gat. Cepo.

In ti. de ser. vr. ca. j. Io. de ana. ca. quãto. decẽ si. & Paul. de cast. cõ. sil. xvij.

b Ista opinio gl. placet Bar.

† Albe. allegat istum tex. ad hoc quòd qui habet socium, habet dominum.

† Concor. text. in. c. j. & ibi Panor. extrà de resti. spo. & in. c. in literis. versic. sicut de te. sta. li. vj. & in cle. j. §. porrò. vbi card. de sta. mo.

mandat aliquem pro frumento emendo Ferrariã:debet mittere literam ad publicanũ,qui ſtat in portu luſolini continentẽ quantitatem frumenti pro quo mittit:& ꝙ pro iſto non accipiet pedagium publicanus.ſi aũt plus frumenti ille duceret, quã contineatur in litera,ꝓ illo præſtabitur bene pedagium. ❡ In omnibus.] De quibus rebus debeat præſtari pedagium inſpicitur conſuetudo.Fran.

qui vi [a] ademit,deceſſerit: Labeo ait,in hæredẽ eius,qui locupletior factus ſit [b] ,dandam actionem.

❡ *De rebus quas rectores ſui & ſuorum uſus gratia portant,non debet ſolui uectigal.*Bar.

❡ De rebus [c] ,quas in vſus aduehendas ſibi mandant præſides, Diuus Hadrianus præſidibus reſcripſit [d] ,vt quoties quis in vſus [e] , aut eorum,qui prouincijs,exercitibusve præſunt,aut procuratorum ſuorũ [f] ,aut vſus ſui [g] cauſa mittet quẽdam empturum [h] :ſignificet [i] libello [k] manu ſua ſubſcripto,eumq́; ad publicanum mittat: vt ſi quid amplius quàm mãdatũ eſt transferat,id munificum [l] ſit.

❡ *Conſuetudo ſeruatur in uectigalibus.*Bar.

❡ In omnibus vectigalibus ferè cõſuetudo [m] ſpectari ſolet.idq́; etiam principalibus conſtitutionibus cauetur.

❡ *Si publicanus ſoluit ante ſententiam liberatur à pœna.*Bar.

Caius li.ad edict.prę.vrb.tit.de pu. L.V.

HOc edicto [n] efficitur, vt ante acceptum quidem iudiciũ † reſtituta re,actio euaneſcat: poſt acceptum verò iudicium nihilominus pœna duret [o] .ſed tamẽ abſoluẽdus eſt [p] etiam,qui poſt acceptum iudicium reſtituere paratus eſt.

❡ *Quoties lex uel ſtatutum dicit aliquem puniri pœna dupli tripli uel quadrupli:in dubio in illo computatur ſemper ſimplum,& ſic nõ eſt in totum pœna niſi expreßè hoc dicatur.*Bart.

❡ Quærentibus autem nobis vtrũ duplum totum pœna ſit,& prætereà [q] rei ſit perſecutio:an in duplo ſit & rei perſecutio,vt pœna ſimpli ſit:magis placuit,vt res in duplo [r] ſit.

❡ *Plures officiales ex eodem edicto tenentur in ſolidũ:ſed exactio ſit pro parte,niſi aliter eſſent non ſoluendo.*Bar.

Modeſtinus li.2.de pœnis. LEX VI.

SI multi † publicani ſint qui illicitè qđ [s] exegerint,non multiplicatur dupli actio [t] ,ſed omnes partes præſtabũt:& quod ab alio præſtari non poteſt,ab altero exigetur,ſicut diui * Verus & Antoninus reſcripſerunt.Nã inter criminis reos [v] ,& fraudis participes, multum intereſſe conſtituerunt [x] .

❡ *Onus dandi vectigal incumbit poſſeſſori.*Barto.

Papinianus li.2.de inſtitutio. LEX VII.

IMperatores Antonin⁹ & * Verus reſcripſerunt,in vectigalibus [y] ipſa prædia,non perſonas [z] conueniri:& ideo poſſeſſores etiã præteriti temporis vetigal ſoluere debere [a] :eoq́; exemplo actionẽ ſi ignorauerint,habituros [b] .

❡ *Pupillus euadit pœnam commißi ipſo iure,ſi intra xxx.dies ſoluat.*Paul.

❡ Item reſcripſerũt,pupillo remittere ſe pœnã cõmiſsi [c] ,ſi intra diẽ

a ❡ Qui vi.] ablatiua vel cõpulſiua: vt dixi.ſ.eo.in princi. & idẽ dicas ſi familia ei⁹ ademit,cũ tunc teneatur ex quaſi maleficio vt.ſ.nau.cau.ſta.l.fi.§.& iſti de oblig.q̃ ex ma.vel quaſi.§.fi. Ac.

b ❡ Factus ſit.] ſ. hæres:vel lis à defuncto cõteſtata:vt.j.e.l.fi.§.penul.&.C.ex deli.de.l.j.&.ſ.de cal.l. in hęredem.& quod me.cau.l. quod diximus. in fine.ſic.ſ.de dolo,ſi plures.in fi.Azo. Ac.

c ❡ De rebus.] hoc ad ſecundam partem rubri.pertinet. Ac.

d ❡ Reſcripſit.] hoc quod ſequitur.

e ❡ In vſus.] ſuos.

f ❡ Suorum.] repete in vſus.Accur.

g ❡ Sui.] id eſt procuratorũ prædictorũ.

h ❡ Empturum.] ſ. res aliquas:vt frumẽtum.Accur.

i ❡ Significet.] ſ. quãtitatẽ rerũ ꝓ quibus mittit.

k ❡ Libello.] id epiſtola [a] .ſic.C.de man.prin.l.j.

l ❡ Munificum.] aliâs municipũ: ſcilicet ſi non præſtetur vectigal.aliâs munificũ,id eſt ex eo fiet muneris ſiue vectigalis præſtatio.ſ.octaua portio:vt C.eo.ex p̃ſtatione.& duas partes habet fiſcus,& tertiam ciuitas vel municipiũ:vt colligit.C.e.l.fi.Et no. regulariter eſſe p̃ſtandũ vectigal ꝓ qualibet re,quæ vehitur de vna ciuitate in aliam cauſa cõmercij:nec per reſcriptum nec per militiã quis excuſatur:vt.C.eo.l.omnium.&.l.ex præſtatione. excipiſitur [b] tamen ille,quæ feruntur ad vſum p̃ſidum.ſ.iure eorum,vel ſuorum procuratorum:vt hîc.Idẽ ſi ad vſum cuiuſq; priuati:vt.C.eo. vniuerſi.in prin.&.j.de ver.ſigni.l.in lege cẽſoria.Idem ſi ad vſum ſuorum:vt arg.ſ.de vſu.& habi.l.ij.§.j.&.l.plenum.§.præter.Idem de ijs,quæ feruntur ad fiſcum vel gratia exercendi iuris:vt C.eo.l.vniuerſi.Idem in rebus fiſcalibus:vt.j.eo.l.locatio.§.fiſcus.Itẽ nauicularij excuſantur:vt.C.eo.omnium.in fi.Item legati hoſtiũ,pro reb⁹ quas de nobis ad ſuos licitè portant:vt.C.eo.à legatis.Item excuſatur qui præſcripſit non ſoluere:vt.j.§.proxi.&.l.locatio.§.earum. Item res paratæ exercitui excuſantur:vt.j.eod.l.locatio.§.res exercitui. Accurſius.

m ❡ Conſuetudo.] No.de conſuetudine,vt.j.eo.locatio.§.earũ.&.C.eo.l.fi.ſed fallit qñ princeps de nouo ex cauſa ꝑmittit ſolui minus,quã ex cõſuetudine fit.ſic.C.e.l.j.&.l.iij.& eſt ſic.ſ.de aqua plu.arcen.ſi prius.§.placuit.Accur.

HOc edicto.] CASVS. Reſtituta re ſubrepta,actio ex hoc edicto ceſſat:etiam ſi iam erat mota lis ſuper hac actione.Secũdo dicit:in duplo quod petitur per hanc actionem,continetur ipſa res.Fran.Accur.

n ❡ Hoc edicto.] quod habes.ſ.eo.l.j.in prin.in eo quod dicit, ſi id reſtitutum.

o ❡ Duret.] de ſtricto iure.

p ❡ Abſoluendus eſt.] de æquitate.vñ no.ꝙ nõ cõmittitur cũ effectu mora per li. cõteſt.& eſt arg.cõtrà.j.de verb.obli.ſi inſulã.&.ſ.de noxa.ſi ſeruus cõis.Itẽ ꝙ dicit reſtituere paratus.ſ. nõ per ſententiam iudicis,& ſic non eſt arbitraria hæc actio.nã in arbitraria duę feruntur ſententiæ diffinitiuæ:vt.ſ.quod met.cau.ſi cũ.§.ſatis.quidam tamen dicunt eam arbitrariam.Accur.

q ❡ Præterea.] id eſt extra duplum.

r ❡ In duplo.] vt.j.eo.l.locatio.§.quod illicitè.&.C.de iure fiſci.l.facultas.& in hoc eſt minus,quã in actione furti.Accur.

SI multi.] CASVS. Plures publicani acceperunt aliquid illicitè.nõ tenetur quilibet inſolidũ cũ effectu,ſed quilibet p̃ſtabit partem.& quod vnus non poterit,ſupplebitur per alios. Fran.

s ❡ Quid.] id eſt aliquid. Accur.

t ❡ Dupli actio.] aliâs duplicatio, & aliâs dupli actio. non ergo quilibet in duplũ tenetur hac actio ne.ſ.ſoluere. veruntamen quilibet eſt inſolidũ obligatus,qđ patet in caſu,qñ alter nõ eſt ſoluendo:quia alter totũ ſoluit.Alij dicunt ad partẽ tñ eſſe obligatũ:vt arg.j.de iure fiſ.l.aufertur.§.fi.Sed quicquid dicas, eſt arg.cõtra.ſ. ad le.aquil.item mela.§.ſi plures.C.de cõdi.fur.l.j.ſed miti⁹ agitur ex hoc edicto,quã illis actionibus.ſ.l.aquil.& furti.arg.ſ.e.l.j.§.qđ quidem.

v ❡ Reos.] id eſt inter eos,qui ſoli & ſine ſocio delinquũt,& alios,qui cũ alijs delinquunt.q d.refert,ſol⁹ an cũ alio delinquas.& facit.ſ.de iuri.om.iu.ſi familia.&.j.quod vi aut clam,ſemper.§.ſi in ſepulchro. Sed videtur huic legi contra.j.de iure fiſ.l.aufertur.§.fi.in eo quod ibi dicit de quadruplo,hic de duplo. ſed hic priuato,ibi fiſco fuit iniuſtè aliqđ ablatum.& hoc ſecũdo caſu refert an in quæſitis, & tũc in quadruplum:an in quærẽdis:& tunc in duplum tenetur ablator:vt.C.de iure fiſ.l.facultas. &.C.de aquir.poſ.l.ſi vel in.l.aufertur.priuatus fecit fiſco fraudẽ: hîc publicanus.Accur.

x ❡ Conſtituerunt.] quantũ ex parte delinquentium: quia ſolus inſolidũ.ſi cũ alio,quilibet pro parte.ſed ex parte damnũ paſsi ſemper ſolidũ cõſequitur.Accur.

IMperatores.] CASVS. Quando debetur tributũ ratione prædiorũ:ipſa prædia ſunt obligata,non perſonæ.hinc eſt, ꝙ ſi prædium tributarium emiſti,pro quo multi anni erant elapſi,ꝙ non erat ſolutum tributum à vendente:dicitur ꝙ tu emptor debebis ſoluere tributa etiam præteriti temporis.habebis tñ tuã actionẽ cõtra venditorẽ tuum,ſi tu ignorans hoc emiſti.Secundo dicit,ꝙ ſi pupillus habet prædiũ ex quo tributũ debet fiſco,licet nõ ſoluerit tẽpore quo debet tributum,& ſic debet puniri:tñ remittitur ſibi fauore minoris ætatis ſi intra diẽ.xxx.poſt ſoluat.Fran.

y ❡ In vectigalibus.] id eſt pro vectigalibus,& impropriè ponit.i.pro tributis:vt no.ſ.eo.l.j.§.j.Accur.

z ❡ Non perſonas.] ſ.tñ aut dicas ꝙ perſona nõ obligetur.& erit ſpeciale,ꝙ ſuppetit hypothe.ſine perſonali obligatione.Ot.& eſt ſic j.de iure fiſ.l.denique.Accur.

a ❡ Debere.] vt.C.ſine cẽ.vel reli.l.fi.&.ſ.de pactis.l.inter debitorẽ &.j.de cẽſi.cũ poſſeſſor in prin.&.§.fi.&.l.forma.&.C.de præſcript.xxx.an.cõpetit.&.ſ.de vſufr.hactenus.Sed contra.ſ.de leg.j.apud iulianum.§.hæres.Sol.ibi cogitur hæres ſoluere præterita tributa à legatario,& non à fiſco.& eodem modo reſpondeo ad aliam.ſ.de pactis.l.epiſtola.§.pactum. quæ eſt ſimiliter contraria. Item ſunt hæc vera,niſi fortè publica authoritate vendantur prędia, propter tributa non ſoluta:vt.C.de fun. reipu.l.ſecunda in fi.

b ❡ Habituros.] ſcilicet poſſeſſores contra authores eorum ſecundum qualitates contractus & fidei:vt.C.cõmunia vtriuſque iu.l.ſi fratres.&.C.de euict.ſi fundum.&.j.de actio.emp.l.iulianus.in principio.Accur.

c ❡ Cõmiſsi.] id eſt delicti,ex eo qđ nõ ſoluit vectigal.vel dic cõmiſſi.ſ.in fiſcũ.nã nõ ſoluto vectigali vel tributo,cõmittit res in fiſcũ: vt hîc

a Quid ſit libellus,pulchrè Bud.in l.nec quicquam.ſ.de offici.proconſul.

Vectigal an de qualibet re præſtandum ſit.

b Iſta glo.eſt magiſtralis & ſin.ſecũdũ Lud.Ro.in hoc ꝙ ponit caſus in quibus quis excuſatur à ſolutione vectigalis.

+ Iſta.l.eſt optimũ argu.pro dicto Bart.in l.ſi reus paratus.ſ.de procur.vbi dicit ꝙ ad euitandum infamiã iuris vel facti vel aliã pœnã quãuis per ſententiã pro delicto eſſet conſecutur⁹:cautela eſt ꝙ ante cõdẽnationẽ offerat rẽ ſtitutã dicẽdo ſe nõ egiſſe ſed malle ſoluere id quàm ſtare dubio euentui litis.refert & ſequitur Mathe.mathe.ſingu.lxxxiiij.incipi.nota practicam.do.me⁹ do.Iaſon mav.in.l.iuſiurãdũ & ad pecunias.ſ.vl.ver.& ibi concor.ad nauſeã.ſ.de iureiu.

* Seuerus

+ Secundũ Bart.iſta.l.eſt ſingu & mẽti tenenda ad id qđ ĩ ſummariũ dicit:tamẽ ſi bene & recte pódere tur,non probat id ad qđ eã pọderat Bar.ideo attende ad ea quæ hîc dicũtur in nouis interpreta Bolog.

* Seuerus

vt hîc.Item si omisit professionem:nisi sit miles,vt.C.de vect. & cõmis.l.omnibus.vel quia illicita transuehebat:vt.j.eo.l.cotem.§.dominus.Itẽ quod dicit remittere:dic ipso iure. sed videtur quòd per restitutionem:vt.s.de mino.si ex caussa.§.penul.quæ est contrà.sed ibi in adulto:hîc in pupillo.vel dic vt ibi.

tricesimum vectigal intulisset [a].

Pœna fraudati uectigalis nõ transmittitur ad hæredem ante litem contestatam.h.d.Pau.

*Paulus. LEX VIII.

FRaudati [b] vectigalis crimẽ ad hæredem eius,qui fraudẽ contraxerit commissi ratione,transmittitur [c].

Si unus ex dominis fraudat uectigal,portio tantum sua cõfiscatur,non socij ignorãtis. Pau.

Sed si vnus ex pluribus hæredibus [d] rem cõmunem caussa vectigalis [e] surripuit portiones [f] cæteris non auferuntur.

In locatione uectigalis nõ admittitur plus offerens,nisi præstet fideiussores idoneos.Pau.

*Pomponius. LEX IX.

LOcatio [g] * vectigaliũ,quæ calorẽ † licitãtis vltra modũ [h] solitæ cõductionis * inflauit, ita demũ admittenda est, si fideiussores idoneos,& cautiones is, qui licitatione vicerit,offerre paratus sit [i].

Licet nullus offerat aliquid tempore quo ponuntur reditus publici ad in quantum,nullus debet compelli offerre:etiam qui pro tẽpore præterito habuit.Pau.

Ad conducendum vectigal inuitus nemo cõpellitur [k]:& ideo impleto tẽpore [l] cõductionis ea alijs locãda sunt. Reliquatores [m] vectigaliũ ad iterãdam conductionẽ ante,quàm superiori [n] cõductioni satisfaciant,admittendi non sunt. Debitores fisci,itẽq; reipublicę, vectigalia conducere prohibentur:ne ex alia caussa eorum debita onerentur [o]:nisi fortè tales fideiussores obtulerint, qui debitis [p] eorũ satisfacere parati sint.

Si duo uel tres emerunt gabellas portarum, & posteà diuidunt inter se emolumenta,quòd talis habeat emolumentum talis portæ,& talis talis:non potest socius petere sibi communicari illud plus.Pau.

Socij vectigaliũ si separatim [q] partes administrent:alter ab altero minus * idoneè in se portionem [r] transferri desiderat.

Qui extorsit illicitè:ciuiliter & criminaliter punitur.Bar.

Quod illicitè publicè [s] vel priuatim [t] exactum est [v]:cum altero tanto [x] passis iniuriam exoluitur.Per vim [y] verò extortũ,cum pœna tripli restituitur [z]. Amplius,extra ordinem plectũtur [a]. Alterum enim vtilitas priuatorum [b],alterũ [c] vigor † publicæ disciplinæ postulat.

Licet exactio uectigalis non possit præscribi nisi tanto tempore cuius contrarij memoria nõ existat,ab eo cui nõ est concessum per habentẽ potestatem:liberatio tamen à uectigalibus bene potest præscribi.Pau.

Earum rerum vectigal, quarum nunquàm præstitum est [d], præstari non potest. Quòd si præstari consuetum [e], ex indulgentia [f] publicanus omiserat:alius [g]

a Intulisset.] aliâs intulisset.s.pupill⁹. aliâs intulissent.s.tutores. & facit.d.l.omni-10 bus.&.j.l.pxi.Acc.

FRaudati] CASVS. Duobus modis pone casum vt in gl. Primo sic. Publicanus fraudauit censum exigẽdo plus,quã debebat.si ante,quàm conueniatur decedat: transmittitur in hære-20 des eius hęc actio inquantum ex hoc sunt locupletati. potes & alio modo ponere vt in gl. Sed si vnus.] Dic casum vt in gloss. quæ incipit.i.rẽ subripuit.Francis.

b Fraudati.] à publicano.vel secũdo ab 30 eo qui soluere debet.

c Transmittitur.] cum nõ:& aliâs trãsmittitur sine nõ.& secũdum primã dic,non trãsmittit̃ nisi inquantũ ad eũ peruenit: vt s.eo.si publicanus. in prin. secundum aliam trãsmittitur.s.inquan-40 tum peruenit,vt ibi dicit:& sic in publicano decedẽte. sed & potest intelligi sine non, & cũ non, de eo q debet soluere vectigal nomine alicui⁹ rei, & eam supprimit,vt non exigatur vectigal. & secundũ hoc semp dic 50 rõne cõmissi.i.delicti.vel defert illicitas merces:& sic fit cõmissio in fiscum ipso iure.& tenetur hæres si rem illam possideat : vt.j. e.cotem.§.illicitarum.&.l.commissa.&.C.e.l.ij.& secundum hoc ratione commissi expone,id est rei,quæ commissa est in fiscum.Acc.

d Hæredibus.]ipsius publicani qui fraudem fecit superiori casu. sed hoc casu non fecit : vt suprà dixi. vel ipsius priuati qui debuit præstare vectigal:vt dixi.

e Caussa vectigalis.]i.rem surripuit hæres,quæ erat communis 60 caussa vectigalis.i.quia ex ea debebat pręstari vectigal.surripuit dico,vt sibi soli haberet.& in hoc differt à sequenti vbi surripuit solum vectigal non soluendum,& non soluit.vel dic surripuit rem cõmunem cum hæredibus caussa vectigalis subuertendi, & non præstandi,& hoc expressim apparet.aliâs præsumeretur caussa suæ partis fecisse:vt.s.pro socio.l.rei communis.&.l meritò.Accur.

f Portiones.]quas habent in re,sed socium etiã furti possunt conuenire:vt suprà pro soc.l.rei communis.& facit.C.de pe.l.sancimus. &.j.de reg.iur.l.non debet alteri.Accur.

70 LOcatio.] CASVS.]Cùm potestas vult locare transam lusolini,vel aliquod aliud pedagium,debet dare plus offerenti, & recipiat bonam securitatem:aliâs non det ei. Ad cõducẽdum.] Nemo cõpellitur cõducere vectigal,& si qui spõtè cõduxerint:finito tẽpore cõductionis si volunt iterũ cõducere,audiũtur dum tamẽ soluerint mercedẽ primi tẽporis.Itẽ debitores fisci ex alia qualibet caussa non cõducunt vectigalia,nisi velint dare fideiussores idoneos pro primis debitis. Quod illicitè.]Quòd si publicanus exigit per vim cõpulsiuã,tenetur in duplũ:cõputata re quã abstulit.si aũt per vim ablatiuã:tũc potest cõueniri act.vi bo.rap.in triplũ:pręter rem quã abstulit:punietur etiã extra ordinẽ. Earũ.]De rebus, de qui-80 bus non est consuetum præstari vectigal non pręstabitur.si autem est consuetum & vna vice publicanus remisit:non præiudicat quin alia vice possit,& debeat præstari. Res.] De rebus quæ mittũtur ad exercitum,non soluitur pedagium,nec tributa pro his fundis. Fiscus.]Fiscus non præstat vectigal. Mercatores.]Mercatores qui emunt de fundis fiscalibus,soluent.Fran.

g Locatio.]aliâs locatio.& aliâs licitatio.

h Modum.]cùm modus esset quadraginta:hic quinquaginta inflauit.Accursius.

i Paratus sit.]sic enim videtur perseuerare:vt.j.de reg.iur. quicquid.Accursius.

k Compellitur.]ab initio.ex postfacto.sic quandoq;:vt.j.eo.l. cotem.§.fi.sed & illud videtur corrigi,vt ibi dices.Accursius.

l Impleto tempore.]quod est trienniũ ad minus:vt C. de vecti. & cõ.l.iiij.Accur.

10 m Reliquatores.] aliâs litigatores,& aliâs reliquatores,& alias licitatores,& aliâs locatores. & expone,id est conductores : vt &.s. de act.empt.l.veteres. & l.idem est.& sic omnes literæ ad idem tendũt. 20 Accursius.

n Superiori.] id est superioris temporis. & est ratio, quia semel malus &c.[a] vt.j. de accu.sicui.§. si tamen.& facit.C.de suscep.& arca.l.neminẽ. &.j.l.proxi.in fi.Acc.

o Onerentur.] fa-30 cit.s.proxi. §.&.j.de fal.l.j.§.tutores.& de mune. & hono.rescripto.§.debitores &.C. ne tut.vel cura.vectigal conducat.l.j. Acc.

p Debitis.] primis.

q Separatim.] duo contraria videtur ponere.si eñ socij erant, 40 non erat inter eos separatio administrationis:vel si erat,nihilominus quilibet alteri tenetur cõmunicare: & ita portiones trãsferuntur:vt.s.pro so. actione.§. nõnunquã? Rñ.socij quidẽ erant: quia ob commune lu-50 crum vno cõsilio vectigalia conduxerũt. postea tamen eis placuit,vt diuiderent inter se vectigalia,& sibi quisque lucraretur, & separatim administrarent,ideoque quasi finita societate neuter portionem eius qđ quærit,dare tenetur.& facit.C.de di.tut.l.ij.§.j.& secundum hoc si habes minus idoneè,non habeas.j.non iure.si autem habeas idoneo:tũc habeas.j. non iure &c . Alij autem habent idoneo.&.j.sine non,& tunc dices diuisisse administrationem,non vt societas esset finita . & tunc est sic. C. de diui.tu.l.ij.in prin.Accur.

60 r Portionem.]lucri.

s Publicè.]i.à publicano,qui publica authoritate vtitur.& hoc dico publicè vel priuatim. Vel dic publicè,puta rapiendo.

t Priuatim.]surripiendo.

v Exactum est.]per vim compulsiuam Azo.vt differat à lege sequenti.Accur.

x Tanto.]& sic in duplum,computata re:vt.s.eo.l.j.in princ.&.l. hoc edicto.§.fin.&.s.l.proxi.Accursius.

y Per vim.]s.ablatiuam.nihilominus ex hoc edicto agi potest: vt s.e.l.j.§.vnde quæritur.Accur.

70 z Restituitur.]per actionem vi bo.rap. Vel dic restituitur. s. in primo casu.l.quando publicanus,vel qui debet soluere tributa . hîc quando vnus ex hæredibus.

a Plectũtur.s.in fiscũ.vel corporaliter.s.p actionẽ vi bo.rap.Ac.

b Priuatorũ.]qbus est ablatũ. Vel dic priuatorũ. s. pœna tripli.

c Alterum.]s.extraordinaria pœna.Et no publicè dicit,ne maleficia sint impunita:vt &.s.ad leg.aquil.ita vulneratus.Accur.

d Præstitum est.]vel qa nõ debuit p̃stari:vel quia p̃scripta est nõ præstatio:vt dixi.s.eo.si publicanus.§.de rebus.ẽst tamẽ arg.cõtra. C.de præscrip.xxx. an.comperit.Accursius. ADDITIO. Dic 80 secundum Bar.quòd ibi loquitur de præscriptione priuata: hîc de publica.Vel dic,quòd ibi loquitur de tributo,quod soluitur in recognitione vniuersalis dominij:ideo non potest præscribi.

e Consuetum.]aliâs consuetum,& aliâs constitutum.

f Indulgentia.]i.gratia.

g Alius.]scilicet publicanus,scilicet successor primi cõducentis: vel etiam ipse si non sit tempus suæ conductionis finitum. Argumẽ. C.de agrico.& cẽsi.quemadmodum.Sed arg.contra.C.de vsur.ad-

c

*Papini. lib. xiij. resp.

*Paulus li.quinto sententiarum.

* Licitatio.

* Vide in hanc.l. Petri Crimi. li.de honesta discipli. xv.ca.iij & Alci.li.disc. pũ.j.c.xij.

† Calore licitãteis vl. mo.so. cõdu. inflammauit &c.

* Inferatur.

* minus idoneo ĩ se portionem trãsferri iure desyderat.

a Concor. tex.in.c.insinuatũ. cũ simi. extrà de simo. qđ tñ limitab. nisi stetisset per trieñiũ in eadẽ re: nõ in dissimili:vt no. Bar.in.l.cassius.s. de sena. & Ang. in authẽ.de mona . §. itẽ verum.

† Nota q fauor publicę disciplinę suadet vt maleficia puniantur. cõcor. tex.in. l. ita vulneratus. s ad leg. aquil . in. §. quod si qs. ver.cũ æq; impunita &c . cõcor. tex. ĩ cano. est iniusta . xxiij. q .iiij. text . & ibi gl.in c.j.§. ordinarijs . de col . in pragma. sanc. in verbo ex text. in. c. vt fame . extrà de sentẽ.ex com .

uerſus.pœna tamen ceſſat propter indulgentiam:vt.˜j.e.l.fi.§. ſiquis profeſſus.Accur. ADDITIO. Dic ſecũdum Bar.quòd prodeſt eius remiſsio quo ad hoc,vt non incidat in pœnam.

a ¶ Exercere.]pro tempore futuro.Accurſius.

b ¶ Res exercitui.]plenè dixi.s̃.co.ſi publicanus.§.j.

c ¶ Fiſcus.]facit quod dixi.s̃.eod.ſi publicanus.§.j.

d ¶ Conſueuerunt.] puta fructus prædiorum fiſci, quos emũt.

e ¶ Immunitatem.] nam bene ſoluunt vectigal.Accur.

exercere[a] non prohibetur. ¶ Res exercitui[b] paratas,præſtationi vectigalium ſubijci non placuit.

¶ *Dy.notat, quòd ſi communitas uel aliquis dominus uendit gabellam ſalis uel uini,poſteà emit ſal uel uinum,de qua emptione deberet ſolui gabella ſi fieret per priuatum:quòd ipſa communitas uel dominus non teneatur ſoluere illis gabellarijs.Pau.*

¶ Fiſcus[c] ab omnium vectigaliũ præſtatiõibus immunis eſt. ¶ Mercatores autem qui de fundis fiſcalibus mercari conſueuerunt[d],nullam immunitatem[e] ſoluẽdi publici vectigalis vſurpare poſſunt.

¶ *Dicit Barto.quòd qui fraudat gabellam, non tenetur deo,nec mundo : quia exactio gabellarũ quæ fit ab iſtis communitatibus,eſt à iure reprobata,ſi non interuenit conſenſus principis.Paul.*

Hermogeñ.lib.5.epito. LEX X.

Vectigalia ſine Imperatorũ præcepto,neque præſidi,neque curatori[f],neque curiæ[g] conſtituere[h],neque præcedentia[i] reformare[k],& his vel addere[l] vel diminuere licet.

¶ *Si emptores gabellarum deficiunt ſoluere in aliquo termino,ſtatim poteſt ſibi auferri gabella ſi ita placet communitati.Pau.de Caſt.*

¶ Sed si quis donaturus mihi pecuniã,dederit i alicui, vt ad me perferret k , & antè mortuus erit l , quàm ad me perferatur:non fieri pecuniã dominij m mei constat n .

¶ *Defectus caussæ finalis parat donatori cõditionem ob caussam.secus in defectu caussæ impulsiuæ.Bar.*

¶ Titio.x.donaui ea cõditione,vt inde Stichũ sibi emeret.quæro,cũ homo antè, quàm emeretur,mortuus sit,an aliqua actione decẽ recipiam. Respondi, Facti o magis, quàm iuris quæstio est. nam si Titio decẽ in hoc dedi, vt Stichum emeret,aliter nõ donaturus:mortuo Sticho cõdictione p repetã. Si verò aliàs quoq; donaturus Titio decẽ, quia interim Stichũ emere proposuerit,dixerim in hoc ei da-

¶ Caussa magis b .]i.modus liberalitatis:& sic fuit impulsiua, nõ finalis caussa.aliàs haberet locũ repetitio,sicut & pro cõdi.ob caussam:vt.C.de condi.ob cau.si repetendi.&.s.de cõdi.ob cau.l.dedi.§. siquis quasi statuliber.&.j.tit.j.l.vbi.&.s.de cõd.inde.l.damus.&.l. damus.&.l.in summa.§.j.&.§.ij.&.§.iij.In dubio autẽ præsumã non finalẽ,arg.s.de dona. inter vi.& vxo.sed si mors.§.fi.&.s.de condi.& demon.si titio.j. rñ.&.§.sed cùm ante nuptias.circa fi.l. vbi dicitur q purũ legatũ est:vt.C.de iur.do l.si mulier. Sed ar. cõtra. C.de dona.l.pe.§ fina. ibi,nulla eis licẽtia dãda.sed illud est specia le . vel ibi expressum fuit in dona.vt non in aliam caussam nisi in illã erogaret. Acc.

b Hanc gl. dicit do.Nico. Boerij in additio. ad Dy. in reg. nõ decet.in addi. fi. esse ad hoc singu. q in dubio præsumitur caussa esse impulsiua & nõ final.

re,vt Stichũ emeret:caussa q magis donationis,quã conditio dandæ pecuniæ existimari debebit.& mortuo Sticho,pecunia apud Titium remanebit.

Vlpianus li.2. LEX III.

Et generaliter r hoc in his donationibus definiendum est, multum interesse,caussa donandi fuerit,an conditio s .si caussa t fuerit,cessare repetitionem.si conditio,repetitioni locum fore.

r Et generaliter.] coniunge cũ superiori.& potes hic dicere quæ ibi in.§.fi.dixi. Accur.
s Conditio.]s.finalis.& ita caussa fuit finalis.Accur.
t Caussa.]scilicet impulsiua.

Pomponius li.14. LEX IIII.

Etiam per interpositam personam v donatio consummari x potest.

¶ *Si repetitur in instrumento quòd Titius motus affectione quam habebat ad Seiũ quia erat suus consanguineus uel amicus,uel propter eius benemerita donauit sibi centum:ista est donatio simplex:& ideo requiritur insinuatio si est ultra quingentos aureos.Pau.de cast.*

v Etiam per interpositã personam.] ex vtraq; parte: vt per nunciũ. & ita inter absentes: vt.C.e.nec ambigi. & l. si aliquid.Accur.
x Consummari.]i. perfici,siue fieri.

Vlpianus li.32. LEX V.

Affectionis gratia neq; honestæ, neq; inhonestæ donationes sunt prohibitæ.honestæ,erga benemerentes amicos y ,vel necessarios z :inhonestæ,circa meretrices a .

y Affectionis.] Amicos . dic qs sit amicus.j.de verbo. sig.l.late.§.amicos. & quod dicit merentes, idem si non mereãtur, vel etiam si sint incogniti:vt.C.eo.l.in extraneos.
z Necessarios.] i.consanguineos.sic.s. de iusti.& iur.l. fin. & ad hoc . s . de tute.& ra.dis.sed nonnullos. Accursius.
a Meretrices.]Hæc donatio valet ad exceptionem, non ad actionem c :vt hîc,&.s. de condict. ob tur. cau.l.idẽ. §. sed quod meretrici.& de condi. ob tur.cau. l. cum te. &.l.mercalem.Itẽ concubinæ potest donari: vt infrà eo.donationes.in princip.nisi à milite , qui talibus donare non potest:vt.C.de dona.inter vi.& vxo.l.ij.Item quòd dicit hîc,donationes affectionis caussa nõ esse prohibitas,fallit in minore:vt suprà mandati.l.si verò non remunerandi. §.si adolescens . Item fallit hæc lex propter matrimonium : vt .s. de dona.inter vir.& vxo.l. hæc oratio.

c Istã glo. cõmuniter reprehẽdit do in.l.iij. C.de cõdi. ob turpem cau.

¶ *Qui volente domino de fundo ipsius aliquid eximit ex caussa habili ad transferendum dominium,statim efficitur dominus:nec ex pœnitentia domini reuocatur dominium,uel asportare prohibetur.sed si de pœnitẽtia superueniat antequam eximat,non efficitur dominus postea eximendo:nec asportare potest.Pau.de cast.*

Idem li.32.ad.S. LEX VI.

Qvis saxum mihi eximere de suo permisit dõationis b caussa : statim cùm lapis exemptus c est,fit meus:neq; prohibendo d me euehere e ,efficit, vt meus esse desinat: quia quodammodo traditione meus factus est. Planè si mercenari⁹ me⁹ exemit: mihi f exemit.Sed si antequàm is , qui

Qvis saxum.] CASVS. Titius permisit mihi ex caussa dona.eximere saxum ex fundo suo. dicitur quòd statim cum exemi,licet nondum portauerim,factus est meus.idem si alius exemit pro me,vt mercenarius meus.Secundo dicit.iure emptionis siue conductionis eximere debebas, saxum ex fundo meo. antè, quàm eximas pœniteo . dicitur quòd possum. si autem iam exemeras, & sic factus est tuus : non possum amodo pœnitere , & quod dixi in saxo: idem intelligas in arbore. Franciscus Accursius.
b Donationis caussa.]vel alio titulo.M
c Exemptus est.]hoc ipso mihi possessus.Ir.
d Prohibendo.]scilicet is qui permisit.
e Vehere.]id est exportare.Accursius.
f Mihi exemit.]vt perinde sit,ac si ego exemissem.Azo. vtroque ergo casu meus factus est:vt hîc,&.j.proxi.ibi,si posteà &c. &.s. de præscrip.ver.l.promisisti.§.q si post

a A me.]mutat personam.Accursius.
b Conduxerat.]s.prædiū,vt tñ suus esset lapis.si autē lapidē loc tum intelligeres,nō fieret dominiū cōductoris: vt.s.loca.l.nō solet. vel dic locatum opus fodiendum,hoc acto,vt lapis esset suus.
c Durat.]& hoc casu teneor de dolo:vt.s.de dolo, si cum. quæ signatur cōtra in eo, q ibi de dolo,hîc in rem datur. sed certè hoc casu nō datur in rem. & 10 plenè dic vt ibi. Item cōtra.s.de publiciana. si quis.Solu.vt ibi.
d Postea.]i.post exēptionem.Accur.
e Voluntate.] & etiā iniuriarū tenetur, qui nō patit exportari:vt.s.de act. emp.l.q pendentem.Accur.
20 f Cæsa.] si sic fuit facta pmissio. Accur.

Filiusfamiliâs] CASVS. Filiusfamiliâs nō potest donare etiā si liberam peculij administra. habeat:nisi iusta ratione motus donet:vt matri, vel similibus con- 30 iunctis personis. Secūdo dicit.pone, filiofami.cōcessit pater liberam peculij administra.& pmisit expressè vt possit donare, dicitur q poterit donare.idē si tacitè permittat,quod est eo ipso si pater est senator,& cō 40 cedit filio administr. peculij. Tertio dicit. sicut regulariter filius fa. nō pōt donare simpliciter:ita nec caussa mortis ,nisi cōsentiente patre. Quarto, si pater cōcedit filio,vt donet:intelligitur de simplici dona. nō de ea q 50 fit caussa mortis.Quinto dicit, q hoc habet locū in pagani bonis. at illi filijfa.qui habēt peculium castrēse vel quasi,bene possunt donare simpliciter, & cā mortis:cum & possint de his testari. Francis. Accur.

à me [a] emerat [b],siue mercede conduxerat, vt paterer eum sibi iure eximere,eximat, me pœnituerit: meus lapis durat [c].si posteà [d],ipsius factū reuocare non possum,quasi traditio enim facta videtur , cùm eximitur dñi volūtate [e]. Quod in saxo est:idem erit,etiam si arbore cæsa [f] vel adempta id acciderit.

Filiusfamiliâs qui habet liberam peculij administrationē,non potest donare nisi ex iusta caussa,uel patris permissione,uel ex qualitate personæ aliud præsumatur.Item caussa mortis donare non potest sine expressa patris concessione, nisi in castrensi uel quasi castrensi.Bar.

Idem lib.2.ad Sabi. LEX VII.

Filiusfamiliâs donare non potest,neq; si liberā peculij administrationē habeat. Non enim ad hoc ei cōceditur libera peculij administratio,vt perdat [g]. Quid ergo si iusta ratione [h] motus donet: nūquid possit dici locū esse donationi? Quod magis [i] probabitur. Itē videamus,si quis filiofamiliâs liberā peculij administrationē cōcesserit,vt etiā nominatim adijceret,sic se ei cōcedere, vt donare quoq; possit:an locum habeat donatio? Et nō dubito donare quoque [k] eum posse. Nonnunquam [l] etiā ex persona [m] poterit hoc colligi [n].Pone,eum filium esse senatoris [o],vel cuiusuis alterius dignitatis : quare non dicas, videri patrē nisi ei specialiter donādi facultatē ademerit hoc quoq; [p] concedisse, dum liberam ei dat peculij administrationem [q]? Pari autē ratione, qua donare filiusfamiliâs phibetur [r],etiā mortis caussa donare phibet [s]. Quāuis enim ex patris voluntate [t] mortis quoq; caussa donare possit [v]: attamē cū cessat voluntas [x] inhibet hæc quoq; donatio [y]. Sed enim meminisse oporte bit,sicui [z] donare quoq; permissum est:(nisi specialiter [a] etiā mortis caussa donare fuerit permissum)non posse caussa mortis donare [a]. Hæc oīa locū habebunt in paganis [b]. Cæterum qui habēt castrense peculium,vel quasi castrēse:in ea conditione sunt,vt donare & mortis caussa,& non mortis caussa possint,cum testamenti factionem [c] habeant.

Paulus li.15.ad Sab. LEX VIII.

Qvæ statuliberi [d] imposita libertatis caussa præstant, ea non donantur [e]. res enim pro his intercessit.

Qui donat habitationem: uidetur donare mercedem.Bar.

Pomponius li.14.ad Sab. LEX IX.

IN ædibus alienis habitare gratis,donatio videtur [f].id enim ipsum capere videtur [g],qui habitat,q mercedem pro habitatione non soluit . Potest enim & citra corporis [h] donationē valere donatio [i]: veluti si donationis caussa cum debitore meo paciscar,ne ante certum tempus ab eo petam.

Cum donatur fundus: quantum ad effectum insinuationis inspicitur æstimatio fundi, non fructuum qui postea recipiuntur:sed si donantur fructus,fit æstimatio ipsorum fructuū. Pau.

Ex rebus [k] donatis fructus recepti , in ratione donationis non

60 g Vt perdat.] vt suprà de pac.l.cōtra iuris.§.si filius.& ad Macedo.si filiusfamiliâs.& quæ res pig. ob. poss.l.j.§.j.& quibus mod. pig.vel hyp.sol.l.sicut.§. an pacisci.& infrà,de ijs quæ in frau.cred. si pater. & argu.j.de furt. si quis vxori.§.si seruus meus. & quod vi aut clàm.l.iij.§.planè.&.s.de pecu.l.qui peculij.& de procur.l.procurator cui generaliter.Accur.
h Iusta ratione.] vt matri vel similibus coniunctis personis donare potest:vt.s.de tut.& ra.dist.l.j.§.sed nonnullos.&.s.de admini. tut.l.cum plures.versi.in primis.
i Quod magis.]scilicet quàm contrarium.
70 k Donare quoque.]non solum administrare:vt intelligas de dona.inter viuos:vt.j.e.l.§.pen.Accur.
l Nonnunquam.]id est aliquando.
m Ex persona.]non solum ex permissione.
n Hoc colligi.]vt possit donare.
o Senatoris.]cui concessa est peculij administratio libera.M.
p Hoc quoque.]vt possit donare &c. & ad hoc.s.de iudic. si longius.circa finem.& de iudi.sed & si susceperit.§.penul.& de lega.j.si seruus plurium.§.si.ar. cōtra.s.ad Maced.l.j.§.si. ADDITIO Dic secundum Dy.quòd ibi est odio fœneratorum.
80 q Administrationem.]q.d.non video contrarium.
r Prohibetur.]inter viuos.Accursius.
s Prohibetur.] quia simpliciter prohibitus, de quolibet videtur prohibitus:vt.j.de verb.sig.l.alienatum.§.donationis.Accur.
t Voluntate.]expressa.Accur.
v Possit.]vt &.j.tit.j.l.tam is.§.filiusfami.sed legare non:quia is demum legat,qui testatur:vt.s.de lega.j.l.iij.sed non testatur etiam patre volente filiusfamiliâs,ergo non legat:vt insti.qui.non est permis.fa.testa.in prin.&.d.l.tam is.§.j.
x Voluntas.]patris.
y Donatio.]caussa mortis.
z Sicui.]scilicet filiofamiliâs.
a Donare.]sic.j.titu.j.l.Seia.in fin.Sed contra.j.de verbo.signi.alienatum.§. donationis.vbi continetur vtraq; donatio sub cōditione.Sol.hîc ab ho 10 mine,ibi à lege simpliciter verbum donationis profertur: cum qua lege benignius pceditur:vt suprà de arbi.l.celsus. Alij dicūt ibi loqui de illis, qui habent castrense, vel quasi peculium.hîc de alijs , quod nihil est. 20 Accursius.
b In paganis.] filijs familiâs.
c Cum testamenti factionem.] id est quia.& accipe in passiua & actiua significatione:vt instit. qui. nō est permis. fa. test. in prin.& infrà titu. j. 30 l.marcellus.&. C. de inoff.test.l.fin.&.l. testamentum militis.& suprà de donat. inter vi.& vxo.cùm hic status.§.si miles. Sed qd in aduētitio peculio? dixit P. quòd possit donari,cùm patri non pareatur præiudicium 40 in peculio quo ad vsumfructum. sed lex expressè dicit, quòd non potest, nisi pater permittat:vt.C.de bo. quæ lib.l.fi.§.filij autē familiâs.

† Iste text. nō est alibi secundum Bal. ad hoc q vbi expresse cōceditur alicui donare, nō venit donatio caussa mortis nisi nominaliter & inspecie exprimatur.

Qvæ statuliberi.] CASVS. Si seruus iussus est esse liber si 50 det.x.ista.x.si dat, nō dicitur donare simpliciter,sed dare ob caussam.Fran.Accur.
d Quæ statuliberi.]Quidam habent , quæ statuliberi imposita &c.Alij,quæ liberis statuliberi &c.& 60 tunc dic liberis testatoris.idem si alijs sint iussi aliquid dare caussa implendæ conditionis.
e Non donantur.]propriè,sed ob caussam:& hoc subijcit,res.i. libertas &c.& sic est ob caussam datio:vt.s.co.l.j.§.j.&.ij. est tamen mortis caussa capio:vt.j.ti.j.l.mortis caussa capitur.§.fine.

In ædibus.] CASVS. Si con cedo tibi gratis habita . domus meæ:tibi videor donare mercedem:& sic donatio valet etiam sine traditio.rei.sic & aliâs cùm paciscor animo donandi ne petam à debitore meo vsque ad annum. Ex rebus.]Pone casum vt in gl. Accur. Quod filiusfamilias.]Filiusfamilias iussu patris donat. pa- 60 ter videtur donare.& tenet donatio perinde ac si mea voluntate rem meā tuo nomine dones. Donari.]Res sacra non potest donari quia non fit.i.non potest fieri eius cui donatur.Fran.Accur.
f Donatio videtur.]vsus,vel mercedis:res autem dicitur commodari:vt supra commo.l.j.§ j.in fin.vel precario concedit : vt suprà de præscrip.ver.si gratuitam.in prin.quæ sunt contra . vel in.l. commodati.de seruitute habitandi dicit:aliâs nihil ibi adderet. Iul. præcedentibus.
g Capere videtur.]caussa donationis.& facit ad hoc vt sciamus an sit facienda insinuatio vel non.& facit.j.eo.à quibus.Accur.
80 h Corporis.]i.corporalis rei.Accur.
i Donatio.]vt superiori rñ.& statim probat per aliud exemplū.
k Ex rebus.]dic casum duobus modis.Primo q si tradidi ex caussa donationis fundum sine insinuatione,ex quo postea per plures an nos percepisti fructus,ita quòd excedant legitimam summā: non cōputantur in vitient donationem.sic.C.eodem.sancimus.§.si.& arg. C.de vsu.l.si ea lege possessionem.Secūdo,secūdū Ir.& M.si promisi ex caussa donatiōis fundū:& fui in mora tradēdi:nō tenebor ad fructus,sine

Casum pō nit.

ctus,siue agatur ex stipulatione,vt olim,siue hodie condi.ex. l.˙qua agitur etiã nudo pacto:vt.C.e.siquis argentũ.§.pe.& est ratio: quia stricti iuris sunt.vnde nisi petã,quod est vel fuit meũ, non veniunt fructus ante lit.cõtest.sed post sic:vt &.s.de vsur.videamus.§. si actionem.&.s.si cer.pe.cùm fundus.& his duobus modis intellige.j. eo.cùm de donatione.

computãtur. Si verò nõ fundũ [a], sed fructuum perceptionem [b] tibi donem: fructus percepti veniunt in computationem [c] donationis:

Si filius donat nomine patris: ipse pater uidetur donare. Bar.

Quod filiusfamiliâs patris iussu aut volũtate [d] donauit: perinde est, ac si pater ipse donauerit [e]: aut si mea volũtate rem meam, tu nomine tuo [f] Titio dones.

Donatio non dicitur nisi cum transfertur dominium actu uel habitu. Pau.

Donari autem non potest [g], nisi id quod eius sit, cui donatur.

Res donata non quæritur absenti per seipsum sed per seruũ suum, si tradẽs hoc agat. B.

Paulus. LEX X.

ABsenti, siue mittas [h], qui ferat, siue quod ipse apud se habeat, sibi habere eum iubeas: donari rectè potest [i]. Sed si nesciat rem, quæ apud se est, sibi esse donatam vel missam sibi nõ acceperit: donatæ rei dñs non fit, etiã si per seruũ [k] eius, cui donabatur, missa fuerit: nisi ea mente seruo eius data fuerit, vt statim eius fiat [l].

In estimatione donationis fructus non computantur. Bar.

Caius li.7.de legat. LEX XI.

CVm de donatione [m] quærit: neq; partus noĩe, neq; fructuũ, neq; pẽsionũ, neq; mercedis vlla donatio esse videtur facta.

Donator tenetur inquantum facere potest

Sed H. dicit hîc, q cũ hodie pactũ donationis sit cõtractus noĩatus: vt no.s.de pac. iurisgẽ.circa prin. q sit bonæfidei cõdictio ex lege hoc casu: & veniũt fructus tam percepti ante lit. contest. quã post: qđ non placet. sed secundũ positionẽ secundã est contra.j.de re iud. nesennius.§.j.sed & ibi erat lis cõte. vel tradiderat donator: sed cũ res ad eã redijsset, conueniebatur rei vendi. vnde veniũt fructus: vt ibi dicitur. Accur.

Quid si.

a Fundum.] vt superiori casu.

b Perceptionem.] præsentẽ, puta messem, vel vĩdemiã. idẽ tamen & si dixit messem vel vuam. x. ann. Accursius.

Vlpianus.

c In computationem.] ita vt si excedant legitimã summã, non valeat quo ad superfluũ: nisi scriptura interueniat. Ir.& erat summa olim ducẽtorum, hodie quingẽtorũ solidorũ: vt. C.e. l.siquis pro redẽptione.§.fi. Accur.

d Voluntate.] id est mandante, vel ratũ habente. nã differt iussus à mandato: vt.s. quod iussu.l.j.

e Donauerit.] qui enim per aliũ &c. vt &.s.de admi.tu.ita autem.§.gessisse. Sed videtur contra.s.e.l. ij.ij. rñ. vbi dicit innuendo non valere. Sol. vt ibi. Accur.

f Nomine tuo.] hîc tamen duæ donationes sunt: superiori casu vna: vt.s.eo.l.ij.§.cùm verò. Accursius.

g Non potest.] directo, sed per obliquũ sic: vt inst. qui.mo.tol.ob. in prin.&.j.de sol.l.si debitor tuus. Et dic casum huius.§. tribus modis. Prĩo, vt ea res q nõ sit. i. nõ põt fieri in bonis donatarij, nõ possit donari, vt sacra vel religiosa: sicut nec in stipulationẽ deduci, vt inst.de inuti.stip.circa prin. Secũdo fit, &c. quo ad opinionẽ saltẽ, & affectionẽ tradẽtis: vt.s.de [illegible].h.l.quęcũq;.§.j.in fi.§.&.s.de cõtrahẽ. emp.l.pe.§.fi.& erit locus titulo p donato. Tertio, secũdũ literã, vt alienæ res nõ possint donari. sed secundũ hoc nõ habet locũ titulus pro donato. Sed rñ. dupliciter, dicitur donatio strictè & largè. Strictè, vt datio doni: vt.j.tit.j. senatus.§.j.& secũdũ hoc aliena res non poterit donari: vt hic, & inst.de act.§.sic itaq;. Secũdo largè, vt etiã aliena res possit donari. & habet locũ ti.pro donato. sed an de cuiꝰ actione agatur cuicta re donata, dices.j.eo.aristo.§.fi. Accursius.

Casum ponit.

a Alex. hîc in apostil. ad Bart. istã gl. dicit sin. ad hoc q donatio rei alienę nõ requirit insinuationem: sed aduertatis quia gl. hoc nõ dicit: vt dicitur hic in nouis interpretationibus. Bolo.

ABsenti.] CASVS. Absenti possum donare: puta per nunciũ. Itẽ si rem meã quæ est apud eũ donẽ ei: nõ tamẽ efficit̃ sua, si nolit eã accipere à nũcio, quẽ mittebã, aut ignoret rem illã sibi donatam etiam si per seruum suum ei mittebam: nisi hoc animo dederim seruo eius, vt statim fieret sua. Fran. Accur.

h Absenti siue mittas.] sub.aliquem.

i Recte potest.] vt &.s.e l.etiã per.&.C.e.nec ambigi.&.l.si aliquid. Accur.

k Per seruum.] quod magis videbatur.& facit. s. de condict. ob cau.si procuratori.

l Fiat.] quo casu domino statim quæritur: vt &.j.l.qui mihi donatum. Accursius.

CVm de donatione.] CASVS. Cũ quæritur an donatio sit facta vltra modum, an non: non inspicitur si ancilla donata pariat, vel fructus rei donatæ vel mercedes: vt per hoc videatur maioris quantitatis. Fran. Accur.

m Cum de donatione.] hanc expone vt paulo ante no.in.l.in ædibus.§.ex rebus. & facit.j.eo.l.cum qui.

QVi ex donatione.] CASVS. Donator q ex dona.cõuenitur, debet cõdẽnari inquãtũ facere põt: deducto qđ creditoribus debet̃. non aũt deducet̃, qđ debet alijs ex simili cã. Fran.

n Conuenitur.] vt &.j.de reg.iur.diuus.&.s.de iure do. si extraneus. deducto.s. ne egeat: vt in eo.titu.de reg.iur.in condẽnatione.&.j.de re iudi.l.cũ ex caussa.

deducto ære alieno.h.d.Bar.

Vlpianus li.3.dispu. LEX XII.

QVi ex donatione se obligauit: ex rescripto Diui Pij inquantum facere potest, conuenitur [n]. sed enim id, quod creditoribus debetur, erit detrahendum [o]: hæc verò, de quibus ex eadẽ caussa [p] quis obstrictus est, non debebit [q] detrahere.

Rei donatæ nobis dominium quæritur per seruum & per procuratorem nostrum si tradens hoc agat, licet recipiens machinetur. Bar.

Idem li.7.dispu. LEX XIII.

QVi mihi * donatũ [r] volebat, seruo cõmuni meo & Titij rem tradidit [s]: seruus verò vel sic accepit, quasi socio [t] id acquisiturus: vel sic, quasi mihi & socio. quærebat̃ quid ageret̃ [v]. Et placet quãuis seruus hac mẽte acceperit, vt socio meo [x], vel mihi & socio meo acquirat: mihi tantũ acquiri [y]. Nã & si pcuratori meo hoc aĩo rẽ tradiderit, vt mihi [z] acquirat, ille [a] quasi sibi acquisiturus acceperit. nihil agitur in sua persona: sed mihi acquiritur [b].

Expensę culturę factę caussa donationis, non repetuntur. Bar.

Paulus li.17. LEX XIIII.

QVi alienum fundũ donationis [c] caussa excolit, nullã retentionẽ propter impẽsas [d] faciet: quia domini [e] rem ab eo dic

o Detrahendum.] vt &.j.de re iud.inter eos.in prin.&.s. solut. ma.l. maritus facere.

p Caussa.] largè accipe hic, ex eadẽ cã. verè enim est alia pter rem, & propter personam. sic.s.de inof.test. circa aliter ponit̃. j. de excep.rei iudi.cùm quæritur.

q Debebit.] s.occupantis est melior cõditio[b]: vt.j.de re iud.inter eos.

QVi mihi.] CASVS. Volebas mihi.x.donare: dedisti ea seruo cõi meo & Titij hoc aĩo, vt statim fierent mea: seruus aũt habuit animum acquirẽdi Titio tantũ, vel vtriq;.i. mihi & Titio. Dicit̃ q nõ nocet opinio serui, qn mihi totũ acquiratur. Secundo dixit: qđ dixi in seruo, idẽ in pcuratore meo. Franc. Accur.

r Donatum volebat.] id est donare.

s Rem tradidit.] vt statim res mea fieret: vt.s.eo.absenti.in fi.aliâs secus: vt.j.eo. si tibi dederim rem.

t Socio.] tantum, & non mihi. M.

v Ageretur.] id est quid iuris esset.

* donare.

b Concor. tex.in cle.j. §.abbates. & ibi Card. post glo.de excef. prælat. & in.e. olim.j.extrà de resti. spolia.

x Meo.] tantum.

y Acquiri.] præualet enim donatoris voluntas.

z Mihi.] scilicet domino.

a Ille.] scilicet procurator.

b Acquiritur.] imò non statim: vt.j.de fur.falsus.§.j. Sed ibi erat falsus procurator, hîc verus. Itẽ cõtra.j.de sol.cũ quis.§.j.sed ibi reuocatum erat mandatũ. Itẽ cõtra.s.de ne.ge.si ego. Sol. secundum quosdã ibi loquit̃ in pcuratore debitoris: ar.s.de dona.inter vi. & vxo.si sponsus.in princ. sed nõ placet: quia ibi dicit̃ creditorẽ inuito debitore posse habere ratũ. Alij dicũt ibi loqui in generali pcuratore, hic in spãli. tu dic in gestore loq.& sic dicit̃ pcurator.i. pcurãs negotia creditoris. sic ponit̃.s.de pcu.l.plautius. vel erat pcurator ad alia: nõ ad illã pecuniã accipiendã. Itẽ cõtra .j.de acquir.re.do.l. res ex mãdato.& C.de ijs qui à nõ do manu.l.ij. quibus dicit̃ nõ statim fieri dñi. Sol. secundũ Azo. ibi in gñali procuratore: hîc in spãli. nam plerũq; plus operat̃ spãle mãdatũ: vt.s.de pcu.l.põponius. Sed certè tantũ operat̃ regulariter gñale mãdatũ quò ad oĩa: quantũ spãle quò ad speciẽ: vt.s.de admi.tuto.si duo. Tu dic ergo aut vterq; gessit tradẽs & accipiẽs, seruus.s.vel pcurator meus, vt mihi quæratur: aut alter tantũ, aut neuter. Primo & secũdo casu mihi quærit̃ statim: vt hîc, &.j.de acqui.re.do.l.per seruũ.§.fi.&.l.si pcuratorẽ. & C.si qs alteri vel sibi.l.fi. Tertio.s.qñ neuter: nõ statim nisi quãdo mihi dño tradetur: vt in cõtrarijs.&.j.de acquir poss.l.j.§.hæc quæ de seruis.& C. e. l.per procuratorẽ. quæ sunt eodẽ modo cõtrariæ. & hoc siue ex donatione, siue ex alio contractu fiat traditio seruo meo, vel procuratori.

QVi alienum.] CASVS. Qui animo donandi colit fundum meum: non habet retentionem propter impensas: cum eas donauerit. Fran. Accur.

c Donationis.] verè vel interpretatiuè: puta cum malæfidei possessor est, q excolit: vt instit.de re.diui.§.ex diuerso.&.s.ad.l.aquil.si seruus seruũ.§.si oliuã.& facit ad hoc.C.de neg.gest.alimenta. Acc.

d Impensas.] necessarias.

e Domini.] scilicet fundi. Accur.

Post contractum.] CASVS. Si fecisti delictum, & postea donasti de bonis tuis alicui: valet donatio. sed postquam esses condemnatus, donare non posses. Fran. Accur.

a Crimen.] nisi sit lesæ maiestatis: vt. j. e. l. donationes. §. perfectę. & C. ad. l. iul. maie. l. pe. & fi. & de bo. præscri. l. si quis post hac.

b Valent.] nam & soluere, & solui ei potest: vt & . j. de sol. reo. & l. seq.

c Secuta sit.] s. crimē antequā fieret donatio: quia tūc non valet: vt hic dicit. & distingue inter donationē inter viuos, & inter cōiuges, & caussa mortis: vt plenè no. C. de do. inter vi. & vxo. l. res. & facit. j. ti. j. si aliquis. in fi. Acc.

inuectam continuo efficit.

Reus potest donare post crimen contractū & ante sententiam cōdemnatoriā: post non. B.

Martianus li. 3. inst. LEX XV.

POst contractum capitale crimen [a] donationes factæ valent [b] ex constitutione diuorum * Veri & Antonini: nisi condemnatio secuta sit [c] †.

Verba enunciatiua in ultimis uoluntatibus dispositionem inducunt. Bar.

* Vlpianus. LEX XVI.

EX hac scriptura [d], Sciant hęredes mei me vestem meam vniuersam ac res cæteras, quascūq; in diem mortis meę mecum habui, illi & illi libertis meis viuum donasse. dominium ad libertos benigna interpretatione pertinere [e] dicimus.

Donatio pōt fieri liberādo debitorē. h. d. B.

Idem. LEX XVII.

SI in stipulatum, indicatum [f] nouationis caussa deductum sit, & stipulatio donationis caussa accepto lata sit: dicendum est, locum liberationem [g] habere.

Contractus innominatus quatenus continet donationē: non potest ex præsentia reuocari. B.

Idem Martianus li. 40. LEX XVIII.

ARisto ait, cum mistum [h] sit negotium cum donatione, obligationem non contrahi [i] eo casu, quo donatio est. & ita Pomponius eum existimasse refert. Deniq; [k] refert Aristonem putare: si seruum tibi tradidero ad hoc, vt eum post quinquennium manumittas: non posse ante quinquenniū agi: quia donatio [l] aliqua inesse videtur: aliter, atq; (inquit) si ob hoc tibi tradidissem [m], vt continuo [n] manumittas. hic etenim nec donationi locum esse: & ideo esse obligationem [o]. sed superiore casu quid actum sit, inspiciēdum Pomponius ait. potest enim quinquennium non ad hoc esse positū, vt aliquid [p] donetur.

Ex traditione etiam reuocabili transfertur usucapiendi conditio si tradens non erat dominus: sed eo casu quo fuisset dominus, fuisset translatum dominium. Paul. de cast.

Idem Aristo ait, si donationis caussa in hoc tradatur seruus, vt post quinquēniū manumittat: sit aūt alienus [q]: posse dubitari, an vsucapiat [r]: quia [s] aliquid donationis interueniret [t]. & hoc genus quæstionis in mortis cā donationibus versari, Pōponius ait [v]: & magis

* Seueri. * Al. Idem l. iij. respō. † Adde q imo post cōdemnatio-nē intra decē dies qui dati sunt ad appellandū per tex. sin. gul. secūdū doct. ibi in l. si quis filio. §. hi au tem omnes. j. de iniust. test. & melius per gl. sin. secūdū Dy. ibi in l. ex iudicio rum. in ver. secuta. de ac cu. quam ad hoc dicit sing. Io. de imo. in c. ij. col. viii. extrà de test. refert & sequitur Feli. in rub. de ap. coll. ij. ver. ad secundā. Phil. frā. in c. nō solum nu. ij. vbi il lum textum alle. ad hoc pro sing. & ibi notaui in apostil. ad ipsum in ver. intra tē pora ad appellandum. de ap. li vj. quē aute cū ad hoc allegauit pro sin. Anton. corse. sing. suis in ver. appellatio, incipi. Idem operatur. & tetigi plene in apostil. ad Guillel. de cug. in. l. additos. nu. j. in ver. tempus quod datur ad appellandum. C. de epi. audien.

EX hac.] CASVS. Testator in testamento dixit, sciant hęredes mei me vestē vniuersam, ac res cæteras quascūq; in die mortis meæ mecum habuero, libertis meis donasse. dicitur q per hæc verba videtur donare libertis. Fran. Accur.

d Ex hac scriptura.] s. quæ sequitur.

e Pertinere.] nā per talem scripturā videt donare cā mortis, vt plus videat dictum, & minus scriptū: vt. s. de hęr. īst. l. j. §. pe. & . §. fi. & . C. de test. l. errore. & . s. de leg. ij. vnum ex famil. §. fi. & sic valet, vt donatio caussa mortis, vel legatū. sic & . C. e. l. si donatio. & C. de fal. cau. adie. le. l. j. vel quia confitet ex certa cā se debere. prōiudicat cū talis cōfessio: vt. s. de ,pcur. cū de indebito. §. fi. & . C. de nō nu. pec. l. gñaliter. & . s. depositi. l. publia. §. fin. & sic valet donatio inter viuos. Sed cōtra videt. s. de hære. instit. ex facto etiā agitatū. ,put est ibi in litera, quē instituerā. Sol. hīc, de benignitate: ibi de rigore. Vel aliud est in instōne hæredis, vbi maior solēnitas exigit, quā in donatione. Alij habēt ibi, quē nō instituerā: secundū quos nō est cōtra. Itē est huic. l. cōtra. s. de leg. ij. titia. circa prin. Sol. hīc testator vsus est verbo pteriti tēporis: ibi futuri. f. lega uero. ,p qua solutiōe est. s. de hære. inst. q volebat. & de test. mili. l. testamēto militis. in vtraq; enim verbū est pteriti tēporis. at vbi est verbū futuri tēporis, obtinet vim cōditiōis: vt. s. de leg. j. l. vj. & de cōdi. inde. q ,pmisit. Vel dic secūdo. hīc de benignitate: ibi de rigore iuris: vel ibi nō fuit expressa spēs vel quātitas, hīc sic. & est ad. l. j. rē ra. ha. l. ne satisdatio. & . C. de arbi. l. ne in arbitris. Itē contra. s. de cōdi. & demō. cū tale. §. fi. sed ibi demonstrādo dixit, ex centū q tibi legaui: da illi decē. & magis aīo diminuēdi. hic volēdo dare dixit. Itē cōtra. s. de leg. ij. Titia. §. Caius. Sol. nō debenē illata in pretorio vxoris ipsi vxori: quia adhuc erāt penes testatorē, & ciuiliter & naturaliter possidebat. ,ptereа nō expressit certā spēm vel quātitatē. Itē mēs testatoris erat ibi exonerare vxorē de illis rebus, de quibus hæredes eā suspectā habebāt. vnde ad ea tantū se retulisse videt. Itē arg. cōtra. C. de test. l. verba. sed ibi est casus ecōtrario, qa dixit se non donasse. Item arg. contra. huic. l. j. eo. l. nuda. Accursius.

SI in stipulatum.] CASVS. Si quod debebas ex caussa iudicati, promisisti mihi per stip. animo nouandi factam: & postea accepto fero tibi stipulationem animo nouandi factam fuisse factā animo donandi: dicitur q liberatus es. Fran. Accur.

f Iudicatum.] i. quod debetur ex caussa iudicati. Accur.

g Liberationem.] & per liberationē donationem. Sed quid si nō animo nouandi stipulor iudicatum: & accepto; fero stipulationem? Rñ. remanet actio ex sententia: vt arg. j. de re iudi. l. iiij. §. si ex conuentione. & . s. de pact. l. postquam. & . s. de iureiur. l. si actor deferat. Sed argu. contra. s. si quis cau. l. ij. in prin. & de pact. l. Labeo. & de iureiur. duobus. §. exceptio.

ARisto.] CASVS. Si dono tibi seruū non simpliciter, sed cū caussa: dicitur q non es mihi obligatus, prout refertur ad donationem. vnde si dono tibi seruū, vt post quīnquēniū manumittas: ante quinquēnium est donatio: & non possum agere cōtra te. secus autem esset si tibi donaui hoc pacto vt incontinenti manumittas. nam tunc statim possum agere, cùm nō dicatur donatio. hoc autē quod dixi in prima parte, est verū, nisi ego retinuissem vsumfru. Secūdo dicit. pone q donaui tibi seruū alienū hoc pacto, vt eum manumittas post quinquēniū. nūquid interim poteris vsucapere? dicitur q sic, si donarē tibi caussa mortis. Labeo.] Donaui tibi fundū alienū in eo fecisti expēsas. nūc cuictus est à te: an habeas regressum cōtra me, quæritur. Dicitur q non, nisi sciens alienum donaui. nam tūc teneor act. de dolo, ad expensas quas fecisti. Fran.

h Cum mistum.] quia non est simplex donatio, sed cum caussa: vt. s. e. l. j. §. j. & . ij.

i Non contrahi.] i. non obligo eū, cui dono in eo, in quo est donatio, nisi secundū M. naturaliter. qd nō placet, nisi intelligat de illa naturali, quæ ad antidora obligat: vt. s. de peti. hære. sed & si lege. §. consuluit.

k Denique.] ecce exemplum.

l Quia donatio.] s. ministerij quinquennalis. & ideo ante quinquennium nec pœnitere nec agere possum. & sic non est contra. s. māda. l. si quis alicui. §. j. & de cōdic. ob cau. l. iij. §. j. quia ibi non est mistū negotiū, sed simplex datio ob caussam non habens animum liberalitatis, & ideo pœnitere, & agere ante tempus possum. hīc verò aliquatenus est liberalitas: & ideo cessat pœnitētia: vt & . C. eo. l. siue emancipatus. vel refert cuius gratia tempus sit appositū: ar. s. de leg. ij. si ita. §. pegasus. & de annu. leg. eum qui. a. liās iabolenus. Accursius.

m Tradidissem.] scilicet seruum. Accursius.

n Continuo.] id est statim.

o Obligationem.] sed quomodo agitur si non manumittatur, cùm iam liber sit ex constitutione post moram: vt. C. si mancipata fue. ali. vt manu. l. ij. & supra de condi. ob cau. si pecuniam. §. j. & infrà qui sine ma. ad liber. peruc. l. latinus. Econtrà, si non fuit in mora: agere non possum? Respon. non dicitur hic quòd agatur, sed contractam esse obligationem, quæ fuit per constitutionem sublata. & sic per momentum durauit hæc obligatio. vel dic quòd hic fuit actum, vt manumissio fieret per vindictam. & sic non succedit constitutio: vt infrà de verbo. obliga. qui Romæ. §. flauius hermes. & sic potest intelligi suprà si certum petatur. non omnis. circa princip. & de condict. ob cau. dedi. iij. respon. & de ser. ex. seruus. & de prescrip. ver. naturalis. §. at cum do. & secundum hoc expone superiorem literam, non posse agi ante quinquennium scilicet vt fiat manumissio: & quod hīc dicit esse obligationem: dic scilicet vt fiat manumissio. Vel dic tertio, quòd hīc erat talis seruus, qui non poterat ad libertatem peruenire: & ideo non potest succedere constitutio. & tunc ex pone superiorem literam, non posse agi ante quinquennium & c. scilicet ad repetendum. & hīc esse obligationem scilicet ad repetendū condi. ob caussam, Accur.

p Vt aliquid.] puta si sibi retinuit vsum, siue ministerium quinquennale, vel voluit, vel illo quinquēnio esset in pœna. & ita hoc casu poterit agi ante quinquennium: cum gratia dantis, non accipientis sit positum.

q Alienus.] id est non tradentis.

r Vsucapiatur.] ante quinquenniū. quod olim anno, hodie triēnio fit: vt insti. de vsucap. in prin. Accur.

s Quia.] quod videtur, quia & c. quasi dicat, videtur vsucapi. quia titulus donationis, abest, scilicet donatio.

t Interueniret.] idem vbi nil donationis interuenit, vt in superiori respon. quia animum habuerit transferendi dominium: vt dixi. s. eo in ædibus. §. si.

v Pomponius ait.] s. an vsucapi possit antè, quàm donator conualuerit. Azo. & quòd vsucapi potest, patet. j. tit. j. l. qui alienam. & l. si alienam. in prin.

a ❡ Vſucapionem.]antè,quàm conualeſcat.
b ❡ Sequi.]pro donato.ſic.ĵ.pro donato.l.j.in fi.j.rñ.
c ❡ Competere.]ſed per retẽtionẽ ſeruabo ſumptus:vt.ĵ. de fur.l. qui iniuriæ.§.fi.&.ŝ.de rei vẽ.l.ſumptus.etiã à donatore,ſi is fuit, qui donationem potuit reuocare:vt.ĵ.de excep.doli.l. apud celſum. §.ſi minor.

d ❡ Eum.] donantem.
e ❡ Si dolo fecit.] ſciẽter donãdo rem a- 10 lienam:vt &.ĵ.de ver bo.obli.ſi id quod. ſed videt̃ de dolo nõ poſſe agi: quia aut ſciuit donatarius rẽ alienã, & tũc eſt qđ ſibi imputetur. aut ignorauit: & tũc quia potuit expenſas cõſeruare denegãda eſt de dolo.Rñ. 20 pone,nõ potuit:quia non poſsidebat:ſed alio poſsidẽte res ei euicta eſt:vt &.ŝ.de euic. l.euicta.§.j.vel quia tales ſunt ſumptus, quos euincẽs non habet neceſſe reddere: vt quia laribus auitis careret:vt.ŝ.de rei vẽ 30 di.l.in fundo. Vltimò,ſi quęras an donator de eui. teneat̃: dic ſecũdũ Azo. ꝙ ſic[a] hodie:cũ aſsimilet̃ vẽditioni:vt inſt.de dona. §.aliæ.tu dic aut fuit de ea promiſſum,& tenet̃ donator: vt.C.de euic.l.ij.nam ꝓ quali- 40 bet cauſſa de euict. promitti põt: vt &.ŝ. de ædil.edic.l.ſciẽdũ. aut nõ fuit ꝓmiſſum: & tũc aut cœpit à datione ſiue traditione: & nõ tenet̃ de eui. ſed de dolo,ſi interceſsit. aut à promiſsione vel pactione:& tũc agi po- 50 teſt:vt hic, &.C.de iu.do l.j.&.ŝ.de ædil. edic.ad res.&.ĵ.de ver bo.obli.l.vbi aũt.§.fi.

[a] Tu vide gl.in.l.ij.& ibi Bald.C. de euic.& in.l.ſi ꝓ re.§.j.l.ſi pro re.§.j.vbi per Bart.ff. e.tit.& in.l. Iulianus.§. j.ĵ.de verb. oblig.

* Scribit.

putat,ſi ita donetur,vt poſt quinquennium manumittatur: poſſe dici vſucapionem [a] ſequi [b].

❡ *Donator non tenetur de euictione: ſed de dolo ſi interceſſerit.h.d.*

❡ Labeo ait:ſi quis mihi rem alienam donauerit,inq; eam ſumptus magnos fecero:ſi ea mihi euincatur: nullam mihi actionem contra donatorem competere [c]: planè de dolo poſſe me aduerſus eũ [d] habere actionẽ,ſi dolo fecit [e].

❡ *Donatio reipublicæ ſine cauſſa fieri non poteſt.Bart.*

Idem Martianus li.16. LEX XIX.

HOc iure vtimur [f], vt in rebus publicis, cùm de donatione quęritur,illud ſolum ſpectetur,vtrum ob cauſſam aliquam iuſtam reipu.promittat [g] quis, vel polliceatur [h],an non:vt ſi ob honorem [i] aliquem promittat,teneatur [k].ſin minus,non [l].

❡ *Quod ob cauſſam datur: non eſt donatio.B.*

❡ Labeo * ait extra cauſſam donationum eſſe talium officiorum mercedes,vtputa ſi tibi affuero [m], ſi ſatis pro te dedero [n],ſi qualibet in re opera, vel gratia mea vſus fueris [o].

❡ *Cauſſa interdum ponitur pro cauſato. nam liberalitas non eſt donatio,ſed uirtus animi.P.*

❡ Non poteſt liberalitas [p] nolenti acquiri [q].

❡ *Mandatum morte finitur:ſed propter ignorantiã eius effectus durat quo ad liberationem,*

HOc iure.] CASVS. Si ꝓmitto cã dona.alicui ciuitati centum:ita demũ teneor,ſi ob cãm iuſtã ꝓmiſi,puta ob honorem. ❡ Labeo ait.]Cõueniſti mihi dare.x.ſi ero aduocatus tuus,vel procurator tuus,vel ſi ſatiſdo ꝓ te.dicit̃ ꝙ nullus iſtorũ contractuũ eſt donatio:ſed dicas,ꝙ eſt cõtract⁹ innoĩatus. ❡ Nõ põt.]Donatio facta ĩuito nõ tenet. ❡ Siqs dederit.]Mutuaui tibi.x.vt redderes Seio 60 cui donare volebã ꝑdicta.x.dicit̃ ꝙ ſi ſoluas Seio mortuo me,effecta ẽ Seij pecunia,ſiue ſciebas ſiue ignorabas me mortuũ.&tu ita demũ liberaris à me,vel ab hæredibus meis,ſi ignorabas me mortuũ, & ſoluiſti.ſed ſi mãdaui tibi,vt de pecunia tua.x.des Seio noĩe meo, qa volebã ſibi donare: ſi tu ignorãs me mortuũ,dediſti:habes obligatos hæredes meos act.mãdati.ſi ſciebas,& ſoluiſti,tibi ĩputes. ❡ Siqs ſeruo.]Seru⁹ mutuũ qđ accepat in ſerui.liber fact⁹ ꝓmiſit. dicit̃ ꝙ nõ eſt donatio,ſed debiti ꝓmiſsio.idẽ in pupillo ſi qđ ipſe mutuo acceperat authore tutore,ꝓmiſit:nõ eſt donatio. Vltimo dicit:donatio,ꝗ fit cũ cã,nõ eſt vera donatio.vñ ſi dono tibi.x.ſi iures te nomẽ 70 meũ laturũ.i.exaltaturũ: non dicit̃ pura donatio:ſed ob cã.F.Acc.

f ❡ Hoc iure vtimur.]conſtrue:vt cum quæritur de donatione.ſ. facta in rebus publicis.i.in ipſas res publi.aliquarum ciuitatum.
g ❡ Promittat.]per ſtipulationem.Accur.
h ❡ Polliceatur.]nuda promiſsione:vt.ĵ.de polli.l.pactum.
i ❡ Ob honorem.]vel aliã iuſtã cãm: vt ꝑdixit.&.ĵ.de polli.l.j.in prin.& eſt ſic in aut.de ſan.epiſ.§.ſiqs autẽ epiſcoporũ.&.§.ꝓ cõſuetudinib⁹.Sed nõne cadit in.l.iuliã de ambitu:vt.ĵ.ad.l.iul. de ambi. l.j.in prin.quæ eſt cõtra? Reſpõ.hic palã:ibi clã:ar.ŝ.de admi.tu nõ exiſtimo.&.ŝ.de ri.nup.l.fi.in fi.& ad hoc.ŝ.de of.ꝑto.l. Barbarius. 80 vbi de hoc dixi.& de neg.geſt.quæ vtiliter.in prin.&.ĵ.de polli.l.j. &.l.toties.&.l.ex pollicitatione.&.l.ſi quis ob honorem. & de mu. & hono.l.exiſtimationem.§.qui pro honore.
k ❡ Teneatur.]nõ tñ eſt ſimplex donatio,ſed ob cãm:vt ĵ.e.§.fi.Ac.
l ❡ Sin minus,non.]niſi facere cœpit:vt.ĵ.de polli.l.j.§.itẽ ſine cã. ſed quare nõ poteſt fieri donatio ſine cauſſa in rẽpubli. cùm poſsit fieri in priuatã,& ſatis eſt cauſſa ipſa liberalitas? Rñ.vt.C.de ca.tollen.l.j.in fi.in aut.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.cogitatio.

m ❡ Affuero.]puta aduocatus,vel procurator pro te.
n ❡ Dedero.]fideiubendo pro te.Accurſius.
o ❡ Fueris.]ſupple dabis mihi.x.ꝑdicta quidẽ nõ faciũt donationẽ: ſed cõtractũ ĩnoĩatũ do vt des,vel facio vt des:vt hîc,&.ŝ.de ꝑſcri. ver.l.naturalis.§.at cũ do.&.§.ꝙ ſi faciã.&.ĵ.ea.l.§.fi.&.ŝ.e.ariſto. & facit.ŝ.eo.l.j.§.j & ij.&.ĵ.ti.j.l.mortis cã capitur.§.ſine donatione.alij ſic ponũt,vt 10 nec iure donationis, nec alio iure valeat: vt ſi erã miles qui talia tibi facere debebã: quod nõ poterã:vt.C. loc.l miles.&.C.de cõdi.ob cau.l.ſi militẽ. vel clericus:vt in aut. de ſanc.epi.§.aliũ. vel procurator fiſci:vt.C. 20 ne fiſcus vel reſpu.ꝓ totũ:vel potẽtior,rõ- ne officij:vt.C.ne lice. po.l.j.&.ij.& ſic eſt ſecundũ iſtos extra donationẽ,& extra aliã obligationem.ſ.huiuſmodi pactum, de quo dicitur in litera.
p ❡ Non poteſt libe- 30 ralitas.]i.donatio, ſic dicta,qa liberè fit: vt.ŝ.eo.l.j.in prin.neceſsitate remota:vt.ĵ. e.donari.alij etiã hoc de priuilegio intelligunt:quod nõ placet. ſed tunc loquitur.ĵ.de regu.iur.inuito.vbi plenè dices.
40 q ❡ Acquiri.]directò,ſed per obliquũ ſic:vt ĵ.de ſol.ſi debitor tuus.&.ĵ.de acqr. re.do.etiã.& de verb. obli.ſeruus vetãte domino.quæ ſunt cõtrà. & facit.C.de iur.deliber.l.nec emere.&.ŝ. de bo.poſſ.l.iij.§.inui- 50 to.&.ĵ.de reg.iur.in uitus.§.fi.
r ❡ Mortuum.]ſ.donantem.Accurſius.

& quo ad actionem.Bar.

❡ Siquis dederit pecuniam mutuam Titio,reddendam Seio, cui donatum volebat, deinde Titius mortuo donatore, Seio dediſſe proponatur:erit conſequens dicere,pecuniam Seij fieri: ſiue mortuum [r] ſciuerit, ſiue ignorauerit is,qui dabat [s]:quia pecunia fuerit dantis [t]:ſed ſi quidẽ ignorauerit mortuũ:erit liberatus [v],ſi ſic mutuam pecuniam acceperit ſoluendam Seio. Sin autem mandauero tibi,vt tuam pecuniã [x] Titio des, cui donare volebam, & tu ignorans me mortuum,hoc feceris: habebis aduerſus meos hæredes mãdati actionem [y]:ſi ſciens [z], non habebis [a].

❡ *Solutio naturalis debiti nõ eſt donatio. Bart.*

❡ Si quis ſeruo pecuniam crediderit,deinde is liber factus eam ex promiſerit:non erit donatio [b],ſed debiti ſolutio. Idẽ & in pupillo [c]. qui ſine tutoris authoritate debuerit,dicendum eſt,ſi poſtea tutore authore promittat.

❡ *Stipulatio ob cauſſam non eſt donatio.B.*

❡ Sed & hæ [d] ſtipulationes, quæ ob cauſſam fiunt,non habent donationem [e]. Denique Pegaſus putabat, ſi tibi centum ſpopondero hac conditione, ſi iuraſſes te nomen meum laturum [f],

s ❡ Dabat.]Seio.nec tamen ex hoc pacto Seio acquirit̃ actio:quia alteri ſtipulari vel paciſci &c.vt.C.de cõtrahẽ.ſtip.l.iij.quæ eſt cõtrà.
t ❡ Fuerit dantis.]hæc eſt ſolutio contrarij:vt.ŝ.eo.l ij.§.penul. & ŝ.ſi certum pe.l.eius qui.§.quas verò.in quibuſdam tamen concordat lex illa.
v ❡ Liberatus.]ſecus ſi ſciuit,quia mandatum morte finitũ fuit.Ir.
60 x ❡ Vt pecuniam tuam.]non mihi debitam.
y ❡ Actionem.]propter iuſtam ignorantiam:licet mandatũ ſit morte finitum.& fa.ĵ.pro emp.l.qui fundum.§.ſeruus meus.&.ŝ.de le.ij. cùm pater.§.mæuio.& inſti.mand.§.rectè.&.§.ſeq.&.ŝ.man.l.inter cauſſas.§ j.& de ſo.cùm quis.§.j.&.l.ſi ſeruus.Accur.
z ❡ Si ſciens.]ſ.me mortuum,ſoluiſti Titio.
a ❡ Non habebis.]ſ.aliquam actionem contra hæredes meos.
b ❡ Non erit donatio.]Naturalis obligatio impedit donationem: vt hîc,&.ĵ.donari.nã dicit,nullo iure &c.ſic ergo ſeruus naturaliter obligat̃ etiã in ſeruitute:vt hîc,& inſti.de fideiuſ.§.j.&.ŝ.de cõ- 70 di.inde.ſi id quod.& de pecu.l.nec ſeruus.&.ŝ.de neg.geſt.eum actum.&.l.proculus.&.l.at qui natura. Idẽ in pupillo,vt naturaliter obligetur etiã ſine tutore:licet non ſit locupletior:vt hîc:ſubijcit.& ĵ.de noua.l.j.&.ĵ.de ſol.in numerationibus.§.j.&.ŝ.de reſcin.ven. ſi id quod.§.j.& ŝ.ad.l.fal.ſi pupillus.& quando di.le.ce.l.cùm illud. §.fi.Sed contra.ĵ.de act.& obli.l.pupillus.vbi nec naturaliter dicit teneri:ſed hic proximus pubertati,ibi proximus infantiæ:vel ibi cũ tutore contraxit:hic cum alio:vnde tenetur naturaliter, licet non ſit locupletior,nec interuenerit tutor:vt dixi.

Obligatio naturalis donationẽ impedit.

c ❡ Idem & in pupillo.]vt debitum videatur ſoluere.& ſic.ſ.quia 80 videtur ſoluere debitum,non quæritur vtrum excedat legitimã ſummam,vel non:quod in donatione quęritur.nam ſemper tenebit̃.
d ❡ Sed & hæ.]non ſolum ſuperiores.
e ❡ Donationem.]ſimplicẽ,ſed ob cauſſam:vt.ŝ.e.l.j.§.ij.&.l.ariſto.&.ŝ.eo.l.j.§.j.
f ❡ Laturum.]i.exaltaturũ.vel diuulgaturũ. Vel aliter. i. ſi velles decætero meo nomine appellari:de qua vocatione fit mentio.ŝ.ad Trebel.ſed ſciendum.&.l.facta.§.ſi verò nominis.Accur.

a ¶ Ob rem.] s. futuram: tamen in præteritum respicit: vt. s. de condi. inde. l. damus. Accursius.

SI patronus.] CASVS. Si patronus ex debita parte instituat hæres à liberto: & grauatus sit vt aliquid ex hac parte daret Titio cuidam extraneo: & patronus etiã promisit illi fideicõmissario dare: dicit quod non tenet. ¶ De illo.] Id quod hæres poterat per falcidiã retinere, volẽs adimplere voluntatẽ defuncti promisit legatarijs in solidum. dicit quod tenetur: quia & si soluisset, nõ repeteret. Fran.

non esse donationẽ: quia ob rem [a] facta est, & res secuta est.

¶ Promissio facta per errorem non præiudicat patrono in portione sibi debita: sed hæredi bene præiudicat in Falcidia. B.

Marcellus li. 25. LEX XX.

SI patronus ex debita [b] parte hæres instituatur [c], & libertus, eius [d] fideicommisit vt quid daret [e], & hic stipulanti fideicommissario promiserit [f]: non erit cogendus soluere [g]: ne pars ex legibus verecundię [h] patronali debita minuatur [i]. ¶ De illo dubitari potest, qui quod per Falcidiam [k] retinere poterat, voluntatem testatoris secutus spoponderit [l] † se daturum. Sed magis est, vt non possit suæ confessioni obuiare [m]. quẽadmodum enim si soluisset, fidẽ testatori suo adimplesse videbatur, & nulla ei repetitio concessa fuerat [n]: ita & stipulatione præcedẽte, contra fidem testatoris, quam agnouit [o], venienti ei meritò occurretur [p].

¶ Potest quis donare patiendo se delegari. Itẽ uerus debitor delegatus non habet exceptionẽ donatiõis ĩmodicę, nisi rescissoria sit cõuictus. B.

Celsus li. 23. LEX XXI.

VT mihi donares, creditori meo delegante [q] me promisisti factum valet [r], ille enim suũ [s] recepit. Sed si debitorẽ meum tibi donationis immodicæ [t] caussa promittere iussi: an submoueris donationis immodicæ exceptione, necne, tractabit. Et meus quidem debitor exceptione te agentem repellere nõ potest: quia perinde est quasi exactã [v] à debitore meo summam tibi donauerim, & tu illam ei credideris [x]. Sed ego, si quidem pecuniæ à debitore meo nondum solutæ sint [y], habeo aduersus debitorem meum rescissoriam [z] in id, quod supra legitimũ modũ tibi promisit: ita, vt in reliquum tantummodo [a] tibi maneat obligatus. Sin autẽ pecunias à debitore meo exegisti: in id qđ modum legis excedit, contra te condictionem [b] habeo.

¶ Donatio est cõtractus stricti iuris: ideo non ueniunt usuræ ex mora. Bar.

Modestinus li. 8. differen. L. XXII.

EVm, qui donationis caussa pecuniam, vel quid aliud promisit: de mora solutionis pecunię vsuras non debere, summæ æquitatis est [c]. maxime [d], cùm in bonæfidei contractibus donationis species non deputetur [e].

¶ Vsuræ possunt ex caussa donationis remitti sine insinuatione. h. d. Bart.

Idem li. 11. rñ. LEX XXIII.

MOdestinus respondi creditorem futuri temporis [f] vsuras & remittere, & minuere pacto posse: nec in ea donatione ex summa quãtitatis aliquid vitij [g] incurrere. ¶ Modestinus rñdi mẽte captum donare non posse [h].

¶ Exceptio donationis immodice competit fideiussori inuito reo. Bar.

Iabolen' li. 13. ex Cassio. L. XXIIII.

FIdeiussori [i] eius, qui donationis caussa pecuniã supra legis modũ promisit: exceptio dari debet [k] etiã inuito reo [l]: ne si fortè

b ¶ Si patronus ex debita.] olim dimidia, hodie tertia: vt in sti. de suc. lib. in princ. 20 &. §. sed nostra con.

c ¶ Instituatur.] à liberto.

d ¶ Eius.] s. patroni.

e ¶ Daret.] s. patronus ex portione sua cuidã extraneo.

f ¶ Promiserit.] patronus errans in iure vel facto: vt ar. s. vt in 30 pos. le. l. j. in princi. & j. de fideius. l. si qs post quã. & s. ad Treb. l. patronus. & l. si eius. §. fina. & l. ita. §. si patronus. & suprà de inof. test. l. mater. Sed argu. s. si qd in frau. pa. si patronus. in princ. itẽ. j. prox. §. Sed hîc ma- 40 gis est debitũ patrono. habet enim vt æs alienũ: arg. s. de inoff. testa. papinianus. §. si qs impubes. & s. ad. l. fal. in ratiõe. §. qđ vulgo. Sed huic. l. videtur cõtra. s, fa. er. qui erat hæres. §. si aũt. Sed hic pręcedebat aliud debi- 50 tum. s. bonorũ pos. debita patrono. Acc.

† Concor. c. si cautio. & quod ibi not. extrà de fi. istru. aliquid in c. nauigans. de vsuris de qua per Alex. post Io. de Imo. in l. a titio. de verb. obli.

g ¶ Soluere.] quia vt dixi, habet vt æs alienum, qa promisit liberto viuẽte hic patron' s. fideic. vt. s. ad le. fal. qđ de bõis. §. j. & de acqui. hære. q supstitis.

h ¶ Verecundiæ.] id 60 est reuerentiæ. Acc.

i ¶ Minuatur.] quod esset, si deberet præstare hoc fideicõmissum.

k ¶ Per falcidiam.] iure institutionis, nõ etiã iure naturę. R. Acc.

l ¶ Spoponderit.] sciẽs vel errãs in iure: qa nõ certat de dãno vitãdo: vt. s. proxi. rñ. secus si in facto: vt. C. ad. l. fal. l. error. Itẽ post mortem testatoris non ante: vt. s. ad. l. fal. l. quod de bonis. §. j.

m ¶ Obuiare.] sic. C. de pac. l. pe. & de non nu. pecu. l. generaliter.

n ¶ Concessa fuerat.] vt &. C. ad. l. fal. l. j. & l. fi. & de fideicõ. l. j. & l. ij. & C. de test. l. nõ dubiũ §. illud. & s. de cõdi. inde. fideicõmis. Acc.

o ¶ Agnouit.] i. agnouisse videtur.

70 p ¶ Occurretur.] i. contradicetur. aliter accipitur vel etiam sic j. de verbo. oblig. vbi autem non apparet. §. qui verò.

VT mihi.] CASVS. Si qđ volebas mihi donare, creditori meo delegãte me pmisisti: dicit quod valet donatio. Secũdo dicit. si habeo debitorẽ q debet mihi vltra qngẽta, & eũ aĩo donandi tibi delego: nec interuenit scriptura: si tu agas cõtra eum: an poterit oppõere excep. quasi donatio nõ teneat in eo qđ est vltra qngẽtos solidos? Et dicit quod nõ. & reddit rõnem. ego aũt cõtra debitorẽ meũ quõdam agã si nõdũ soluit tibi id, qđ est vltra qngẽtos solidos: vel si iã tibi soluit, agã cõtra te ad illud supfluũ cõdi. sine cã. Franc. Accur.

80 q ¶ Delegante.] scilicet te.

r ¶ Valet.] s. donatio. & aliàs est in litera donatio.

s ¶ Suum.] i. sibi debitum. & ideò exceptio non repellitur, etiã si excedat legitimum modũ: vt. j. de excep. do. purè. §. si eum. & de noua. si Titius. & j. de re iudi. l. nesennius. in prin.

t ¶ Immodice.] i. vltra qngẽtos solidos: & ñ ĩteruenit scriptura. Ac.

v ¶ Exactam.] scilicet à me.

x ¶ Credideris.] breui manu: quo casu nõ posset repetẽtẽ repellere: vt &. s. e. l. ij. & iij. j. rñ. & sic est in cõtrario casu: vt. s. px. rñ. notaui.

y ¶ Sint.] illi cui promiserat ex voluntate mea.

z ¶ Rescissoriam.] i. veterẽ actionẽ, q prius cõpetebat. & dat ei à lege. & sic erit ppetua: vt in Vell. vt. s. ad Vell. hæ actiones. & l. debitrix. §. fi. vel dat in integ. rest. offi. iudi. ex clausula generali si qua iusta caussa &c. vt. s. ex qui. cau. maio. l. j. §. fi. & l. sed & si per prætorẽ. §. fi. ad hoc scili- 10 cet, vt ei restituatur actio vetus, quæ dicit rescissoria, eo quod rescissa liberatione, quæ cõtigerat per delegationem, datur. Accur.

a ¶ Tantummodo tibi.] cui promisit.

SI peculium.] CASVS. Peculium cuiusdam serui mei legaui forte ipsi seruo iusso esse libero, vel alij extraneo. posteà vica rio, qui erat de isto pe culio, reliqui libertatẽ. dicitur ꝙ vtrunque tenet: & legatum pecu 10 lij tãquam cuiusdam generis tenet. Si seruus.] Legaui tibi seruum: eidẽ posteà reliqui libertatẽ. dicitur ꝙ liber est, & sic extinguitur legatũ. Sed pone, ꝙ primo reliqui libertatẽ seruo: tandem eũ tibi lego. quod isto- 20 rũ valebit? & si quidẽ apparet ꝙ habui animũ reuocãdi libertatẽ: tunc tenet legatũ. si autẽ dubitet de hoc, tunc fauore libertatis dicimus libertatẽ deberi: nec videri reuocatũ ꝑ hoc legatũ. Fran.

q Prælegatum est] 30 vel seruo libero esse iusso, vel alicui extraneo. Accur.

r Placet.] vt & ʃ. de reg. iur. l. in toto. & ʃ. de leg. iij. seruis vrbanis. § fin. & de pec. l. si Sticho. & de tri. & oleo lega. l. ij. in princ. & de aur. & ar. le. l. j. in pri. 40 nec est cõtra. ʃ. de pe cu. leg. l. seruo manumisso. imò concordat. Accur.

s In peculio.] quod est genus. Accur.

t Et vicario.] quod est species peculij.

v Fore.] vt. ʃ. titu. j. si seruus. & arg. C. de fi- 50 deicõ. lib. l. cũ inter. & ʃ. de reg. iur. l. quoties. & facit ad. §. ʃ. de lega. j. si post mortẽ. §. fi. & de lega. ij. si idẽ. & C de necess. ser. hæred. insti. l. quidam. in prin ci. & §. fi. Accur.

SI legato.] CASVS. Tria dicit 60 hæc. l. Primo, legaui tibi seruũ, & rogaui ꝑ fideicõ. eũ manumitti. Dicitur ꝙ hęres vel le gatarius cogitur eum manumittere: & dicas, ꝙ est in electione legatarij, vt si vellet cũ ma numittere, bene est: aliòquin hæres manu- 70 mittit. Secundò, reliqui libertatem duobus seruis si darent decem heredi meo. dicitur ꝙ si vnus dat. v. erit liber: licet alter sua. v. nõdum det. Tertiò, reliqui in testamento libertatem seruo meo: pluribus hæredibus institutis. Dicitur quòd sufficit vnum hæredum adire hæreditatem ad hoc vt libertas debeatur, & sit statim liber. Fran. Accur.

x Vel legatarius.] prout vltimo rogauit: nam post legatũ potuit hæredem rogare, per quod videtur reuocare legatum. arg. ʃ. l. proxi. §. fi. vel dic simpliciter vt dicit: & est in arbitrio legatarij vt saltem habeat eum libertum.

80 y Dando.] quia est diuidua, aliàs secus: vt & suprà de condit. & demonstra. qui hæredi. §. fi. & l. si quis. & l. cum fundus. & dixi. C. de condi. inser. l. penul. Accur.

z Iussus est.] directò.

a Vel.] pro saltem[a]: nam multo magis si omnes adierint.

b Liber est.] sic. ʃ. e. testamento manumissus. §. j. & l. testamento liber. & ʃ. si quis te. lib. esse iuſ. l. j. §. ante. & C. de cad. tol. §. in nouissimo. & argu. ʃ. de tu. si nemo. & de contra tab. illud. in prin. & de bon. libe. etiam

[margin: a Adde gl. in. c. cum omnes. extrà de consti. & in c. decet. de im muni. eccle. li. vj. & in c. eos. xxxj. dist. & gl. in l. ij. C. de transact.]

lib.etiam.§.si.&.C.eo.l.iij.Accursius.

Si quis libertatem.] CASVS. Titius reliquit libertatē seruo suo si iurauerit se daturū.x.operas.Dicitur ꝙ hoc iuramētū nunquam debet sibi remitti.Idem etiā est si reliquit legatū, & libertatem simul sub cōdi.puta si iurauerit se daturum.x.operas.nā nec legatum poterit cōsequi absq; iuramento: sed secus si libertatē pure, legatū sub condi.iurādi reliquit.nā tunc remittit̄ sibi hæc cōditio iuramēti.Idē si libertatem sub condi.iurisiurandi reliqt. & posteà idē testator viuus manumisit.nam hæc conditio remittitur.Fran.

a ¶ Conditione.] Puta liber esto si iuraueris te.x.operas daturum: vt.j.co.seruū.&.s.de oper.liber.l.vt iurisiurandi.§.j.vel capitolium ascensurum: vt.j.de statulib.l.si qs ita.§.qui ita.Accur.

b ¶ Edicto prætoris.] mortui, quo remittitur talis conditio iniecta legatis, vel institutiōibus:& ideo nō est opus adire pro hoc prætorem viuum: vt.s.de condi.instit.l. quę sub conditione.in prin.&.§.fi.

c ¶ Conditio.] i.conditio iurisiurandi apposita libertati.Ac.

d ¶ Non possit.] nam sic est in legato sic relicto, ꝙ licet remittatur iuramētum:debet tamen facere quod iurare debebat:& aliâs nō habet relictum: vt s.de condi.instit.l.quæ sub conditione.§.quoties.sed in libertate sufficit si iuret se facturum, etsi non faciat:vt j.de condi.& demon. hęc scriptura.in prin. & sic fauore libertatis permittitur fieri, quod facilius est.& facit ad hoc quod not.C.communia vtriusque iu.l. si cum patruo.

Libertatis fauore permittitur qd facilius est.

e ¶ Acceperit.] sub cōdi.præfati iurisiurādi.& fa.C.de cadu.tol lē.§.in nouissime.Ac.

Mēbrū.

f ¶ Idem puto.] s.ꝙ remittatur iuramētum.

g ¶ Legati.] scilicet si iurauerit se daturū decem operas.

Si ita fuerit.] CASVS. Titius duobus suis seruis reliquit libertatē si insulam ædificarēt. Dicitur ꝙ hæc cōditio nō potest diuidi.vnde si vnus seruorū vellet facere dimidiam insulæ,& libertatem habere:nō auditur.Sed pone, ꝙ vnus eorū vult ædificare totā insulā,& alter nihil : an ille qui facit videtur implere condit.quæritur.& dicitur ꝙ sic : & ipse erit liber:nisi testator aliud senserit:non alius qui nihil facit. Secūdo quæritur. Quidam duobus fabris,vel pictoribus reliquit centū si templum depinxissent,vel si nauim fabricassent.& vnus illorū vult facere:& alter nō.modo quæritur,an si vnus depingat templū, vel si nauim totam fabricet:habeat tota centum? Et dicitur ꝙ si appareat testatorem sensisse,& voluisse ꝙ vterque simul faceret. tunc vnus faciendo nihil dicitur facere:nec habebit legatum.si autem apparet cōtrariū:tūc vnus solus faciendo opus,habebit legatū,vel ipse totū, vel partem ipse,& partem socius secundū ꝙ voluit testator. Tertio quæritur:Si quis reliquit libertatem duobus suis seruis.Castaldionibus sub cōdi.si reddiderint rationes:& vnus vult reddere rationes,alter non:an volens reddere auditur? & distinguitur. nam aut gesserant separatim:& tunc vnus reddendo suas proprias rationes auditur, & erit liber.si verò simul gesserunt, tunc ille, qui vult reddere,debet reddere omnes, & reliqua oīa soluere:& etiā ipsa volumina rationum siue libros reddere debet. Quarto quæritur. Titius manumisit ancillam cum filijs suis. inuenitur ꝙ nullum habet filiū : vel si habet, sunt tales, ꝙ non possunt peruenire ad libertatem. Dicitur ꝙ nihilominus ipsa erit libera.idem est, & si ipsa nō potest effici libera, filij tamen sui sic:nam filij erunt liberi, non ipsa: & sic apparet, ꝙ hæc conditio, cum filijs,non facit cōdi.nisi aliter sensisse testatorem appareat.Et ꝙ nō faciat condi.probo tali argumēto.nam in edicto prætoris cauetur, Ventrem cum liberis in possessionem esse iubebo : tñ si nulli de liberis existant, vēter nihilominus mittetur.Fran.Accur.

Si quis libertatē sub iurisiurandi conditione[a] reliquerit, edicto[b] prætoris locus non erit, vt iurisiurādi cōditio[c] remittat̄:& meritò:nam siquis remiserit cōditionem libertatis: ipsam libertatem impedit: dum cōpetere aliter non possit[d], quàm si paritum fuerit conditioni. Proinde et siquis cum libertate legatum acceperit[e]:non aliter legatum habebit, nisi conditioni iurisiurandi paruerit. sed si purè libertatem acceperit, legatum sub iurisiurandi conditione: putat Iulianus libro. xxxj. digestorum,remitti ei conditionem iurisiurandi. Idem puto[f] dicendum, & si libertati quoq; iniecta sit conditio,si testator viuus eum manumiserit.nam & hæc conditio legati[g] remittitur.

Licet conditio sit indiuidua: potest tamen ab uno seruorum impleri ut liber fiat altero cessante: cui cessanti extinguitur conditio semel ab alio impleta.

Idem lib.5. LEX XIII.

Si ita fuerit seruis duobus libertas data, Si insulam ædificauerint, vel statuam posuerint: diuidi hæc conditio non poterit[h]. solūmodo illam habebit dubitationē, an altero faciente[i], satisfactū voluntati[k] videatur, ideoque ad libertatem perueniat. quod magis est, nisi aliud expresserit testator. faciendo tamen, sibi conditionem impleuit, alteri non: quinimò extinguitur ei conditio. Non enim amplius conditioni parere potest, cum semel expleta sit[l]. ¶ Idē quæri potest,& si fabris duobus vel pictoribus * si templum depinxissent,vel fabricassent nauē, quid[m] adscriptum sit. nam voluntatis erit quæstio, num alteri alterius facti conditionē testator iniunxerit[n]: quæ res efficit, vt si alter cessat, alteri quoque,qui facere paratus est, cōditio deficiat[o]. Quòd si ex ijs, quæ scripsit, vel dixit, ostēdatur contentus esse testator, vel alterum facere: res expedita erit. nam alter faciendo, aut sibi & socio proderit, aut sibi tantū: prout voluisse testatorem apparuerit.

Relicta libertate duobus seruis, si rationes reddiderint: potest unus rationes reddendo liber fieri, si separata fuerit eorum gestio, sin autem simul gesserunt, debent ambo rationes reddere si uolunt ad libertatem peruenire.h.d.

¶ Quæstio hæc[p] & in eo tractatur si quis libertatem dederit seruis duobus, si rationes reddiderint[q]. Iulianus enim tractat, si alter reddere sit paratus, alter non sit: an alter per alterum impediatur. Et rectissimè ait, si quidem separatim rationes gesserint, sufficere ad libertatem adipiscendam ei, qui rationes suas reddiderit. si verò simul: non aliâs videri alterum paruisse, nisi vtriusque reliqua exoluerit[r]. In reliquis accipere debemus, vt & ipsa rationum volumina reddantur.

Coniunctum uitiosum siue nullum non impedit libertatem.

¶ Sed & si ancilla cum filijs libera esse iussa sit: etsi nullum habeat, libera tamen erit: vel si habeat quidem, filij autem eius ad libertatem peruenire nō possint[s]. Idem erit dicendum, & si ipsa libera esse non possit, filij autem eius ad libertatem perueniant. Nam hæc adiectio, cum filijs, non facit conditionem: nisi mihi proponas aliam sententiam testatoris fuisse. tunc enim pro conditione erunt hæc verba accipienda. Conditionem autem non facere, argumento est edictū prætoris, quo ita cauetur[t], Ventrem cum liberis in possessionem esse iubebo. Placet enim, etsi nulli de liberis sint, ventrem tamē ex edicto in possessionem esse mittendum.

Idem lib.8. LEX XIIII.

h ¶ Non poterit.] vt vnus faciēdo mediam insulam.

h ¶ Poterit.] cum sit in facto. sic.j.de verb. obl.stipulationes non diuidūtur.&.l.in executione.§.secūda.&.§.si qs cau.l.si duo.Acc.

i ¶ Faciente.] totum: cum sit indiuiduū: vt dixi.C.de condi.inser.l.penul. & facit.s.e.si legato.§.j.Accur.

k ¶ Voluntati.] scilicet defuncti.

l ¶ Expleta sit.] nam quod semel factū est, amplius fieri non potest:cū nō possit posteà factum haberi pro infecto: vt in aut. de æquali.do.§.j.

m ¶ Quid.] pecuniarium: vt differat à primo casu huius legis.

n ¶ Iniunxerit.] ita ꝙ testator noluit vnum facere sine altero. Vel dic iniunxerit testator: vt sic sit indiuidua.

o ¶ Deficiat.] aliâs deficiat, & hæc bona. aliâs fiat: & tunc dices hoc voluisse testatorem, vt subijcit. Acc.

p ¶ Quæstio hæc.] id est mens huius quæstionis in simili casu tractatur, vt subijcit.

q ¶ Reddiderint.] quod duo continet: vt suprà de condi.& demon. cum seruus.§.j.Accursius.

r ¶ Exoluerit.] sic ergo sequens fit indiuisibilis propter primam: quæ sequens est diuisibilis sua natura, cum sit in dando: vt.j.de statulib.l.si statulibera.in fi.&.l.si quis testamento.& facit ad.§.in eo. titu.de statulib.si quis ita.§.si duo.

s ¶ Non possunt.] quoquo modo. sic & in legato: vt.s.de leg.j.si ancilla.& facit.C.quando dies leg.ced.l.ij.

t ¶ Cauetur.] vt & suprà de ven.in poss.mit.vbicunque.§.fina.& de lega.j.si quis legauerit Titio.& facit cod.titu.si ancillas.& l.si quis inquilinos.§.si ita.Accur.

CVm seruus.] CASVS. Institui duos hęredes, vnum purè, alium sub conditione. seruo meo reliqui libertatem purè: tandem defecit conditio vnius hæredum: & sic non est hæres. dicitur quod si alter adeat: satis est vt libertas seruo relicto debeatur: & sic erit liber. Franciscus Accursius.

CVm seruus purè liber scribitur, & hæres sub conditione: placet, deficiente cōditione habere eum libertatem [a].

Vlpianus lib. 32. LEX XV.

STichum [b] Sempronio dolego. si Sempronius Stichum intra annum nō manumiserit, idem Stichus liber esto. quæsitum est, quid iuris sit. Respondi, hoc modo libertate data, si Sempronius non manumiserit, Stichus liber esto. Sempronium, nisi manumiserit, nihil iuris in Stichum habiturum, sed liberum eum futurum:

¶ *Si fauore certæ rei uerba trahuntur ad impropriam significationem, talis fauor ad dispositionem sibi coniunctam non trahitur. Bar.*

Idem lib. 36. LEX XVI.

SI ita scriptum fuerit, Cùm Titius annorum. xxx. erit, Stichus liber esto, eique [c] hæres meus fundum dato, & Titius antè, quàm ad annum. xxx. peruenirer, decesserit. Sticho libertas competet, sed legatum non debebitur. Nam fauore libertatis id receptum est, vt mortuo Titio tempus superesse videatur, quo impleto [d] libertas contingeret. circa legatum defecisse [e] conditio visa est.

Idem lib. 62. LEX XVII.

LIbertas, quæ in vltimū vitæ [f] serui tempus confertur, veluti, Stichus cùm morietur, liber esto: nullius momenti existimanda est. ¶ Hæc autem scriptura, Stichus, si Capitolium non ascenderit [g], liber esto. ita accipienda [h] est, si cum primum [i] potuerit, Capitolium [k] non ascenderit. isto enim modo perueniet Stichus ad libertatem [l], si facultate data ascendendi Capitolium, abstinuerit.

a ¶ Libertatem.] adita a cohærede hæreditate: aliâs non: vt. s. de hęre. insti. l. trebatius, §. fin. & l. seq. licet ibi aliter exponi possit. Accursius.

b STichum.] facit. s. eod. si quis ita. & quod ibi dixi. Accur.

SI ita scriptum.] CASVS. Sempronius seruo suo Sticho reliquit libertatē cùm Titius annorū xxx. erit. & grauauit hæredem suū vt ei Sticho daret fundū, tunc tēporis scilicet. decessit Titius ante, quàm cōpleret. xxx. annos. dicitur quod adhuc stabitur per tantum tēpus. quo si Titius fuisset viuus, cōpleuisset. xxx. annos: & tunc Stichus erit liber. & hoc est fauore libertatis. secus in legato, quod erat relictum eidē Sticho sub eodem tempore. nam extinguitur. Frā. Acc.

c ¶ Eique manumisso.] & sic prima dilatio ītelligitur repetita: vt. s. de cōdi. & demō. auia. in prin. Accur.

d ¶ Impleto.] quod est si de vltimo anno est tactum: vt. j. eod. si ita fuerit libertas. secus in pecuniarijs relictis: vt. s. de condi. & demon. non putabam. & de his dixi. s. de mino. l. iij. §. minorē. Ac.

e ¶ Defecisse] quia in eo nullus est fauor, sed in libertate sic: vt hîc, &. C. de fideicom. lib. l. fideicommissaria. &. j. de statulib. si seruus. Sed contra. C. quando dies leg. ce. ex his. vbi etiam in legato dicit idē. Sed solu. vt ibi. ex qua etiam soluitur. s. de ali. le. l. libertis. §. ab hæredibus. quæ est contra. Itē cōtra. s. ad treb. seius saturninus. ibi nō perit relictū pecuniarū: imò quod plus est, statim mortuo onerato datur: sed ibi facta erat dilatio fauore eius, cui relinquebatur. arg. s. de vsur. in fideicōmissi. §. cū pollidius. hîc, hæredis fauore. Itē in libertatē videtur cōtrà, vt ammodo. s. nō debeatur: vt. C. e. l. cū testamēto. sed ibi incertum tempus alicuius: hic certum fuit positū. Accur.

LIbertas.] CASVS. Quatuor habet partes hæc. l. prima est. reliqui libertatem seruo hoc modo: cum morietur seruus, sit liber. dicitur quod nullius momenti est hæc libertas. Secūdo reliqui libertatem seruo si non ascenderit capitoliū. dicitur quod valet: & tūc erit liber cum potuerit ascendere capitolium, & non ascenderit. Tertio, reliqui libertatē seruo meo ita, vt filijs meis rationē reddat. dicitur quod purè est relicta libertas: nō sub cōditione reddēdarū rationum: cogitur tñ reddere rationes. Quarto, reliqui libertatē seruo post annos dandam ab hęrede meo, nō dixi post quot annos. dicitur quòd post biennium debebitur libertas ab hærede nisi appareat testatorem aliud sensisse, & hoc probetur per hæredem. Fran.

f ¶ Vitæ serui.] vt &. j. eo. l. fi. &. C. de lati. li. tol. circa princ. &. j. de statulib. l. cum hæres. §. j. & s. de condi. & demon. hæres meus. §. quāuis. non dantis libertatem: vt. j. eod. qui duos. §. j. item non hæredis, nec extranei: vt. d. l. hæres meus. j. & ij. respon. Sed contrà. s. quando dies le. ced. si cum hæres. sed ibi in pecuniario relicto, Item contrà. C. de hære. insti. l. extraneum. sol. vt ibi. Accur.

g ¶ Non ascenderit.] si dixit non ascenderit: accipitur cum primùm &c. vt. s. de condi. & demon. l. hæc cōditio. item secus si dixit, si non ascendam: vt. j. e. Stichus si codicillis. Accur.

h ¶ Accipienda.] fauore libertatis. Accur.

¶ *Hæc uerba, ita ut, faciunt modum, & potest quis compelli ad modum implendum. Bar.*

¶ Hac scriptura testamenti Pāphilus liber esto, ita vt [m] filijs meis rationes reddat. an sub cōditione data libertas videretur, quæsitū est. Respondi pure quidem datam libertatem: & illam adiectionem, ita vt rationes reddat, conditionem [n] libertati non inijcere: sed quia manifesta voluntas testantis exprimeretur, cogēdum esse eum ad rationes reddendas [o].

¶ *Pluralis locutio duorum numero est contenta. Bartolus.*

¶ Post annos [p] indistinctè [q] liber esse iussus, post biēnium liber erit. idq; & fauor libertatis exigit: & verba patiuntur [r]: nisi aliud sensisse patremfamiliâs manifestissimis rationibus is, à quo libertas relicta est, probauerit.

Idem lib. 2. LEX XVIII.

QVi duos hęredes instituebat, post alterius mortem seruum liberum [s] esse iusserat. is, cuius ex morte libertas pendebat, viuo testatore decesserat. Sabinus respondit, liberum futurum.

¶ *Si tempus apponitur substantiæ legati: in dubio tempus incipit à morte testatoris. Bar.*

¶ Hæc conditio, Cùm moriar, liber esto. vitæ tempus [t] amplectitur: & idcirco inutilis esse videtur. Sed melius est hæc verba benignius interpretari, vt post mortem [v] suam videatur testator ei libertatē reliquisse. Sed multo magis hæc conditio. Ad annū [x] liber esto. ita accipi potest. Post annū quam moriar, liber esto. & licet hoc mo

i ¶ Primum.] non idē in stipu. hoc modo cōcepta: vt. j. de ver. obl. ita stip. quæ est cōtra. & plenè dixi. s. si quis cau. & si post tres.

k ¶ Capitolium.] s. ascendere. Accur.

l ¶ Ad libertatem.] Nisi voluntas defuncti alia sit: vt. j. e. l. fi. ij. respon.

m ¶ Ita vt.] hoc est quod facit modum.

n ¶ Cōditionem.] aliâs cōditioni libertatis nō nocere, & aliâs conditionem libertati non inijcere. Accur.

o ¶ Reddendas.] sic enim est in modo: vt no. C. de his quæ sub modo. l. j.

p ¶ Post annos.] aliâs post annos: & tūc plana. & sic facit. s. de testi. vbi & j. de ver. sig. l. inter illā. §. ita. aliâs post annū. & tūc plurale pro singulari pone, vel subaudi, vel biennū. & sic facit. s. de le. ij. si ita relictum. §. fi.

q ¶ Indistinctè.] i. nō determinādo numerū annorū. alij dicunt, non determinādo incipiat currere ex die testamēti vel mortis, sed hoc soluitur in. l. proxi. §. fina.

r ¶ Verba patiuntur.] pluralis enim &c. vt dicta. l. vbi. & no. in dubio fauorabiliorē sensum accipi: vt. s. de iur. do. l. nuptura. Ac.

Fauorabilis sensus in dubio accipiēdus est.

QVi duos.] CASVS. Institui Titiū & Sēproniū meos hæredes: & si Titius qui erat vnus de hæredibus decederet, reliqui seruo meo libertatē. dicitur quod si Titius decedat etiam me testatore viuo, debebitur libertas seruo: & intelligas post aditam hæreditatē ab alio hærede meo. ¶ Hæc cōditio.] Libertatē tibi reliqui cum moriar. videtur tēpore vitæ meæ tibi deberi libertatē. s. tūc cū sim in articulo mortis: & sic esset inutilis: cum hoc ego nolui: sed tñ de æquitate dicitur post mortē meam tibi deberi libertatē. Secūdò, reliqui libertatē seruo ad annum. sensus verborum est, quod vsq; ad annū sit liber, quod esse non potest de iure: tamen ex æquitate interpretantur hæc verba. vt post annum sit liber. Tertiò, post annum, quo hoc testamentum erit factum, sis liber: dicitur quòd hæc conditio non est inutilis si contingat testatorē intra annum mori, quia ille erit liber completo anno incepto à tempore testamenti conditi. Fran. Accur.

s ¶ Liberum.] nam in vim cōditionis fuit relicta, quæ viuo testatore potuit impleri: vt hîc, &. C. de insti. & substit. l. si quis. & ibi dixi. Quid autē si ab hærede foret dāda? Rñ. idē: vt. j. de fideicō. l. cū vero. & l. si pro non scripta. &. C. de cad. tol. §. in primo. itē accipe hæreditatem aditam ab alio, vt diximus. s. e. cum seruus. Accur.

t ¶ Tēpus.] nā viuus moritur, nō mortuus. vnde ex vi verborū viuēte testatore esset liber: & hoc testator noluit, & sic inutilis videtur: vel etiā saltē tpe mortis statim ex vi verborum debet esse liber, sed hoc nō vult ius, sed demum adita hæreditate: vt. j. e. l. testamēto. Accur.

v ¶ Mortem.] quia morte demum relicta confirmantur. R. Accur.

x ¶ Ad annum.] vis verborū est, vt interim hinc ad annū sit liber: non post

non post.sed hoc non vult ius:quia ad diem dari non potest:vt.j.eo. libertas & ideo fit hæc interpretatio,vt intelligãtur verba ex die: quod esse potest:vt.j.eo.testamento manumissus.§.j.

a Accipiatur.]huic verbo supponit inferior conditio,quæ à testatore posita si accipiatur hoc modo,quo superior,& sic post mortem: non tamẽ erit inutilis quin anno transacto à die testamenti cõditi cõsequatur libertatẽ: 10 & sic tria sunt similia:ad annũ liber esto. Itẽ,post quã moriar,liber esto.itẽ, post annũ quã hoc testm̃ factum erit, licet hæc vltima parũ plus habeat vtilitatis, si cõtingat testatorem decedere dudũ post testamẽtum intra 20 annũ,vel etiã post,cũ computetur ex die testamenti. Alij econtra dant suppositũ verbo accipiat, per superiorem primam cõditionẽ, ad annũ liber esto: quæ superior si accipiatur hoc modo quo inferior, nõ tamẽ erit 30 inutilis,qn à die mortis anno cõputato cõpetat libertas: & hoc ex interpretatiõe, nõ ex vi verborum.facit. j.eo.si ita.Accur.

do accipiatur a, Post annũ quàm hoc testamentũ factum erit, liber esto, si euenerit, vt intra annum testator decederet, inutilis non erit.

Idem lib.3. LEX XIX.

Quidam hæredem b suum rogauerat,vt seruum manumitteret: deinde si hæres eum nõ manumiserit,liberum eũ esse iussserat:eique legauerat.Licet eum hæres non manumiserit:pleriq; existimant,hunc ex testamento libertatem c consequi.secũdum hoc legatum quoque ei debetur d.

Meminisse uidetur qui non apparet demenmisse. Bartolus.

Africanus lib.1. LEX XX.

Seruos legauit,& cauit ita, Rogo te,si promeruerint,dignos esse libertate existimes e. Prætoris hæ partes sunt, vt cogat libertatẽ præstari:nisi quid tale hi serui admiserint,vt indigni sint, quo libertatem consequãtur: non etiã vt talia officia f ab his exigantur, pro quibus libertatem mereri debeant. arbitrium tamen eius erit, qui rogatus est, quo tẽpore quẽque velit manumittere: ita, vt si viuus non manumisisset, hæres eius statim libertatem præstare cogatur.

Dictio imò,ponitur correctiuè.Bar.

Idem lib.7. LEX XXI.

Stichus, g † imò Pamphilus liber esto. Pamphilum liberum futurum respondi:quodammodo enim emandasse errorem suum h testatorem. idemque iuris fore, & si ita scriptũ fuerit, Stichus liber esto:imò Pamphilus liber esto.

Quitatio tutoris ualet, nisi inter ipsum & eum cui est facta, sit collusum. hoc dicit. Bartolus. Lex sequens plana est.

Idem lib.9. LEX XXII.

Quidam hære-dẽ.] CASVS. Rogaui hæredem meum vt seruum 40 meũ manumittat: & si non manumiserit, iussi eum esse liberũ: eidemq; legatum reliqui. dicitur q licet hæres non manumittat, tamen hic seruus erit liber ex testamẽto, & legatum habebit. Frã.

b Quidam hære-50 dem.] aliâs quidam hæredẽ: & aliâs quædam hæredem: & aliâs qui fratrẽ hęredẽ. Ac.

c Libertatem directam.] & sic fuit seruus testatoris: vt. C. eo. seruo.

d Debetur.]vt &.ff. eo. si quis ita sit lega-60 tus. in princi.

Seruos legauit.] CASVS. Legaui tibi seruos, & dixi, si de te promeruerint: rogo vt eos dignos libertate existimes, id est vt eos manumittas. dicĩt q prætor coget te, vt eos manumittas: quasi semper præsumantur digni, nisi hi serui commiserint aliquod delictum contra te, propter quod videantur indigni. Secundo pone, 70 quòd dixi: quocunque tempore vis manumitte quẽ vis de istis seruis. dicitur quòd si tu viuus non manumisisti: hæres tuus cogetur manumittere. Franciscus.

e Existimes.]id est liberos eos facias. R. vel subaudi hîc, manumittere eos. Accursius.

f Officia.]id est seruitia: vt. C. de nego. gest. officio. & not. quemlibet præsumi bonum, nisi probetur malus. sic. j. cod. testamento centurio. in prin. & .§. fi. & .j. titu. j. talis. §. sororem. & .ff. de leg. ij. l. cum quidam. & .C. de inof. test. l. omnimodo. Item argu. ff. de lega. ij. cum pater. §. rogo. & de reb. dub. vtrum. §. j.

80 Stichus.] CASVS. Ego testator in testamento reliqui libertatem seruo hoc modo: Stichus, imò Pamphilus erit liber. quasi ego testator emendare videar errorem circa Stichum. idem erit & si dixit, Stichus liber esto, imò Pamphilus liber esto. nam & hoc casu Pamphilus erit liber prædicta ratione. Fran.

g Stichus.]facit hoc ad quæstionem, quam scripsi in aut. de testi. §. quia verò. ibi in glo. sed quid si ille. Accur.

h Errorem suum.]ait africanus. & not. imò, correctiuè poni in

† Iste text. est not. ad hoc q dictio imo, est correctiua præcedẽtiũ licet aliquãdo addat vel copulet: vt in. l. imo. de libe. cau. Bolo. Adde tu tex. in. c. innotuit. & ibi Panor. nu. v & ibi notaui in a. postil. ad ipsum inversi. dictio imo. extrà de ele. & in c accedens. j. & ibi iterũ not. in a. postil. ad ipsum ĩ versi. imò. extra vt lite non cõtest. de quo omnino per Bal. in. l. j. col. viij. C. de fur. & Roma. in rub. de arbi. col. xvij.

libertatibus: sic & in institutionibus: vt suprà de hæredi. instituen. si ita scriptum. quandoque non: vt. C. de no. co. compo. ibi, imò & mutatam &c.

Qui filium.] CASVS. Titius habens filium impuberem, eum hęredem instituit: & Sticho seruo libertatẽ reliquit, si redderet rationes argenti quod sub cura eius fuit. tandem ille Stichus seruus partem 10 argenti, quod subripuerat, cum tutore pupilli diuisit: & tutor scripsit qualiter erant bene redditæ rationes ab isto seruo Sticho. quæritur, an iste seruus Stichus sit liber: & dicitur quòd non. nã sicut in alienat. re-20 rum pupillarium: ita hîc exigitur bona fides. Itẽ statuliber grauatus dare pupillo, si det eius tutori, ita demum liberatur & efficitur liber, si seruus, et tutor fraude careant. ita & ĩ nostro casu debebant cauere in red-30 dendis rationibus, quòd non fuerint vsi fraude: & ideo ratio pro non reddita habetur. Vltimo dicit, qualiter debet iste seruus Stichus reddere rationem argenti, vt efficiatur liber: & certè illud argentum quod 40 habet de bonis pupilli, debet ei reddere. & si quædam vasa argentea amisisset sine dolo & culpa, non tenetur ad ea: sufficit enim si ex bono & ęquo rationem reddat. Frãciscus Accur.

Qui filium impuberem hęredem instituit: Stichũ ratione argenti, quod sub cura eius esset reddita, liberũ esse iusserat. is seruus partem argenti subtractã, cũ tutore diuisit: atq; ita tutor parem i ei rationem adscripsit. Consultus k, an Stichus liber esset, Respondi non esse liberũ. Nam quod alioquin placet l, si statuliber pecuniã dare iussus, tutori det, vel si per tutorem stet, quò minus pareatur cõditioni, peruenire eum ad libertatẽ: ita accipiendum est, vt bona fide & citra fraudẽ m statuliberi & tutoris id fiat: sicuti & in alienationibus rerũ pupillariũ seruatur n. Itaq; & si offerẽte statulibero pecuniã tutori, in fraudẽ pupilli accipere nolit o, non aliter libertatẽ cõtingere, quàm si seruus fraude careat. Eadẽq; & in curatore * sunt dicẽda. Itẽ quæsitum est, rationẽ argẽti reddere iussus, in quem modum * intelligendus sit conditioni paruisse? id est, an si quædam vasa sine culpa p eius perierint, atq; ita reliqua vasa hæredi bona fide assignauerit, perueniat ad libertatem? Respondi peruenturũ. nam sufficere si ex bono & ęquo rationẽ reddat. deniq; quam rationem bonus paterfamiliâs q reciperet: ea hæredi reddita impletam conditionem videri.

* Seruanda & dicẽda.

* Intelligẽdũ sit non cõditioni. &c.

i Parem.]id est re-50 ctè eum reddidisse rationem significauit, vt sic eum liberum quasi cõditiõe impleta ostenderet. R. Accur.

k Consultus.] ego Africanus. Accur.

l Placet.] vt infrà de sol. si seruus decem. & .l. Stichum aut pam 60 philum. §. vsumfruc. in fine. Accur.

m Fraudem.]sic suprà loca. sed addes. in princip. & infrà pro empt. qui fundum. §. si tutor. Accur.

Martianus lib.1. LEX XXIII.

Testamento manumissus ita demum fit liber, si testamentum valeat, & ex eo adita sit hæreditas r: vel si quis omissa s caussa testamenti, ab intestato possideat hæreditatẽ. Testamẽto libertas data cõpetit: purè quidẽ data, sta-

n Seruatur.]& tunc demũ à tutore facta valida sit alienatio, cùm ipse fraude caret: vt. ff. de mino. & si fine. §. j. & .l. penulti. & .C. si aduer. ven. l. ij. & .C. de prædi. mi. l. ij.

70 o Nolit.]scilicet tutor.

p Culpa.]etiam leuissima, si cum mandato gerebat: vt. C. manda. l. à procuratore. aliâs leui regulariter: vt. C. de nego. gest. tutori. nam ita in seruo debet esse, vt si liber gereret: vt suprà de pecu. non solum. §. primo. secus in libero homine bona fide possesso, qui de lata tantum tenetur: vt infrà de acquiren. rerum do. homo liber. in princip. Accur.

q Paterfamiliâs.]sic. ff. si ita sit scriptum.

Testamento.] CASVS. Manumissus in testamento tunc fit liber, quando adita est hæreditas ex testamento, & testa-80 mentum tenet: vel si institutus omisit ex testamento, & ab intestato adiuit: & hoc est verum, quando libertas erat relicta purè: & sufficit quòd ab vno adeatur hęreditas. Si autem in diem vel sub conditione relicta est libertas: tunc competet libertas cum dies venerit vel conditio. Franc.

r Hæreditas.]vt. C. eo. l. ij. Accur.

s Omissa.]in fraudem. aliâs secus: vt. C. si omis. sit caussa test. l. j. in princi. & in fine.

a ¶ Vel.]pro ſaltem. Accurſius.
b ¶ Ab vno.]vt &.j.eo.l.teſtamento.&.ſ.eo.ſi legato ſeruo.§.fin. ſic in tutela:vt.ſ.de teſtamentaria tutela.l.ſi nemo.
c ¶ In diem.]id eſt ex die,non ad diem:vt.j.eo.libertas.
d ¶ Extiterit.]ſic.j.de ver.ſig.cedere.&.C.de cadu.tol.§.ſin autẽ.Ac.

tim quàm adita fuerit hæreditas, vel[a] ab vno[b] ex hæredibus.ſi autẽ in diẽ,[c] aut ſub cõditione libertas data eſt: tũc cõpetit libertas,cùm dies venerit,vel cõditio extiterit[d].

¶ Serui nominatim uidentur manumitti etiam quando non nomen eorum ponitur: ſed nomen officij quod habebant,ueluti pictorem aut piſtorem.hoc dicit.Fran.

Caius *. **LEX XXIIII.**

Nominatim[e] videntur liberi eſſe iuſsi,qui vel ex artificio,vel ex officio[f],vel quolibet alio modo euidenter denotati[g] eſſent,veluti diſpenſator meus,cellarius meus cocus meus,Pamphili ſerui mei filius[h].

¶ Libertas teſtamento relicta tunc ualet cum hæreditas aditur etiam ab uno, & in eo gradu erat relicta & pure erat relicta.Fran.

Vlpianus lib.4. **LEX XXV.**

Teſtamento liber eſſe iuſſus tunc fit liber,cùm adita fuerit hæreditas quaalibet ex parte: ſi modò ab eo gradu,[i] quo liber eſſe iuſſus eſt,adita fuerit,et purè[k] quis manumiſſus[l] ſit.

¶ Si quis inſtituit aliquem, & ſubſtituit ſeruũ cum libertate, & ſi primus hæres erit, legatum reliquit ſeruo non expreſſa libertate, ſeruus iſte liber erit etiam ipſo caſu.

Martianus lib.1.Reſp. **LEX XXVI.**

Diuus Pius & Diui Fratres fauorabiliter reſcripſerunt, cùm ſeruo cum libertate ſubſtituto, legatum erat[m], ſi hæres non eſſet, non adſcripta libertate[n]: perinde haberi,atque ſi adſcripta ei eſſet libertas[o].

Paulus lib.1. **LEX XXVII.**

Qui potuerunt apud conciliũ manumittendo ad libertatem perducere[p],poſſunt etiam neceſſarium hæredem facere, vt hæc ipſa neceſsitas probabilem faciat manumiſsionem[q],

¶ Seruus cui libertas relicta eſt his duabus conditionibus hac.l.expreßis: utroque caſu liber erit.hoc dicit.

Nominatim.] CASVS. Serui nominatim vidẽtur manumitti etiam, quando nõ nomẽ eorũ ponitur:ſed nomen officij,quod habebãt: vt ſi dicã,ſeruum meũ pictorem liberum eſſe volo: vel ſic, ſeruum meũ diſpenſatorẽ liberũ eſſe volo:vel ſimile, p qđ cognoſcit̃. Fran.

Paulus li.1. reſp.

e ¶ Nominatim.]facit.j.e.l. nominatim. Accurſius.
f ¶ Officio.]hæc differunt inter ſe:vt.ſ. de leg.iij.l.legatis.§.j.
g ¶ Denotati.]vt ea demõſtratio fungatur vice nominis. R.vt.ſ. ſi cer.pet.l.certum eſt. Accurſius.
h ¶ Filius.]cũ vnũ ſolum filiũ habet:vt.ſ. de lib.& poſthu.l.ij.& ſemper ſubaudi, liber eſto.ſi autem nõ appare t de quo ſenſerit,obtinet quod dicitur.j. eo.cùm ex pluribus.

Teſtamento.] CASVS. Libertas teſtamẽto relicta, tunc valet cùm hæreditas aditur etiã ab vno,& in eo gradu erat relicta, & purè erat relicta.Franciſ.

i ¶ Gradu.]inſtitutionis vel ſubſtitutionis. ſic.ſ.de lega. præſtan. ſed & ſi pro dote.§. nõ omnia.Sed quid ſi ab ĩſtituto libertas,à ſubſtituto hæreditas relinquatur eidẽ? videt̃ nõ deberi libertas, cũ inſtitutus non adeat, per.l.iſtam.Sed argu. cõtra.ſ.de leg.ij.cũ pater.§.ab inſtituto. ſed reſpon.vt no.C.ſi quis omiſ.cau.teſta.l.j.
k ¶ Purè.]alioquin ſecus:vt.ſ.eo.teſtamento.in fi.Accur.
l ¶ Manumiſſus.]id eſt manumitti iuſſus. ar. contra. huic.l.C.e. l.iij.Accur.

Diuus.] CASVS. Titius in teſtamento ſuo ſcripſit Sempronium hæredem:& ſi hæres nõ eſſet, ſubſtituit ſeruum ſuum Stichum cum libertate. Item ſi Sempronius erit hæres,reliquit legatum Sticho.dicitur quòd videtur & ei libertatem relinquere etiam in hoc caſu.Fran.
m ¶ Legatum erat.]hoc modo,ſi hæres &c.Accur.
n ¶ Libertate.] id eſt non habita mentione libertatis in legando. Accurſius.
o ¶ Libertas.]habebit ergo legatum & libertatẽ ſi hæres non erit, quod erit adeunte inſtituto:ſed videtur neutrum habere:vt.C.de neceſſa.ſer.inſti.l.pe.§.illo quæ eſt contrà.Sol.hîc videtur repetita cõditio libertatis,quæ erat appoſita in ſubſtitutione:vt.ſ.de cõdi. & demon.auia.& de condi.inſti.l.cùm ſeruus.Accurſius.

Qui potuerunt.] CASVS. Sicut minor.xx.an.poteſt dare libertatẽ ſeruo ſuo certis de cauſsis,ita poteſt eũ inſtituere ſibi hæredem neceſſarium,& per hoc liberũ efficere,quaſi & hæc ſit cauſſa iuſta,habere eum in hæredem.Fran.Accur.
p ¶ Perducere.]qui numerantur inſtit.qui ma.non poſ.§. eadem. & ſ.ti.ij.l.ſi minor an.xx.&.l.ſeq.Accur.

q ¶ Manumiſsionem.]id eſt cauſſam manumiſsionis.Azo.etiam ſi non ſubſit aliqua de prædictis.ſic.ſ.ti.ij l.illud.§.j.ſic iure inſtitutionis licet,quod aliâs non liceret:vt inſti.qui ma.non poſ.in prin.&.§. licet.Accurſius.

Inſtitutionis iure licet quod aliàs non liceret.

Idem lib.Sing. **LEX XXVIII.**

Stichus, ſi codicillis eum non vetuero liberũ eſſe, liber eſto. ſic eſt, ac ſi diceret, Stichus, ſi in Capitolium non aſcendero[r],liber eſto. nam & hæres ſic inſtitui poteſt.

¶ Licet teſtamẽtum rumpatur propter præteritionem liberorum.ſerui tamen quibus eſt data libertas in illo teſtamento, ſi per quinquennium fuerint in libertate,liberi remanebunt.

Scæuola lib.24. **LEX XXIX.**

Vxorem prægnantem repudiauerat,& aliam duxerat. prior enixa filiũ expoſuit.hic ſublatus[s] ab alio,educatus eſt.nomine patris vocatus eſt.vſq;[t] ad tempus vitæ patris,tã ab eo[v],quàm à matre: an in viuorum[x] numero eſſet ignorabatur. mortuo patre, teſtamentoq; eius,quo filius neq; exhæredatus, neque hæres inſtitutus fuit,recitato,filius & à matre, & ab auia paterna agnitus,hæreditatem patris ab inteſtato quaſi legitimus poſsidet. quæſitum eſt, ij, qui teſtamento libertatem acceperunt, vtrum liberi, an ſerui ſint? Reſpondi filium quidem nihil præiudicij paſſum fuiſſe, ſi pater eum ignorauerit:& ideo cùm in poteſtate ignorãtis patris eſſet, teſtamentum non valere[y]. ¶ Serui autem manumiſsi ſi per quinquenniũ in libertate morati ſunt: ſemel datam libertatem infirmari,contrarium ſtudium[z] fauori libertatis eſt.

Vlpianus lib.19.ad edictum. **LEX XXX.**

* Si ſerui,qui apud hoſtes ſunt,liberi eſſe iuſsi ſunt,ad libertatem perueniũt[a],quãuis neq; teſtamenti,neq; mortis tẽpore[b] in poteſtate teſtãtis, ſed hoſtiũ fuerint.

Paulus li.12.quæſt. **L. XXXI.**

Libertas ad tempus dari non

Stichus.] CASVS. Ego teſtator dixi in teſtamento, Stichus ſit liber,ſi codicillis eũ non vetuero eſſe liberũ.dicitur ꝙ perinde eſt,ac ſi dixiſſem, ſi in capitolium nõ aſcendero,ſit liber.nã vtroque caſu me mortuo erit liber,ſi non reuocaui in codicillis, vt in primo caſu: vel ſi non aſcẽdi capitoliũ, vt in ſecundo. Vltimò dicit: ꝙ hæres poteſt inſtitui ſub aliqua de prædictis conditionibus.Fran.Accur.
r ¶ Non aſcẽdero.] quæ conditio locũ habet me mortuo:vt argu.j.de ver.obli. quicquid.§.fi.& de his dixi.ſ.e.libertas.§.j.Ac.

Vxorem.] CASVS. Quidam habens vxorem prægnantem, eiecit eã de domo, accepit aliam: expulſa, in aliqua domo voluit ſtare,& peperit.poſtea partũ eiecit fortè ad aliquod hoſpitale. aliqs recollegit eũ, & tenuit eũ, & nutriuit. pater iſti⁹ pueri veniẽs ad mortem, neſciebat de iſto filio quid eſſet, an ſit viuus vel nõ. inſtituit quẽdam aliũ hæredẽ, & de iſto puero nihil dixit:reliquit ſeruis libertates.ille inſtitut⁹ adiuit hęreditatẽ nũc hic puer venit:& ꝓbat ſe filiũ defuncti:& ſic teſtm̃ ruptũ dicit per ꝑteritionẽ:obtinuit:& ſic habet bona.mõ quęrit̃,qd erit de libertatibus:& dr̃ ꝙ poſtquã ſerui ſteterũt vt liberi per ſpatiũ qnquennij, ammodo nõ debẽt reuocari in ſeruit.Fran.
s ¶ Sublatus.] id eſt natus.
t ¶ Vſque.]cũ ſequentibus iunge.Accur.
v ¶ Ab eo.]ſ.patre.
x ¶ Viuorum.]id eſt an eſſet viuus.Accur.
y ¶ Nõ valere.]ĩ quo præterit⁹ eſt:vt ĩſti.de exhære.lib.in prĩ. Sed contrà.ſ.de inoffi.teſta.ſi inſtituta.§.fi.Sed ibi fuit matris præteritio, quę habetur pro exhęredatione,vt inſti.de exhære.li.§. matris. hîc patris.Accurſius.
z ¶ Studium.]dabunt tamen.xx.aureos:vt arg.ſ.de inoffi.teſta.papinianus.& eſt hîc ſpeciale.aliâs contrà:vt.C.de fideicommiſ. l. eam quam.ſed per aut.videtur eſſe ius commune:vt.C.de lib.præ.aut. ex cauſſa.& facit.C.de inoffi.teſta.cùm ex cauſſa.

* Ordo horũ legũ in pandectis florent. & in uetuſtiſ ſi.Codi.ita obſeruatur ut legẽ ſi ſerui ſequatur lex cũ ex pluribus,deinde lex.ſciẽdũ poſtremo lex libertas.

Si ſerui.] CASVS. Seruo meo licet ab hoſtibus capto poſſum relinquere libertatem:& reuerſus ab hoſtibus habebit eam: licet neque mortis meæ tempore,neque teſtamenti fuerit meus : ſed hoſtium.Fran.Accurſius.
a ¶ Perueniunt.]ſcilicet iure poſtliminij ſi reuerſi fuerint.R. ſic & legati:vt.ſ.de leg.j.id quod.& ad hoc.j.eo.ti.ab omnibus.§.etiam.& j.ti.j.generaliter.§.hoſtium.ſeruo.&.ſ.fa.ercíſ.l.propter.
b ¶ Tempore.]infrà eo,ſeruus.contrà.ſolue vt ibi.

Libertas.] CASVS. Libertas nõ põt dari ad tp̃s,vt ſic, ſis liber vſque ad.x.an.& ſi tale tp̃s apponit̃,tollit̃:& erit perpetua. & h.d.hæc.l.cum.l.ideoq;.quæ eſt.j.proxi.quã continua cũ iſta Fran.

Non poteſt.

a Non potest.] vt sic relicta valeat: sed adiecto tempore valet libertas: vt. ĵ. eo. ideoq́; quæ potest huic cōtinuari. sic. §. de serui. l. iiij. & §. de hære. insti. hæreditas & de adop. quæsitum. sed ex eo die potest dari: vt. §. eo. qui duos. §. fi. & l. testamento manumissus. §. fi. & ĵ. eo. si ita. arg. contrà. ĵ. de regu. iur. l. actus. Accursius.

Cvm ex pluribus.] Nullus. vt ĵ. de reb. dub. si fuerit. & hoc in directis secū 10 dum quosdam. secus in fideicōmissarijs: vt ĵ. de statulibe. l. labeo. in fi. & C. de fideicom. li. l. cùm inter. & l. pe. quæ sunt cōtrà, quod non placet: imò idem in fideicō. vt. §. de rebus dub. si quis de pluribus. & dictæ leges 20 in certis casibus loquuntur. secus si lege tur Stichus: nec appa ret de quo: vt. §. de lega. j. si quis à filio. §. si qs, & sic est deterior cōditio libertatis: q́d est speciale. Item non ob. C. de ver. sig. l. cum quidā. quia ibi alter- 30 natiuè: & sic ponitur vel pro &. Itē nec ob. C. cōmunia de leg. l. fi. in prin. quia & ibi alio casu dicit. Itē not. hîc in dubio esse neutrū. sic suprà, de testa. tuto. duo. & d. l. de reb. dub. si fuerit. & suprà de rei vendi. si frumen 40 tum. §. fina. & de in diem addi. cum duo. in fin. & §. de hære. insti. in tēpus. §. j. sed videtur hodie hæc lex corrigi: vt insti. de lega. §. libertas. & §. sed nec. sed ibi de tali incertitudine dicit, quæ ad certitudinem re- 50 duci potest. Item ar. cōtrà huic. l. §. de his, quæ in testa. delen. l. ij. in fi. sed alio modo erat ibi dubium. Accursius.

Libertatis quandoque deterior est conditio.

* Paulus li. 74. ad edi. aut. Vlpian° lib. 4.

* Paulus lib. 7.

potest [a].

Incertitudo rerum & personarum uitiat legatum. Barto.

Idem lib. 26. ad edic. L. XXXII.

Cvm ex pluribus eodem nomine seruis, vnus liber esse iussus non appareat, qui sit: nullus [b] liber est.

Existentia sui hæredis confirmat libertates. hoc dicit. Barto.

Vlpianus lib. 65. ad edictum. LEX XXXIII.

Sciendum est, necessario [c] hærede existente, quamuis se abstineat, tamē libertates competere [d], si modò non in fraudem [e] legis Æliæ Sentiæ datæ fuerint.

Idem *. LEX XXXIIII.

Deoque [f] si ita scriptum fuerit, Stichus vsque ad annos decem liber esto. temporis adiectio super uacua est [g].

Idem. LEX XXXV.

Seruius existimabat, ijs posse seruis dari testamento directā libertatem, qui vtroque tempore, & quo testamentum fit, & quo moritur, in testatoris fuerint [h] potestate. quæ sententia vera est.

Cui relicta est libertas si iuret. x. operas se da turum filio meo: si iurat, erit liber: non tamen tenetur ex iuramento nisi iuret factus liber, id est post manumißionem. Bar.

Idem *. LEX XXXVI.

Seruum testamento ita manumisit, Si iurauerit se Cornelio filio meo decem operas daturum, liber esto. quæritur, quid iuris sit? Et sciendum est iurando seruum conditionem implere [i]. sed non teneri operarum nomine: quia ni-

insti. l. in testamēto. ī prī. & §. si cer. pe. certū est. & §. e. l. noīatim. Ac.

Libertas.] CASVS. Relinquo tali libertatem cum per. ll. licebit. tenet hæc datio: & erit liber, nisi leges prohibeant eū posse manumitti, quod quandoque faciunt. Fran.

m Licebit.] licebit autem si leges non prohibeant: vt. §. ex quib. cau. necnon. §. j. prohibent enim quandoq́; : vt. §. de ma. l. lege fauia. statim ergo erit li 10 ber, si lex non prohibet. Accur.

si post manumissionem iuret, non obligatur [k].

Idem *. LEX XXXVII.

Nominatim codicillis manumissus videtur seruus, cuius nomen testamento continetur [l].

Idem *. LEX XXXVIII.

Libertas testamento seruo ita dari potest, Cùm per leges licebit [m], liber esto.

Datio libertatis in id tempus quo sit us alienus futurus est, nō ualet: licet statuliber post alienationem fiat liber ex testamento. Item legatum & libertas conueniunt in hoc quia neutrum eorum debetur ante euentum conditionis.

Idem *. LEX XXXIX.

Stichus seruus meus, si eū hæres alienauerit, liber esto. inutiliter libertas [n] datur: quia in id tēpus confertur, quo alienus futurus sit. nec contrariū est quòd statuliber, etiam si vænierit, ex testamento libertatē cōsequitur * Certè vtiliter libertas data, facto hæredis non perimitur [o]. At quid in legato eo modo [p] dato dicemus? Diuersum enim nulla dicetur ratione. nam inter libertatem. & legatū (quantum ad hanc caussam) nihil distat. Igitur nec sic directò dabitur libertas, Si hæredis mei esse desierit, liber esto: quia nullum casum vtilem habet [q].

Pomponius lib. 5. LEX XL.

Iulianus ait, cū idē homo, & per fideicōmissum datur alicui, & liber esse iubetur [r]: hæredem libertatē debere præstare. non enim cogetur (inquit) ex caussa fideicōmissi æstimationem sufferre, cū debitā

* Paulus lib. 9.

Stichus.] CASVS. Stichus seruus meus cùm eū hæres alienauerit, liber esto. hæc datio libertatis nō tenet: & reddit rationē, quia libertas in id tēpus confertur, 20 quo alienus esset, nec videtur aliud in statu libero. nam hæres vendendo interim statuliberum: aduenientē con di. bene fit liber, licet reperiatur alienus. & hoc est ideo, quia factū hæredis nō potest perimere factū defun- 30 cti. Posteà dicit: libertas & legatum similia sunt in hoc, q̀ vtrūq́; relictum sub condi. nō debetur ante cōdi. Vltimò dicit: quidam in testamento reliquit libertatē seruis suis hoc modo: relinquo libertatem talibus seruis, 40 cùm hæredis esse desierint. non valet talis donatio libertatis. F.

* Paulus lib. 22.

* Paulus lib. 13.

* Quippe

n Libertas.] directa: vt & C. e. seruo. secus si dicat, nolo q̀ alterius seruitutē patiatur: vt. ĵ. ti. j. cum fidei. sed hæc ratio quæ sequitur, nō videtur bo 50 na: vt. C. si man. ita fu. al. ne ma. l. ij. sed hîc aderat solius relinquētis voluntas: ibi vtriusq́; paciscētis fuit. vnde succedit consti. etiā eo tempore, quo iam desijt esse tradētis. Ac.

o Perimitur.] vt. C. eo. statuliberis.

60 bertates tamen tenēt, nisi sint relictæ in fraudē creditorū. Frā. Ac.

Sciendum est.] CASVS. Filius institutus licet abstineat ab hæreditate, libertates tamen tenēt, nisi sint relictæ in fraudē creditorū. Frā. Ac.

c Necessario.] scilicet filio, qui est suus, & necessarius. hic quidē potest abstinere. seruus autem qui est tantum necessarius, non potest: vt insti. de hære. qua. & dif. in prin. & §. sui. & §. sed & his. Accursius.

d Competere.] quia remanet hæres nomine: vt. ĵ. ti. j. cum quasi. §. sed & si quis. & §. de bo. lib. l. vj. §. si filius non re. vt. §. de interro. act. si filius. nec ob. C. eo. si hæreditas. quia in extraneo hærede ibi dicit. & de hoc dixi. C. si minor se ab hære. abst. l. j. Accur.

e Nō in fraudē.] puta ī fraudē creditorū: vt ī sti. q ma. nō pos. ī prī.

f Deoque.] hæc iungitur superiori. l. libertas. & dic vt ibi.

70 g Superuacua est.] libertate cum effectu procedente.

Seruius.] CASVS. Ad hoc vt directa libertas possit dari seruo, est necesse, quòd seruus sit testatoris tempore, quo testatur: item tempore, quo moritur. Franciscus Accursius.

h Fuerint.] re vel spe: vt. §. eo. si serui. quæ est contrà. Item hoc in directa: secus in fideicom. vt. C. eo. titu. seruo. & facit. ĵ. eo. libertates. & l. verum est. & insti. de hære. qua. & diffe. §. in extraneis. Accur.

Seruum.] CASVS. Reliq libertatē seruo meo si iuret se daturum decē operas Cornelio meo filio. dicitur quòd si iurat erit liber, non tamen tenetur nec obligatur ex iuramento, nisi iuret 80 factus liber: scilicet post manumissionem. Fran.

i Implere.] sic. ĵ. de statuli. l. stichus si hæredi. & ad treb. hæredib°. in fin. & §. de condi. & demon. Mæuius. & dixi. §. e. si quis libertatem.

k Non obligatur.] vt. §. de op. liber. vt iurisiu. & ĵ. de libe. cau. l. si & quarum re. ac. non da. l. j. §. quæ onerandæ. sed fallit. C. an ser. ex suo fac. l. promissæ. Accursius.

l Nominatim.] Continetur. puta dixi in codicillis, ille, quem in testamēto nominabo, vel noīaui, liber esto. ad qd. §. de condi.

60 p Eo modo.] Tribus modis expone. Primo, si hæres meus Stichum alienauerit, lego. x. eidem seruo. nam non valet quantum ad seruum: sed quātum ad emptorē, cui acquiritur, sic: vt. C. de cad. tol. §. in nouissimo. Secundo sic, si hæres meus Stichū alienauerit, eūdē Stichum Titio lego. nam non valet vt directò transeat dominium in Titium. & secundum hos duos sit similitudo inter hunc & primum casum. l. Tertio secundum R. quia siue libertas, siue legatū sub conditione (puta si nauis ex Asia venerit) relinquatur: est idē, quia interim pendet vtrūque: aduenientē conditione, valet vtrū que: ea deficiē te, vtrūq́; deficit: & secundum hoc dico eo modo. i. sub cōditione. & 70 non respicit primum casum. l. sed illud, q̀ vtiliter est data libertas. & hoc dixit hîc Io. his verbis dato, scilicet ipsi seruo, vel data, scilicet sub conditione, vel non transit directò ad legatarium. Accur.

q Vtilem habet.] facit. §. de vsufruc. titio. ad primum casum legis & vltimum. & caue: quia non vetuit alienare, aliàs si vetuisset alienare, non teneret: vt. §. de leg. j. filiusfamilias. §. diuus. Accur.

Iulianus.] CASVS. Grauaui hæredem vt seruū Stichū daret Titio. Item grauaui istū eundē hæredem, vt manumitteret istum Stichū. dicitur q̀ libertas debetur, legatum non. Secundò, legaui purè seruum Stichum Titio. postea per fideicommissum grauari hære- 80 dem meum, vt manumitteret istum Stichum si nauis ex Asia venerit. Dicitur quòd hæres meus non aliter debebit dare Stichum legatario, quàm si faciat sibi caueri, existente condi. libertati istum Stichum restitui. Vltimò dicit, quod dictū est in prima parte quòd hæres manumittat Stichum: nihil autem dabit legatario, verum est, nisi appareat testatorem voluisse legatarium habere æstimationem Stichi serui. Franciscus.

r Iubetur per fideicom.] vt. ĵ. patet, nam &c.

a ¶ Seruo.] purè legato.& habes etiam hunc casum.j.titu.j. si pater. §.cùm sub conditione.
b ¶ Daretur.] ab hærede legatario.
c ¶ In omnibus.] libertatem fideicom.legato præferri diximus.& meritò,nam &c.R.
d ¶ Datis.] quare constat præferri tali legato:vt.s.eo.si peculium. §.fi. Ferè autem dicit, quia directa proprio: fideicô.etiã alieno seruo relinquitur:vt.C.e. seruo.& de fideicô. liber.deberi.&.s. e. seruus.Item directa purè relicta statim cõpetit adita hæreditate:vt.s. e.l.testamēto. fideicômissaria non nisi præstetur: vt institu.de sing.re.per fidei.re.§. libertas. Tertia differentia est.j.eo. libertates.Quarta colligitur. C.qui ma.nô pos.l.j.& fin.Quinta,quia directa etiã nô petita ipso iure competit:vt.s.eo. testamento.§.j. fideicômissaria non:vt.C.de fideicom.lib.l.si volun tate.in fine.
e ¶ Eã veram.] libertatem præstare hæredem debere:æstimationem nô sufferre : vt in prin.l.dixit Iulia.& facit.s.de leg.ij.si pluribus.& de lega.iij.l.ij. §.iulianus.

* dederit. Libertas directa & fideicom. differunt.

libertatē * reddiderit. ¶ Sed & si sub cõditione seruo [a] libertas per fideicõmissum detur,& ipse præsenti die detur [b] ,non aliter tradere eũ cogetur, quàm vt caueatur, existente cõditione libertati eum restitutum iri. nam in omnibus [c] ferè caussis fideicõmissarias libertates pro directo datis [d] habendas. Sed Offilius aiebat,si adimendi legati caussa fideicommissariam libertatem testator dedisset,eam veram [e] esse.si verò onerari hæredē à testatore legatarius ostenderit, æstimationem nihilominus legatario præstandam.

¶ *Differentia est inter has duas locutiones: relinquo libertatē seruo meo. xij. annos post mortem meam: & relinquo post.xij.annos. Nã primo casu statim illuc scente prima die.xij. anni competit libertas.secundo uero non nisi transacto toto.xij.anno hoc dicit.*

Idem lib.8. LEX XLI.

Si ita fuerit libertas relicta,Stichus seruus meus anno. xij. post quàm ego mortuus ero, liber esto.verisimile est, in principio [f] duodecimi anni eum esse liberũ [g]. nam mortuũ hoc sensisse,& inter hos sermones, duodecimo anno, & post duodecim annos, multũ [h] interest.& ita loq solemus. ¶ Duodecimus annus est,cum quantumlibet ex duodecimo anno venisset aut præterisset. & qui duodecimo anno liber esse iubetur, omnibus diebus anni liber esse iussus est. ¶ Sed si ita [i] sit scriptum in testamento,Stichus seruus meus hę redi meo mille nũmos anno, biennio,triennio post quàm ego mortuus fuero,si soluerit,satisfecerit, liber esto. non poterit is seruus,nisi triennio præterito, liber esse : nisi præsentem eam pecuniã soluat, aut satisfaciat * compensanda [k] enim est hæredibus libertatis celeritas præmaturæ pecu-

* compo= nenda.

Si ita.] CASVS. In testamēto reliqui libertatem seruo meo hoc modo. Stichus seruus meus. xij.an.postquàm mortuus fuero, liber esto. dicitur φ incœpto.xij. anno erit liber. secus si dixissem : post.xij. an.sit liber.tandem reuertitur ad primũ casum,& dicit. duodecimus annus dicitur statim cũ incœpit:& quã tuncunq; transierit ex eo:semper est siue vocatur annus duodecimus.q ergo iussus est esse liber duodecimo anno:omnibus diebus anni liber esse iussus est.Secundò ego testator sic dixi.Stich⁹ seruus meus hæredi meo mille nummos anno biennio triennio post quàm mortuus fuero si soluerit, liber esto. Dicitur, quòd Stichus nô erit liber nisi lapsu triennij,& tunc soluerit prædictam pecuniam.si autem soluat prius:statim cùm soluerit,erit liber quasi celeritas solutionis,quæ fit hæredibus,compensetur cum matura libertate quæ datur. Tertio,reliqui libertatem seruo Sticho intra annũ post quàm mortuus fuero.dicitur quòd statim me mortuo erit liber.& adducit simile. ego testator sic dixi.tu Stiche sis liber si intra annum dederis hæredi meo.x.Dicitur quòd me mortuo si statim soluas hæredi meo, eris liber.Fran.Accursius.

f ¶ In principio.] annus ergo cœptus pro completo habetur [a] : vt dixi.s.eo.si scriptum.Sed contra.j.de ver.obli.qui hoc anno.Sol. vt diximus.C.quando di.lega.ce.l.j.
g ¶ Liberam esse.] quod est fauore libertatis,aliâs secus:vt.s.de le. j.si cui legetur.quæ est contrà.Accur.
h ¶ Multum.] vt &.j.de verbo.signi.l.inter illam.Accur.
i ¶ Sed si ita.] scilicet dies tantum:hic etiam conditio pecuniæ dandæ fuit apposita.Accur.

a Adde qd not.in apostil.in.l.placuit in apostil.l.in ver bo quasi an num vigesi mũ cœpleuerit.s. de ma

k ¶ Compensanda.] aliâs compensanda,aliâs componēda. & dic id est exequanda.sicut enim soluendo totum ante triennium cõpletũ libertatem consequi non potest:vt.j.de sta.libe.cũ hæres. §. seruire. &.l.si triennio.ita nisi statim completo triennio soluat, liber non erit,secundum quosdam.Sed certè imò videtur quòd etiam ante cõpletum triennium, soluendo totum libertatē petere possit, vt hîc innuit, nisi præsentem &c.&.j.de sta.lib. ita tuliberos.§.stichus.& l.si peculium.§.quędã. dic ergo , sicut hæres non poterit eum cogere vt prœmaturè soluat.j.de statulibe.si seruus.§. imperator. ita seruus faciendo seram solutionem non cogit hæredem ad præstandam libertatem.vel retento hoc sensu φ potest ante soluendo consequi libertatem : dic φ hæres cõpenset maturam solutionem pecuniæ,quæ sibi fit,maturæ libertati , quam dat.& sic est plana. & pro hoc est dictus.§. stichus.in fin.sed ad.l. de sta. lib si triennio. respondebis vt ibi. & ad aliam cũ hæres. dic φ in faciendo erat : vt prædict.§.quędam.
l ¶ Statim.] adita tamen hæreditate : vt.s. e.l.testamento. Accur.

numis. quibus adde gloss. ordi. in.c.subdiaconus. in ver.non mi norannis vi ginti. lxxvij. distin. & i cle.eod. deregula. Roma & Alex.in.l.§ bona. §. fi. in penul.co lũ.s.de di. infe. dicunt istũ tex.sin gu.ad hoc φ licet ad promissionẽ nua vel in singulis an nis debeat in fine anni: fallit fauore libertatis vel alteris pię caussæ: quia tãc sta tim debet. Bolo.

niarum solutioni. ¶ Labeo scribit [†] :si sic libertas relicta sit, Stichus intra annum post quàm mortuus fuero,liber esto.statim [l] eum liberum esse.nam & si ita sit scriptũ, Si intra annũ decem hæredi meo dederit, liber esto. statim soluendo, eum liberum esse sine mora futurum.

Marcellus lib.6. LEX XLII.

Siquis ita scripserit, Illum [m] ,illius [n] libertum esse volo,& seruus libertatem petere potest, & ille vt habeat [o] libertum.

Modestinus. LEX XLIII.

Libertates directæ,& testamento,& codillis testamento confirmatis [p] rectè dantur:fideicommissariæ, & ab intestato, & codicillis non confirmatis relinqui possunt.

¶ *Siquis sub modo relinquit libertatem, statim adita hæreditate competit libertas:sed iudicis officio compellitur factus liber implere modũ appositum in testamento.Bar.*

Idem lib.10.respon. L. XLIIII.

Mæuia decedens seruis suis * Sacco & Eutychiæ, & Hirenæ sub cõditione libertatem reliquit, his verbis:Saccus seruus meus,& Eutychia, & Hirene ancillæ meæ, omnes sub hac cõditione liberi sunto, vt monumento [q] meo alternis mensibus lucernam accēdant,& solennia mortis peragant.quæro, cùm assiduè monumento Meuiæ Saccus & Eutychia, & Hirene non adsint,an liberi esse possint : Modestinus respondi neque contextum verborũ totius scripturæ, neque mentem testatricis eam esse,vt libertas sub conditione pœnæ suspensa sit:cũ liberos eos monumento adesse voluerit:officio [r] tamen iudicis eos esse compellendos testatricis iussioni parere,dixit.

¶ *Locutio coniunctiua compellit ad utrunque implendum:secus in disiunctiua.hoc dicit.*

* nomine Sacco.

Siquis.] CASVS. Ego testator sic dixi.Stichũ seruum meum Sempronij libertum esse volo. Dicitur φ per hæc verba,Stichus potest petere libertatem.Itē Sempronius potest petere, vt habeat eũ in libertum.quod fiet,si tradatur ei ad manumittendum.Francis.
m ¶ Illum.] seruum meum,vel alienum.
n ¶ Illius.] extranei.
o ¶ Habeat.] quod fit, si ei ad manumittēdũ d etur.

Libertates.] CASVS. Directa libertas potest dari in testamēto & in codicillis testamēto cõ firmatis. fidei autem commissaria relinquitur ab intest.Itē in codicillis non confirmatis in testamento : vt hoc modo. Rogo eos qui mihi succedēt ab intest.vt Stichum seruum manumittant.vel per similia verba. Fran.

p ¶ Testamento cõfirmatis.] quod fit expressè:vt.C.de codi. siue. & tacite,quando fiunt post testamentum:vt.s.de codi.l.si quis cum nullum.§.testamento.sed ante facti non intelliguntur confirmari testamento secundum has.ll.Item nec tunc quando nullum esset factũ testamentum:vt.s.de codi.l.ante.& hîc subijcit.sed hodie semper videtur confirmare:vt insti.de codi.§.non tantum.& est sic.s.de testa. tu.l.iij.& C.eo.l.ij.Accursius.

Meuia.] CASVS. Quædã mulier reliquit libertatē tribus suis seruis sub modo,vt ipsi tres deberēt apponere lucernam ad sepulturam eius alternis mensibus, & ibi vigilent. Dicitur, quòd isti serui liberi erunt statim adita hæredi.& compellentur officio iudicis stare,& obedire dicto testatricis.Franciscus.
q ¶ Vt monumēto.] improprie dicit cõditionem.cũ modus fiat per vt:non conditio:vt.j.subijcit.& dixi.s.eo.libertas. §.ij. Accursius.
r ¶ Officio.] sic.s.de peti.hæ.hæreditas.§.fi.& C.de reli.l.militis.&.s. de reli-

de reli.siqsſepulchrũ.§.ſumpt⁹ funeris.&.ſ.de annuis leg.qntus.Ac.

QVod vulgo.] CASVS. Si libertas relinquitur ſeruo ſub pluribus cõditionibus,inſpicitur leuior:vt ſi ei pareatur, ſatis ſit.& hoc verum,quando diſiunctæ ſunt.ſi autem ſunt coniunctæ:tunc omnibus parendum eſt ad hoc,vt libertas debeatur.Fran.

a Leuiſsimã.] quæ ſit hæc,dixi.ſ.co.in libertatibus.Accur.

b Omnibus.] ſecus in diſiũctis:vt habes hæc omnia.ſ.de condi. inſtit.l.v.vt inſtitu.de hære.inſtit.§.ſi plures. & ſuprá, de conditio & demon. cũ pupillus. §.diſiuncto.Accur.

ARiſto.] CASVS Seruo relicta eſt libertas cum erit.xxx.an. interim propter delictũ, quod fecerat,dãnatus eſt in metallum,& tandẽ reſtitutus.Dicitur ꝙ pœna impoſita nõ nocet, quin ſtatim cùm erit. xxx.an.cõſequatur libertatẽ, & legatum, ſi quod erat ei relictum. Idem ſi eſt inſtitutus hæres ſub condi.& interim hanc pœnam habuit,& tãdem reſtitutus fuit. nam veniente cõdi.erit liber, & hæres neceſſarius. Fran.

c Reuocetur.] reſtitutione à principe impetrata. Accurſius.

d Legatũ.] libertatis, vel alia res ei erat legata. & facit in. ſtit.de hæred.quali. & differ.§.in extraneis. &.C.qui nõ poſ.ad lib. perue.l.j.Accur.

CVm ex falſis.] CASVS. In codicillis relicta eſt libertas ſeruis danda ab hærede,vel legatario,& præſtita eſt.poſtea apparent codicilli falſi.Dicitur ꝙ non reuocatur libertas, ſed quilibet manumiſſorũ dabit.xx.aureos huic hæredi, vel legatario. Sed ſi fuerit extrane⁹ hæres inſtitutus ſub condi. ſi manumiſerit ſeruum meũ propriũ: & manumiſit , & ſic fuit hæres:tandem autem euicta eſt hæreditas per filiũ defuncti, & ruptum teſtamentũ per querelã,vel aliás apparet teſtamẽtũ falſum:dicitur ꝙ nõ reuocabitur libertas data ſeruo,& ſic quo ad hoc eſt ſimilis hic caſus ſuperiori.tamen in alio diſcordant:quia in ſuperiori dantur.xx.ſolidi à quolibet manumiſſorum:ſed hîc verũ pretium manumiſsi præſtatur.Fran.

e Ab hærede.] vel etiam à legatario:vt.C.de fideicom.lib.l.ij.&.ſ. de iure pa.l.pe.§.j.Accurſius.

f Solidos.] ſuprá,de mino.ſi mulier.contra.Solu.alio caſu ibi loquitur.Accurſius.

g Seruum.] ſuum proprium.Azo.

h Inſtitutus.] hæres.Azo.

i Obtinuerit.] aliàs tenuerit,id eſt obtinuerit Azo.

k Idem.] quo ad hoc,v t non reuocetur libertas:ſed.xx. aurei hoc caſu non præſtantur:ſed verum pretium ſerui conditione ex lege à manumiſſo ſoluitur:vt.ſ.de inoffi.teſt.ſi ſub hac conditione. itẽ ad primum caſum,& ad ſecundum quibus dicitur ex falſis codicillis,& falſo teſtamento libertatem datam nõ reuocari, eſt contrà.C.de pe. hære.l.ſi.§.pe.Sol.vt ibi.& fa.ſ.de inoffi.teſt. papinianus.§. fina. &.l. ſeq.&.C.de inof.teſt.l.cùm ex cauſſa.Accurſius.

SI ſocius.] CASVS. Duo ſocij habebant ſeruum cõem.vnus eorum in teſtamento ſuo reliquit libertatem huic ſeruo cõmuni, ſub tali condt.puta, ſi manumittatur à conſocio meo,ille ſi liber ex teſtamẽto vnius partim.dicitur ,ꝙ ſi alter ſocius manumittat, erit liber : & ſic partim erit liber ex teſtamento : partim inter viuos ex manumiſsione facta ab illo.Fran.

l Familiæ.] ſcilicet teſtatoris:ſi non habeas in tex.Accur.

m Vario iure.] ex vltima volũtate inter viuos , vt hîc fuit, & C. de ſeruo communi manu.l.j.§.is itaque.

TEſtamento.] CASVS. Teſtamẽto militis inueni tur manumiſsio facta hoc modo. Samiã liberã eſſe iuſsi.quæritur, an ſit directa libertas relicta huic Samię:an per fideicõ? & dicitur quòd fauore militis eſt directa.Fran.

n Samiam.] propriũ nomen.Accur.

o Iure militari.] vt &.C.de teſt. mili.l.ex his.ſed in priuato eſſet fideicom.arg.ſ.de dona.ex hac.

QVod diuo.] CASVS. Cauſſa libertatũ cõſeruãdarum relictarũ in teſtamento cõſtitutio Diui Marci adimit tit eũ , qui petit bona ſibi addici.& hoc eſt verũ qñ teſtm̃ eſt irritũ pronunciatũ, & ſic hæres inſtitutus non vult adire, & creditores volunt vendere hæc bona.ſecus autẽ eſſet ſi hęreditas vacaret hærede aliquo nó exiſtẽte : vt qa nullus inſtitutus fuerit: nec aliqs alius veniat ab inteſta.nã tunc deferẽ fiſco.Secundò dicit, ꝙ ſerui quibus relicta eſt libertas in teſtamẽto,debebũt cauere illi, qui hæc bona accipit. quod autẽ in fi. dicit, expone vt in gl.Frã.

p Placuit.] bona addici debere : vt inſtit. de eo cui libe.cau.bo. addi.§.j.

q Irrito.] me nũc hęrede exiſtẽte ex co: vt.ſ.de iniuſto teſta. l.j.in fine.

r Vendita.] i. vendenda a creditoribus. Accurſius.

† Concor. tex in.c.pe. extrà de vi. & hone.cle. lib.vj. & in cle.in plerif que.& ibi gl.& doct. de elec.

* Papi.li. 6.

Idem lib.5.ad edict. LEX XLV.

QVod vulgò dicitur,ſub pluribus conditionibus data libertate,leuiſsimã [a] cõditionẽ ſpectandã eſſe:ita verum eſt, ſi ſeparatim conditiones ſint datæ. quòd ſi coniunctim datæ ſint:niſi omnibus [b] paruerit †,liber non erit.

Pena inflicta poſt mortem teſtatoris qui ſeruo libertatem in certum tempus reliquerat : intra tempus illud non uitiat dationem libertatis ſi antequàm tempus libertatis uenerit,reſtitutus ſit & liberatus ab illa pena.Idem eſt ſi hæres neceſſarius ſit inſtitutus ſeruus.h.d.

Pomponius lib.7. LEX XLVI.

ARiſto Neratio Appiano reſcripſit, ſi teſtamento liber eſſe iuſſus cùm annorum.xxx.eſſet,antè quàm ad eam ætatẽ perueniret, in metallum damnatus ſit,ac poſtea reuocetur [c] :ſine dubitatione cum libertate legatũ [d] ad eum pertinere,neque metallorum pœna ius eius mutari:nec aliud, ſi hæres eſſet ſub conditione inſtitutus.futurum enim eum etiam neceſſarium.

Conſecutus libertatem ex falſis codicillis, tenetur hæredi dare.xx.ſolidos.idem dic de teſtamento falſo uel inofficioſo pronunciato.h.d.

Paulus *. LEX XLVII.

CVm ex falſis codicillis per errorem libertas,licet non debita præſtita, tamen ab hærede [e] fuiſſet: viginti ſolidos [f] à ſingulis hominibus inferendos eſſe hæredi princeps conſtituit. Sed & ſi cõditionis implendæ gratia ſeruũ [g] inſtitutus [h] manumiſerit,ac poſteà filius de inofficioſo agendo obtinuerit [i] ,vel teſtamẽtum falſum fuerit pronunciatum:conſequens erit dicere,idem [k] & in hac ſpecie fieri,quod in falſis codicillis conſtitutum eſt.

Seruus efficitur communis libertus familiæ illius qui eum in teſtamento uoluit à ſocio manumitti,& eius qui eum manumiſit.h.d.

* Idem. LEX XLVIII.

SI ſocius teſtamento ita libertatem dederit, Pãphilus, ſi eum ſocius manumiſerit,liber eſto.Seruius reſpondit,ſocio manumittẽte cõmunem fieri libertum familiæ [l] teſtatoris atque manumiſſoris.Neque enim nouum,aut incognitum eſt,vario iure [m] communi mancipio libertatem obtingere.

* Idem. LEX XLIX.

TEſtamento militis ita manumiſſam,Samiam [n] in libertate eſſe iuſsi, directam libertatẽ iure militari [o] accepiſſe placuit.

* Idem. LEX L.

QVod Diuo Marco pro libertatibus conſeruandis placuit [p] ,locum habet irrito [q] teſtamento facto, ſi bona * vendita [r] ſint.alioquin vacantibus bonis fiſco vendicatis,non habere [s] conſtitutionem locum , apertè cauetur. Seruos autem teſtamento manumiſſos,vt bona ſuſcipiant [t] ,iure cautionem * idoneam offerre, non minus,quàm cæteros defuncti libertos aut * extraneos , declarauit [v] .quod beneficium [x] minoribus annis hæredibus ſcriptis, auxilium bonis præſtitum more ſolito deſiderantibus , non auffertur.

* Idem. LEX LI.

TEſtamento Centurio ſeruos ſuos venire prohibuit,ac petijt [y] ,prout quiſque meruiſſet,eos manumitti. Libertates vtiliter datas reſpondi : cùm ſi nemo ſeruorum offenderit [z] ,omnes ad libertatem perueniant.

* Papianus.li.12.

* Papinian⁹ li. 8.

* Papinianus. lib. 7.reſp.

* Venum itura ſint.

* debitam idoneam &c.

* extraneos.

* Papi. li. 8.reſp.

s Non habere.] vt &.ſ.ti.j.l.ergo.§.ſi bona.

t Suſcipiant.] & aliàs ſuſcipiatur.i.ſuſcipi poſsint.Accur.

v Declarauit.] dicta conſtitutio. Accur.

x Beneficium.] ſ.aditionis:& dic caſum vt.ſ.tit.j.l.ergo.§.j.in prin.& ſecundum hoc deſiderant hæredes reſtitui,vt abſtineant vel repudient. Vel pone ſecundò,vt.ſ.tit.j.l.ergo.§.j.in fi. & ſecundum hoc dices hoc beneficium.ſ.libertatis.ſed ſecundũ hoc deſiderant hęredes reſtitui ad adeundum.& quod ſubijcit minoribus &c. ſunt ab latiui abſoluti,ſecundum vtrũque caſum.& facit.C.eo.l.fi.

TEſtamento ſuo.] CASVS. Centurio in teſtamento ſuo prohibuit ſeruos ſuos vendi,& dixit:prout quiſq; meruit,manumittatur. Dicitur, ꝙ omnes erunt liberi.ſi nemo eorum offendiſſet defunctum.ſi autem quidam eorum offenderint, illi non erunt liberi:alij ſic. Cùm ita.] Quidam in teſtamẽto reliquit libertatem ſeruis ſuis hoc modo.ſerui, qui ſine offenſa fuerint,liberi ſint.dicitur quòd hæc conditio ſic debet intelligi, vt ſerui illi non veniant ad libertatem,quos dominus remoueat ab adminiſtratione , cùm eſſent tanquam ſuſpecti ſui caſtaldi.Fran.

y Ac petijt.] ſed ſi hoc non adiceiſſet:fideicõ.li.petere poſſunt ex primo dicto:vt.ſ.ti.j.generaliter.§.ſi petitum. Accur.

z Offenderit.] de hoc eſt.ſ.eo.l.ſeruos. Accurſius.

a Cum ita.]facit.ſ.eo.ſeruos.Accurſius.

b Negotio.]id eſt per hoc ꝙ malè forte gerebat.& nota eſſe honorem adminiſtrare,& dedecus remoueri,quaſi per hoc de eo dominus non confidat.& facit.ĩ.titu.j.l.fideicommiſſaria.

Imperatores.] CASVS. Miles in teſtamẽto dixit.Stephanũ ſeruum meum liberum eſſe volo.Dicitur ꝙ per hæc verba,directa libertas videt̃ data, & erit liber adita hæreditate.ſed ſi poſteà ex interuallo dixit teſtator,volo tñ vt cũ hęrede meo ſit quouſque iuuenis ſit:& ſi cõtẽpſerit, vel noluerit, iure ſerui. teneat̃: per hæc verba nõ reuocatur libertas. Vltimo dicit.idẽ eſt in pagano,vt licet talia verba dixerit, nõ reuocetur libertas.F.

tatem peruenire poſsint: quibuſdam autem per offenſam excluſis, reſidui in libertatem perueniant. Cùm ita [a] in teſtamento adſcriptum eſſet, Serui qui ſine offenſa fuerunt, liberi ſunto. cõditionem adſcriptam videri placuit, eiuſque interpretationem talem faciendã, vt de ijs in libertate danda cogitaſſe non videatur, quos pœna coercuit, & ab honore adminiſtrandi,vel adminiſtrandæ rei negotio [b] remouit.

Papinianus. LEX LII.

Imperatores Verus & Antoninus,Frõtoni. Teſtamẽto militis his verbis adſcripta libertate. Stephanũ ſeruũ meũ liberum eſſe volo,vel iubeo.adita hæreditate libertas cõpetit:& ideo ea,quæ poſt ea adiecta ſunt [c],Sic tñ vt cũ hęrede meo ſit, quouſque iuuenis ſit: quod ſi noluerit,aut cõtẽpſerit:iure ſeruitutis teneatur.ad reuocandam libertatem,quæ competit,nõ ſunt efficacia [d].Idem [e] in paganorum teſtamentis obſeruatur.

Ius conſiſtens in dando non poteſt impleri per perſonam curatoris adulti.Barto.

Idem. LEX LIII.

Lucius Titius ſeruo libertatẽ dedit,ſi rationem actus ſui ex fide [f] reddidiſſet Caio Seio filio ſuo.cùm annos pubertatis egreſſus [g] fuiſſet Caius Seius,à curatoribus eiuſdem [h] conuentus ſeruus, apud iudicem,omnibus ſatisfecit: exacta cautione [i] à curatoribus, pronũciatum eſt liberũ eum eſſe. nunc Caius Seius filius teſtatoris negat curatoribus ſuis rectè pecuniam illatã eſſe.quæro,an iure ſoluta ſit quantitas.Paulus reſpõdit curatoribus quidem adoleſcentis reliquationem [k].vt conditio teſtamento adſcripta impleatur, non iure ſolutã videri.ſed ſi pręſente [l] adoleſcente pecunia illata eſt,vel in ratione eius relata, impletam conditionem videri,ac ſi ipſi ſoluta fuiſſet.

Error in ſyllaba non nocet.Barto.

c Adiecta ſunt.]ex interuallo:& ſic nõ debet ad ſeruiẽdũ cõpelli: ar.C.de dona. quæ ſub modo perfecta. aliâs ſi incõtinẽti:licet nõ differat̃ libertas, ſeruire cõpelleret̃: vt ſ.eo.libertas.§.ij.&.l. Mæuia. & argu. ſ. de ſol.l.j.Accur.

d Efficacia.]cũ ad tẽpus dari non poſsit: vt.ſ.eo.libertas.

e Idem.]vt nõ reuocetur: ſed ĩ milite fuit directa:licet per verbum volo. in pagano fideicõ.vt inſti.de ſingul. re. per fideicom. §.fi.vel verius vtrobique fuit fideicom.vnde quod.ſ.dicit, competit.ſ.per ſi fideicom.

Lucius.] CASVS. Relinquo libertatẽ ſeruo meo, ſi rationem actus ſui reddiderit Caio Seio filio meo.cũ annos pubertatis egreſſus fuiſſet Caius Seius,tũc curatores Caij conuenerunt ſeruũ,& corã iudice ſeruus omnia reliqua ſoluit curatorib⁹ Caij,& ſeruus pñũciatus eſt liber. Caius autem negat pecuniã rectè ſolutam curatoribus ſuis. quæritur, quid iuris: & dicitur ꝙ ſi non eſt ſoluta ſecundum ꝙ teſtator dixit: ſic non erit ille liber.ſecus autem ſi iuuene pſente eſſet ſoluta:quia tũc rectè eſſet impleta.F.

f Ex fide.]hoc expone:vt.ſ.eod.ſi ita ſcriptum. &. l.qui filium. §.fi.Accur.

g Egreſſus.]hoc eſt quod facit.ĩ.non ſufficere curatori ſolui. & ſic non eſt contra.ſ. eod. qui filium.in princi.& ſuprà, de condi.& demon.ſi fundus.

h Eiuſdem.] Caij Seij.Accur.

i Cautione.]cõfeſsionis vel quodammodo nõ petetur plus.Acc.

k Reliquationem.]id eſt rationem reliquorum : vel ideo, quia partem iam reddiderat.Accur.

l Præſente.]operatur præſentia conſenſum. ſic.ſ.de euict.l.ſi dictum.§.antepe.&.ĩ.de confeſsis,certum.§ penul.Accur.

Qui habebat.] CASVS. Habebam ſeruum nomine Cratinum.dixi in teſtamẽto,Cratiſtus ſeruus meus ſit liber.Dicitur quòd iſte Cratinus erit liber, licet eum nominauerim Cratiſtum,& in ſyllaba errauí. Scripti.]Inſtitueram quoſdam hęredes in teſtamento:& libertatem ſeruis reliqueram.nunc hæredes antè, quàm adeant hæredi.fecerunt pactum cum creditoribus hæreditarijs,vt certa parte debiti eſſent contenti:& ſic adiuerunt hæredi. Dicitur ꝙ libertates relictæ ĩ teſtamẽto tenẽt, ſi teſtator non habuit conſiliũ fraudendi creditores.Fran.

a Et inde eſt ꝙ priuatus aut remot⁹ ab aliquo officio non poteſt iterum ad illud aſſumi: vt eſt tex.in l.ij.C de diuer.offi.lib. xij.& in fi. nota Bal.in l.ij. per illũ tex.cũ glo. C.demanu. vindi. de quo in.c.officij.in fi.de elec.&in.c. poſt trãslationẽ.&ibi Panor.in vlti.no.extrà de renũcia.

Paulus lib.1.

Seuerus.

Paulus lib.15.

Scæuola lib.3.reſpon. L. LIIII.

Qui habebat [†] ſeruũ Cratinum,teſtamẽto ita cauit, Seruus meus Cratiſtus liber eſto quæro,an ſeruus Cratinus ad libertatẽ peruenire poſſit,cũ teſtator ſeruũ Cratiſtũ nõ habebat:ſed hunc ſolũ Cratinũ.Reſpon.nihil obeſſe,quòd in ſyllaba [m] erraſſet. Scripti teſtamẽto hæredes:ante aditam hæreditatẽ pacti ſunt cum creditoribus,vt parte dimidia cõtenti eſſent [n].& ita decreto à pto re interpoſito hæreditatem adierunt.quæro,an libertates ĩ eo teſtamẽto datæ cõpetierint?Reſpõdi,ſi teſtator fraudandi conſiliũ [o] nõ habuiſſet. cõpetere libertates.

Cõditio non impedit competere libertatem, ſi non ſtat per ſeruum cui relicta eſt libertas, quin conditionem adimpleat.h.d.

Martianus. LEX LV.

Libertate ſub cõditione [p] data, huc iam decurſum eſt, vt ſi p ſtatuliberũ nõ ſtet,quò minus cõditioni pareat quamuis nec per hæredem quidem ſtet [†],tamen ad libertatem perueniat [q].Quod credo rñderi oportere,& ſi p fideicõmiſſum [r] vtiq; hæreditarijs ſeruis data fuerit.Non abſurdè libertas & de hęredis ſeruis idem dicetur.

Si hæres grauatus eſt emere ſeruum,& manumittere, ſi ſeruus ille.x.daret, ſeruo.x.non dante non perueniet ad libertatem.& conſydera differentiam inter iſtum caſum & ſuperiorem:quia non ſunt contrarij.

De ijs autem,quos redimẽdos [s] habebit,nõ in [t] iuſtè dubitamus,ſi quidem eo caſu iniquũ erit,hæredem perinde compelli debere redimere eos,atque ſi conditio impleta eſſet,ꝙ fortè dominus prohiberet conditioni parere [v],vt & pretium perciperet [x] & in cõditionem non erogaret [y].

Eſt in electione ſerui poſtquàm conditio extiterit:utrum uelit eſſe libertus Orcinus,uel libertus hæredis hoc dicit.

Paulus lib.1. LEX LVI.

Si quis ſeruo teſtamento dederit libertatem, & directò, & per fideicommiſſum: in poteſtate ſerui eſt:vtrũ velit ex directò,

m In ſyllaba.]ſic.C. de teſta.quoniã.& inſti.de lega.§. ſi quis in noĩe. &.C.de formu.l. j.&.ij.&.ſ.de ſtatu ho. imperator.Sed arg.cõtra.ſ. de legat.j.l.iiij. Accurſius.

n Contenti eſſent.] quod pactũ valet: vt ſ.de pact.l.iuriſgen.§. ſi ante.

o Conſiliũ.]qđ ſufficit in fideicõmiſsis:ſed in directis neceſſarius eſt etiã euẽtus: vt.C.q ma. nõ poſ.l.j.& fi. ſed qs hoc petet? creditores nõ,qa pepigerunt. hæredes nõ : vt.C.de ſer pig.da. ma.l.ſi creditorib⁹.& ita erit mirum,ꝙ nõ tenent libertates:vt inſti. qui ma. non poſ.in prin. & tamen nemo poteſt hoc allegare.Accur.

Libertate.] CASVS. Titius reliquit libertatẽ directã ſeruo ſuo, ſi daret Stichum abſentẽ in vicariũ.Dicitur ꝙ ſi ſeruus nõ poteſt dare vicariũ:tñ erit liber. idẽ eſſet,ſi per fideicõmiſſum dediſſet ei libertatem. & hoc quod dixi in ſeruo teſtatoris:idẽ etiã dicas ſi eſſet ſeruus hæredis.ſecus autẽ eſſet ſi hæres eſſet grauatus emere ſeruũ, & manumittere ſi daret.x.ſeruus ille hæredi:de quib⁹.x.eũ emeret.nam ſi ille ſeruus nõ poteſt dare decem hæredi:nunquam hæres compellitur ad emendũ,& poſteà manumittendum. Franc.

p Libertate ſub cõditione.] miſta,puta ſi det vicarium abſentem:vt.C.de condi.inſer.l.fi. & facit.l.iij. & de inſtitu. & ſubſtitu. l.ij.& de neceſ.ſer.hęre.inſti.l.fi.

q Perueniat.] niſi appareat quòd teſtator noluit eum eſſe liberum,niſi cõditio impleta ſit: vt.ĩ.eo.l.fina. Accurſius.

r Per fideicommiſſum.]primo ergo caſu directò fuit relicta.

s Redimendos.]rogo te hæredem,vt Stichum,& Pãphilũ emas: & manumittas ſi dederint tibi.x.cum quibus eos emas.Accur.

t Non iniuſtè.]aliâs non iuſtè.Accur.

v Parere.]id eſt dari decem ad redemptionem.

x Perciperet.]de burſa hæredis.Accur.

y Non erogaret.]id eſt conditioni parere non ſineret.M.& facit ſ.de condi.ob cauſſam.l.iij.§.fi.Accur.

Si quis.] CASVS. Dixi in teſtamento meo, ſi nauis ex Aſia venerit,ſis liber.item poſteà ſic dixi. ſi nauis ex Aſia venerit,rogo

Addead tex.bene facere qa etiã error huiuſmodi de quo in tex. nõ vitiat inſtrumẽtũ in c. ex parte. de fide inſtru. extrà Bolog.

al.Marcianus.

Marcellus lib.2.

Et ſi per eũ ſtaret ſtatim & vno momento haberet̃ pro impleta :ita ꝙ ſi poſt peniteret, & vellet eam impleri.nõ audiretur: vt no.Bald. in.l.j.in fi. C.de inſtit. & ſubſti.& in.l.executione.in.fi. & ibi omnino Alex.ĩ. de ver.obl.

& in cõditionem erogaret.

rit,rego hæredem meum vt te manumittat.Dicitur quòd iã veniente conditione est in electione serui,an directò,an per fideicõmissum velit esse liber.Fran.Accursius.

a Peruenire.]facit.j.tit.j.generaliter.§.fi.&.s.co.l.j.& altero casu est Orcinus,altero hæredis libertus:vt insti.de singu.reb.p fideicõ.reli.§.qui autem.Ac.

Siquis.] CASVS. Licet diues succedat pauperi, nõ ppter hoc libertates datæ testamẽto valẽt amplius, licet qdã dicerẽt cõtra,& malè. Scđò dicit:qdã nõ soluẽdo existẽs reliqt libertatẽ seruo suo, cũ æs alienũ sit exolutũ. Dicũt quidã nõ effici liberum.Alij dicũt, q hoc valet,cùm nõ in fraudem creditorũ sit manumissus. Francis.

b Traditum est.] & bene:vt &.C.e.l.ĩ fraudem.&.j.qui & à qui. cùm hæreditas.&.l.si mortis.§.fina.

c Decesserit.]nõ tñ respiciunt̃ tpe mortis: sed aditæ hæreditatis:vt dicta l.si mortis.in prin.Accur.

d Consiliũ.]de directa ergo dicit:qa in fideic.sufficit solus euẽtus:vt.C.qui ma.non pos.l.j.&.l.fi.Accur.

e Curare.]sic ergo q apponit cõditionẽ,videt̃ velle eã adimpleri.sic.C.de cõdi. inser. cũ patrẽ.Sed ar.cõtra.s.de cõdi.ĩsti.l.verba.& no.hac.l.mirũ q hic nõ erit liber,nisi cõditione impleta:nec tñ poterit à creditoribus in seruitutẽ reuocari, nec ab hrđe dñi:vt no.s.e.l.q habebat.§.fi. vel verius,vel in alio seruo fiet in isto:qa nõ vr̃ ei fuisse data libertas:vt.j.eo.l.titia.§.fi.

Verũ est.] CASVS. In testamẽto reliqui libertatẽ seruo:tãdẽ eũ vẽdidi. quærit̃ an libertas extincta videat̃.& dicit̃ q si antè, quã adeatur hæreditas mea, reuertat̃ in bonis meis: libertas tenebit. Franciscus.

f Liber esse.]scilicet directò.

g Peruenire.]cõtrà.s.e.seruius.& insti.de sin.re.p fideicõ.rel.§.q aũt.qbus dicit̃ à tpe mortis debere esse defuncti.So.satis esse videt̃ defuncti,si hęreditarius fiat:cũ hæreditas sustineat vicẽ personę defuncti:vt insti.de hære.institu.§.seruus autem.& suprà,de hære.insti.l.non minus.§.j.& facit suprà eo.l.serui.sic suprà,de hæredi.institu.quoties.§.seruus cum libertate.vbi dicit idem in instituto.sed argu.contrà suprà, de adimen.lega.cùm seruus.

an ex fideicommisso ad libertatẽ peruenire[a].& ita Marcus Imperator rescripsit.

Licet diues succedat pauperi,nõ propter hoc libertates testamẽto datæ magis ualent:licet quidam dicerent contra,& male.Secundo dicit: si quis relinquit libertatem seruo cum æs alienum solutum fuerit,ualet talis datio:cum non habeat animum fraudandi creditoris hoc dicit.

Caius. LEX LVII.

Siquis locuples egẽti hæres extiterit: videamus,an ea res testamento datis libertatibus proficiat,vt creditores fraudari nõ videãtur. Et sanè sunt quidã qui cũ hæres locuples extaret, tale esse crediderunt, quale si ipse testator adauctis postea facultatib⁹ decessisset. Sed mihi traditum est[b],hoc iure nos vti,vt ad rem non pertineat locuples,an egenus hæres extiterit,sed quarum facultatum testator decesserit[c].quam sententiã Iulianus adeò sequitur, vt existimet,ne eum quidẽ libertatem consecuturum,quem is, qui soluendo nõ esset,ita liberum esse iussisset, Cùm alienum æs solutũ erit, Stichus liber esto. Sed nõ est hoc consequens Sabini & Cassij sententiæ, quã & ipse sequi videtur, qui existimãt,consilium[d] queq; manumittentis spectare debere. Nã & qui sub ea conditione seruum suum liberum esse iubet:adeò sine fraudis cõsilio liberum esse iubet, vt apertissimè curare[e] videatur, ne creditores sui fraudentur.

Seruus liber esse iussus, & à testatore ante mortem alienatus: si rursus ante aditam hæreditatem reuertitur in bonis testatoris,adita hæreditate efficitur liber. Hoc dicit.Lex sequens ponit casum longum.

Marcellus. LEX LVIII.

Verum est,cũ, qui liber esse[f] iussus esset,alienatũ à testatore,si ante aditam eius hæreditatẽ rursus hęreditarius fieret, mox cum adiretur hæreditas, ad libertatem peruenire[g].

Scæuola lib.23. LEX LIX.

Titia seruis quibusdã & ancillis nominatim directas dedit libertates,deinde ita scripsit,Et pedissequas omnes,quarum nomina in rationibus meis scripta sunt, liberas esse volo. quæsitum est, an Eutychia,quæ testamẽti facti tempore inter pedissequas libertatem acceperat,mortis autẽ tẽpore inueniatur actori[h] in cõtuberniũ[i] tradita:ex generali capite pedissequarum libertatẽ consequi possit. Respondi nihil impediri libertatẽ pedissequæ quæ mortis demum tẽpore pedissequa esse desijt. ¶Puram & directã dñi sui testamento libertatẽ Stichus acceperat: & ex hæreditate multa per fraudẽ amouisse dicitur.quæsitũ est an non antè libertatẽ proclamare debeat, quàm ea,quæ ex hæreditate amouisse probari poterit, hæredibus restituerit?Respõdi secũdũ ea,quæ proponerentur,eũ,de quo quæritur,liberum esse. Claudius videtur absoluisse & id, de quo quærit̃. nã hæredibus satis consultum est edicto de furtis[k]. ¶Lucius Titius testamento suo ita cauit,Onesiphore,nisi diligenter rationẽ excusseris,liber ne esto.quæro,an Onesiphorus ex his verbis libertatẽ sibi vendicare possit? Respon.ijs verbis,quæ proponerentur, libertatẽ adimi potius,quàm dari[l].

Falsa demonstratio nõ uitiat legatum.Hoc.d.

Idem lib.33. LEX LX.

Testamento ita cauit, Εὔδονι βούλομαι δοθῆναι νομίσματα χίλια, ἐπειδὴ φθάσαν γεννηθῆναι μετὰ τὸ τὴν μητέρα αὐτοῦ γενέσθαι ἐλευθέραν†, quæro, an Eudo,etsi nõ probet se post manumissionem matris suæ natũ,possit his verbis testamẽti libertatẽ† cõseq? Rñdi nõ oportere huiusmodi consultationem[m] præiudiciũ parare.

Pomponius lib.12. LEX LXI.

Scio quosdam testatores efficere volẽtes ne serui vnquam ad libertatem perueniant, hactenus scribere solitos,Stichus cùm morietur, liber esto. sed Iulianus ait, libertatem quæ in vltimum vitæ tempus cõfertur,nullius momenti esse: cùm testator impediendæ

Titia.] CASVS. Titia in testamẽto suo reliquit libertatem quibusdam suis seruis,& ancillis:tandem sic dicit pedissequas omnes,quarum nomina scripta sunt in rationibus meis, liberas esse volo inueni quandam ancillam nomine eutychiam quæ erat pedissequa tempore testamenti.tempore mortis Titiæ inuenitur cuidam seruo castaldioni in contubernium tradita, & sic desijt esse pedissequa.quæritur,an sit libera ex illis verbis,pedissequas omnes &c. & dicitur quòd sic,inspecto quòd tempore testamenti erat pedissequa. Puram.]Reliqui libertatem directã seruo meo in testamento.tandẽ hic seruus multa surripuit de hæredi.Dicitur quòd propter hoc non vitiatur libertas, quin sit liber hęreditate adita. hæres enim meus habet acti.in factum contra illum furem pro rebus subtractis. Lucius.]In testamẽto sic dixi:Onesiphore liber ne esto, nisi rationem diligenter excusseris. Dicit̃, quòd per hæc verba non videtur libertas data, posito quòd appareat eum diligẽter ratiões excussisse:sed potius per hæc verba videtur adimi libertas.Franciscus.

h Actori.]s.seruo.

i In cõtuberniũ.] ergo non pedissequa. Azo. & facit suprà, de lega.iij.l.legatis.§.j.Accursius.

k De furtis.] per actio.in factum:vt infrà,siquis testa.lib.esse ius.l.j. in principio. Azo.

l Quàm dari.]vnde & si primo fuisset data, nunc reuocaretur:vt suprà, de adimen.le.l.legata inutiliter. & de condi & demon.cum tale. §.final.& suprà eodem.l.si quis locuples.sic ergo nisi positum in hac lege non ponit:de quo plenè dixi suprà , si quis cautionibus , si eum. in fine. Accursius.

Testamento.] CASVS. Testamento meo ita dixi. Eudoni, quia primogenitus est matris suæ postquàm libertatem accepit, centum dari volo. quæritur, an Eudoni necesse sit probare eũ fuisse primogenitum matris iã factæ liber, vt legatũ consequatur?Respon. quòd non.F.

m Cõsultationẽ.] id est id quod dixisti in consultatione:quia præuenit &c.nam valet legatum etiã si nõ sit primogenita,non obstãte falsa caussa[a]: vt.s.de con.& demõ.l.demõstratio. cũmodo post manumissionem matris sit nata,& sic libera Sed quid si erat ancilla,quia prius nata: an per hæc verba testantis erit libera?quidam sic:licet sit ar.contra.C.de lega. seruus. &.C.de testamento mili.lege ex his.

Scio.] CASVS. Si dico: Stichus cum morietur,liber esto: dicitur quòd non valet. idem est si dicam Stichus si non ascenderit capitolium , liber esto. nam non valet , cùm donec viuit possit ascendere:nec in hoc casu præstabitur mutiana cautio,puta,quòd non ascendet.sed si sic dico:Stichus si Capuam ierit, liber esto : aliàs non hæc adiectio est superflua. idem si sub aliqua alia condi.liberum esse iussi. aliàs nolo cum manumitti.nam

Paulus li.3.

al.decest. non.

adiunctis

prosequitur.

Labeo

existimat.

Martianus lib.3. al.Mætia nus.

an ante in libertatem.

ab hære dibus.

vide in hũc. §. Alcia.li. parado.v.c.iiij.

immo ponit veritamen adimpleta conditione s. post redditas rationes ut Alciat9 tradit. et hec doctrina optime roboratur p ea que Bar. tradit in l. ja in ija q. de condi. et demo. vbi tradit de significatione huius dictionis nisi.

id est,Volo,vt Eudoni dẽtur mille solidi,eo q primo sit genit⁹ post eà, quã mater eius ad libertatem peruenit.

liberalitatem.

a Adde me hus gl. in. l. si quis in fundo. & in. l. quidam testamẽto. ff. de leg. j.

hæc adiectio est superflua. neutro enim casu cogitur hæres manumittere ante euentum condi. Franc.

a ¶ Intelligatur.]vt.s.eo.l.libertas.in prin.
b ¶ Appareat.]qd si nō apparet, serua quod dicit.s.e.l.libertas.§.j.
c ¶ Cautioni.]vt caueat se capitolium non ascendere:& sic fit liber. M. hæc est enim cautio mutiana: vt.s. de condi.& demon.l.mutianæ.
d ¶ Ierit.]nisi fortuito casu impediat: vt.s.e.libertate.i prin.
e ¶ Nihil valere.]i. pro superuacua est habēda: cùm neutro casu compellatur hæres antè manumittere: sed certè imò vtilis: cum prohibitus non possit interim manumitti: vt.s.de manu.seruus. aliàs sic: vt.C.de latina liber.tol.§.sed & si sub cond:?Respon.hîc loqui quando fuit ironicè prohibitus, non propter aliquam caussam.s. suū delictū, vel hæredis cōmodū: quo casu prohibitio non valet: vt.s.de leg.j.l. si liusfa.§.diui.& de leg.iij.lucius.in princi.

magis, quàm dādę libertatis gratia ita scripsisse intelligatur[a]. & ideo etiā si ita sit scriptum, Stichus, si in Capitolium nō ascēderit, liber esto: nullius momenti hoc esse, si appareat[b] in vltimum vitæ tempus conferri libertatem testatorē voluisse: nec Mutianæ cautioni[c] locum esse. & si ita in testamento scriptum fuerit, Stichus, si Capuā ierit, liber esto. non aliter liberum esse, quàm si Capuam ierit[d]. Hoc amplius Octauenus aiebat: si quis in testamento sub qualibet conditione libertate seruo data, ita scripsisset, Ante conditionem nolo eum ab hęrede liberum fieri. nihil valere[e] hanc adiectionem.

TITVLVS V.
De fideicommissariis libertatibus.

¶ *Absentia uel dolus latitantium fideicommissariorum non obstat, quin præsentes fideicommissarij possint seruo fideicōmiss. dare libertatē. h.d.*

Vlpianus lib. 70. LEX I.

SI quidā ex ijs, qui fideicommissariā libertatē debeāt, præsentes sint, alij ex iusta caussa absint[f], alij latitent[g]: perinde is, cui fideicommissaria libertas relicta est, liber erit[h], atque si soli qui adessent, & qui ex iusta caussa abessent, rogati essent. Pars ergo latitantium his[i] proficit[k].

¶ DE FIDEICOMMISSARIIS LIBERTATIBVS.

SI quidam.] CASVS. Titius instituerat per fideicom. vt hæredes manumitterēt seruos suos postquàm adiuerint hæredi. duo ex hęredibus incipiunt absentare se iusta de caussa. alij duo latitant nolentes præstare libertatem. alij duo sunt præsentes. Dicitur φ serui efficiuntur liberi per senatuscon. & erunt liberti istorum præsentiū & absentium iusta de caussa Franciscus.

f ¶ Absint.]qui isti sunt habes.j.eo.si eum.§.fi.&.l.neque infantes.& l.non tantum.§.senatuscon. Accursius.
g ¶ Latitent.]De hoc dic vt.j.quibus ex cau.in pos.ea. fulcinius. §. quid sit latitare.&.§.latitare.&.§.illud sciendum. Accur.
h ¶ Liber erit.]ex rubriano senatusc.vt.j.e.cū vero.§.subuentum.
i ¶ His.]scilicet præsentibus, & ex iusta caussa absentibus.
k ¶ Proficit.]vt eorum tantum sit libertus: vt.j.eod.si eum.§.eorum. & l.neque.& facit.j.eo.si legatario.§.fi.

SIquis.] CASVS. Quidam ab intesta.decedens in codicillis reliquit per fideicom. libertatem seruis suis. tandem nullus ei succedere vult. Dicitur φ fauor consti.diui Marci extēditur ad hūc casum, scilicet vt vnus seruus sit liber: & habeat bona defuncti si idoneè vult cauere creditoribus domini de soluendis omnibus debitis: & etiā absque promissione tenebit creditoribus dñi vtili. & hæc sunt vera, qñ est certū nullū aliū velle succedere. si autē est dubiū, nō habet hoc locū. Sed quid si ille qui poterat succedere ab intesta. est minor.xxv.an.& nolit succedere, imò repudiat: an vnus de seruis poterit accipere bona?& videt φ nō: qa pōt restitui, & bona habere. sed tamē dicitur, φ bene vnus de seruis poterit petere bona, & habebit, & erit liber, & omnes alij serui, quibus testator reliquerat libertatem. nec reuocantur libertates, licet minor restituatur, & habeat bona. Item dicit, φ qñ vnus de seruis petit: siue petat præsentibus alijs cōseruis omnibus, siue nō, siue etiā inuitis, nō est vis. nam oēs erūt ammodo liberi, & quibus purè relicta erat libertas, statim erūt liberi. quibus ex die, die veniēte. quibus ex cōdi. cōdi. veniēte. & etiā si oībus relicta erat libertas sub cōdi. prædicta habebūt locū, vt vnus de seruis possit interim arripere bona defuncti dñi. & si aliqbus relicta erat libertas si dederint.x.hæredi, dari debebūt ei seruo, qui accipit bona defuncti. Postea dicit. serui quibus per fideicōmissum erat libertas relicta, erūt manumittēdi ab isto seruo, qui acceperat bona defuncti domini tanquā libertatū cōseruādarū caussa.
¶ Addici.]Ita demum auditur seruus petens bona domini sibi addici caussa libertatum conseruandarum, si idoneè cauet creditoribus domini, de toto debito soluendo. Idoneè autem dicitur cauere, si dat fideiussores, vel pignora: vel aliter eis satisfacit ad eorum voluntatem. & debent cogi creditores omnes vnum ordinare, cui caueatur nomine omnium. & debet hæc cautio præstari prius, quam accipiat bona. & cōtinet hæc cautio omne debitum, scilicet sortem & vsuras. sed alij serui, quibus erat relicta libertas in testamento purè, cuius erunt liberti?& certè testatoris, nō istius, cui addicta sunt bona: nisi sub hac condi. acceperit bona, vt illi sint ei⁹ liberti, & illi cōsenserunt: & iste qui efficit patronus eorū, erit tutor eorū, vel alicuius eorū, si inueniatur aliquis eorū impubes. postea dicit. pone, φ testator rogauerat seruos alienos manumitti. iste q accepit bona caussa libertatū cōseruandarū, cogetur eos emere, & manumittere. Quid si legauerat seruū suum, & eū rogauerat de manumittendo, nunc aliquis accipit bona caussa libertatū cōseruandarū?Dicit, φ legatū tenebit, & cogetur legatarius præstare libertatē. & hæc eademque dicta sunt de seruo, locū habent in fisco accipiente bona alicui⁹ defuncti caussa libertatum conseruandarū. secus si ex alia caussa accipiat: vt quia caduca, vel simili de caussa. Sed quid si hic testator, qui reliquerat libertatem, erat minor.xx.an.& bona ei⁹ sunt addicta?Respon. libertates, quas per fideicom. reliquerat debebuntur, si ex tali caussa reliquerat, ex qua etiam viuens poterat manumittere. Sed qd si in fraudem credi.reliquerat libertates, nūquid debebūtur ab eo, cui bona sunt addicta?& certè si vnus de seruis, cui sunt addicta bona cauerit creditoribus de omnibus debitis soluēdis, bene debebuntur omnes libertates: nec nocet creditoribus, cùm eis sic cautum ab isto, qui habet bona, de omnibus debitis soluendis, si autem fiscus accepit bona caussa libertatum conseruādarum, adhuc idem videtur, quòd non debeantur libertates: cùm & si adita esset hæreditas à vero hærede, directæ libertates non valerent, si in odium creditorum sint relictæ, & ex hoc habent damnum. Item fideicommissariæ non valerent si euentu fraudarentur creditores: licet non fuerit animus fraudādi. sic ergo, & in nostro casu debet esse, cum fiscus habuerit bona. & hoc est verum. ¶ Si bona.]Testator decedens reliquerat libertatem seruis, & dum nemo vult succedere, venit de seruis eius vnus: & ei sunt addicta bona caussa libertatum conseruandarū procuratore fisci sciente, & volente. bona ammodo si habere vult non auditur. si autem eo nesciente sunt data bona vni de seruis, & nunc procu.fisci vult habere bona, auditur, si lucrosa sunt bona alioquin non. Posteà dicit quòd ille cui addicta sunt bona, est loco bo.possessoris. vnde & iura sepulchrorū habet: & tenebitur ex stipulatione creditoribus hæredi. si eis cauerit. alioquin non. et si pluribus puta duobus sunt addicta bona, ammodo habebunt hæc bona communia & cōmunes libertos, & fami.er.inter se agere poterunt ad diuidenda hæc bona. h.d. cum duabus legibus sequentibus. Franciscus.

¶ *Ad confirmationem eorum quæ in testamēto relinquūtur, requiritur aditio ab intestato. Bar.*

Idem lib. 10. LEX II.

SIquis intestatus decedēs, codicillis dedit libertatē[l], neq; adita sit ab intestato hæreditas: fauor[m] cōstitutionis Diui Marci debet locū habere & hoc casu: quę[n] iubet libertatem cōpetere seruo, & bona ei addici, si idoneè creditoribus cauerit de solido, quod cuiq; debetur, soluendo.

Idem lib. 5. LEX III.

IN quem[o] etiam vtiles actiones plerunque[p] creditoribus competunt.

Idem lib. 10. LEX IIII.

ERgo[q] quamdiu incertum sit, vtrū existat successor, an nō, cessabit constitutio: cùm certum esse cœperit[r], tunc erit cōstitutioni locus. ¶ Si is, qui † in integrum restitui potest[s], abstinuerit se hæreditate: an quandiu poterit in in-

l ¶ Libertatem.]per fideicom.vt.s.ti.j.libertates. Accursius.
m ¶ Fauor.]non verba, quę testamento facto demum locum habent: vt institu.de eo cui lib.cau.bona addicun. §.j.&.§ in primis.& fa. suprà titu.j.quod diuo.&.C.de testa.manu.l.fi.in princip. & continua seq.legibus ad istam.
n ¶ Quæ.]constitutio. Accursius.
o IN quem.]scilicet eum, cui bona addicuntur.
p ¶ Plerunque.]scilicet quando non intercessit stipulatio: aliàs datur directa ex stipulatu: vt.j.l.proxi.§.penul.
q ERgo.]id est quia dictum est suprà, prox.in.l.siquis. quòd non adita hæreditate seruus potest accipere bona caussa libertatū conseruandarum. Accursius.
r ¶ Cœperit.]successorem non extare: vt insti.de eo cui liber.cau.§. tunc constitutionis.&.j.proxi.§. Azo.
s ¶ Potest.]vt quia minor.xxv.an.

† Not. φ ea quę dependent ex sola principis voluntate seu facultate, iudicantur esse impossibilia. ad hoc dicit istū tex. sin gu. Bald. in c. j. versic. mō venio ad gl. in tit. hîc finit lex. in princ. in iiij. col. sed tū aduerte qa iste textus hoc non probat vt videre poteris hîc in nouis interpreta. Bolog. Adde do. meū do. la. may. in ad. di. ad Christop. por. in §. sed quod principi. institu. de iure natu. Gemi. in. c. cū cuncta. ix. q. iiij. & Car. in de. fi. de sentē. excom.

Restitui.

tegrū restitui[a], existimemus cōstitutionē cessare, q̄a nō est certū ab intestato nemine successorē extare[b]? Est tamen[c] verius, admittendam constitutionē[d]. Quid ergo, si post additionē libertatum cōseruādarū caussa factā, in integrū sit restitutus? Vtiq; nō erit dicēdum, reuocari libertates, quæ semel[e] cō petierūt. ¶ Illud videamus, vtrum præsentes[f] esse debeant, qui libertatē acceperūt[g], an verò nō. Et cū inuitis[h] alijs possint bona propter libertatem addici: vtiq; etiam absentibus quibusdam possunt addici. Quid ergo, si quidā præsentes sunt, quidam absentes? videamus an etiā absentibus competat libertas. Et pōt dici exēplo aditæ[i] hæreditatis, cōpetere libertatē etiam absentibus. ¶ Si ex die data sit libertas: an dies expectandus sit? Et puto expectandū[k]. antè ergo non addicentur[l]. ¶ Quid deinde si sub conditione data sit libertas? Et si quidem * alia purè, alia sub conditione: vtiq; addici statim possunt. Si omnes sub conditione: quid cō sequens erit dicere? vtrū expectandum, vt conditio existat, an verò statim addicimus? Et dicimus tūc demum competituram libertatē, cùm extiterit libertatis conditio? quod magis erit probandū. ¶ Additis itaque bonis, directæ libertates purè datæ, statim[m] cōpetūt: ex die, cùm dies venerit: conditionales, cùm conditio extiterit. Nec erit ab re, existimare, etiā pendēte cōditione libertatū, (licet omnes sub conditione datæ sint) cōstitutionem locū habere. Vbi eñ libertatis spes est, ibi dicendum est vel modica data occasione[n] (quod sine damno creditorū futurum est) addictionem admittendam.

¶ *Facultas implendi conditionem ad hæredem transfertur. Bar.*

¶ Si sub cōditione † dādorum decē libertas data sit: siue hæredi dare iussus sit, qui libertatem acceperit[o], siue non sit dictū cui[p]: an dādo ei, cui bona addicēda sunt, perueniat ad libertatē, quæri potest. Et magis est, vt ei dari debeat, cui bona addicta sunt, quasi conditio translata[q] videatur. Certè si alij quā hæredi dare iussus sit: ipsi, cui dare iussus est, dabit. ¶ Hi qui fideicōmissariā libertatē acceperunt[r], nō statim, vbi bona addicta sunt[s], liberi sunt: sed fideicōmissariā libertatē possunt consequi: hoc est, manumittēdi sunt ab eo, cui bona addicta sunt. ¶ Addici ita demum bona voluit[t], si idoneè creditoribus cautum fuerit de solido quod cuique debetur. Ergo cauendū est idoneè. Quid est idoneè: * satisdatione vtique, an pignoribus datis? Respōdi, Et si ei fides[v] habita fuerit ꝑmittēdi sine satisdatione: idoneè cautum videbitur. Creditoribus tñ caueri queadmodū debet? vtrū singulis? an verò omniū nomine[x] vni ab ipsis[y] creato[z]? Et oportet officio iudicis cōstitui, con uenire creditores, vnūq;[a] creare, cui caueat omniū noīe. ¶ Illud videndū est, an caueri debeat creditoribus, & sic addici bona: an verò sub conditione hac sint addicēda, si fuerit cautum. Et puto sic cōprehendendū decreto[b] si omnia[c] ex cōstitutiōe Diui Marci facta sint. De solido vtique sic accipiemus, de sorte & vsuris[d] debitis. ¶ Hi, qui ad libertatē peruenerūt, quorum liberti fiant, cōstitutio ostendit[e]: vt qui directā libertatē * acceperunt, Orcini[f] sint liberti: nisi fortè is, qui sibi ad dici bona desyderat, ita velit addici, vt etiam ij, qui directā libertatem acceperūt: ipsius liberti fiant[g]. ¶ Qui autem volunt ipsius liberti fieri, vtrum manumittendi sunt ab eo, an verò ipsa addictione hoc cōprehendēdū est,[h] ea conditione sibi addici bona, vt ij etiam, qui directā libertatem acceperūt, ipsius fiant liberti? Et puto hoc esse probandum vt ipsa addictione hoc cōprehēdatur. id quod verba quoq; constitutionis admittunt. ¶ Cū autē seruus libertatem nactus est: vtique etiā tutelam eius habebit[i] is, cui bona addicta sunt. ¶ Si alienos seruos rogauerit testator hæredem manumittere: vtrum dicemus constitutionem locum habere, an verò cessabit constitutio[k]? Magisque est, vt locus sit constitutioni. addictis enim bonis, redimere, & præstare libertatem cogitur à prętore. ¶ Si non hæres, sed legatarius rogatus fuerit manumittere: nunquid cessat constitutio, quòd[l] legatis non debitis, nec libertates possunt deberi? Magisque est, vt idem fauor sit. Omnibus enim generaliter voluit[m] libertatem præstari, quibus competeret, si hæreditas adita fuisset. ¶ Eadem constitutio prospexit, vt si fiscus bona admiserit[n], æquè libertates competant. Ergo siue vacent bona fisco spernente, siue agnouerit[o], constitutio locum habet. Cæterùm si alia ratione[p] agnoscat, apparet cessare debere constitutionem. Quarè, & si caducis[q] legionis bona delata sint, idem erit probandum[r]. ¶ Item si mino. xx. an-

a ¶ Restitui.] scilicet ad hoc vt adeat.
b ¶ Extare.] quod videtur hac ratione: vt &. ꝯ. proxi. respon. R.
c ¶ Tamen.] quamuis in ea caussa sit vt restitui possit. Accur.
d ¶ Cōstitutionem.] vt insti. de eo cui liber. caussa. §. si is. &. ꝯ. titu. j. quod diuo.
e ¶ Semel.] sic institu. qui ma. non possunt. §. semel. &. ꝯ. de mino. l. & si sine. §. sed quod papi. & instit. d. §. si is. & C. de testa. manu. l. iij. Accursius.
f ¶ Præsentes.] q̄ñ bona addicuntur alicui. Accursius.
g ¶ Acceperunt.] in testamento. Accur.
h ¶ Inuitis.] vt & C. de test. manu. l. fin. §. si verò quidam. sic. j. de re. iu. qui potest inuitis. Sed argu. contra. ꝯ. de arbi. si in tres.
i ¶ Aditæ.] vt sicut adita hæreditate competunt libertates, etiā ignorantibus: ita bonis addictis. Accur.
k ¶ Expectandum.] sic vt non addicantur bona antè, quàm dies veniat secūdum quosdā. quod non placet, vt statim dicet: sed dic libertatis dandæ. Acc.
l ¶ Addicentur.] ei seruo, cui ex die data est libertas.
m ¶ Statim.] scilicet adita hæreditate.
n ¶ Occasione.] Not. bonum verbum.
o ¶ Acceperit.] in testamento. Accur.
p ¶ Dictum cui.] quo etiam casu hæredi dādum est: vt. j. de statu- lib. qui pecuniam. Ac.
q ¶ Trāslata.] ab hærede ad eum, cui bona sunt addicta. M. & est sic. ꝯ. de le. j. is qui in pos. §. fin. &. ꝯ. si quis omis. cau. test. qui autem. in fi. Accur.
r ¶ Acceperunt.] scilicet in testamento.
s ¶ Sunt.] vt instit. de eo cui li. §. j. nam est in loco bo. pos. vt. j. eo. §. is autem cui. ac.
t ¶ Voluit.] constitutio: vt insti. de eo cui liber. caussa. §. j. Acc.
v ¶ Fides.] sic. ꝯ. de pi. ac. si rē. §. omnis. & qui. mo. pi. vel hyp. sol. itē liberatur. §. j. & instit. de re. diui. §. venditæ.
x ¶ Nomine.] ad hoc vt ei caueatur. Accur.
y ¶ Ab ipsis.] s. omnibus creditoribus.
z ¶ Creato.] i. electo.
a ¶ Vnunque.] i. vnū quem voluerint. Acc.
a ¶ Vnūque.] quasi ꝑ curatorē. sic. j. de cur. bo. l. j. & ꝯ. de admini. tut. l. iij. §. sed nō erit.

b ¶ Decreto.] quo bona addicuntur.
c ¶ Si omnia.] i. sub hac cōditione generali, si omnia &c. in qua continetur & cautio.
d ¶ Vsuris.] sic. ꝯ. de pa. si plures. in fi. Item dic quæ possunt peti.
e ¶ Ostendit.] dicēs ꝙ statim recitat: vt instit. de eo cui lib. cau. bo. §. j. ibi, & hi &c. Accursius.
f ¶ Orcini.] id est testatoris.
g ¶ Liberti fiant.] nā tunc aut cōsentiāt, & hoc statim dicit. aut nō: & tunc remanent serui: vt. C de test. ma. l. fi. §. si verò q̄dā. Acc.
h ¶ Comprehendendum est.] hoc scilicet ea conditione. Accur.
i ¶ Habebit.] sub. is cui bona addicta sunt si nō est in text. &c. sic insti. de legi. pa. tute. vel sic: testator reliquit libertatē sticho, & tutorē filij esse iussit. qui stichus postea habuit bona ex addictione. prima placet.
k ¶ Cōstitutio.] quod videtur.
l ¶ Quòd.] i. quia.
m ¶ Voluit.] constitutio.
n ¶ Admiserit.] ex cōstitutione. Accur.
o ¶ Agnouerit.] caussa conseruandarum libertatum: vt. j. ea. l. §. si bona. Accur.
p ¶ Alia ratione.] vt debitoris fisci vel dānati: vel caduca, vel etiam vacantia: cum etiā nullæ sint libertates inter viuos: vt insti. de eo cui. §. pe. & §. hęc cōstitutio. sicut & ante prædictam cōstitutionē poterat facere, vt etiā subijcit. Ac.
q ¶ Caducis.] quidam habēt ducis legionis bona delata sunt. s. fisco. s. alia ratione quā ex hac cōstitutiōe. alij habēt, caducis legiōis &c. & tūc secūdū P. est figurata locutio. i. per caduca legionis. i. per caducitatem alicuius, qui erat in legione.
r ¶ Idem erit.] probādū. scilicet vt cesset cōstitutio. & fa. ꝯ. ti. j. quod diuo. Accur.

* aliquæ puræ aliquæ sub &c.

† Colligit Bart. hic ex isto. §. ꝙ facultas cōditionis implendę transit ad hæredem. Sed tu ne fallaris, hoc non est indistinctè verū: vt no. idem in l. si decē cū pe. tiero. col. j. versic. solet esse q̄stio. j. de verb. ob. & ibi omnino A lex. in l. à testatore. col. j. ver. dices tu. & sequē. de condi & demonstra.

* Satisdatè.

* De his Alexāder ab alexandro lib. iij. cap. xxv.

a ¶ Fideicōmissariam.]quā ab alio præstare fuerat rogatus,secūdum quosdam:ar.s.de manu.tes.l.caussam.ij.respon.tu dic ꝙ etiā potest suis relinquere per fideicommissum si subsit caussa: vt hîc,&.C.e.minor.& de re.mili.si rufinus.Si ergo omnes libertates directò dedit cessat constitutio.si per fideicom.fiet bonorum addictio.

nis libertatē dederit,dicemus non competere, nisi fideicōmissariā[a] libertatē.hæc enim cōpeteret,(si modò potuerit causam ꝓbare minor.xx.annis),si viuus manumitteret. ¶ Si in fraudem creditorū libertas data sit ab eo,qui mortis tēpore soluendo nō est,an cōpetat[b]? Et si quidē fiscus bona non agnouerit, fortè cōpetet libertas, quia solidū creditori offert. Atquin[c] si adita[d] hereditas fuisset:nō cōpeteret[e]. ¶ Certè si fiscus agnouerit hæreditatem, facilius probabitur cessare libertatem:nisi quis verba cōstitutionis secutus, dixerit eū[f] sibi imputare debere, qui addici sibi hac cōditione bona voluerit, vt libertates competant. ¶ Siquis autem exemplum aditæ hæreditatis fuerit secutus, directæ libertates non competent, si consilium & euentus[g] fuerit fraudandorum creditorum?ne fideicommissa præstabuntur, si euentu[h] fraudentur creditores. ¶ Si bona fisco[i] nondum agnita fuerint,eaque addicta sint[k] libertatis conseruandæ gratia, an posit fiscus postea agnoscere?Et magis est ne posit. ¶ Planè si nō certiorato præfecto ærarij[l], bona fuerint libertatis conseruandæ caussa addicta, videndum est, an cōstitutioni locus sit. Et si quidē talia fuerint, vt agnosci deberent[m],addictio[n] cessat[o].si verò non fuerint[p],addictioni locus est[q]. ¶ Is autem,cui bona addicta sunt,bonorum possessori assimilari[r] debet,& secundū hoc etiā iura sepulchrorum[s] poterit habere. ¶ Item videamus,an conueniri à creditoribus posit hæreditarijs actionibus,an verò nō, nisi ex cautione,quam interposuit? Magisq; est,vt non aliter conueniatur,quā ex ea cautione quam interposuerit[t]. ¶ Si duobus pluribúsve addicta fuerint bona: & communem rem & communes libertos[v] habebunt,et secū familiæ erciscundæ[x] iudicio[y] experientur.

b ¶ An competat.] bonis addictis. Accur.
c ¶ At qn.] oppositio.
d ¶ Adita.] ex testamento.
e ¶ Non cōpeteret.] vt.s.de manu. testa. si quis locuples. Accur.
f ¶ Eum.]scilicet fiscū.
g ¶ Et euentus.]vt instit.qui ma.non pos.§. in fraudem. &.j.quæ in frau.cre. si quis cū haberet. &.j. de statu. libe.l.j.in fi.&.C.qui manu.non possunt.l.j. Accursius.
h ¶ Euentu.]etiā solo. Io. vt. C. qui ma.non pos.l.fi.quid ergo erit? quidam dicunt fiscum non teneri, sed priuatum sic per verba superiora, certè si &c.alij dicūt indistinctè quē libet teneri.prima placet.Accursius.
i ¶ Fisco.] id est à fisco.Accur.
h ¶ Addicta sint.]alij &hoc certiorato fisco, & præfecto ærarij, secundum Ioan.vt ex sequentibus patet.
l ¶ Præfecto ærarii.] aliâs præfectus: & aliâs ꝑfecto. & dic. i.ꝓcuratori fisci:vt.j. ne qd in loco pub.l.ij. §.hoc interdictū.Acc.
m ¶ Deberent.] quia lucrosa.Accur.
n ¶ Addictio.] facta.
o ¶ Cessat]id est nō valet.Accur.
p ¶ Non fuerint.]scilicet lucrosa.Accur.
q ¶ Locus est.]i.remanet firma quæ facta est.& ad hoc.j. de iur. fisc.l.j.§.an bona. &.s. de offi.procu. cæsa.l.j. §.fi.&.l.seq.secundum hanc ergo videtur dici, ꝙ primò debeat fiscus admitti,quàm extraneus si bona soluēdo sint, etiam si bona essent alicui iam addicta. quod immutatur hodie:vt institu. de eo cui liber.cau.bona addicun.§.ne huius.secūdum Ir.quæ est cōtra. & facit ad hunc.§.s. ea.l.§.eadē cōstitutione.&.§.si in fraudem.&.s ti.j.quod diuo.Accursius.
r ¶ Assimilari.]vt ei & in eū actiones vtiles dent̄:vt.j.proxi. dices.
s ¶ Sepulchrorum.]quia hæc bonorū possessoribus cōpetunt:vt.s. de religio.l.vel quæ pater.§.sed in vtroq;.secus in eo cui ex tre.est restituta hæreditas:vt.s.ad Trebel.l.quia perinde.§.j.Accur.
t ¶ Quam interposuerit.]id est actione ex stipula.si intercesserit: aliâs datur vtilis,scilicet ex stipulatu tacitè ficta interuenire:vt argu.s.de adoptio.his verbis.vel verius vtilis,quæ hæredi & in hæredem daretur directa:vt.s.eo.l.in quem.Accursius.
v ¶ Libertos.]Non sic transeunt in Trebellianicum successorem:vt s.ad Treb.l.si patroni filius.in prin.
x ¶ Erciscundæ.]vtile,cum directum soli hæredi de iure ciuili detur:vt.s.famil.ercis.l.ij.§.j.& facit.l.sed & eius.§.j.&.l. si ex asse. in eo.titu.Accursius.
y ¶ Iudicio.]Vtili,sicut bonorum possessores.soli enim hæredes experiuntur directo:vt.s.fa.ercis.l.j.Accursius.

IN fideicommissariis.] CASVS. Hæres rogatus de manumittēdo nō manumittebat.hærede absente iudex pronunciauit libertatem deberi seruo.Dicitur ꝙ hic seruus erit liber.& si fuerat defuncti seruus,eiusdem erit libertus.si verò eius heredis erat seruus, eiusdē hæredis erit libertus:imò & si hæres decessit absq; successore,tamē huic seruo debebitur libertas.Frā.

¶ Iudex absente hærede potest pronunciare seruum cui debetur fideicom.libertas, liberum esse. quòd si fuit seruus testatoris,erit eius libertus.si uerò fuit seruus hæredis,erit libertus ipsius hæredis.hoc dicit.

Paulus lib.7.

LEX V.

IN fideicōmissarijs libertatibus, si absente hærede prætor pronūciasset,libertatē deberi[z] :est & liber,& defuncti libertus, si & seruus eius[a] fuerit:aut hæredis[b], si seruꝰ heredis sit. Imò & si sine successore hæres[c] decesserit,cōseruādam esse libertatē, Senatus Diui Hadriani temporibus censuit.

¶ Hæres non detrahit Falcidiam de legato si id quod legatum fuit pro emendo seruo ad eum liberandum,nō sufficit ad pretium serui detracta Falcidia, sed debet solidum legatum soluere ut seruus ematur.hoc dicit.

Idem lib.60.

LEX VI.

DEcem legata sunt, & rogatus est legatarius, Stichum emere, & manumittere. Falcidia interuenit[d] ,et minoris[e] seruꝰ emi non potest. Quidā putāt[f] dodrantem accipere debere legatariū,nec emere compellendū. Iidē putant[g] etiam si seruū[h] suum rogatus sit manumittere,& dodrantem ex legato acceperit,non esse compellēdum manumittere. Videamus, ne vtique in hac specie[i] aliud dicendum sit[k] .Sed in superiore[l] sunt, qui putant, cogēdum legatarium redimere seruum,& se oneri subiecisse,dum acceperit vel[m] dodrātē.Sed si paratus sit retrò restituere, quod acceperit, an audiendus sit, videndum. Sed cogendus est hæres tota decem[n] præstare,† perinde atque si adiecisset testator,vt integra præstarentur[o].

z ¶ Deberi.]qđ facere debet: vt.C.si seruus. &.l.ancillam.Acc.
a ¶ Eius.]s.defuncti.
b ¶ Hæredis.] fit libertus nisi ex iusta caussa absit:vt.j. eo. si cum.§.pe.&.§. fi. Acc.
c ¶ Hæres.]q libertatē ꝑstare debebat.Ac.

DEcem.] CASVS. Legata sunt Titio x.& rogatus est vt de his.x.emat seruuum Stichū, & manumittat de isto legato detraxit hr̄edis falcidiā & ita id quod est datū Titio nō sufficit ad emendū Stichū. dicebāt quidā istā pecu.lucrari Titium.idē dicūt & si hic Stichꝰ erat ipsius Titij, vt lucretur pecu.& nō cōpellatur manumittere sed tamen in isto casu quando esset Titij Stichus:sine dubio compellitur manumittere: at in superiori casu, licet opiniones essent olim sup hoc, tamē dicit quòd hæres non debet detrahere falcidiam.Fran.
d ¶ Interuenit.] vt minus decem legatarius consequatur.
e ¶ Et minoris.]quā sint decem.Accur.
f ¶ Putant.] & malè. Accursius.
g ¶ Iidē putant.] similiter & malè.
h ¶ Seruū.] legatarij.
i ¶ Specie.]id est quādo de suo est rogatus. Accursius.
k ¶ Dicendum sit.] & verè aliud dicendum,vt quantuncunque acceperit,omnino manumittat:vt.C. ad.l.fal.si ea.&.j.eo. si debitor.§.j.Accur.
l ¶ Superiore.]casu, quando est rogatus emere seruum & manumittere.
m ¶ Vel.]pro saltem. Accursius.
n ¶ Tota decem.] falcidia non deducta: vt.C.ad legem Falcidiam.in dicta.l.si ea.& sic est contrà infrà eodem si legatario.j.respon.Sed ibi de suo seruo,hîc de alieno.Itē contrà infrà,ad legem falcidiam.si seruus.cum tribus seq.vbi dicit falcid.detrahi etiam de eo, quod relinquitur vt alienum redimat & manumittat.Sol.ibi tantum erat in dodrante quòd seruus emi poterat,hîc non:vt infrà eodem generaliter.§.si quis alienum.& infrà. l.proxi.Accursius.
o ¶ Præstarentur.]vt in hoc legato cesset falcidia quemadmodum si nominatim testator dixisset ne falcidia locum haberet:vt in aut. de hæredi.& falcid.§.si verò expressim. Sed argu. contrà suprà, ad legem Falcidiam.quod de bonis.§.j.sed ibi alio modo occurrebatur falcidiæ:vt loquitur hîc secūdum nouum ius ex dicta aut. & fa. s.de inof.test.papi.§.quarta. ADDITIO. Scribētes vbiq;(quos hic refert Bolog.in nouis suis interpreta.)hic reputāt istā gl.sing.ad hoc ꝙ testator videt̄ prohibere falcidiā iubēdo herędē integra legata soluere,vel totam,& integrā hæreditatē restitui:vel omnia bona &c.&

† Per hunc tex. cū sua gl. tenet ar. hîc infert falcidiā nō detrahi de legato ad liberādū seruū qn hæreditas aliâs nō est locuples.de veritate cuius dicti vide sing. in l. j. §. de impensa ad legem falci.

na.&c.& sic per talia equipolentia verba Bolog.adde quia est cogi tandum super ista glos.cuius decisio videtur mihi non vera sequen tibus mediis.primo,per tex.in.l.fi.§.omne.C.de admi.tut.iunctis ibi dictis per Bar.& vbique.vbi vult ille.§.quod vbicunque lex specialiter & expressè aliqd requirit,illud debet specialiter & expressim adimpleri,& ī forma spe cifica:nō autem in genere per æquipollens, vel consimile. ita ponderat illū textū Ange.in prin.insti.de vul ga.substi.ī.ij.col.ver. de prima expressa &c. sed sic est quod lex vult te statorē expressim debere prohibere, ne fal cidia detrahatur per tex.in aut.sed cū testator.C.ad.l.fal. iuncta ibidem glos.& tex.in aut.de hæredi.& fal.§. si verò expressim. ergo nō sufficit per simile. Præterea & secundo, quādo aliquid à.l. requiritur pro forma: non sufficit per æquipollens adimplere per theoricam traditam à Bal. Ang.& moder. in.l.i.&.ij.ff.de libe.& posthu.quare &c. Ego tibi explicarem istud, & alia media:& prosequerer amplioribus verbis: sed occuparē chartam,pro modo cogitabis.

Si cui.] CASVS. Legaui tibi.c.& rogaui te, vt Stichum emas, & manumittas. bona hæredis mei vendita sunt propter debita, ita quod partem legati tibi dare potest.nunquid possis illam partē petere, quæris.& dicit quod si de illa parte potes emere seruum habebis eā, dum tamen caueas te empturum seruum, & manumissurum. & si nolis cauere:non audieris.Fran.

a Persequatur.]id est consequatur. Acc.

b Largiatur.]id est si tantum cōsecutus sit quantum pretiū serui postulabat.M.scili cet alieni redimēdi. se cus in seruo:vt.j.eo.si legatario.in prin.quæ est contrà.

c Alioquin.]id est si non caueat.non autē dicas.i.si noluerit vendere dominus.nam licet non vēderet, debet tū illè habere legatum: vt.s.de lega.j.si fundum.§.iulia.& facit.C.eo.deberi.Accur.

d Repelli.]petens legatum.Azo.

Vm cui.] CASVS. Legaui tibi mille nummos,& rogaui te,vt seruum tuum valentem.xx.manumittas. Dicitur quòd non cogeris manumittere nisi habeas legatum.Fran.

e Constat.]vt.s.de mino.si minor.xxv.an.& C.de fideicommis.ab eo.& ad.l.fal.si ea.Accursius.

Vm fidei.] CASVS. Rogaui hæredem meū ne Stichus seruus meus alienam serui.quā sua patiatur.hæres meus si eū alienat,statim poterit Stichus petere libertatem.& hæc sunt vera, quando voluntariè hæres alienauit.si autem ex necessitate ex facto testatoris veniente cum vendidit sub conditi.quæ conditio extitit in persona hæredis,hoc casu non poterit petere libertatem.Fran.

f Commissum sit.]à testatore.

g Potest.]seruus.Accursius.

h Pendet.]vel uti si testator necesse habuerit cū alienare sub cōditione,& conditio extiterit in persona hæredis:vt ar.j.de verb.ob.l. seruum.§.item si homo.& sic no.quæda permitti ex necessitate,quæ ex voluntate non permittuntur:vt.s.de fun.do.l.j.&.s.de le.j. siinsuffa.§.diui.in fi.& de le.ij.peto.§.prædium.& de leg.iij.pater filium.ij. respon.&.s.de peti.hære.diuus.& fa.ercis.qui erat.Accur.

Bonis testatoris venditis propter es alienum, ita ut non possit solui totum illud quod legatum est ad emendum seruum:pro eo liberando potest legatarius partem legati petere,si de illa parte potest seruum emere, & caueat se empturum seruum,& manumissurum alias secus.hoc dicit.

Vlpianus lib 15. LEX VII.

SI cui legata sint certum ita, vt seruum alienum redimat,& manumittat,& bonis hæredis venditis,partem,nō totum persequatur[a] :non aliàs consequi debet legatum,quàm si cauerit se manumissurum: sed hoc ita demum, si largiatur[b] portio, quā acceperit, ad serui pretium:paratusq; sit dominus tanti eum vendere : alioquin[c] exceptione doli debebit legatarius repelli[d].

Legatarius non cogitur subire onus iniunctū à testatore,nisi soluto legato.hoc dicit.

Pomponius lib.7. LEX VIII.

EVm, cui mille nummi legati fuissent,si rogatus fuisset.xx. seruum manumittere:non cogi fideicōmissariam libertatē præstare si legatum non caperet, constat[e].

Alienatio necessaria quandoque excusat ubi voluntaria non excusaret.hoc dicit.

Marcellus lib.15. LEX IX.

CVm fidei hæredis commissum[f] sit,ne seruus alienam seruitutem patiatur : experiri potest[g] cōfestim,vt fuerit alienatus, & petere libertatem ✱. Sed vbi alienatio non est voluntaria ✱ sed necessitas alienandi ex caussa testatoris pendet[h] :propè est,vt non dum debeat præstari fideicommissum : quòd[i] potest videri,defunctum nihil sensisse de huiusmodi caussa alienationis.

Si ideo testator prohibuit seruum uendi, ut si ueneatur, fiat liber : ei uendito competit liber-tas.hoc dicit.

Idem lib.14. LEX X.

QVidam in testamēto scripserat,Illum & illum seruos meos vænire[k] nolo. Si ideo eos noluit venūdari[l] ,vt si væneāt[m] , ad libertatem perueniant:præstanda erit libertas[n]. Nam & illi videtur libertas relicta[o] , de quo ita scriptum est: Nolo alij,quàm tibi seruiat. Secundum hoc igitur, si quoquo modo[p] vendere tentauerit seruum:confestim poterit peti libertas:nec quo minus præstet libertatem, proderit hæredi, si eum redemerit[q] :quia semel extitit conditio.

Si hæres grauatus seruum manumittere, cum uendat:potest seruus etiam absente emptore petere se ab hærede manumitti.Franciscus.

IS, cui libertas debebatur, vænijt[r] .Si vult ab hærede manumitti : non erit intercedendum[s] † ei cùm hæres presens erit,emptor latitauerit[t] :quoniā poterit vti Senatusconsulto[v] ,vt quasi ex testamento ad libertatem perueniat.

Qui seruū cui data est fideicommiss. libertas uendit:tenetur emptori de euictione.hoc dicit.

IS, cui ex fideicōmisso libertas debebatur ab eo,qui soluēdo nō[x] erat,passus est se bona fide emptori tradi ✱ Existimas[y] in manumissum constituendā actionē[z] ex empto ei,qui liberi hominis ēptori re simulata seruitute decepit. Ego quoque adducor[a] ,vt putem rectè aduersus venditorem[b] actionem competere:& magis[c] similem videri statulibero[d] ,qui pridie,quàm ex testamento ad libertatem perueniret,id fieri passus est.

i Quòd.]i.quia.sed cōtra.j.e.rogo.in fi.Sol.ibi cogitauit testator quocūq; modo alienarē.hīc nō:quod in dubio ꝓsumit.vel ibi ex ꝑso na hæredis aduenit necessitas alienādi:hīc testatoris. & fa.j.l.pxi.

QVidam in testamento.] CASVS. Testator ꝓhibuit quosdam seruos vendi.si ideo eos noluit vendi, vt si vendantur fiāt liberi (q̄d voluisse præsumitur) effi ciūtur liberi si vēdantur.idē est si testator dixerit, nolo quod tales serui alij seruiāt, quā tibi hæredi.nā statim cùm hæres eos vēdere tentauerit,erunt liberi.nec auditur hæres si eos redimeret, quo minus sint liberi. Is cui.] Hæres grauatus de manumittendo ser uū,cū vēdidit. potest seruus etiam absente emptore petere ab hærede se manumitti. Is cui.] Hæres erat rogatus de seruo Sticho manumittēdo.passus est Stichus se vēdi tanquā seruū ab ipso hærede.qui hæres pro misit de euic.non tū erat soluendo. hic seruus petit se manumitti, & est manumissus. quærit,an emptor habeat regressum cōtra Stichū:sicut si liber homo pateretur se vendi tāquàm seruum.& di cit quod emptor habet regressum cōtra venditorem,sicut si statuliberum vendidisset. Franciscus.

k Vænire.]id est vēdi.Accursius.

l Venūdari.]quod præsumitur:vt.j.eo.l. generaliter.§.si petitū.

m Si veneāt.]id est vendantur.

n Libertas.]illis venundatis.Accur.

o Relicta.] vtpote per fideicom.relicta si contingat eum alienari : vt &.j. cod.l.rogo. Accursius.

p Quoquo modo] etiam ex necessitate ex persona hæredis interueniente : vt di cta.l.rogo.Accur.

q Redemerit.] not. sic.s.depo.l.j.§.si rem.&.j.rem ratam ha.quo enim.§.j.& arg.s.de mi no.l.verum.§.item quæri.&.j.quo.leg.l.j.§.prodest autem.itē facit. s.de ser.expor.l.fi.&.s.l.proxi.&.j.l.imperator.in prin.Accur.

r Venijt.]id est venditus est.

s Intercedendum.]id est contradicendum.

t Latitauerit.]maximè:quia etiam si præsens esset, eādem habet electionem:vt.j.eo.l.generaliter.§.vlti.

v Senatuscon.]rubriano,quod ei electionem dat:vt.j.co. si eum. & facit.s.de ac.emp.l.Titius.

x Non erat.]vnde inefficax est act.de euic.contra eum.Accur.

y Existimas.]tu iurisconsulte quispiam. Accur.

z Actionem.]emptori in factum in duplum eius quod dedit vel obligatus est emptor.nam sic est in libero empto : vt subijcit.&.j.de libe.cau.l.recti ssimè.&.l.in tantum.

a Adducor.]id est moueor.

b Venditorem.]aliàs venditorem:& hæc bona.& aliàs venditos, & hæc mala.Accursius.

c Magis.]quàm manumissus teneatur:& sic corrigitur quod proximè dixit.

d Statulibero.]qui si ad pretiū participandū passus est se vendi, non peruenit ad libertatē.aliàs cū purè nō cōpetebat libertas, tēpore venditionis proclamauit in libertatem.secus si competebat : vt.j. qui.ad liber.pro.nō licet.l.licinius.emptor verò potest agere de euictione. sed si venditor non sit soluendo, datur aduersus manu-

† interueniendum.

✱ Martianus.

✱ nbiue. ro.

✱ sed ubi.

✱ Existimans.

missum de dolo:argu.ff.de dolo l.& eleganter.§.seruus patroni.

EX caussa.] CASVS. Pupillo legatum relictū est,& est grauatus de seruo suo manumittendo. Dicitur quòd non potest manumittere absque tutore.

a ¶Non potest.]do proprio dicit,nō de relicto sibi ad hoc:quia etiā sine tutore manumitteret eū argu.ff.de ma. vin.si rogatus.in prin. vbi dicit incunctāter. 10 & ar.C.eo.cùm quasi. §.j.& dic vt.ff. de manu.l.seru⁹ furiosi. Ac.

IMperator] CASVS. Firmius Titiano tres seruos legauit,& eum rogauit ne alicui alij seruiant. si propter aliquod delictū Titiani bona sunt 20 publicata , hi serui manumittentur à re publica. Secūdò dicit. sicut hæres,ita legatarius potest rogari de seruo manumittendo. & si qs rogatus de manumittendo decedat priùs,quàm manumittat, hæres eius cogetur 30 manumittere. Tertiò dicit hæres institutus hæredi.amisit eo,quia accommodauerat fidē testatori de aliquo dādo nō capaci, & sic fiscus bona habuit. Dicitur q nihilominus libertates relictæ in testamento,siue directę 40 sint,siue fideicommissariæ,tenebunt. Fran.

b ¶Tres.] s.seruos.

c ¶Publicè.] id est à repub.& fa.ff.e.l. cum fidei.&.l.quidam.

d ¶Debent.] vt.ff. de leg.ij.cum ita.§.j. Ac.

e ¶Quam tacitè.]bona ratio:vt & C.ad le. 50 fal.l.iij.&.ff.de pba. cū tacitum.&.C.de iure fisci,non intelligit. §.cùm ex caussa.&.ff. de vsu.cùm quidam.§. in tacito. Accur.

f ¶Datas.]scilicet in testamento.

g ¶Deberi.]vt &.C.de iure fisci.l.statius flo- 60 rus.§.fi.cùm prædictis concor. Accur.

SI prægnans.] CASVS. Hæres vel legatarius rogat⁹ manumittere ancillā fuit in mora manumittēdi:non fui culpa, sed fortuito casu impeditus.interim ancilla 70 prægnans peperit. Dicitur q cogitur eā manumittetur , & ei tradere partum ad manumittendum.

h ¶Matri.]de hoc distingue vt dixi.C.eo.l.iij.& facit C.titu.iiij.l.iij. Accur.

LVcius.] CASVS. Institui vxorem meam & filiam meam hæredes æqualiter.& Eroti seruo meo reliqui libertatē si placebit vxori meæ.tādem vxor mea abstinuit se ab hæreditate.& sic omnia 80 bona veniunt ad filiā meā.Dicit q libertas debebit Eroti:nec requirit consensus vxoris meæ,ex quo mihi non successit.Fran.Acc.

i ¶Hæredes.]& inuicem substituit.Accur.

k ¶Capite.]testamenti scilicet scripsit Erotem. Accur.

l ¶Momēti.]qa nō vr libertas collata in ei⁹ arbitriū,nisi sit hæres. sed cōtrà.C.e.cū pponas. Sol.ibi subaudit maximè,vt ibi dixi.Acc.

ISqui.] CASVS. Qui ex caussa fideicōmissi manumittere debet seruum:non potest facere deteriorem eius condi. hinc est, q

Modestinus lib.1. LEX XI.

EX caussa fideicommissi seruo libertatē dare sine tutoris auctoritate pupillus non potest[a].

Idem. LEX XII.

IMperator Antoninus,cùm Firmius Mutiano tragœdos tres[b] legasset,& adiecisset,quos tibi cōmendo,ne cui alij seruiant. publicatis bonis * Mutiani rescripsit debere eos publicè[c] manumitti. ¶Et legatarius non minus, quàm hæres rogari potest seruū manumittere. Et si ante manumissionē decesserit,successores eius debēt[d] manumittere. ¶Diuus Antonin⁹ & Pertinax rescripserunt,hæreditate fisco vendicata,quam tacitè[e] qui rogatus erat ei, qui capere nō poterat,restituere * & directò, & per fideicommissum datas[f] libertates deberi[g].

Idem li.9.Respon. LEX XIII.

SI prægnans ancilla morā,non studio manumissoris sed fortuitò patiatur, ne manumittatur: liberum quidem nō pariet,sed cogetur , qui manumittere debuit, natum matri[h] tradere,vt per eam perueniat ad libertatem.

¶ Non intelligitur repetitum quod repetitum uitiaret.h.d.Bar.

Idem li.10.Respon. LEX XIIII.

LVcius Titius testamento facto, Seiam vxorem suam, itē Titiam filiam communem æquis portionibus scripsit hæredes[i]:itē alio capite[k], Erotem seruū meū, qui & Psyllus vocatur,liberū esse volo,si vxori meæ placeat. Cùm itaque Seia vxor Lucij Titij abstinuerit ab eadem hæreditate, & ex substitutione portio eius, ad Titiam filiam peruenerit:quæro, an Eroti, qui & Psyllus vocatur, ex his verbis suprascriptis libertas competat. Modestinus , Eroti, q vxor testatoris hæreditate se abstinuit, non obesse * respondi. ¶Item quæro,an Seia vxor quæ se hæreditate abstinuit petenti Eroti libertatem , iustè contradicere posit:Modestinus respondi Seiæ dissensum nullius esse momenti[l].

Idem lib.3. LEX XV.

IS, qui ex caussa fideicommissi manumissurus est,nullo modo deteriorem eius serui coditionem facere potest.ideoque nec vēdere eum interim alij potest, ab eo, cui traditus est,manumittatur:& si tradiderit,redimere illum cogitur,& manumittere. Interest enim nonnunquam[m] ,à sene potius manumitti,quàm à iuuene.

* Licinius Rufinus. LEX XVI.

LIbertates etiam per fideicommissum dari possunt:& quidē largius,quàm directò.nam non tātum proprijs,sed & alienis seruis per fideicommissum libertas dari potest[n] :ita tamē,vt vulgaribus[o] verbis,& quibus euidenter voluntas testatoris exprimi posit.

* Celsus lib.20.ad Sabinum. L. XVII.

* ACciolam[p] * Claudi cū tibi visum fuerit[q] manumittet.vtiliter datur fideicommissaria libertas.

Scæuola lib.23. LEX XVIII.

TEstamēto ita cauit, Pamphilus,si bene se gesserit in rationibus meis,liber esto. Quæsitū est cū manēte eodē testamēto,post aliquot annos decesserit,nec vlli querelæ[r] locus de Pāphilo circa rationes patroni sit:an ex testamēto libertatē sit consecutus.Rndi nihil proponi cur non sit consecutus.

Idem lib.23. LEX XIX.

HÆrede instituto marito[s] , per fideicommissum libertatem seruis dedit[t] ,in quibus[v] & Sticho actori[x] mariti.[y] quæsitum est,cùm absente domino iste[z] prę sidē prouinciæ adierit vt libertas sibi præstaret,quasi ex iusta caussa hæres abesset,& præses prouinciæ pronunciauerit libertatē deberi[a] : an agi cū Sticho posit,vt

nec eum vendere potest,vt ab emptore manumittatur.& si vendat, cogitur eum redimere & manumittere.Fran.

m ¶Nonnunquam.]sed multoties à sene,quia senex citius morit, quàm iuuenis præsumptione iuris:vt.ff.ad.l.Fal.hæreditatum. licet secus quandoque contingat:vt.ff.de inoffic.test.l.nam & si. sic ergo non tot operas præstabit:quot iuuenis, secūdum Ir.& facit.C.e.generaliter.§.fi.Accur.

10 LIbertates.] CASVS. Libertas potest relinqui directò.item per fideicōmissum.& quandoque melius est, si per fideicommissum detur, vt seruis alienis:dum tamen idoneis verbis relinquatur.F.Acc.

20 n ¶Potest.]sed directò tantū suis:vt.C.de manumis.testa. seruo.

o ¶Vulgaribus.]id est aptis , qualia sunt instit.de singu. rc. per fideicommis.re.§.fina. Accursius.

ACciolā.] CASVS. Dixit testator 30 hæredi.cū tibi videbit manumittere Stichū seruū meū, manumittas.p hęc verba fideicōmissaria videtur relicta libertas.F.

p ¶Acciolā.] aliàs.l.& aliàs.§.& dic Claudiū esse nomen instituti.& facit.C.e. fideicō- 40 missaria. Accur.

q ¶Visum fuerit.]scilicet opprtunum.

TEstamento .] CASVS. Reliqui libertatē seruo meo ī tstō hoc mō. Pāphilus sit liber si bn se gesserit ī rōnib⁹ meis. tadē adhuc aliquo tpe 50 vixi. postea decesi: nec vlla quærimonia est facta de Pamphilo quòd malè gesserit.dicitur q erit liber.

r ¶Querelæ.] sic supra,ad sy l.l.j.§.fina.& facit.C.de manumis.testa.l.iiij.

HAerede] CASVS. Vxor 60 īstituit virū suū hrdē, & p fideicō. relīqt libertates quibusdā seruis.Castaldio viri cū vir abesset,& ex iusta cā:petijt à pręside sibi dari libertatē:& data fuit. nūc vir reuersus petit ab isto liberto fa- 70 cto rōnē ei⁹, qd gessit ī seruitute. Dicit q non audit. ¶Vxori.] Marit⁹ legauit vxori suę dotē,& plures ares:& rogauit eā p fideic.quòd ipsa manumitteret apud concilium seruum suum nomine aquilinum.mulier non vult manumittere. Dicitur quòd compellitur manumittere:& si aliqua legata erunt relicta aquilino:poterit petere. Franciscus.

80 s ¶Marito.]ab vxore. Accursius.

t ¶Dedit.]scilicet in testamento.

v ¶In quibus.]scilicet seruis manumissis in testamento per fideicommissum. Accursius.

x ¶Actori.]id est castaldioni.

y ¶Mariti.]scilicet dedit libertatem per fideicom. Accur.

z ¶Iste.]scilicet seruus castaldio. Accursius.

a ¶Deberi.]quod facere debet:vt.ff.eo.si legatario.§.fi.

Non posse

Marginal notes: * etiam. * Hæreditatem. * Rescripsit. * Lucius Rufinus li.vj.resp. * Al. Scæuola lib. xxj. digest. al. incipit Claudius, & intellige de eo Claudio qui notas in Scæuolæ scripsit alias, incipit Scæuola. Claudius, cum tibi visum fuerit manumittere, &c. * Vide Alc. lib. dispu. ca. xiij.

a Non posse.] vt.C.an seruus ex suo facto.l.penul.Accur.
b Legauit.] scilicet maritus.Accur.
c Negauit.] scilicet mulier.
d Quod.] id est quia.
e Sibi.] scilicet vxori.Accur.
f Vellet.] s.vxor.
g Compellendam] sic.C.ad le.Fal.si ea. & C.e.deberi. &.ss.de lega.ij. cùm pater.§. q dotale.Accur.
h Eumque.] scilicet Aquilinum.Accur.
i Legata sunt.] si qua sunt.Accur.

rationẽ actus à se administrati reddere cõpellat? Respõdi nõ posse[a]. Vxori dotem & alias res plures legauit[b]: & eius fideicõmisit, vt Aquilinũ seruũ propriũ mulieris apud cõciliũ manumitteret. id negauit[c] se facere debere, quod[d] ipsius proprius esset. quæro, an libertas ei debeatur? Respõ. vxorem, si ex testamẽto nõ solùm dotẽ, sed etiã cætera legata præstari sibi[e] vellet[f], cõpellẽdam[g] ex caussa fideicõmissi Aquilinũ manumittere: eumq;[h] cùm liber erit, petiturũ ea, quæ sibi legata sunt[i].

Pomponius lib.7.episto.aliâs lib.8.

LEX XX.

APud Iulianũ ita scriptũ est, Si hæres rogatus manumittere seruũ[k], ex Trebelliano senatuscõsulto hæreditatẽ restituerit, cogi debebit[l] manumittere: & si latitauerit, vel ex iusta caussa aberit, prætor caussa cognita secũdũ senatuscõsulta ad eas caussas pertinẽtia pronũciare debebit[m]. Si verò seruũ susceperit is, cui hæreditas restituta fuerit, ipsum conuenit[n] manumittere: & eadẽ in persona eius obseruari cõueniet, quæ circa emptores[o] custodiri solent. An hæc[p] vera putas? Nã ego[q] discẽdi cupiditate†, quã solam viuẽdi rationẽ optimã, in octauum & septuagesimũ annum ętatis duxi, memor sum eius sententiæ quã dixisse fertur. κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, πρὸς μαθεῖν τι βουλοίμην*. Et bellissimè[r] Aristo, & Octauenus putabãt hũc seruũ, de quo quæreretur, fideicõmissariæ hæreditatis non esse[s]: quia testator rogando, hæredẽ, vt eũ manumitteret, non videretur de eo restituẽdo sensisse. Si tamẽ per errorem ab hærede datus fuerit: ea dicẽda sunt, quę Iulianus scribit[t]*.

APud Iulianũ.] CASVS. Titius hæres institutus erat rogatus manumittere seruũ hæreditariũ. erat etiã grauatus restituere hæreditatẽ Seio. hic Titius restituit hæreditatẽ Seio, retento isto seruo, quẽ debebat manumittere. nũc nõ vult manumittere, & sic latitat. vel fortè est absens ex iusta caussa. dicit quod iudex, siue prætor debet eũ pronunciare fore liberũ. Secundò, pone quod Titius restituit istũ seruũ cũ tota hæreditate Seio. nũquid Seius cõpellitur manumittere? & Iul. dicit quod sic: vt sit idem in isto cui est hæreditas restituta, sicut & in emptore talis serui. Sed Põpo. quærit à quibusdã an hoc dictũ Iuliani sit verũ: & dicit Põpo. merito quæro: quia volo addiscere: nã recordor de quodam dicto Iuliani, qui dixit: & si alterũ pedẽ in sepulchro haberẽ &c. & illi respõdẽt, & dicũt, quod iste seruus non debeat tradi Seio: si tñ traditus sit, est verum quod dixit Iul. & cõfirmant dictũ eius. Fran.
k Seruum.] s.per fideicõmissum. Accur.
l Debebit.] s.adhuc manumittere.
m Debebit.] manu. seruũ nondũ traditũ.
n Conuenit.] aliâs competit.
o Emptores.] quid in his seruet, habes.ĵ. e.generaliter.§.fi.
p An hæc.] Iulianus hęc scripsit: sed an tu Aristo & Octa.vt.ĵ.dices, putas hæc vera: & bene facio, quod quæro ego Põpo. quia volo addiscere. nam propter amorẽ addiscẽdi notaui, & memoriæ cõmẽdaui quoddã dictũ Iuli. & si alterũ &c. & facit.ĵ.de va. & extraor.cog.l.j. §.j. & in decretis.xx.di.c.de quibus. & .xxxviij.di.nullus Eps. Acc.
q Ego.] Pomponius.
r Bellissimè.] nunc refert quid ei fuit responsum.
s Non esse.] C.ad senatusconsul.Trebel.l.fi.contra. Solu. hîc speciale fauore libertatis. Accur.
t Scripsit.] ss.ij.respon.legis.

† Nota quod bonum est semper discere. cõcor. text. & ibi gl. in cano. nullus episcopus. xxxviij. distin. text. in cano. si habes. xxiiij. q. iij.
* id est Et si alterũ pedẽ in tumulo haberẽ, non pigeret aliquid addiscere.
* Hæc sententia gratia est cuiusdã Philosophi ergo nõ Iuliani. hæc Anto. Augu. lib. emendatio nũ primo. cap. viiij.

ROgo.] CASVS. Testator instituit Titium hęredem, & dixit. rogo hęredem ne Stichus in alterius seruitutẽ deueniat. videtur dare per fideicõ. libertatẽ isti Sticho, si perueniat in alterius seruitutem: nec solùm post mortem hæredis perueniet ad libertatẽ, sed etiam aliquando ante: vt si hæres istum seruum alienet. nec impeditur libertas, si iste hæres eum redemerit. & hæc sunt vera, siue voluntaria sit alienatio, siue non. Fran.

v Placuit principi.] per prædicta verba.
x Libertas.] q.d. nihil: vt insti.de iu.perso.§.j.
y Semel.] non sufficit semel. sic.ss.de aqua plu.arcen.l.in diem.
z Si non voluntaria.] sed necessaria. & sic est contra.ss.eo.l.cũ fideicõ. Solu. plenè dic vt ibi. & facit.ss.eo.l.quidam. & quod ibi dixi.

Papinianus li.19. LEX XXI.

ROgo ne Stichus alterius seruitutẽ experiatur. Intelligi datam fideicõmissariam libertatẽ placuit principi[v]. Quid enim tã contrariũ est seruituti, quã libertas[x]? Nec tñ quasi post mortẽ hæredis data videtur. quod eò pertinet, vt si viuus eũ alienauerit, cõfestim libertas petatur nec prosit ad impediẽdã libertatis petitionẽ, si redemerit eũ cuius semel[y] cõditio extitit. Idẽ probãdũ est, & si non voluntaria[z] alienatio ab hærede facta est nec refragabitur, quod nõ per ipsum[a] alienatio facta est. fuit enim quasi statuliber, & quacunque ratione[b] conditio impleta est.

Idem li.22. LEX XXII.

SI legatario fundi decẽ[c] pretij nomine relicta sunt in hoc, vt seruũ suũ manumittat: quãuis fundi legatũ agnouerit, si tñ pecuniæ legatũ propter interuẽtũ Falcidię nõ agnouerit, cogẽdus est pecuniã accipere habita legis Falcidiæ[d] rõne, & seruo fideicommissariam libertatẽ præstare, cũ semel fundi[e] legatũ agnouerit. A duobus hæredibus, qui tres seruos habebat, petijt[f], vt duos ex his, quos voluissent, manumitterent. altero hæredum latitante, alter declarat, quos velit manumittere. Potest dici fieri liberos, vt perinde libertas competat, ac si præsens solus manumittere potuisset[g]. Quòd si ex seruis vnus decesserit[h]: siue ex iusta caussa absit hæres, siue fari non possit à quo petitum est, decernente prętore duos, qui supersunt, fieri liberos conuenit. Cùm is, qui fideicommissariam libertatem præstare debet, iusta ex causa[i] abest, aut latitat, aut quidã[k] præsentes sunt alij est iusta causa absunt, nonnulli

a Per ipsum.] i. voluntate eius.
b Ratione.] dic vt ĵ.de verbo.obli.cũ seruus. &.ss.de condi. in l.fi.Accur.
SI legatario.] CASVS. Testator legauit Titio decẽ, itẽ fundũ, & grauauit eũ, vt manumitteret seruũ suum Stichũ. legatarius cepit petere.x. detracta est inde falcidia, & sic legatarius non vult hoc legatum pecuniæ habere, nec manumittere seruũ. dicitur quod cõpellitur legatum pecuniæ accipere detracta falcidia, & manumittere seruum.
A duobus.] Duo erant hæredes, & grauati sunt manumittere duos de seruis eorũ quos vellẽt: cũ tres tãtum seruos haberent. vnus hęredum latitat nec vult eligere q duo sint manumittendi. Dicitur quod stabit electioni alterius hæredis tantũ qui præsens est. sed si vnus de seruis decedit antè quã eligantur: tunc tantũ duo qui supersunt, veniunt manumittendi.
Cũ is.] Hæres rogatus manumittere seruum abest iusta decã, siue non iusta, & sic latitat: vel si erant plures hæredes, & grauati manumittere seruũ quidã eorũ absentes sunt iusta de cã, quidã non iusta de causa: & qdã sunt pñtes: vel si hæres grauatus decedat, nec aliqs ei succedat: vel si hæres rogatus abstineat se ab hæredi. dicitur quod iudex debet pronunciare hunc liberũ, velut ex testamento illius, q reliquerat per fideicõ. libertatem. Itẽ debebit iudex pronunciare, qui fuerint absentes iusta decã, vt illi sint patroni: & qui non iusta, & illi non erunt patroni. Franciscus.
Si legatario fundi.] cui fundus &.x. ideo relicta erant, vt seruum suum manumittat. Accur.
c Decem.] prętor fundum.
d Legis Falci.] contra suprà eodem.l.decem in fi. & .l.seq. Solu. vt in.l.illa, decem.
e Fundi.] vt &.ss.de leg.secundo.l.v. & facit.C.eod.ti.si te. & .l.deberi. Accursius.
f Petiit.] testator. Accur.
g Potuisset.] quasi totũ arbitriũ in eũ à testatore collatũ sit. Acc.
h Quod si ex seruis vnus decesserit.] vnde ammodo nõ est in eorum arbitrio, vt subijcit: & argu.ss.de contrahẽ.em.l.si in emptione.§.si emptio. Accur.
i Iusta ex causa.] quod est eo ipso, quod non est ex iniusta: vt.ĵ. eo.si eum.§.ex iusta.
k Quidam.] cum sint plures. Accur.

a Fraudandi.] aliâs frustrandi. Accursius.
b Aut ei.] scilicet hæredi rogato. Accur.
c Pronunciare.] in omnibus suprascriptis.
d Competere.] in omnibus prædictis casibus ac si libertas directa testamento data esset: vt. C. eo. l. ancillam. &. l. si seruus. in fi.
e Absit.] vt præsentibus & iusta caussa absentibus ius patronatus seruetur, detrectantibus modis omnibus denegetur: vt. s. e. l. j. et j. e. l. si eum. §. eorū. & no. de caussa in sententia exprimenda. sic. s. de suspe. tu. l. hæ. &. C. de iudi. properādum. §. penul. Accur.

FIdeicommissa] Cassius.
Hæres rogat[f] de manumittendo seruū, nō potest differre manumissionē ob hoc, q dicat seruū expilasse res hæreditarias, vel malè gessisse rationes domini. Fideicōmissariā.] Titius hæres institutus, & rogat[g] manumittere seruū hæreditariū, grauatus etiā fuit restituere hæreditatē Seio. decessit Titius ante, quàm restitueret. Dicitur q hæres Titij debet hāc hæreditatē Seio restituere, & etiā libertatem præstare seruo debet, si ab eo petat seruus.
Seruum.] Pater habens plures filios, vnū ex his habebat militē, ei donauit Stichū, & quædā alia bona. post eā credēsiste pater dominium serui & aliarum rerum quas donauerat filio, adhuc remansisse penes se, ab intestato decedens rogauit filios omnes vt istū Stichum seruū manumitterēt. Dicitur q filius miles si succedat patri, compellitur manumittere, nec aliquid fratre. ob hoc dabunt militi: aliâs autem res donatas militi à patre non compellitur miles conferre, siue communicare cum fratribus.
Etiā.] Grauaui filium meum vt cùm habebit. xx. an. manumittat seruū Stichū. filius ante, quàm haberet hāc ætatē decessit. Dicitur q hæres filij præstabit tunc temporis libertatē, quo si filius viueret, hanc ætatem compleret: licet secus sit in fideicō. Seruum.] Testator rogauit filium suum hæredem, vt post. v. an. manumittat seruum Stichum si ille seruus præstiterit omni die vsque ad finem quinquennij certam mercedē. posteà seruus fugit ab isto filio hærede, & per biennium nihil præstitit. Dicitur quòd deficit conditio: nec iste debebit ob hoc ammodo manumitti, nisi filius hæres accipiat per biennium ministerium eius serui loco mercedis: nam tunc videtur paritum conditioni, sic libertatem dari: vel nisi steterit per hæredē quo minus accipiat istam mercedem. Fran.

fraudādi[a] gratia fideicōmissi, copiam sui non faciūt, aut ei[b], qui libertatē debuit, hæres non extitit, aut suus hæres hæreditate se abstinuit: prætor pronunciare[c] debet ex testamēto Lucij Titij fideicōmissariā libertatē cōpetere[d] idq; senatusconsulto demonstratū est, quo cōprehensum est, ne dubiū & obscurum esset, cuius libertus fieret prætorem pronūciare debere, qui ex iusta caussa, & qui detrectādæ libertatis gratia absit[e].

Hæres rogatus de manumittendo seruum nō potest differre manumissionem ob hoc quòd dicat seruum expilasse res hæreditarias uel malè gessisse res domini. h. d. Franciscus.

Idem lib. 11. LEX XXIII.

FIdeicōmissaria libertas prætextu * expilatæ[f] hæreditatis, aut rationis gestæ[g] non differtur. Fideicommissariam libertatem ab hærede non præstitam cogendus est hæredis hæres, qui restituit ex Trebelliano senatusconsulto hæreditatem, præstare[h], si eius personam[i] eligat, qui manumittendus est.

Omnis manumittēdi seruū tradit ad hæredem fideicōmissarij q rogatus fuit manumittere. h. d.

Seruum peculij castrēsis, quem pater fideicōmissi verbis à legitimis filijs hæredibus[k] liberari voluit, filiū militē vel qui militauit, (si patri hæres extitit,) manumittere cogendum[l] rndi, quoniā pro priū[m] manumisisse defunctus post donationem in filiū[n] collatā existimauit. portionem eū à fratre[o] domino fratrē eundéq;[p] cohæredē citra damnū[q] voluntatis[r] redimere nō cogendū, nec ob eundem errorem[s] cætera, quæ pater in militiā profecturo filio donauit, fratri, q māsit in potestate, cōferenda cū peculiū castrēse filius inter legitimos[t] etiam hæredes præcipuum retineat. Etiā fideicōmissaria libertas à filio post certā ætatē eius data, si ad eā puer non perueniat, ab hærede filij præstituta die reddatur: quā sententiam iure singulari receptam, ad cætera fideicommissa relicta porrigi nō placuit[v]. Seruū à filio post quinq; annos si eo tēpore[x] diurnā mercedē filio præstitisset, manumitti voluit[y]. biēnio proximo[z] vagatus[a] nō præstiterat. cōditione defectus videbatur si tū hæres filius, aut tutores eius ministeriū serui per biennium elegissent[b], eā rem[c], (excepto q per hæredem stetisset) impedimento residuæ conditioni non esse constitit.

Vlpianus li. 5. LEX XXIIII.

GEneraliter dicimus eos posse fideicommissariam libertatem adscribere, qui fideicōmiss-

a Limitabis hoc dictū gl. &. l. hæ. in gl. al. vt procedat in sententia absolutoria non autē in condēnatoria. arg. l. si. iusfa. § di ui. & vbi Dy. vbi notauit in apostil. ad eum de le. j. Sed tu dic & melius q ho die non requiratur cā per. e. sicut. extrà de re iu. not. in. l. iulianus & ibi omnino Alex. s. de cōdi inde. bi. quod intelligo quo ad validitatem sententiæ: sed quo ad releuandū vel grauandū grauatā sic: vt no. guil. de cug. in. l. prouerādū. §. illo procul dubio. in. j. & ibi nota. ui in ar. ff. in ver debet exprimere cauf. sam. C. de iudi. & Pa norm. in. c. examinata. nu. viij. vbi etiam nota ui in addi. in ver. nō putu votū. ex trà de iudi.

* compilatæ.

f Expilatæ.] aliâs expilatæ: aliâs cōpilatæ. & concordat. j. si qs test. liber esse iussus. l. j. §. si seruus. & ar. C. de cri. expi. hære. l. obtentu. Sed cōtra. C. de lega. non est. Sol. hic ab alio, ibi à seruo fuit expilata. Vel verius hic speciale in libertate: vt. d. §. si seruus.
g Gestæ.] aliâs iustæ. & tunc sequenti. aliâs gestæ. & tunc præcedenti literæ iungitur. Et no. quòd post libertatem rationē debet reddere: vt. j. eo. si puré.
h Præstare.] scilicet libertatem. Accur.
i Personam.] quod potest: vt. s. eo. apud Iulianum.
k Hæredibus.] ab intestato. Accursius.
l Cogendum.] eum solum, nec per hoc videtur adire: vt. s. de acqui. hære. Iulianus. §. si. Accursius.
m Proprium.] id est credidit apud se pater remansisse dominium etiam post donationem in filium factam, licet erraret. & sic volebat alios filios grauare in redimendo.
n In filium.] militem.
o A fratre domino.] milite. Accur.
p Eundémque militem.] cōseruata in totū voluntate testatoris

q Damnum.] i. de voluntate.
r Voluntatis.] i. salua voluntate.
s Errorem.] quo putauit pater seruum, & alias res donatas filio in suo dominio remansisse. Azo. & facit. C. familiæ ercisc. unde si filius. Accursius.
t Legitimos.] non tantū inter testamentarios. Accur.
v Non placuit.] vt &. s. de manu. testa. si ita. Sed cōtra. C. quando di. le. ce. ex his Sol. vt ibi, & facit. s. qn dies leg. ce. si titio. Acc.
x Eo tempore.] s. totius quinquennij.
y Voluit.] s. testator. Accur.
z Proximo.] post mortem testatoris.
a Vagatus.] seruus. Accursius.
b Elegissent.] contempta mercede: & accipe excepto q &c. q. d. videtur paritum cōditioni siue accipiat hæres ministeriū pro mercede, siue per hæredem stet, vt neutrū fiat.
c Eamrem.] i. vagationem biennij.

GEneraliter.] Cassius. Illi pnt fideicōmissarias libertates relinquere qui aliquod fideicom. pecuniarium pnt relinquere: vt sunt illi qui possunt testari. & cuiuscunque seruo pōt fideicom. libertas relinqui, siue principis seruo, siue ciuitatis, siue seruo hostium, & tūc debebitur, cū seruus hostium, ad nos peruenerit. Item libero homini pōt relinqui libertas perfideicō. & tunc tenebit, si tempore mortis testatoris in ueniatur seruus, vel tempore existentis condit. sub qua relicta erat libert. s. Item seruo alicuius, qui sit in ventre, potest relinqui libertas per fideicom. Item seruo dānato in metallum potest fideicommissaria libertas relinqui & tunc debebitur, cùm à pœna erit liberatus indulgētia principis: tunc enim seruus fisci efficitur, & nunquàm reuertetur sub priore domino. Item nato, & concepto ex dānata in metallum potest fideicōmissaria relinqui libertas, cùm etiam talis seruus possit vendi à fisco. Si petitum.] Testator dixit in testamēto. nolo q Stichus seruus meus seruiat. Dicitur q per hæc verba, videtur hæres rogatus de manumittendo. sed si testator dicat nolo q hæres meus Stichum seruum meum vendat: videtur relinquere libertatem per fideicom. si contingat eum vēdi: nisi appareat, q aliade causa hęc verba dixerat, vt animo cruciandi seruum: & sic in eius odiū possit haberi, vel quia dixit hæc verba animo consulendi hæredi. ne eum vendat, cùm bonus sit seruus. & hoc debebit probare hæres. nā præsumitur q animo relinquendi libert. hæc verba dixerat testator. Si quis tutorem.] In testamento meo Stichum reliqui tutorem filijs meis credens eum liberum, cùm esset seruus. non propter hoc putet sibi libertatem deberi. Si quis.] Ego Frācīscus obligaui seruum Stichum Bozolo. tandē Bozolus illi seruo reliquit libertatem directò in testamento de rigore iuris nō valet, sed tamen de æquitate valet: vt videatur hæres Bozoli rogatus per fideicommis. manumittere, & sic eum emet à me, & manumittet: & hoc præualet, cùm non sit ignotum multa induci contrà rigorem iuris fauore libertatis. Ex testamento.] Testō rupto per natiuitatē posthumæ, omnes libertates tam directæ quàm fideicommissariæ in eo relictę cassantur, nisi testator dixerit eas dandas etiam à legitimis. & iste est casus. hodie autem secus seruatur vt. C. de liberis præteritis. authentic. ex causa. Si quis alienum.] Ego Franciscus legaui Titio decem sudem rogaui, vt manumittat seruum suum Stichum: vel forte non fuum, sed alienum. tandem Titius accepit hæc. x. nunc videt Titius q valet seruus Stichus vltra. x. non vult manumittere Stichum. quæritur an

tur an cogatur? & distinguitur. nam aut hic Stichus erit seruus Titij: & tunc cogitur eum manumittere: licet minus sit legatum quàm valeat Stichus. si autem sit seruus alienus, non cogitur Titius eum emere pro maiori quantitate, quàm habuerit nomine legati: & sic nec manumittere. Sed pone, quòd Titium hæredem mihi institui, & eum rogaui de seruo Sticho manumittẽdo. Dicitur quòd si aliqd licet modicum superest penes eum de hæreditate deducto ære alieno: cogitur eũ manumittere. si autem nihil superest, non cogitur. Posteà dicit. legaui Titio decem eundẽ rogaui de Sticho seruo alieno manumittẽdo, qui vltra decẽ valet. tandem hoc legatum creuit, puta mora hæredis, & sic Titius habuit fortè vsuras legati, & sic vltra decem dicitur ꝙ hoc totum est de legato: & si hoc totum simul legatum collectum sufficiat ad emendum Stichum, cogitur eum emere & manumittere. Idem est & si serui Stichi pretium decrescat, ita quòd bene potest emi pro tãto, quãtum est legatum. nam Titius cogitur eũ emere, & manumittere. Sed pone, quòd fundũ legaui Titio, eundẽ rogaui de seruo Sticho manumittẽdo, & bene nunc valebat legatum tantum quantũ seruus Stichus, tandẽ decreuit legatum, fundus puta chasmate, ita ꝙ valet minus, quàm Stichus. an nunc cogetur manumittere Stichum? & dicitur quòd non, si legatum quod habet vult reddere. sed si hoc quod remansit, valet tantum quãtum Stichus: tunc bene cogĩt manumittere. Sed pone, quòd erat rogatus plures seruos manumittere, & fundus legatus minutus, vt dixi prius, adhuc valet tantum quantum aliqui ex seruis, nõ quantum omnes: & accepit legatum: hoc casu cogitur manumittere quosdam ex his, qui sufficiant ad pretium legati, & primo illos, qui primo sunt nominati. Si hoc non apparet: tunc forte vel meritis decernetur, qui primo manumittantur. Vltimo dicit: ea quæ dixi quãdo Titius erat rogatus de seruis suis manumittendis, habent locum, & si de alienis seruis manumittendis erat rogatus: cùm legatum sibi relictum non sufficiat ad omnes emendos. nam emet quos poterit ex tanto, quantum est legatum, & manumittet. ¶ Si cui.] Titius legauit mihi centum & rogauit me vt manumitterem seruum meũ Stichum, & ei facto libero ista centum darem. dicitur quòd tali seruo non compellor dare libertatem, & adducit simile, quod leue est. ¶ Si rogatus.] Legatus est mihi fundus, & rogatus sum, vt istum fundum post mortẽ meam restituam Titio, & cẽtum dem Sempronio. dicitur, quòd ita demum teneor ad ista cẽtum si interim tantum lucri habeam ex hoc fundo. sic ergo pendet hic fideicommissum, prout suprà dicitur de libertate. ¶ Quoties.] Seruo relicta est libertas per fideicommissum. ammodo si hæres eum vendat, vel vsucapiatur hic seruus ab aliquo, non extinguitur hoc fideicommissum, quin hic seruus possit petere manumitti. poterit autem petere manumitti ab eo, à quo maluerit, scilicet ab hærede, vel ab emptore. & similiter si erat relicta libertas sub conditione, & interim hæres eum vendat. nam existente conditione poterit petere manumitti: vel vult ab emptore, vel ad hęrede, & si ante conditionem emptor eũ manumisserit, & tunc existẽte cõditione petat se esse libertũ hæredis, nõ manumittẽtis, cũ durior sit patronus: auditur. idem si ex alia causa ex hoc idẽ petat. & hoc si fuerit talis voluntas testatoris. si autem testator non curauit à quo manumittatur, sed hoc tantum, ꝙ manumittatur: tunc hoc non poterit allegare siue petere hic seruus libertus factus. Franciscus Accursius.

bono[a] viro videbitur. Nam & ita relictū, Si voluntatem meā probaueris[b]: puto deberi: quēadmodum Si te demeruerit quasi virū bonū: vel si te non offenderit, quasi virū bonū. vel, Si eū pbaueris: vel, Si nō reprobaueris: vel, Si dignum putaueris. Nam & cùm quidam græcis verbis ita fideicommissum reliquisset, τῷ δεῖνι ἐὰν δοκιμάσῃς, ἐλευθερίαν δοθῆναι βούλομαι .i. Illi, si probaueris, libertatem dari volo: à diuo Seuero rescriptum est, fideicōmissum peti posse. Quāquā[c] aūt in hæredis arbitrium conferri, an debeatur, non possit: quādo tamen debeat, cōferri potest. ¶ Quidā[d] cū tres seruos legasset, fidei hæredis sui commisit, vt ex his duos, quos vellet, manumitteret. Fideicommissaria libertas valebit: & quos ex his volet hæres manumittet. Quare si eos vendicaret legatarius, quos hæres vult manumittere: exceptione doli mali repellet.

Iulianus li.42.digest. LEX XLVII.

Si pater duos filios hæredes instituerit, & agnatione posthumi ruptum testamentū fuerit: quāuis hęreditas pro duabus partib[e] ad eos[f] pertineat, tamen fideicommissarias libertates præstare nō debent[g]: sicuti nec legata quidem, aut fideicommissa[h] præstare coguntur. ¶ Si cū alienum seruum hæres rogatus sit manumittere, * item cōmunē, vel eum in quo vsusfructus alienus est, is[i] latitet: non iniquè[k] Senatusconsulto[l] libertatibus succurretur. ¶ Si Sticho[m] libertas per fideicommissum data fuerit sub conditione, si rōnes reddidisset: & is absente[n] hærede paratus sit reliqua soluere: prætoris officio continetur, vt virum bonū eligat, cuius arbitrio rationes computentur: & vt pecuniam, quæ ex computatione colligitur, deponat atque ita pronunciet libertatē eorum ex causa fideicommissi deberi. Hoc autem fieri conueniet, si hęres ex iusta causa aberit: nam si latitauerit, satis erit liquere prætori, per seruum nō stare, quo minus conditioni pareat: atque ita pronūciare de libertate oportebit. ¶ Cū sub cōditione legato[o] seruo libertas datur: non aliter fideicōmissario tradi debet, quā vt caueat existente conditione traditū[p] iri eū. ¶ Quædā, cū in extrema esset valetudine, præsentibus honestioribus viris compluribus[q], & matre sua ad quam legitima[r] eius hęreditas ptinebat, ita locuta est, Ancillas meas Mæuiam, & Seiam liberas esse volo, & intestata decessit. Quæro, si mater ex Senatuscō sulto[s] legitimam eius hæreditatē non vendicasset, & hæreditas ad proximum cognatum pertinuisset an fideicommissaria libertas deberetur? Respon. deberi: nam eā, quæ in extremis dixisset, Ancillas meas illam & illam liberas esse volo: videri[t] ab omnibus, qui legitimi hæredes aut bonorū possessores futuri essent, petisse, vt hoc fieri possit.

Legatarius si petat seruum, qui ei legatus est ut eum manumittat debet cauere de eo manumittendo ante quàm ei tradatur. h.d.

Idem li.12. LEX XLVIII.

Cvm in testō scriptū esset, Stichū Titio * lego: vel hæres meus dato, ita vt eum Titius manumittat[v]: dixi, petēti legatario Stichum, exceptionem doli mali obstaturam: nisi cauerit se libertatem secundum voluntatem defuncti præstaturum.

Hæres & legatarius, si rogati sunt seruum manumittere, & latitāt: seruus efficitur libertus. Orcinus.

Affricanus li.8. LEX XLIX.

Si is cui seruus legatus est, rogatus manumittere, latitet: Orcinum[x] fieri libertum respondi. Idem fore, & si non legatarij, sed hęredis fideicōmissum esset. Sed & si non omniū, sed quorundā hærēdū, fideicōmissum, esset ita: æquè[y] dicendum erit, Orcinū fieri. in eos autē, q latitauerint[z], cohęredib[a] quid si cū plures essent hæredes, quidā ex eis sunt rogati manumittere Stichum seruum hereditariū, & latitant? Rñ. ille seruus efficit libertus Orcinus. Alij tñ hęredes qui non erant rogati, agēt contra rogatos ad pretium partium quas habebant in illo seruo.

d Quidam.]cōcor. s.demanumis.test. si peculium.§.fi.&.C.e. si quis in testamento. &.j.eo.si seruus. Acc.

Si pater.] CASVS. Quidā duos filios habēs, eos hę redes īstituit, & eos rogauit, q manumittāt quosdā seruos. posteà natus est posthumus illi testatori, & sic ruptum est testamētum. dicitur q hæc fideicōmissaria libertas extīguit: licet penes istos duos filios debeāt remanere duæ ptes bonorum: & sic legata ī eo testamento relicta extincta sunt.

Si cum alienum.] Hæres rogatus vt seruum alienū manumittat latitat: ppter hoc dicitur q habet locū senatusconsultum, de quo habes.s.e.alieno. §.fi.&.l.fi.in quo caue tur, q hæres cōpellit emere, & manumittere, vel dominus serui popeteit eū manumittere & petere pretiū ab hærede.

Si Sticho.] Grauaui hæredem meum vt manumittat seruū Stichum, si reddiderit rationes. nunc hærede absente Stichus vult reddere ratiōes, & venire ad libertatē. quæritur, quid iuris? & distinguit. nā aut hic hæres est absens iusta de causa, & tūc iudex eliget quēdā bonū virū, qui excutiat rōnes à seruo, & reliqua accipiat, & deponat, & posteà iudex dabit libertatem illi seruo. si autem hæres abest mala fide: satis est q seruus dicat corā iudice separatum reddere rationem, & sic pronūciet iudex libertatē huic seruo. ¶ Cū sub cōdit.] Seruū tibi pure legaui vt eum manumittas si nauis venerit ex Asia. dicit q tibi non aliter dabitur hic seruus, nisi caueas hęredi meo, q eū manumittes: veniente condit. ¶ Quædam.] Quædam existens infirma nolens decedere ab intestato, præsenti b[o].v. viris & matre sua ita dixit. Mæuiam & Seiam liberas esse volo. Dicit q siue mater ei succedat, siue matre repudiāte ali[9] legitimus ei successit: videt grauatus p fideicō. vt has seruas manumittat.

* Hæc nō legatur, vt que ad dictiōne, in quo.

e Pro duabus partibus.]pro tertia ad posthumum. & sic no. testamentum rūpi in totū[a] etiā propter vnū posthumū. sic.]. de inîu. te.l.pe. aliud de inoffi. testa. vt.s. de inoffi. test.l. circa. Azo.

a Et ratio est, quia si fui non po test exhære.

f Ad eos.]s. filios institutos in testamento, in quo erant relictæ libertates quod testamentum est ruptum per natiuitatem posthumi

g Non debent.]nisi ab intestato rogauit, vt.s.eo.l.aliena.§.j.&. s.de condi.l.qui graui.& seque.&.l.pe.&.C.de fideicommisso.l.eam quam.

h Aut fideicommissa.]Ex rupto enim testamento nihil debetur vt.C.de posthu.hære.l.j.& argu.s.eo.cùm quæsitum.§.fi.sed hodie secus: vt.C.de libe. præ. aut.ex causa. Accur.

dari, nisi cō missa vna, vel pluribus caussis ingratitudinis: de quibus per .c. quintaualis extrà de iureiur. & in.§.caus sas.in auth. vt cùm de ap. cog. quā posthumus cōmittere non potest: vt in.l. si qs in suo C. de inof. testa. Et iō hodiè non potest exhęredari: vt p gloss.in.l.si posthumus à primo.& s.de lib. & posthum. Quod tñ li mitabis nō pcedere in posthumo monstruoso, vt ple. not. Bald. in l.pen.C. de posthu. hære. institu.

i Etis.]s.hæres.
k Non inique.] sed æquè.
l Senatusconsulto.]aliquo: arg.s. eo. l.alieno.§ fi.&.l.se.nō Rubriano, qđ in seruo rogantis: nec æmiliano, quod ī seruo rogati locū habet: vt.s. eo.l.cū verò.§.subuentum.&.l.si eum.§.si qs seruum. Vel dic, Senatusconsul.id est ex mente prædictorum senatusconsultorum.
m Si Sticho.]facit. s.eo.l.si purè. Accur.
n Absente.]ex iusta causa, vt statim patet.
o Legato.]purè, sed libertas sub condi.
p Traditum.]i.q reddet hæredi ad manumittendū: vt.s.eo. tit.j.l.iulia.ij.rñ.& facit.j.l.proxi.&.s.ti.j. si peculium.§.fi. Acc.
q Compluribus.] vt.v.ad minus: vt.C. de codicil.l.fin.§.in omni.
r Legitima.]ex ter tul.vt instit.ad tertu. in prin.& facit ad.§. s.codem in testamento.
s Senatusconsulto.]Tertuliano.
t Videri.]vt fuit in nostro casu. Accur.

* do &c.

Cvm in testamē to.] CASVS. Titio seruum legaui, & eum rogaui vt seruum istū manumittat. nō dabitur Titio seruus, nisi caueat hæredi de eo manumittendo. Fran.

v Manumittat.] Idem si vt quoduis aliud faciat: licet nō interfit hæredis: vt &.s. de leg.iij.si tibi legatū.& facit.s.ti.j.iul.& s.l.proxi.§.penul.

Si is.] CASVS. Tibi erat legatus Stichus, & rogatus eras vt eū manumitteres. tu latitas nec vis manumittere. erit Orcinus libertus. idē est si hęres testatoris rogatus sit stichū manumittere. nam si latitet, erit libert[9] Orcinus iste Stich[9]. Sed

x Orcinum.]ex Rubriano: vt.s.eo.cū verò.§.subuentum.
y Aeque.]i.sicut in superiori casu efficitur Orcinus, si non manumittatur: ita hic.
z Latitauerint.]qui soli sunt rogati.
a Cohæredibus.]qui non sunt. Accur.

a Vtilem actionem.] Ad pretium suæ partis: vt.§.eo.cùm quasi §.si plures.
b Actionem.] fortè in factum. Accur.

Si seruus legatus.] CASVS. Seruum tibi legaui. posteà grauaui hæredẽ meũ vt eũ manumittat: dicitur ꝙ legatũ extinguit. sic vltimũ dictũ serua tur. Sed pone, ꝙ primò hæredẽ meũ rogaui de manumittendo 10 Sticho, posteà eum Stichũ legaui. Dicitur ꝙ primũ grauamẽ libertatis dãdæ extinguitur per hoc legatũ, quasi videar pœnituisse de libertate. Si autẽ est in obscuro siue in dubio qua mente legauerim: non ex- 20 tinguitur libertas.
c Manumissus.] i. manumitti iussus. Ac.
d Consultus.] i. interrogatus.
e Adimi.] s. posse. Accursius.
f Videtur verior.] vt.§.t.j. si peculiũ.§.fi. &.].de re.iur. quoties. 30 & ad hoc.§.tit.j. stichus sempronio.&.§. de vul.sub.l.fi.§.j. ibi, nos dominis &c. & de libe.& posthu. si ita.§. regula.&.de lega.ij. si idem.in prin.].ti.j. stichũ.in princi.&.C. de ne.ser.l. quidam.§. si.

Non tantum.] CASVS. 40 Rogaui hæredem meum, ꝙ seruum manumittat. siue ipse hæres siue hæres eius eũ manumit tat: bene est idẽ si emptor, qui emit ab hærede, eum voluerit manumittere: & fiscus ei succesit antè, quã 50 manumittat. Dicit ꝙ fiscus cogitur eum manumittere. Vltimo dicit, ꝙ rogat⁹ manumittere poterit manu mittere, etiam si eius sit ętatis, qua rem suã alienare non posset, vt qui minor est.
Si alienum.] Decẽ 60 tibi lego, & rogo te vt seruum Stichũ emas & manumittas. dño Stichi nolente vende re: tamen retinebis legatum.
Cui per fideicommissum.] Seruus cui est relicta libertas p fideicõmissum, est lo- 70 co liberi, & obtinet vicem statuliberi: imò melioris est condi. cùm non possit in alium transferri: nec cogitur alium patronum habere quàm rogatum. Senatusconsulto.] Hæres grauatus de manumittendo seruum abest, & ex iusta causa, & hoc est pronunciatum. Dicitur, ꝙ ammodo erit liber perinde, ac si esset manumissus ab hærede. Secũdo dicit: qñ dicitur abesse: & certè tunc cũ à tribunali abest. & quod dixi in hærede, idem in alio grauato per fideicõmissum de manumittendo. qui si abest ex iusta causa, & hoc pronunciatum fuerit: seru⁹ erit liber perinde, ac si esset à rogato manumissus: & sic eius libertus erit. & de hoc an. s. absint ex iusta causa vel nõ: debent 80 præsides prouinciæ in prouincijs cognoscere: licet rogatus non sit eius prouinciæ. & hoc vltimum artificulianum senatuscõsultum induxit. Si autem quis est rogatus seruũ propriũ manumittere, & hic absit, & iudex cognouit eum abesse, & libertatem huic seruo deberi pronunciet cum esse liberum: & erit ammodo liber, & hoc est inductum à senatusconsulto vinciano. Vltimo dicit. Si hæres rogatus de manumittendo seruum hæreditarium absens sit: iudex iudicabit seruum esse liberum, & erit liber. absens autem dicitur siue abest ex iusta cã: siue latitet: siue præsens est, & non vult manumittere. Sed pone, quod hic hæres vendat hunc seruum, quẽ erat rogatus manumittere. hoc casu emptor cogitur manumittere. Sed pone, ꝙ duo erant hæredes, & vnus eorũ rogatus est de manumittendo seruum hæreditarium. Dicitur, ꝙ rogatus manumittet etiã altero cohærede absente. intellige tamen, ꝙ pretiũ serui dabit. & hæc etiã vera sunt. si cohæres sit impubes. 10 Sed pone, ꝙ hæres rogatus est manumittere ancillam, & vt cùm ea cõtrahatur matrimonium. Dicitur ꝙ cogitur eam manumittere. non autem eã ducere in vxorem cogitur. Fran.

Marcellus. | Cerinthius. | Per legatũ &c. | Marcellus lib. 9. | aliquo modo.

à quibus redimẽdæ partes essent, vtilem [a] actionẽ [b] eo nomine dari debere: vel etiam familię erciscũdæ iudicio rectè eos acturos.

Martianus. LEX L.

Si seruus legatus, & per fideicõmissum manumissus [c] sit Serbidius Scæuola consultus [d] putabat, nouissimam scripturam valere, siue libertas sit, siue legatum: quia cùm libertatem datam posteà placeat adimi [e], et legatũ cõstat posse adimi. Sed si in obscuro sit, qua mente post libertatem legauerit eundem seruum: in obscuro libertatem præualere. Quæ sententia mihi quoque verior esse videtur [f].

Idem Marcellus lib. 9. LEX LI.

Non tantũ ipse qui rogatus est manumittere, ad libertatem perducere põt: sed & successores eius, siue emptione [g], siue [h] alio modo successerint. Sed & si nemo successor extiterit, ad fiscũ ita transit [i], vt libertas ab eo prętet. Is autẽ, qui rogat⁹ est manumittere: etiam eo [k] tẽpore, quo aliena re prohibetur [l], potest manumittere. Si alienum seruum quispiã rogatus fuerit manumittere, cùm ei certa pecunia legata esset, vt emat eũ, & manumittat, & domin⁹ nolit eum vẽdere: legatũ retinet [l] ex voluntate defuncti. Cui per fideicommissum libertas debetur: liberi quodãmodò loco est, & statuliberi locũ obtinet [m], vel eo magis [n], ꝙ nec in alium transferend⁹ est ita, vt aut libertas eius impediatur, aut iura patronorum grauiora experiatur [o]. Senatusconsulto Damasiano cautum est [p], vt si ex iusta causa absit, qui fideicommissariam libertatem debet, & hoc pronunciatum fuerit: perinde libertas competat, atque si (vt oportet) ex causa fideicõmisi manumissus esset. Abesse autem is intelligitur, qui à tribunali abest. Et quia de hæredibus tantùm cautũ erat: adiectum est eodem Senatusconsulto, vt quicunque fideicommissariam libertatẽ debet: ex quacunque causa iusta pronũciatum fuerit eũ, eosve abesse: perinde habeatur, atque si vt oportet ex fideicommisi causa manumissus esset. Sed & Artificuliano Senatusconsulto cauetur, vt in prouincijs præsides prouinciarum cognoscant [q], licet hæres nõ sit eius prouinciæ [r]. Sed & si non hæreditarium seruum quis rogatus sit manumittere, sed proprium: ex Senatusconsulto Vinciano [s] post pronunciationem [t] peruenit ad libertatem. Siue ex iusta causa abest, siue latitet, siue præsens non vult manumittere: pro absente eum haberi Diuus Pius rescripsit [v]. Emptor quoque [x] vt manumittat, eodem Senatuscon. expressum est: & præsens cohæres [y] perinde manumittat, atque si traditum à cohærede accepisset [z]. Quod & in impuberis persona cohęredis q nõ erat rogatus manumittere [a], eundem principem rescripsisse relatũ est. Sed si matrimonij causa quis manumittere [b] rogatus est non est cogendus eam vxorem ducere: sed sufficit fideicommissaria libertas.

Vlpianus li. 2. respon. LEX LII.

Posteà quàm à creditore [c] alienati sunt serui, quibus fideicõmissaria libertas adscripta est: non nisi ex iusta causa aduersus hæredem subueniri eis posse.

g Emptione.] à quo 20 eorum, elegit seru⁹: vt.§.eo. generaliter.§. fi.M. Accur.
h Trãsit.] seruus cũ hæreditate.
i Ab eo.] s. fisco.
k Prohibetur.] vt §.eod. alieno.§.ij.&.l. neque infantes.§.fi.& sic voluntas defuncti 30 facit cessare necessitatẽ decreti: vt.C. quãdo decre. opus non est l.j.ij.&.iij.& facit.§. de ma.vin.l.si rogat⁹. in prin. Sed ar. cõtrã C. de re.ali.nõ alienãdis.l.fi.
l Retinet.] vt.§.de le.j. si fundum sub con 40 di.§.iul.& fa.c.de beri.
m Obtinet.] sicut enim statuliber conditionem expetat: ita iste manumissionem. Mar.
n Magis.] s. est plus liber, quã statuliber.
o Experiatur.] facit.§.eod.l. generali- 50 ter.§.fi.&.l. is qui ex causa.&.C. qui.ad liber procla.non.li.l.j. Accursius.
p Cautum est.] vt &.§.eo.l. neque infantes.
q Cognoscãt.] de supradictis. Azo.
60 r Eius prouinciæ.] cuius testator fortè fuerat. Vel dic speciale: vt &.l. neque infantes.§.fi. aliãs contra: vt.§. de iurisd. om. iu.l.fi.&.C. de interd. l.ij.
s Vinciano.] idem dicit Aemilianũ: vt. 70 §.eo. si eum.§. si quis seruum.
t Pronunciationem.] i. post decretum interpositum eo absente.
v Rescripsit.] facit.§.eo.l. neque infantes.&.l. si eum in prin.
x Quoque.] facit.§.eo.l. in prin. Accur.
y Cohæres.] qui est rogatus.
z Accepisset.] Sed reddet ei pretium: vt.§.eo.l. si is.§.fi. Azo.
a Manumittere.] Sed hæres rogatus erat: vt.§.eo.l. cùm quasi.§. si plures. Accursius.
b Manumittere.] s. ancillam vt contrahat matrimonium cum rogato. Accursius.

Defuncti volũtas necessitatem decreti cessare facit.

80 Posteà.] CASVS. Testator quosdã suos seruos obligauerat alicui puta. Bozolo Florentino. hic testator rogauit hæredem suũ de his seruis manumittẽdis. ante quã hæres eos luat, & manumittat, Bozolus eos vendidit iure creditoris. quęritur, an hic hæres cogatur eos redimere ab emptore, & manumittere. Dicitur ꝙ nõ nisi fuerit in mora luendi eos. Fran.
c A creditore.] vt ab emptore cogatur redimere, & manumittere. & ex iusta causa, si hæres facit moram luendo à creditore: vt supra.eo.

prà eo.l.Thais.§.j.Accur.

SI quis rogatus.] CASVS. Hæres rogatus est manumittere ancillam hæreditariam. hic hæres adita hæredi. fecit morã in manumittendo, & sic ancilla peperit. Dicitur quòd hic partus est liber ingenuus. cum enim libertas sit res publica, is hęres qui eam debet, debuit eã offerre. aliâs lex dat libertatẽ. Sed pone, quòd hic hæres non adiuit hæredi. in odiũ 10 huius ãcillæ, ad hoc, vt eius partũ haberet seruum. tũc hic partus natus est seruus. tradetur tamẽ matri ad manumittẽdum. sed si mater, vel eius hęres non vult manumittere, coguntur ad hoc. Sed pone, quòd hæc mater nolit 20 sibi hũc filium tradi. tunc hæres testatoris ad hoc cõpellitur. Sed pone, quòd hæres non studiosè distulit adire. adhuc idem. Sed pone, quòd ancilla peperit antè, quàm hæres cognoscat se hæredẽ. adhuc idem. tamẽ hoc 30 casu ipse hæres manumittet hunc partũ. Sed pone, quòd directò relicta erat libertas huic ancillæ. & ante, quàm adiret hæredi. ancilla peperit. hoc casu mater manumissa petet hunc partum. Sed pone, quòd directò li- 40 bertas fuit relicta seruis. sed antè, quam hæreditas adeatur, hi serui ab aliquo sunt vsucapti. Dicitur quòd hæreditate posteà adita, per prætorem subuenitur his seruis vt efficiãtur liberi: licet eis possit imputari quare passi 50 sunt se vsucapi. & hoc si erãt hi serui magni. si autem paruuli: hoc non esset eis imputandum. h.d. cum duabus legibus seq. Franciscus Accur.

[Margin: Vlpianus.li.2. Respon.] [Margin: Quatenus libertas non petita, sed vltro is, qui eam debet offerre debeat.] [Margin: Marcellus.li.6.] [Margin: Martianus.]

Martianus. LEX LIII.

SI quis rogatus ancillam manumittere, morã fecerit [a]: si enixa intereà fuerit, constitutum est, huiusmodi partum liberũ nasci, & quidẽ ingenuum: sed sunt cõstitutiones [b], quibus cauetur. Statim ex quo libertas deberi cœperit, ingenuũ nasci: & hoc magis est sine dubio sequendum, quatenus [c] libertas non priuata [d], sed publica res est: vt vltrò is, qui eã debet offerre [e] debeat [f]. Sed & si nondum debita libertate fideicõmissaria ancilla peperit, studio tamẽ hæredis fuit effectum, vt nondum libertas deberetur: veluti, quòd tardius adierit [g] hęreditatem, vt qui nati sunt ex ancilla, serui eius fiant: placet manumittendos: sed tradi matri oportere, vt ab ea manumitterentur, vt liberti potius matris [h] fiãt. Nam quos indignus est hæres seruos habere, ne libertos quidem habebit.

Idem. LEX LIIII.

SI mater, postquàm filiũ suum accepisset [i], vel qui in eius [k] locum successit, præstare nolint libertatem: compellendi sunt. Amplius, si mater aut nollet sibi filiũ tradi, aut in rerum natura esse desisset: nõ ab re est dicere, nihilominus ita natis ab hærede libertatẽ præstari.

Neratius. LEX LV.

SEd & si nõ data opera tardius adierit, sed cùm de adeunda hęreditate deliberat: idem [l] dicendum est. Sed si posteà cognouit se hæredem institutum, quàm ancilla peperit: placet hoc quoque casu subueniendum esse [m]: hoc tamen casu ipse manumittere debebit [n], non matri tradere. Sed si directò libertas data fuerit ancillæ, & horum aliquid euenerit: quemadmodum natis subuenietur? nam ibi [o] quidem petitur fideicommissaria libertas, & Prætor paruulis subuenit: cùm verò directò libertas datur, non petitur. Sed etiam hoc casu puto nato subueniẽdum esse ita, vt aditus pretor in rẽ matri [p] decernat actionẽ exẽplo fideicommissariæ libertatis. Sic deniq; & Marcellus lib.xvj.Digest. scribit, & ante aditam hæreditatem vsucaptis, qui testamento manumissi sunt, subueniendum esse [q], vt eis libertas cõseruetur, vtiq; per Prætorem: quamuis etiam his imputari possit quare vsucapti sunt. In paruulis autem nulla deprehenditur culpa.

Non intelligitur repetitum, quod repetitum uitiaret. Barto.

Marcellus. LEX LVI.

LVcius Titius testamento ita cauit: Siquos codicillos reliquero, valere volo: Siquis mihi ex Paula, quæ vxor mea fuit, intra decem menses natus natáve erit: ex semisse hæres esto: Caius Seius ex semisse hæres esto: Stichum, & Pamphilum seruos meos, & Erotem, & Diphilum peto, & fidei hęredum committo, vt cùm ad pubertatem [r] liberi mei peruenerint, manumittant. Deinde nouissima parte ita cauit, Quòd si mihi liberi nati non erunt, aut intra pubertatẽ decesserint: tunc hæredes ex paribus partibus sunto Mutius, & Mæuius: legata, quæ priore testamẽto [s], quo filios, & Seiũ hæredes institui, reliqui: præstari volo hæc & à sequẽtibus hæredibus. Deĩde codicillis ita cauit, Lucius Titius hæredibus primis, & substitutis salutẽ. Peto, vt ea, quæ testamento caui, legaui: & ea, quæ codicillis cauero, legauero, præstetis. Quæro, cùm liberi Lucio Titio nati nõ sint, an Sticho, & Pãphilo, & Eroti, & Diphilo, seruis cõfestim fideicõmissaria libertas pręstari debeat [t]. Marcellus rñ. cõditionẽ, quæ libertati eorũ, de quibus quæreretur [v], si filij hæredes extitissent, apposita esset [x], repetitam non videri [y] ideoq; confestim libertatem præstandam esse, & à primis [z], & à substitutis hæredibus.

[Margin: Collegit Bar. ex ista l. quòd ita demũ intelligatur aliqd esse repetitum, si non vitiat. cui concor. do. in.l.si ex falsa. in gl. ante penul. C. de transactio.]

a Fecerit.] post aditam hæreditatẽ, aliâs secus: vt.j.§.j. & quod 60 hic dicit moram, intellige per interpellationem. Item nota moram: aliâs seruus nasci tur, sed matri traditur ad manumittẽdum: vt s.eo.si prægnans. & .l. cùm vero. §. apparet. in princip.

b Constitutiones] 70 imperatorum, nõ solum alia iura.

c Quatenus.] id est quia.

d Non priuata.] i. non indiget quòd à priuato detur talis libertas cùm per legem detur. Accursius.

e Offerre.] Ex hoc videtur in aliquo corrigi, quod dixi, suprà eo- 80 dem. cùm verò. § apparet. & sic est. C. de contrahenda & committen. stipulatio. magnam. & de emphyteutico iure.l.ij.§.penultimo. Sed argumentum contrà, suprà quorum legat.l.ij.§.j. quod non placet: quia & infrà eodem.l. sed si non data. habes idem, scilicet quòd debeat peti. Dic ergo, quòd vltrò debet offerre, si velit eum habere libertum.

f Debeat.] timens ne eo differente lex præstet. Azo. Io. H. Accur.

g Tardius adierit.] sic.s.de vsufr.leg.l.si vsusfructus leg.in prin.

h Matris.] non tamen imponet operas, cùm ex necessitate manumittat: vt & .C.de ope.lib.l.ij. & adiunge duas seq. ll. cum ista.

i SI mater.] Accepisset. vt manumitteret. quod fit quãdoq;: vt.s.l. proxi. in fine.

k Eius.] scilicet matris.

l SEd & si non.] Idẽ. dicit quod in l. si quis rogatus. fine continetur, vel quod 10 etiam in vtraq; superiori. Accur.

m Esse.] libertati.

n Debebit.] quia nihil est quod possit ei imputari, iusta ignorãtia eum excusante. Ir. & adde distin. vt. C. e. l.iij.

o Nam ibi.] s. in su- 20 perioribus casibus.

p In rem matri.] Not. speciale vt mater vendicet filium: argu. cõtrà. j. de fur. mater. In patre constat quòd potest: vt.s.de rei vẽ.l.j.

q Subueniendum esse.] vt.j.tit.ij.l.ij.j. rñ. & .l. statuliberum. 30 §.fi. Azo, Accur.

LVcius.] CASVS. Testator in prima parte testamenti instituit posthumos & Seium, & libertatem seruis reliquit, quando posthumi essent puberes. In secunda verò parte substi- 40 tuit posthumis, hoc modo, scilicet si posthumi non nascentur, vel nati ante pubertatem decedant, substituo illos. Tertio fecit codicillos, in quibus dixit, velle seruari, tã à primis, quàm à secũdis hęredibus siue sub- 50 stitutis ea, quæ in testamẽto cauerat. postea euenit, quòd posthumi non sunt nati: & sic Seius, & substituti habent bona. quæritur, an debeant dare libertatẽ his seruis statim, an expectata cõdi. sub qua danda erat si post- 60 humi essent nati? Et dicitur, quòd statim danda est libertas, nec cõditio expectanda est, cùm non possit euenire in persona horum substitutorum. secus si esset alia conditio. Fran.

r Vt cum ad pu- 70 bertatem.] hæc est conditio, de qua est quæstio an à substitutis sit repetita. Accursius.

s Priore testamento.] id est prima parte testamenti.

t Debeat.] scilicet à substitutis.

80 v Quæreretur.] Accipe apposita esset, quæ est si ad pubertatem peruenerint.

x Esset.] in prima parte testamenti.

y Non videri.] nec in codicillis: nec in secunda parte testamenti: vt & .s. de le.j. seruo alieno. §. ab impubere. & .l. siquis à filio. ij. rñ. argu. contrà. j. de verbo. obli. l. titia. § idem respondit. & .s. de condi. insti. l. cùm seruus.

z A primis.] ex vi codicillorum.

a ¶ Scriptum.] in codicillis.
b ¶ Veriſimile.] Not. non ſubintelligi intellectum qui vitiet: ſic. C. de condi. inſer. l. cùm patrem. & dicta. l. ſeruo alieno. §. ſi ab impubere. Accurſius.

¶ DE ADEMPTIONE LIBERTATIS.

Cum libertas] CASVS. Quoties libertas in teſtamento data eſt lege inhibēte: perinde eſt, ac ſi nō eſſet relicta, vel, ac ſi à teſtatore eſſet adēpta. & da exēpla in ſeruo accuſato de adulterio cum domina cōmiſſo, qui non poteſt manumitti. Idē in ſeruo de plagio dānato, ꝓ quo dominus pœnā ſoluit pecuniariā. ſunt & alia exēpla vt habes in gl. Franciſ. Accur.

c ¶ Lege adimitur.] qđ fit in ſeruo de adulterio cū dña cōmiſſo accuſato: vt īſti. de hæredibus inſtituē. §. ſeruū. & ſ. de heredibus inſti. l. his verbis. §. interdū. & de leg. ij. cùm filius. §. ſeruus. Itē pone in ſeruo qui ſeruat intra. lx. dies ob quæſtionē adulterij: vt. ĩ. qui & à qui. l. proſpexit. & C. ad. l. Iul. de adult. l. verba. itē pone vt. ſ. de ma. l. lege fla uia. & l. ſeruus. & hoc ex perſona ſerui. Ex perſona etiā dñi qñq; prohibet lex: & tunc idē: vt. ĩ. qui & à qui. l. quæſitum. & de manu. qui pœnæ.

¶ DE STATVLIBERIS.

¶ *Dictum eſt generaliter de libertatibus: nunc ſpecialiter de his, ſcilicet libertatibus, quæ in tempus ſub conditione differuntur. Accur.*

Statuliber.] CASVS. Statuliber dicitur ſeruus, cui relicta eſt libertas ex die, vel ſub cōditione. Secundo dicit, ꝙ cōditio quādoq; eſt expreſſa, vt hîc: ſi nauis ex Aſia venerit, talis ſeruus ſit liber. quādoq; fit cōditio vi ipſa, quæ facit ſeruū ſtatuliberum: vt ſi in fraudē creditorū relicta ſit libertas, & neſcitur an ex hoc fraudentur ipſi creditores: an non. nam interim ſeruus talis dicitur liber. Franciſcus.

bus. Nam, vt ſuprà ſcriptum [a] eſt perijt, vt quæ teſtamēto cauiſſet, præſtarētur: cauit autē de libertate eorū ſeruorū: atquin ſub conditione cauit: & ſi alterius generis cōditio eſſet, expectanda eſſet. Sed non eſt veriſimile [b], vt hoc in iſta conditione cogitauerit, cùm fidei ſubſtitutorū cōmitteret: qui admitti ad hæreditatem nō poſſent, ſi adimpleretur conditio.

TITVLVS VI.

De ademptione libertatis.

Terētius Clemens. LEX VNICA.

Cum libertas lege adimitur [c]: aut ꝓ non data haberi debet, aut certè perinde obſeruari, ac ſi poſteà à teſtatore adempta eſſet.

TITVLVS VII.

De ſtatuliberis.

¶ *Hæc lex ſeipſum ſummat.*

Paulus lib. 6. ad Sabi. LEX I.

Statuliber eſt, q ſtatutam, & deſtinatā in tēpus, vel in conditionem habet libertatē. Fiunt autē ſtatuliberi, vel cōditiōe expreſſa, vel vi ipſa. Conditione expreſſa quid ſit, manifeſtum [d] eſt: Vi ipſa, cùm creditoris fraudandi cauſſa manumittuntur. Nam dum incertum eſt, an creditor iure ſuo vtatur, interim ſtatuliberi ſunt: quoniam fraus, cum effectu [e] in lege Ælia Santia accipitur.

¶ *Statuliber quocunque tranſeat, cum ſua cauſſa tranſit: & ſtatuliberi cauſſam non prius nāciſcitur ſeruus, quàm adita ſit hæreditas ſi uerò ante aditionem tradatur ſiue uſucapiatur: ſpes libertatis perit. Itē ſeruus ſubſtitutus ſubſtitutione pupillari licet pupillus adeat hæreditatem: nihilominus ſeruus efficitur ſtatuliber. hoc dicit.*

Vlpianus lib. 4. ad Senatuſc. LEX II.

Qui [f] ſtatuliberi cauſſam apprehēderit [g]: in ea conditiōe eſt, vt ſiue tradatur, ſalua ſpe libertatis alienetur: ſiue vſucapiatur, cum ſua cauſſa vſucapiatur: ſiue manumittatur, non perdat ſpem Orcini liberti. Si ſtatuliberi cauſſam non prius ſeruus nāciſcitur, niſi adita vel ab vno ex inſtitutis hæreditate. Cæterùm ante aditionem ſiue tradatur, ſiue vſucapiatur, ſiue manumittatur, ſpes ſtatutæ libertatis intercidit [h]. ¶ Sed ſi in tabulis impuberis ſeruo ita libertas aſſcripta [i] eſt: an viuo pupillo, poſt aditionem, videlicet, hæreditatis patris, ſtatuliber ſit? Caſsius negat: Iulianus contrà exiſtimabat. Quæ ſententia verior habetur [k]. ¶ Plus ſcripſit Iulianus, Et ſi legatus ſit ſeruus ab hærede patris, liber eſſe iuſſus in pupillaribus tabulis, præualere libertatis dationem.

¶ *Sub conditione ſeruus inſtitutus non eſt ſtatuliber conditione pendente: & reddit rationē. Si conditio deficiat, erit ſtatuliber tantùm, non etiā hæres. Item ſeruus ſubſtitutus pupillo cum libertate ſiue primo gradu, ſiue ſecundo, aut ulteriori, efficitur ſtatuliber. h. d. uſque ad. l. ſeq. quam uide per te.*

¶ Si in primis [l] tabulis ſub conditione [m] ſeruus cum libertate ex parte dimidia hæres ſit inſtitutus, an ſtatuliberi cauſſam obtineat, vt adeunte cohærede, cum ſua cauſſa vſucapiatur? Et cùm à ſemetipſo [n] libertatem acceperit: non poteſt ſtatuliberi cauſſam obtinere. Planè ſi conditio hæreditatis deficiat: (quo caſu ſecundum Iul. [o] libertatem adipiſcitur) dicendum eſt ſtatuliberi cauſſam obtinere: eò quòd nō à ſemeipſo, ſed à cohærede accepiſſe libertatem creditur. ¶ Quocunq; gradu pupillo ſeruus cum libertate ſubſtitutus ſit, neceſſarij cauſſam obtinet. Quæ ſententia vtilitatis cauſſa recepta eſt, & à nobis probatur. Celſus quoq; putat lib. xx. cum libertate ſubſtitutum, ſtatuliberi cauſſam obtinere.

Idem li. 27. ad Senatuſcon. L. III.

Statuliberos conditioni parēre oportet, ſi nemo eos impe-

d ¶ Manifeſtum eſt.] puta ſi ſit relicta libertas ſi nauis ex Aſia venerit: vel ſub qualibet alia ſimili. Accurſius.
e ¶ Cum effectu.] non ſolum conſilium: vt & ĩ. de fideicommiſ. lib. l. iij. §. ſi in fraudem. & facit. ſuprà ne quiſ eum qui in ius voc. l. penultima. §. ij. Accur.

Qui ſtatuliberi.] CASVS. Quatuor partes habet huius legis principium. Prima eſt, quòd ſtatuliber interim ſiue vēdatur ab hærede: ſiue vſucapiatur ab aliquo, ſiue interim manumittatur: non perdit ſpem libertatis Orcinæ, quin veniente condit. ſub qua erat relicta libertas, ſit Orcinus libertus, ſcilicet teſtatoris. Secunda eſt: Statuliberi cauſſam non prius ſeruus nanciſcitur niſi adita hæreditate ſaltem ab vno hæredum. antè enim quàm adeatur ſi vſucapiatur hic ſeruus ab aliquo: ſpes libertatis extinguitur. Tertia eſt: Seruus ſubſtitutus eſt filio impuberi, ſi contingat eum mori in pupillari ætate. & in hoc caſu eſt relicta libertas ſeruo ſub conditione aliqua: nunc impubes adiuit hæredi. an nunc ille ſeruus dicatur ſtatuliber, quęrit. Et dicitur ꝙ ſic: licet quidam contra: & male. Quarta eſt: Legat⁹ eſt ſeruus dādus ab īpubere hærede. huic impuberi dat⁹ eſt ſub ſtitut⁹. & hoc caſu relicta eſt libertas huic ſeruo. dicitur ꝙ pręualet libertatis datio, vt ſic dicatur ſtatuliber, & legatum nō teneat.

¶ Si in primis.] Stichum ſeruum meum cum libertate hærecē ex parte inſtitui ſub cond. puta ſi nauis ex Aſia venerit. dicitur ꝙ interim non eſt ſtatuliber: cùm à ſeipſo accipiat libertatē, & adeūte cohærede non eſt liber: & poſſeſſus ab aliquo vſucapiatur non ſpe libertatis. Secundo dicit. pone ꝙ deficiat conditio. hoc caſu eſt liber tantum, non hæres, ſed ſtatuliber. Tertio dicit. ſubſtitui ſeruum meū cū libertate pupillo meo hæredi inſtituto. ſiue primo gradu ſubſtituo: puta ſi pupillus hæres non erit: ſit ſeruus liber, & hæres. ſiue ſecūdo, puta, ſi pupillus hæres non erit: talis ſit hæres. & ſi ille non ſit, tunc ſeruus hæres erit. & eodē modo in inferiori gradu ſubſtitutionis. & in omnibus his caſibus dicitur hæres neceſſarius: & interim eſt ſtatuliber. Fran.

f ¶ Qui.] ſ. ſeruus. Accurſius.
g ¶ Apprehēderit.] i. qui eſt ſtatuliber.
h ¶ Intercidit.] ſed adita hæreditate redintegratur: vt. ĩ. eo. ſtatuliberum. §. fi. & ſ. tit. ij. l. pe. in fi.
i ¶ Aſſcripta eſt.] ita vt dictum eſt. Accur.
k ¶ Habetur.] ꝙ ſit ſtatuliber. & ad hoc ĩ. e. l. §. fi. & l. in tabulis. & ſ. de hære. inſti. l. ſed & ſi in conditione. §. fi.
l ¶ Si in primis.] reſpondet. ſ. Iulianus.
m ¶ Sub conditione.] ſi nauis ex Aſia venerit.
n ¶ A ſemetipſo.] facit. ſ. de acqui. hære. ex parte. & dicta. l. ſed & ſi in conditione. §. fi. & ſ. de neg. geſt. at qui natura, in princi. & §. cum me. Accur.
o ¶ Secundum Iulianum.] vt. ſ. proxi. §. in fi.

Statuliberos.] CASVS. Statuliberi debēt parere conditioni ſub qua relicta eſt eis libertas, ſi nemo eos impediat parēre, & cō di. ſit poſsibilis. Secundo dicit. Seruus iuſſus eſſe liber ſi det. x. hæredi: ſi dat, ſtatim eſt liber. ſi aūt dare vult, & hæres nō vult accipere: ſtatim eſt liber, ex quo per eū nō remanet: nec eſt vis de qua pecunia offerat an peculiari an aliūde, habita. Sed pone, ꝙ ipſe hæres debeat pecuniā ſeruo: vt quia ſeruus de peculio erogauerat in bona defuncti

defuncti, vel seruus debeat recipere pecuniã ab extraneo: nec hęres vult soluere huic seruo, vel nõ vult exigere quod seruo debetur ab extraneo: & sic nõ habet seruus vnde pareat cõditioni sub qua relicta est ei libertas. certè liber erit, siue iussus erat dare pecuniã hæredi siue extraneo. Sed pone q̃ relicta erat libertas seruo si ascẽdat capitoliũ, vel si Capuam iret seruus. & per hęredẽ stat quo minus seruus vadat. nã liber erit seru[9]. Sed pone q̃ seruo est relicta libertas si det decẽ vni hæredũ, puta Titio. & p alterum hæredẽ stat, quò minus det. certè liber est hic seruus: & cohæres cui hæc decẽ erant dãda, aget familiæ erciscũdæ cõtrà hęredem impedientẽ ad ista. x. Si. x. iussus.] Seruus esse liber iussus si det. x. hæredi, accepit qnq; ab extraneo, & ea dedit hæredi. dicit q̃ non est liber nisi omnia decẽ det: & extraneus qui ad hoc dederat nũmos, eos vẽdicabit. sed si seru[9] det alia. v. erit liber: & extũc dominiũ nũmorũ erit accipientis. Si plus quàm.] Iussus dare. x. & esse liber, dedit. xx. dicit q̃ erit liber, & alia. x. repetentur. Si qs.] Seruus erat iussus esse liber si det. x. hæredi. hæres eũ vendidit sine peculio: an statim sit liber, quęritur. & videtur q̃ sic, quasi ꝓhibitus videat de peculio dare. sed tñ dicit q̃ non est liber, nisi cùm vellet accipere de peculio & soluere, prohibitus est. Si quis seruũ.] Seruo relicta est libertas si det. x. hæredi. hæres ꝓhibet eũ operari, vel aufert ei quod ex operis suis quæsierat: vel spõtè dedit ei seru[9]. an efficiat liber hic seruus quærit. & dicit q̃ si id quod quæsierat seru[9] hæredi dedit spontè, vel abstulit ei hæres, erit liber. si aũt prohibeat operari: non erit per hoc liber: nisi testator voluerit q̃ hæc. x. possit seruus colligere ex operis suis. si autem surripuit hæredi argentum vel aliam rem, & eam vendidit: & de hac pecunia soluit hæredi: erit liber. secus si ipsam pecuniam surripuit hæredi vel alij, & soluit hæredi, nam donec extat pecunia, non erit liber. si autem est consumpta in primo casu, scilicet quãdo hæredi surripuit, idẽ. si autem alij, tũc liber efficietur. Non solum.] Siue hæres fecit moram in manumittẽdo seruum de quo erat rogatus. siue eius tutor vel curator, vel similis: est idem semper scilicet, vt seruus efficiatur liber. sufficit enim quòd per statuliberum non stet quò minus conditioni pareatur. Siquis.] Seruus iussus est liber esse si det decem hæredi adire: postea proximos post mortem testatoris. hic hæres distulit aditam: hæreditatem, adiuit. dicitur q̃ seruus si det decẽ intra. xxx. dies post aditam hæreditatem, satis est vt sit liber. & hoc si hæres dolosè distulit adire, & seruus pecuniam, quam propter hoc habebat paratam, interim amisit: hoc casu statim adita hæredit. seruus fit liber. Siquis sic.] Libertas relicta est seruo cùm decem dare poterit hæredi. dicitur quòd tunc erit liber, cùm dederit: vel per eum non stet, quò minus prius det: licet seruus habuerit decem, vel sit idoneus ad decem soluenda. Stichus.] Sticho relicta est libertas si annua bima trima die decem aureos det hæredi. cùm vellet pro primo anno dare decem hæres noluit recipere. non per hoc erit liber, sed tũc demum cùm lapsum erit triennium, & seruus soluerit pro omni anno x. vel per eum non steterit. vnde & si eadem. x. secundo anno obtulit, satis sit: vel tertio, & hæres noluit, seruus sit liber, nec hæres poterit pœnitere. Sed pone, q̃ hic seruus tota. xxx. obtulit primo anno pro omnibus tribus? satis sit vt hic seruus sit liber. Si ita.] Relicta est libertas seruo si quinquennio seruierit hæredi hęres. interim cum manumittit. Dicitur quod statim sit liber ex testamento: quasi per hæredem steterit, quò minus conditio impleatur. secus autẽ si hæres eius seruitio non vult vti. nã hoc casu seruus nõ fit liber, nisi lapsu quinquennij. & est ratio diuersitatis inter hos duos casus: qa in primo casu, ex quo est manumissus non potest ammodo seruire iure seruitutis. secundo casu potest, cùm adhuc sit seruus, & hæres potest manumittere, & vti eius seruitio, licet non per totum quinquennium, cùm aliquid de eo sit lapsum. Idem Iulianus.] Arethusæ relicta fuit libertas si tres seruos pepererit. per hæredem stetit, quò minus parẽret, dando ei medicamenta ne cõcipiat, vel vt abortũ faciat. dicitur q̃ statim est libera. idẽ est si seruo relicta est libertas si seruierit hæredi: & hæres eum vẽdat, & tradat. nam statim seruus fit liber. Franc. Accur.

[margin: pareri.]

diat, & conditio possibilis [a] fit. ¶ Sed si in hæredis persona iussus sit parere cõditioni: quid dici debuit? Et siquidẽ paruit cõditioni, statim liber est etiã inuito hęrede. Quòd si nõ patitur hæres * parere, puta, offerri sibi decẽ [b], quę dare iussus erat [c]: proculdubiò liber est, quia per hæredẽ stare videtur, quò minus cõditionẽ suã impleat. Et parui refert, de peculio ei offerat, an ab alio accepta. Receptũ [d] est enim, vt serui peculiares quoq; nũmos dãdo perueniat ad libertatem: siue ipsi hæredi, siue alij dare iussus est. Inde quæritur, si fortè debeat pecunia huic seruo vel ab hærede, q̃ in dñi rationem plus [e] erogauerit, vel ab extraneo: nec velit hæres debitorẽ cõuenire, vel statulibero soluere pecuniã: an debeat ad libertatẽ peruenire, quasi morã per hæredẽ patiat? & aut [f] legatũ huic statulibero fuit peculium * aut non? Si legatũ fuit peculium, Seruius scribit, morã cũ libertatis passum ob hoc ipsum, q̃ ei aliqd ex ratione dominica deberetur, nec ei ab hærede præstaret: quã sentẽtiam & Labeo probat. ¶ Idẽ Seruius ꝓbat, & si in eo moram faciat hæres, q̃ nolit exigere à debitoribus [g]: nam peruẽturum ad libertatẽ ait. Mihi quoq; videtur verũ, quod Serui[9] ait. ¶ Cùm igitur verã putemus sentẽtiã Seruij, videamus, an & si nõ fuerit peculium prælegatum seruo, idẽ debeat dici: cõstat enim [h] statuliberũ de peculio posse dare, vel ipsi hęredi iussum [i] dare, vel alij: & si eum dare impediat, ꝑueniat statuliber ad libertatẽ. Deniq; etiam remedij loco hoc demõstratur dño statuliberi, vt eum extraneo iussum dare ꝓhibeat, ne & nũmos perdat [k] eum statulibero. Proinde defendi potest, & si nõ vult exigere, vel ipse soluere, * vt hinc habeat, vnde cõditioni pareat: libertatẽ competere: & ita Cassi[9] quoq; scribit. ¶ Nõ solũ autẽ, si dare iussum ꝓhibeat, statuliber ad libertatẽ perueniet: verũetiã si ascẽdere Capitoliũ iussum, ascẽdere vetet: & si Capuæ dare iussum, Capuã ire ꝓhibeat. Nam qui prohibet seruũ proficisci, intelligẽdus est impedire magis libertatẽ, quã operis serui vti [l]. Sed & si iussum cohæredi dare, nõ patiatur vnus ex hæredibus dare: æquè liber erit: sed is, cui iussus erat dare, & liber esse, familiæ erciscundæ iudicio ab eo, qui impedierit cõsequetur, qđ sua interrerat statuliberũ nõ esse prohibitum. ¶ Si. x. iussus dare, & liber esse, quinq; det: non perueniet ad libertatẽ, nisi totũ [m] det: interim igitur vẽdicare qnq; nũmos dñs [n] eorũ pôt. Sed si residuũ [o] fuerit solutũ: tũc etiã id alienatũ est, cuius antè dominiũ nõ erat translatũ [p]: & ita pẽdebit præcedẽtis summæ alienatio: sic tamẽ, vt non retrò [q] nũmi fiant accipiẽtis: sed tunc, cũ residua summa fuerit soluta. ¶ Si plus, quàm iussus erat, dederit statuliber [r]: puta. x. iussus dare. xx. dederit, siue numerauerit, siue in sacculo dederit: peruenit ad libertatem, & superfluum potest repetere [s]. ¶ Siquis seruum iussum xx. dare, & liberum esse, vendi-

[margin: Aut si non legatũ fuerit peculium.]

[margin: Vt hic.]

a Possibilis.] aliàs dic vt infra eodem. cùm hæres. §. ij. Accursius.

b Decem.] scilicet non patitur.

c Erat.] scilicet ad hoc vt fieret liber.

d Receptum est.] vt & suprà de conditiõe cau. da. l. iij. §. fi. deducto quod domino debetur: vt infrà eodem. si decem. Accursius.

e Plus erogauerit.] quàm inde accepisset.

f Et aut.] nunc respondet.

g Debitoribus.] scilicet istius serui.

h Constat enim.] vt. s. in prin l Accur.

i Iussum.] scilicet dare.

k Perdat.] interim sub. perdet tamen: quia conueniritur actione in factum ab eo, qui habere debuit: vt. s. de condi. cau. da. l. iij. §. fi. Itẽ contrà. s. eo. si peculium. §. de illo. sed solue, vt. s. de condi. ob cau. l. iij. §. fi. vbi plenè di xi. & facit. s. de fideicommis. lib. l. si filius. §. erit. & ĩ. de fur. l. si seruus communis. §. fi.

l Serui vti.] aliàs serui vti: & hæc bona. & dic operis in eũdo Capuam. & sic facit. ĩ. si quis seruum aliàs seruituti. & hæc mala.

m Totum det.] sic. C. de distra. pig. l. quandiu. Argu. contrà. ĩ. de solu. si quis stipulatus. §. qui decem.

n Dominus.] extraneus, qui ad hoc dederat seruo vel dño serui.

o Residuum.] id est alia quinq;. Accur.

p Translatum.] sic suprà de condi. inde. si non sortem. §. si decem. & ĩ. de verbo. oblig. l. ij. in prin.

q Non retro.] sic. s. de offic. procon. l. obseruare. §. fi. Arg. contrà C. ad Macc. l. fi. Item facit ad. §. s. de vsufru. l. sed & si quis stipuletur. §. interdum.

r Stat liber.] extraneo non hæredi, vt habeant locum sequẽtia.

s Repetere.] dominus quondam sic. s. de condi. inde. si pœnæ §. fi. & l. cùm duo.

derit sine peculio [a] : vtrū statim [b] liber sit, quasi prohibitus videatur de peculio dare, hoc ipso, ꝙ sine peculio distractus sit: an verò cū fuerit prohibitus peculium tangere? Et puto tunc demū liberum fore, cùm volés dare prohibeatur: non statim vbi vænit [c]. ¶ Siquis seruū iussum .x. dare, & liberū esse, operari prohibeat: vel si, quod ex operis suis * meretur, abstulerit ei hęres: vel si, quod ex mercedibus suis coegit, hæredi dederit: an ad libertatem [d] perueniat? Et puto, siquidem ex operis dederit, vel vndecūq; dederit: ad libertaté peruētururum: ꝙ si prohibeatur operari: nō fore liberum arbitror, quia operari [e] dño debet. Planè si ei * ablata fuerit pecunia ex operis collecta, liberum fore arbitror: quia de peculio [f] dare prohibeatur. Sanè si testator vel, ex * operis vt det, iusserit prohibitū operari, ad libertatem peruēturum non dubito. Sed & si argento subtracto [g], vel rebus alijs distractis, nūmos corrasos [h] dederit: perueniet ad libertatem: quáuis si nūmos subtractos dedisset, ad libertaté non perueniret. Nec eñ videtur dedisse [i], sed magis reddidisse. Sed nec si alijs surripuerit nummos [k], & hæredi dederit, ad libertatem perueniet: quia auelli nummi ei, qui accepit, possunt. Planè si sic cōsumpti fuerint, vt nullo casu auelli possint: cōpetet libertas. ¶ Non solùm autem si hæres morá fecerit libertati: sed & si tutor, vel curator, vel procurator, vel alius quiuis, in cuius persona conditioni parendum est, libertatem cōpetere dicemus. Et sanè hoc iure vtimur in statulibero, vt sufficiat per eum nō stare [l], quo minus cōditioni pareat. ¶ Siquis hæredi † in diebus triginta ꝓximis mortis testatoris dare iussus fuerit, deinde hæres tardius adierit [m]: Trebatius, & Labeo, si sine dolo malo tardius adierit, dátem eū intra dies .xxx. aditæ hæreditatis, ad libertaté peruenire aiūt: quæ sentētia vera est. Sed q̄d si data opera traxerit [n]? an ob id, statim vt adita est hæreditas, ad libertaté perueniat? Quid enim, si tunc habuit [o]: post aditá hæreditaté habere desijt? Sed & hìc expleta videtur cōditio [p], qm̄ per eū non steterit, quò minus impleatur. ¶ Siquis sic acceperit libertaté †, Cùm decé dare poterit, liber esto: Trebatius ait, licet habuerit decem, vel idoneus fuerit ad acquirendum, & conseruandum peculium: non tamen alias ad libertatem peruenturum, nisi dederit, aut per eum non steterit, quò minùs det: quæ sentétia vera est [q]. ¶ Stichus annua, bima, trima die denos aureos hæredi si dederit, liber esse iussus est. Si prima pensione steterit per hæredé, quò minùs acciperet decem, expectandam esse secundá [r] pensioné placet: quia & tépus adiectū est [s], & adhuc supersunt duæ pésiones. Sed si eadé decé sola habeat, quæ obtulit [t] ad primá pésioné, an etiá ad sequenté quoq; prosit, si offerat decé? an & ad tertiá, si sequens pensio nō sit accepta? Et puto sufficere hæc eadé: & pœnitétiæ hęredi locū nō esse [v]: q̄d & Pōpo. ꝓbat. Quòd si seruus, qui annua, bima, trima die iussus est dena dare, tota simul offerat hæredi [x] nō expectata die: vel decé primo anno datis, secundo anno viginti obtulerit: benignius est, eum ad libertatem peruenire [y]: cùm vtriusq; ꝓuidentia subinfertur, & serui, quatenus maturius ad libertatem perueniat: & hæredis, quatenus dilatione interempta illico accipiat, quod post tempus consequi poterat. ¶ Si ita sit libertas seruo data, si quinquéniū hæredi meo seruierit: deinde eū hæres manumiserit, statim liber [z] sit: quasi per eū [a] sit effectū, quò minùs [b] ei seruiat: quáuis si nō pateretur eū sibi seruire, non statim perueniret ad libertatem [c], quasi quinquenniū pręterijsset. Ratio hui⁹ rei euidés est: manumissus eñ ampliùs seruire non potest [d]: aut is, qué quis nō patit̃ sibi seruire, posteà pati poterit intra quinquénij tépus. Atquin [e] iá quinquénio ei seruire nō pōt. Sed vel [f] min⁹ poterit. * ¶ Idé Iul. li. xvj. Dige. scribit * Arethusæ [g] si libertas ita sit data, Si tres pepererit: & ꝑ hæredé steterit, quò min⁹ peperit: puta, ꝙ ei medicamentū [h] dedisset, ne cōciperet: statim liberam futurá esse. Quid eñ expectamus [i]? Idéq; [k] si hęres egisset, vt abortum faceret [l]: quia vno vtero potuit tres edere. Ité si hæredi seruire * iussum statuliberum hæres vendidit, & tradidit: credo statim ad libertatem [m] peruenire.

¶ *Deposita pecunia, quam statuliber debet pro sua liberatione, efficitur liber. h. d.*

Paulus lib. v. ad Sab.

LEX IIII.

CVm hæres Reipublicæ caus-

a ¶ Sine peculio.] q̄d semper intelligit̃. nisi cōtradicat̃: vt. s̃. de cōtrahē. empt. l. quoties.
b ¶ Statim.] facit. j̃. e. non videbitur. & s̃. e. l. in prin. Accur.
c ¶ Vænit.] id est venditur sine peculio.
d ¶ Ad libertaté.] nisi ipsemet operas ab hærede conduxerat, quarū mercedē soluēdo non fit liber: vt. j̃. e. seruus. in prin.
e ¶ Operari domino.] & vxor viro [a]: vt s̃. de ope. lib. l. sicut.
f ¶ De peculio.] ex peculio enim intelligitur, quod ex operis suis quæsiuit.
g ¶ Subtracto.] hæredi. Accursius.
h ¶ Corrasos.] i. collectos ex venditionibus prædictarū rerum. sic ponitur. s̃. de admi. tu. itaauté. in prin. & pro hoc. j̃. de fur. qui vas. §. vlti. Alij dicunt, id est nō argēteos. quod nihil est.
i ¶ Dedisse.] sic. j̃. eod. Stichum. §. si hæres.
k ¶ Nūmos.] vnde habere nō videtur: vt. j̃. de reg. iur. l. non videt̃ data. Et argu. s̃. de pig. act. eleganter. §. qui reprobos. & facit. j̃. e. si hæreditas. & l. non omne. & l. non videbitur. Accur.
l ¶ Non stare.] vt. j̃. e. si hęreditas. in prin. & facit. s̃. de manumis. testa. qui filium. & in potestatiua hunc. §. intellige, non casuali.
m ¶ Adierit.] hæreditatem: & sic nō potuit dare. aliâs contrà: vt j̃. e. si intra.
n ¶ Traxerit.] i. ꝓtraxerit. sic. s̃. tit. ij. siquis rogatus. §. j.
o ¶ Habuit.] quod dādo potuit ad libertaté peruenire. & ad hoc j̃. eod si hæreditas. in prin. Accur.
p ¶ Conditio.] & sic adita hæreditate erit liber. Accur.
q ¶ Vera est.] oportet ergo ꝙ factum sequatur potentiam.
r ¶ Secundam.] aliâs primam, & tunc dic primam post primam. sic in aut. de hæred. & fal. §. inordinatum. aliâs trinam.
s ¶ Adiectū est.] sic j̃. de ver. obl. in illa stipulatione. Accur.
t ¶ Quæ obtulit.] ex hoc quia eadem .x. offert: patet secundum Azo. ꝙ nō est necessaria cōsignatio vel depositio, sed sufficit sola oblatio, nisi qñ esset absens q recipere deberet: vt hîc, & j̃. e. cū hæres. in princi. & §. si duobus. quod non est aliâs: vt. C. de vsur. l. acceptam.
v ¶ Non esse.] sic. s̃. de ædil. edic. quis sit fugitiuus. in prin. Arg. cōtrà. C. de appe. l. siquis libellos. Accursius.
x ¶ Offerat hæredi.] & sic .xxx. pro tribus annis, in quolibet, quorū tenebat̃ soluere decem, & postea esse liber.
y ¶ Peruenire.] sic. s̃. de manu. testa. l. si ita fuerit. §. fi. Sed contrà j̃. eo. l. si triēnio. sed ibi solues.
z ¶ Statim liber.] sic. j̃. e. l. seruus si hæredi. in prin. & dic ex testamento, non ex huius manumissione. Accursius.
a ¶ Per eum.] scilicet hæredem.
b ¶ Quo minus.] id est non.
c ¶ Perueniret ad libertatem.] & est sic. j̃. eod. Stichum. §. Dama.
d ¶ Non potest.] iure seruitutis: vt & j̃. l. proxi. §. Stichus Titio. quæ est cōtrà. Sed ibi solues.
e ¶ Atquin.] opponit.
f ¶ Sed vel.] nunc rñ. & dic vel, ꝓ saltē.
g ¶ Arethusę.] aliâs. §. idem. & aliâs. l. Arethusæ H.
h ¶ Medicamentū.] ad quod facit in aut. de nupt. §. sic itaq;. & j̃. ad le. cor. de sic. l. iij. Accursius.
i ¶ Expectamus.] Nota ergo cōditioné pro impleta haberi, ex quo stat per eū cui debet impleri [b]: vt & s̃. de fideicō. lib. l. si filius. §. erit. & j̃. de verbo. oblig. in executione. §. fi. Arg. cōtrà. s̃. e. l. §. siquis seruum. vbi prohibet eū operari, & non nocet dño.
k ¶ Idemque.] s. ꝙ statim efficiat̃ libera.
l ¶ Faceret.] arethusa.
m ¶ Ad libertaté.] cōditione habita pro impleta: quia per hæredem stetit, quò minus ei seruiret.

CVm hæres.] CASVS. Seruus iussus est esse liber si det. x. hæredi. hæres abest caussa reipublicæ. dicitur quòd hic seruus vel expectet hæredé, & ei det x. & erit liber. vel si nō vult expectare: deponat pecuniam in ecclesia, & erit liber. ¶ Nō est statuliber.] Reliqui libertaté cuidam seruo, qui nihil habebat, si det mille libras hæredi. vel sic: cùm merietur, sit liber. non

* meret.

a Sētit ista gl. ꝙ vxor tenetur viro ad operas: sed tu dic, ꝙ tenetur ad operas obsequiales, nō auté ad īdustriales. ita not. Bald. in auth. ex testamento. col. vij. C. de col. per. l. si cut. per gl. hîc alleg.

* allata.

* operibus.

† Illustris doct. Fran. Aret. in. l. si mihi. & tibi §. si qs seruos. in pe. col. de le. j. istū text. dicit sing. ad hoc, ꝙ iussus dare aliquid hæredi intra certū tépus à die mortis, nō tenetur dare: nec currit tépus nisi à die aditæ hæreditatis. Dic tamé ꝙ vis nostri text. nō cōsistit in hoc: quia nō haberet dubiū: sed in alio, vt hîc in nouis interpreta. Bolog.

† Iste est tex. fin. secūdū Bald. prout dicit hîc Bolo. in suis secūdis interpreta. tñ in meo Bal. nō re-perio, ꝙ aliquid scripserit sup isto ti. nec in cōmuni īpressione. Et hîc, & alibi in multis locis alle. ipse Bol. Bal. ibi cuius tñ cōmentū non habetur cōmuniter.

b Amplio hác glo. vt procedat, quáuis pœniteat is, cui debet impleri, & petat eá impleri. ita no. Bald. in l. j. in fi. C. de instit. & sub. Guil. de cugo. ibi nume. xj. & quod no. ī apost. ad eūi verbo, pro impleta. & Alexá. in l. si seruū. §. sequitur. j̃. de ver. obli. & melius in. l. iij. §. fi. de condi. ob cau. & cōsi. ciij. volu. j.

* al. hic incipit lex.

* Arescu se.

* iussum fuerit statu liberum &c.

ber.nō est iste talis statuliber, cum nec animus dādæ libertatis sit. ¶ Seruire.] Seruo relicta est libertas si anno seruierit Titio. Titio intra annū mortuo seruus nōdū est liber nisi annus finiat. & redditur ratio. ¶ Si duobus.] Seruus liber esse iussus si det.x.Titio & Sēpronio.v.obtulit Titio,& Titius noluit.eadē quinq; obtulit Sēpronio, & noluit. dicit φ fit liber. ¶ Stich⁹.] Seruo relicta est libertas si seruierit Titio extraneo p trieniū. vel sic: si tot operas puta x.ei dederit:dicitur φ interim est statuliber, & seruire debebit per trieniū Titio:licet nō dño.& si hęres phibet Titio seruire : statim seruus fit liber. & hæc sunt vera, qñ per hæc verba nō habuit testator animū relinquēdi Titio dñium serui.tūc em̄ secus esset in hoc vltimo casu: qđ dic vt in gl. ¶ Stich⁹.] Titio reliqui libertatē si hæc redi meo seruierit per annū.dicitur φ hic annus cōstat ex.ccclxv. diebus,nō ex plurib⁹ ꝑpter bisextū.& dicit φ impleta cōditio est, si per aliquā partē anni fuit infirmus, ita φ non potuit seruire. Secundo dicit:seruus liber esse iussus esse si det.x.hæredi.hęres cogit recipere etiā particulare solutionē. & hoc speciale fauore libertatis. Tertio dicit. relicta est libertas seruo si Titius capitoliū ascēdat.vel sic:si Titi⁹ det.x.fratribus prædicatoribus.Titius non cōpellit hoc adimplere:& eo nō adimplēte seruus non fiet liber. Vltimò dicit.seruus liber eē iussus si seruiat hæredi p annū:illi dies nō cōputātur in anno quib⁹ seruus extitit in fuga,vel in quibus cōtēdit pro libertate cōtra hæredē. Frā. Acc.

sa abesset [a], & pecuniā statuliber haberet : vel expectare eū debere donec redeat is, cui dare debet: vel deponere in ædē pecuniā cōsignatā oportet:quo subsecuto statim ad libertatem peruenit [b].

¶ *Libertas collata in nimis longum tēpus, uel in cōditionem impossibilē declarat uoluntatem domini contrariā esse libertati.hoc dicit.*

¶ Nō est statuliber, * cui libertas in tam longū tēpus collata [c] est, vt eo tēpore is, qui manumissus est, viuere nō possit [d]:aut si tā difficilē,imò penè impossibilē cōditionem †adiecerit, vt aliunde * libertas ei obtingere nō possit:veluti si hæredi * mille dedisset: aut cùm moreretur, liberū esse iussisset: sic em̄ libertas inutiliter datur. Et ita Iulia.scribit:quia nec animus dandæ [e] libertatis est. ¶ Seruire Titio āno,& liber esse iussus, Titio mortuo non statim liber fiet: sed cùm annus trāsierit, [f] * φ [g] videtnon tantùm sub cōditione, sed etiā ex tēpore data libertas. Etem̄ absurdum est, maturius eū liberū effici, cùm cōditionē nō implet, ex qua liber futurus foret,quàm si eā impleret. ¶ Si duobus decē datis, esse liber iussus sit:& vnus quinq; accipere noluerit:meli⁹ est dicere, posse eum eadē quinq; [h] alteri offerētem [i] ad libertatē peruenire. ¶ Stichus si Titio [k] per trienniū seruierit, vel si illi [l] centum operas dederit,liber esto:hoc modo libertatē vtiliter dari posse placet. Nam & alienus seruus seruire nobis potest sicuti liber [m],& multò magis nobis operas dare:nisi testator seruitutis appellatiōe [n] dominium magis,quā operā intellexerit. Ideoq; si prohibet hæres Titio seruire, triennium dominium foret Titij.Accur.

peruenit ad libertatē [o]. ¶ Stichus, si hæredi meo anno seruierit, liber esto:quærendū est,annus quo modo accipi debeat:an qui ex continuatis diebus.ccclxv.cōstat * an qui bisexto [p]? Sed superius [q] magis intelligendū Pompo. scribit. Sed si quibusdam diebus aut valetudo,aut alia iusta caussa impedimento fuerit,quò minus seruiat: & hi anno imputandi sunt [r]. Seruire enim nobis intelliguntur etiam ij,quos curamus ægros: qui cupientes nobis seruire, propter aduersam [s] valetudinem impediū tur. ¶ Item si decem hæredi dare iussus fuerit:hæres etiā per partes [t] accipere fauore libertatis cogendus est. ¶ Ita liber esse iussus, Si Titius Capitolium ascenderit: si Titius noluerit ascendere, impeditur libertas. Idemq; iuris est in similibus caussis [v], & cōditionibus [x]. * Item Cassius ait, ei:qui seruire iussus est anno illud tempus, quo in fuga [y] sit,vel in controuersia [z],pro libertate non procedere.

¶ *Obscuritas rationum non impedit libertatem competere,si statuliber paratus est pro his satisdare.h.d.*

Pomponius li.9.ad Sab. LEX V.

STatuliber rationem reddere iussus, reliquum quod apparet, soluit:de eo, quod obscurius est,satisdare paratus est. Neratius, & Aristo rectè putant,liberū fore [a]:ne multi ad libertatem peruenire non possint,incerta caussa [b] ratione,& genere [c] negotij huiusmodi. ¶ Statuliber,qui non rationes [d] reddere,sed pecuniam iussus est dare:numerare debet, non fideiussores dare.

Marginalia (left): * cum. † Quotuplex sit conditio impossibilis, & quos actus vitiet: vide Bar. in l. ob tinuit de cō di.& demō. in.l.j.§.de cōdi. instit. & Bal. in.l. si pater. in §.col.C. de institut. & substitu. * ea libertas. * milies. * In manu scripto Codice ita legitur quòd videtur nō tātùm sub cōditione, sed etiā ex die,ex qua liber futurus foret, si eam impleret. Si duob. &c.

Marginalia (right): * an qui nō quibus libet? aliàs quibuslibet : sine negatione. * Ita.

a ¶ Abesset.] secus si præsens accipere recusat:vt.s.l.pxi.§. Stichus annua.

b ¶ Peruenit.] sic.C. de vsu.l.acceptā.& qui po.in pign.ha.l.j. & .s. deposi.l.j.§. si pecunia in sacculo.Accur.

c ¶ Collata.] id est relicta.

d ¶ Possit.] nisi conditione impleta.

e ¶ Dandæ.] quod præsumitur ex eo φ tam longum tempus, vel conditionem impossibilem adiecit. Azo. vt.s.de manu. test.l.antepenul.§.fi.& l.fi.in prin.& arg.s.de vsufru.Titio. Sed contra instit. de hære.insti.§.impossibilis.sed finis huius.§.videtur soluere.vel hæc per illā corrigit:vel ibi de natura est impossibilis:hîc de facto.

f ¶ Annus transierit.] vt & .s.de testamen.ma. si ita scriptum fuerit.&.j.e.si peculium.§.quædam.& l.si seruus liber.Sed contrà.j.e.l. Stichus.& l.si hæredi.in fi.Sol.ibi in persona serui contingit impedimentum:hîc in persona domini.

g ¶ Quod.] id est,quia.& hoc soluit etiam dictum contrarium.

h ¶ Eadē quinque.] & facit.s.eo.l.proxi.&.§.Stichus annua. & §.si decem iussus.Accur.

i ¶ Offerētem.] id est,quia alteri offerebat.Accur.

k ¶ Titio.] scilicet extraneo,qui non erat hæres.

l ¶ Vel si illi.] disiunctio est legis,non testantis.

m ¶ Sicuti liber.] accepto verbo seruire non pro dominio. aliàs secus.vt.s.l.proxi.§ penul.Accur.

n ¶ Appellatione.] vt per hoc quod dixit seruire, voluerit vt per triennium dominium foret Titij.Accur.

o ¶ Peruenit ad libertatem.] quia non stat per seruū quò minus adimpleat conditionem,sed per hæredem.& hoc intellige cum testator seruitutis appellatione non dominium, sed operam intellexit. quod in dubio est præsumendum:vt infrà eodem.l.penu.in princ & s.de vsufr.leg.l. vxori.§.fi.Si verò dicas io qui quando intellexit de dominio, non statim perueniret ad libertatē. Arg. suprà.l. pxi.§.pe.& ideò leges interrogatiuè,peruenit ad lib?Respō. non peruenit secūdum lo. Item argumē.contrà. huic.§.infrà eodem. si triennio.&.l.si peculium §.quædam.& .l. si seruus si hæredi. §. Imperator.

p ¶ Bisexto.] aliàs quibuslibet, & aliàs bisexto.& hæc bona. & de hoc plenè habes infrà de verb.sig. l. cū bisextus.Accursius.

q ¶ Superius.] qui cō stat ex.ccclxv. dieb⁹ : vt & .s. ad leg.aquil. ita vulneratus.Acc.

r ¶ Imputādi sunt.] quasi conditione impleta. sufficit enim si per eum non stat quo minus seruiat.Azo & ad hoc.s.ad leg. Rho. de iac.l.si vbi dicit,puta morbo impeditū.& s.de vsufruct. arboribus.§ de illo.& .j. e. l.fi.& .s.de cōdi.& demō.si pecuniā. in principio.& .j.de re iudi.l.cōtumacia.§.pœnam. & s. loca. qui operas. & j.de varijs cog.l. j. §. pe.Accur.

s ¶ Aduersam.] secùs si propter publicum iudicium impediatur:vt infrà eod.l. Stichum. §. dama. vel per casum in persona eius cui est seruiendū: vt.s.e.l.§.seruire & facit.j.e.l.in fi.Accur.

t ¶ Per partes.] fauore libertatis.aliàs contrà.s.de vsu.l.tutor. §.lucius.& hoc plenè notaui.s.si cer.petat.l. quidam.

v ¶ Similibus caussis.] vt in pecuniarijs relictis: vt suprà de condi.& demon.l. nonnunquam.

x ¶ Conditionibus.] scilicet similibus si Titius Romam ierit, vel vltra mare.

y ¶ In fuga.] sic.j.e.seruus qui testamento.§.seruus.& .s.de ser. expor.l.Titius.in prin.Argu.contrà.s.de vsufr.arboribus.§.Iulianus. & .j.de acquir.pos.l.j.§.per seruum qui.Acc.

z ¶ In controuersia.] cum in libertatem proclamat:non si ei ab alio fiat controuersia sine dolo serui.

Statuliber.] CASVS. Seruus iussus est esse liber si reddiderit rationes hæredi.hic seruus reliqua quæ nunc apparent, vult reddere & vult satisdare pro alijs reliquis si apparebunt. satis est, & sic fit liber. Vltimo dicit.seruus liber esse iussus si det.x.debet.x. dare ad hoc vt fit liber.non autem prodest si vult satisdare.Fran.

a ¶ Liberum fore.] & bene.Arg.s.de col.bo.l.j.§.sed cùm possint. & arg.s.si cer.pet.l.quidam.

b ¶ Incerta caussa.] si habes incerta caussa:subaudi,impediēte rationem huius.Accur.

c ¶ Et genere.] s.impediente rationem huius.Accur.

d ¶ Statuliber qui non rationes.] tunc enim in obscuris fideiussores admitterentur.Ir.vt.s.dixi.sic.s.quibus mo.pig.vel hypo. sol.

item liberatur.§.j.& de cõsti.pec.l.promissor.§.constituto.Accur.

Vlpianus lib.27.ad edic. LXXVI.

SI statulibera pœnæ serua facta sit[a], & post dãnationẽ statutę libertatis cõditio extiterit: quãuis ipsi statuliberæ nihil proficiat[b]: partui[c] tamen proficere oportet: vt perinde liber nascatur, atque si mater damnata nõ esset. Quid tñ, siqua cõceperit in seruitute, deinde ab hostib⁹ capta, peperit ibi post existẽtem conditionẽ? an liberum pariat? Et interim[d] quidem quin seruus hostiũ sit, nequaquàm dubiũ est: sed verius est, postliminio eum liberũ fieri: quia si mater in ciuitate esset, liber nasceretur. Planè si hæc apud hostes eum cõcepisset, & post existẽtem cõditionem edidisset: benignius[e] dicetur, cõpetere ei postliminiũ, & liberũ eum esse. ¶ Statuliber parẽdo cõditioni in persona emptoris, peruenit ad libertatẽ. Et sciẽdum est, hoc ad statuliberos omnis sexus pertinere. ¶ Nõ solùm autẽ, si euenerit hæc cõditio, ad eũ transit, qui emit: verũetiã ad oẽs, quicunq; quoquo iure dominium in statulibero nacti sunt. Siue igitur legatus sit tibi ab hærede statuliber, siue adiudicatus[f], siue vsucaptus à te, siue traditus, vel aliquo iure tuus factus est: sine dubio * dicemus iure parere cõditioni in persona tua posse. ¶ Sed & in hærede emptoris idẽ dicitur[g]. ¶ Si filiusfa. hæres sit institutus[h], & statuliber filio dare iussus est, & liber esse: siue filiofa. siue patri dãdo peruenit ad libertatẽ: quia & ad patrẽ[i] hæreditatis emolumẽtum peruenit. Sed & si post mortẽ filij patri dederit, quasi hæredis hæredi: liber erit. Nam & siquis extraneo dare iussus sit, & liber esse: deinde huic hæredi hæres extiterit: nõ quasi in extranei persona, sed quasi in hæredis, cõditioni parebit[k]. ¶ Statuliber[l] decem dare iussus, & liber esse: si quinq; datis distractus sit, residua quinq; emptori dabit. ¶ Si seruus tuus statuliberum emerit: tibi[m] dabitur, quod hæredibus dare iussus est. Sed & si tuo seruo dederit: si modò is[n] eum peculiari nomine emerit, neq; ei tu peculium ademisti, puto liberum fore, scilicet, vt eo modo tibi dedisse intelligatur perinde * ac si tua voluntate cuiuis alij seruorum tuorũ dedisset. ¶ Siquis non dare decem, sed rationibus redditis liber esse iussùs est: an ad emptorem hæc conditio transeat, videamus. Et aliâs sciendum est, eas demum conditiones ad emptorem transire, quæ sunt in dando: cæterùm si quæ sunt in faciendo, non trãseunt: vt puta, si filium eius literas edocuerit. Hæ enim personis eorũ cohærent[o], quibus adscribuntur. Rationũ autem reddendarũ cõditio, quod ad reliqua quidẽ attinet, in danda pecunia cõsistit: quod autem ad ipsa volumina rationũ tradẽda, percõtandas, atq; examinãdas rationes, & dispungẽdas[p], atq; excutiẽdas: factum habet. Nunquid ergo reliqua quidem emptori dando perueniat ad libertatem: cætera in persona hæredis consistant? Puto igitur & ad emptorẽ reliquorum solutionem transmitti: sic fiet, vt diuidatur[q] conditio. Et ita Pompo. li.viij.& Sabinus scribunt.

dicemus pareri. | *atque.*

Paulus li.5.ad Sab. LEX VII.

VSusfructus alienatio conditionem[r] statuliberi secum non trahit[s].

Pomponius li.8. LEX VIII.

ITa liber[t] esse iussus. Si decem dederit, liber esto: hæredi-

SI statulibera.] CASVS. Statulibera propter aliquod delictnm est serua pœnæ effecta nunc extitit conditio, sub qua relicta erat ei libertas. dicitur ꝙ hoc prodest partui eius: licet non ei vt partus tunc conceptus & natus sit liber. Sed quid si hæc statulibera existẽs in seruitute cõcepit: posteà capta ab hostib⁹ pariat post euentũ conditionis? certè interim donec partus est apud hostes, est seruus: liberatus ab hostibus fit liber iure postliminij. idẽ si apud hostes concepit: & pariat ibidem post euentum cõditionis. ¶ Statuliber.] Seruus iussus est liber esse si det decẽ hæredi. hũc seruũ hæres interim vendit vel legat, vel donat alicui, vel vsucapitur ab aliquo. dicitur ꝙ hic seruus si paret conditioni in persona emptoris, vel alterius noui domini dando ei ista. x. efficitur liber. idẽ in emptoris hærede. idẽ si det patri hæredis: posito ꝙ filius sit institut⁹ ab extraneo. & hæc sunt vera, siue filius nunc viuit, siue nõ, cùm seruus dat decem patri hęredis. Sed pone ꝙ iussus est seruus dare decẽ extraneo, & liber esse: nũc hæres testatoris successit illi extraneo. huic hęredi dabuntur decẽ nõ quasi extraneo. Fr. ¶ Statuliber.] Iussus seruus dare decẽ hęredi, & esse liber. v. dedit hæredi: nunc hæres eũ vendidit. si alia. v. det hic seruus, dabit emptori. ¶ Si seruus.] Seruus iussus est esse liber si det hęredi. hęres hũc seruum vẽdidit seruo meo. dicitˀ ꝙ si hic statuliber det mihi hæc decẽ erit liber. sed & si seruo meo det: erit idẽ si emerat de peculio eum, nec ei peculiũ ademi. ¶ Siquis.] Seruus liber esse iussus est si reddiderit rationem eius, quod gessit de factis domini. hęres interim eum vẽdidit. an hæc cõditio est implenda in ꝑsona emptoris, quæritur. & est sciẽdum, ꝙ ille demũ conditiones transeunt ad emptorem, quæ sunt in dando, non illæ, quæ sunt in faciendo: vt ita talis seruus sit liber, si filium illius instruat literis. idem in similibus. nostra autem conditio & in dando est prout continet dationem reliquorum: & in faciẽdo est prout continet extrahere & excutere rationes. dicendum est ergo quòd datio vadat ad emptorem, factio autem stet & impleatur in persona hæredis. Francisc.

a ¶ Facta sit.] qualis & hodie fieri potest: vt in authenti. de nupt. §. quod autem prius.

b ¶ Proficiat.] propter geminam seruitutem. Accur.

c ¶ Partui.] forsitan ante damnationem concepto, vel etiam posteà. Azo. ad hoc. s. tit. ij. l. generaliter. §. ex damnata.

d ¶ Interim.] quandiu apud hostes sit. Azo.

e ¶ Benignius.] omisso rigore iuris. & ad hoc, suprà de iniust. testa. siquis filio exhæredato. §. siue autem. & ad hoc quod not. C. de cap. l. j. Accursius.

f ¶ Adiudicatus.] in iudicio fami. ercisc.

g ¶ Idem dicitur.] vt in eius persona possit parêre conditioni: vt &. j. de excep. do. l. ij. § fi. &. j. eo. statuliberi. §. quintus. &. s. de act. empt. l. Titius. §. j. &. j. de fur. si seruus communis. §. fin. &. s. de euict. qui libertatis. &. j. e. l. §. statuliber. &. §. siquis non dare. sed hodie videtur quòd alienari non possit: vt. C. communia de le. l. fi. §. pe. &. §. fi. & aut. res.

h ¶ Institutus.] ab extraneo. Accur.

i ¶ Ad patrem.] non solum istud quod à statulibero datˀ. Acc.

k ¶ Parebit.] vt. j. e. si peculium. §. hæredi.

l ¶ Statuliber.] facit s. §. statuliber. & qđ ibi dixi. Accur.

m ¶ Tibi.] scilicet domino Azo.

n ¶ Is.] scilicet seruus.

o ¶ Cohærent.] vt &. C. de cadu. tol. §. ne autem. Accur.

p ¶ Dispũgendas.] Quid sit dispungere, habes. j. de verbo. sig. cognoscere. in ratione enim reddenda sunt hæc duo necessaria: vt &. s. de cond. & demõ. cùm seruus ita. §. j. & l. qui sub conditione. Accursius.

q ¶ Diuidatur.] similis insti. per quas perso. no. acqui. §. j. Et no. quia cõditio quæ pendet ex persona serui, aut consistit in dãdo, aut in faciẽdo, aut mista est. Vbi in dãdo: hæredi est dandum & emptori & hæredibus emptoris: nisi esset dictum vt alij detur: vt j. e. l. labeo. &. j. eo. qui pecuniam. &. l. siquis testamento. & l. ita liber. &. s. de eui. qui aliena. §. fi. & hîc. Si verò est dictum, vt alij detˀ ei dabitˀ, nõ alij nisi ĩ casu: vt hoc. §. &. s. de euict. qui alienam. in fi. &. j. eod. si is cui. & de condi & de. l. sub diuersis. §. fi. Secundo casu, quãdo scilicet in faciendo: si sit dictum in cuius persona: ei impleri debet: vt suprà de condic. & demon. l. quæsitum aliâs hæredi: nec ad emptorem transit: vt hîc. Si autẽ sit mista, tunc serua quod hic dicit, vt factum fiat personæ designatæ, datio verò etiam emptori: vt hîc, & supra de euict. l. qui libertatis. §. seruus. Quod in emptore dixi: in accipiẽte quoquo titu. accipe: vt suprà. §. statuliber. & infrà codẽ. l. statuliber. §. quintus. circa fi. Item est huic fini argu. contrà suprà de iurisdi. om. iudi. l. si idem. §. si vna. Accur.

Conditio ex persona serui pẽdẽs triplex est.

VSusfructus.] CASVS. *(see below)*

r Vsusfructus.] Conditionem. licet sit in dando. Accur.

s ¶ Non trahit.] vt detur fructuario, sed proprietate alienata datur proprietario: vt. s. l. proxi. §. fi. Accur.

ITa liber.] CASVS. Testator reliquit libertatem seruo si det. x. & non dixit cui. Dicitur quòd debet dare hæredi. Secundo dicit. testator reliquit libertatem seruo si det decem hæredibus: & hæredes vendiderunt hunc seruũ. Dicitur quòd eas portiones quas dedisset hæredibus si penes eos remansisset: easdem dabit emptoribus. & quas dedisset hæredibus, declarat. nam aut expressit nomina propria hæredum: & tunc viriles darentur hæredibus, & sic emptoribus. aut dixisset simpliciter hæredibus: & tunc hæreditariæ. Fran.

t ¶ Ita liber.] sic. j. eo. l. qui pecuniam. & quod not. s. si statulibera. pœnæ

pœnæ.§.fina.Accurſius.

a ¶ Nomina.]propria.& eſt ſimilis diſtinctio.ſ.de leg.j.l.Turpia.§.ſi.&.l.ſi hæredes nominatim.&.ſ.ad Treb.l.quoties.&.l.ſeq.Sed cõtrà.j.e.l.ſiquis teſtamẽto.Sol.vt ibi.Itẽ quid ſi dixerit propria & appellatiua? Reſpon.diſtingue quod præpoſuit.Arg.j.de ſtip.ſer.ſeruus communis ita.

dare debet. Nam qui nõ habet cui det: hæredi dãdo ad libertatẽ peruenit. ¶ Si partes ſuas quiſq; hæredum diuerſis emẽtibus vẽdiderit: quas portiones hęredibus dare ſtatuliber debuit, eaſdẽ dabit emptoribus. Labeo autẽ ait, ſi nomina [a] dũtaxat hæredum in teſtamento poſita ſunt, viriles [b] partes eis dandas: ſi verò ita, Si hæredibus dederit: hæreditarias.

Vlpianus lib.28.ad Sab. LEX IX.

STatuliberũ medio tẽpore ſeruum hęredis eſſe, nemo eſt qui ignorare debeat [c]: eapropter noxæ dedi poterit [d]: ſed dedit⁹ ſperare adhuc libertatem poterit. Nec enim deditio ſpem illi adimit [e] libertatis. ¶ Si ſtatuliberum non ea cõditione [f] hęres vẽdat, cauſſa eius immutabilis eſt [g]: & luere ſe ab eo poteſt ſimili modo, vt ab hærede. Si tamẽ ſuppreſſerit hæres conditionẽ ſtatuliberi, ex empto [h] qdẽ tenetur: grauiores [i] autẽ etiã ſtellionatus crimen imponunt [k] ei, qui ſciens [l] diſſimulata conditione ſtatutę libertatis ſimpliciter eũ vendiderit. ¶ Illud * tractandum eſt, an liberatio cõtingat ei, qui noxæ dediderit ſtatuliberũ. Et Octauenus putabat liberari [m]. Idẽ dicebat, & ſi ex ſtipulatu Stichum deberet [n], cumq; ſtatuliberũ [o] ſoluiſſet. At ſi ante ſolutionẽ ad libertatem perueniſſet: extingueretũ obligatio, Tota enim [p] ea in obligatione cõſiſtere, quæ pecunia lui, præſtariq; poſſunt: libertas autẽ pecunia lui non poteſt, nec reparari [q]. Quæ ſentẽtia mihi vera videtur.

b ¶ Viriles.]i.pro numero perſonarum: vt ſ.de leg. præſt.l.virilis.in prin. Accur.

STatuliberum.] CASVS. Statuliber antèquàm impleatur cõditio dicĩ ſeruus hęredis.& ſi interim delinquat, poterit hæres dare eũ pro noxa. adueniẽte autẽ conditione erit liber. ſed ſi hæres eum vendat, adhuc durat ſpes libertatis: & ſi vẽdiderit eum tanquam merum ſeruum, non tanquam ſtatuliberũ, tenebitur emptori act. ex empt.item crimine ſtellionatus ſi ſciẽs diſſimulauit eius cõdit. Vltimò dicit. hæres dans pro noxa ſtatuliberum, liberatur. itẽ & ſi antè quã det exiſtat condit. liberatur. ¶ Statuliberi]Ille cui relicta eſt in teſtamẽto libertas ſub conditiõe, ita demum tenet hoc relictũ ſi adeatur hæreditas, & extũc habet ſpem libertatis. antè quàm adeatĩ, vſucapi põt talis ſeruus, & ſi poſteà adeatĩ: extunc incipiet habere ſpem Franc.

*Tracta tum eſt.

c ¶ Debeat.]vt.j.eo.ſtatuliberi à cæteris. in princip.

d ¶ Poterit.]vt.ſ.de noxali.ſiquis à nullo.&.l.ſeq.&.l.ſi noxali.§.ex his. & pignori dari: vt.ſ.de pigno.l.grege.§ j.

e ¶ Adimit.]vt.C.de teſta.ma.l.ſtatuliberis.Accur.

f ¶ Cõditione.]i.nõ dicat ſe ſtatuliberũ vendere.M.

g ¶ Immutabilis eſt.]vt &.ſ.proxi.reſpon.&.ſ.e.l.ij.in princi. Accur.

h ¶ Et ex empto.]vt.ſ.de euict.qui alienã.&.l,qui libertati.in prin.&.j.e.l.proxi.Accurſius.

i ¶ Grauiores.]iuriſconſulti.

k ¶ Imponunt.]aliâs important, id eſt inferunt.

l ¶ Sciens.]ignorans autem non committit hoc crimen [a], vt &.ſ.de pig.act.l.j.&.l.tutor.§.j.&.j.de cri.ſtellio.l.penul.

[a] Concor. text.in.c.apoſtolicæ. & ibi not. Panor.nu.iij.vbi poſui ĩ apoſt. ad ipſum in verſi.nõ curauit.extrà de de.ex.cõ.mini.& in c.nouit.de ſen.exc.

m ¶ Liberari.]vt &.ſ.de noxa.l.prætor.Accur.

n ¶ Deberet.]hoc eſt contrà.j.de ſolu.cùm quis.§.qui hominem.&.ſ.de condi.inde.Neratius.ſed ibi plenè dixi in.l.Neratius.

o ¶ Statuliberum.]ſine ſuo facto: vt &.j.de verbo.obli.ſi ſeruum.§.item ſi homo.Accurſius.

p ¶ Tota enim.]id eſt omnia enim.

q ¶ Nec reparari.]ſic.j.de reg.iur.l.libertas inæſtimabilis.&.ſ.de his qui deiece.vel effu.l.j.§.ſed cùm liber homo.Accur.

r ¶ Fuerit.]ſcilicet etiam poſteà.

s ¶ Vſucapitur.]imò tranſit incontinenti dominium, cum dominus ſit tradens: vt.ſ.in princip. huius legis ergo non vſucapit accipiens: vt infrà de vſuſcap.ſequitur.§.lana? Reſpon.hic alienus erat. vel verius quo ad ius parendi conditioni: vt.j.de capt.& poſtlimi.re.in bello.§.ſiquis.& ſic etiam expone.ſ.eo.l.ij.in princi.&.§.j.&.ſ.titu.ij.l.penul.in fi.Accur.

SI decem.] CASVS. Liber eſſe iuſſus ſi det.x.hæredi: hæres eũ vẽdidit, & dixit emptori ꝙ hic ſeru⁹ debebat eſſe liber, ſi det xx.nunc apparet quòd dando.x.eſt liber. tenebitur hæres emptori act.ex empto.ſi autem promiſit hæres de dupla nomine euictionis, & euincatur emptori hic ſeruus per extraneum: tunc hæres tenebitur de dupla.Fran.

t ¶ Dediſſet.]hæredi: ſecus ſi alij: vt.ſ.de euict.qui alienam.§.j.

¶ Statuliberi conditio ita demũ immutabilis eſt ſi adita hæreditas fuerit [r]: cæterùm ante aditam hæreditatem in propriam vſucapitur [s] ſeruitutem, libertatiſq; ſpes infringitur: ſed adita poſteà hæreditate, ſpes libertatis fauore ſui redintegrabitur.

Paulus li.5.ad Sab. LEX X.

SI decem dare iuſſum hęres vẽdiderit, & tradiderit, dixeritq; adſcriptum libertati, ſi viginti dediſſet [t]: ex empto erit actio cum venditore. Aut ſi dupla promiſſa eſt ob euictionem: duntaxat duplæ repetitio erit, & ex empto ob mendacium [v].

Pomponius li.14.ad Sab. LEX XI.

SI hæres [x] pecuniam donaſſet ſtatulibero vt ſibi eam daret, & liber eſſet: non fieri liberum [y] Ariſto ait: ſed ſi in plenum [z] ei donaſſet, fieri liberum.

Iulianus li.7.digeſt. LEX XII.

SIquis teſtamento libertatem acceperit ſub conditione, Si rationem reddiderit: debet pro hęreditaria parte hæredibus reliqua ſoluere: etiamſi nomina quorundam hæredum ſint in conditione poſita [a].

Idem li.7.digeſt. LEX XIII.

SI quis ita libertatem dediſſet, Stichus, ſi hæres meus eum teſtamento ſuo non manumiſerit, liber eſto: ſecundum voluntatem defuncti hoc ſignificari videtur [b], ſi teſtamento ſuo hæres non adſcripſerit ei libertatem. Quare, ſiquidem hæres libertatem ſeruo ſuo teſtamento dederit, de-

v ¶ Ob mẽdacium.] hic eſt ſenſus: vt ob mẽdacium agatur ex empto, & non ad duplum: ſed re euicta ab aliquo extraneo ad duplum agitur, ſi promiſſa eſt: & ſic non eſt contra.C.de euict.qui libertatis.§.j.vbi dicitur non agi ad duplum propter mendacium.Accur.

Agi ad duplũ ob mendacium an poſsit.

SI hæres.] CASVS. Liber eſſe iuſſus ſi det.x.hæredi: hæres donauit ſeruo.x.vt ea ei redderet & liber eſſet. licet reddat, non eſt liber.& hoc de rigore: de æquitate ſecus.ſi autẽ ſimpliciter donauit, & ſeruus hæc.x.reddat hæredi, liber eſt.Frã.

x ¶ Si hæres.]aliâs lex ſi hæres, aliâs.§.Pomponius.

y ¶ Liberum.]de rigore iuris. ſic &.j.de ſol.l.qui ſic.ſed de æquitate ſecus: vt.ſ.ſi certũ peta.ſi tibi.& de dona.quid id.§.j.quæ ſunt contrà. Accur.

z ¶ In plenum.]id eſt non adiecta hac conditione.quandoq; ergo plenè dat: quandoq; non.ſic.j.de acquir.re.do.l.per ſeruũ.§.j.

SIquis teſtamento.] CASVS. Liber eſſe iuſſus ſi reddiderit rationes hæredibus: reddere debet & reliqua, & pro hæreditaria parte omnibus: licet quorundam hæredũ nomina ſint expreſſa. Frã.

a ¶ Poſita.]ſed certè imò virilis tunc: vt.ſ.eod.ita liber.§.j.quæ eſt contra ſolutionem datam pro hæreditaria his, quorum nomina non ſunt expreſſa: nominatis verò pro virili: vt ſit proportio totius & partis. vel aliud cùm omnia nomina, aliud cùm pars tantùm exprimitur: vt infrà eodem qui pecuniam.& hoc placet. vel ſuprà ſunt expoſita propria: hic appellatiua.& facit ſuprà de manumiſ.teſta.l.ſi ita fuerit.Accurſius.

Totius, & partis debet eſſe ꝓportio.

SIquis ita.] CASVS. Reliqui libertatem ſeruo meo ſi hęres eum non manumittat in ſuo teſtamento.dicitur quòd expectabitur mors hæredis ſi hæres eum manumittat in teſtamento ſuo vel non. ¶ Seruus communis.] Vnus ex dominis reliquit libertatẽ ſeruo cõmuni ſi det.x.dicitur ꝙ dare poterit ex peculio hæc.x. ſiue hoc peculiũ ſpectet ad hæredẽ relinquẽtis libertatẽ, ſiue aliũ dominum: nec eſt vis cui debeat dare. ¶ Si duo.] Duobus ſeruis relictã eſt libertas ſi reddiderint ratiões.quærĩ an vnus reddẽdo ſine alio perueniat ad libertatẽ? & diſtinguitur.nam aut geſſerũt ſeparatim rationes: & tunc vnus reddendo ſine alio erit liber. aut cõiter geſſerũt, & tũc vn⁹ ſine alio nõ poteſt peruenire ad libertatẽ. ¶ Qui ita.] Libertas relicta eſt ſeruo ſi iurabit ſe aſcẽdere Capitoliũ.dicitur ꝙ ſtatim cùm iurat eſt liber. ¶ Seruus.] Reliqui libertatem ſeruo hæredis mei ſi quandã rẽ, quæ eſt hæredis mei, ei det. dicitur ꝙ eã dãdo eſt liber: cùm & ſine vlla cõd.poſſem illi ſeruo relinquere libertatẽ. ¶ Hæc ſcriptura.] Reliqui libertatem ſeruo Sticho cùm erit.xxx.annorum.poſtea dixi, ſi Stichus decẽ non dederit liber nõ eſto.dicitĩ ꝙ & dare debet.x.& xxx an.effici: & tunc erit liber.Fran.Accur.

b ¶ Significari videtur.]ſ.vt ſit liber ſi &c.

fectus [a] conditione videbitur: si non dederit, impleta conditione vltimo vitæ tẽpore hæredis ad libertatẽ perueniet. ¶ Seruus cõmunis liber esse iussus [b] ita, si decẽ dederit ex peculio: dare potest, quocunq; modo acquisitum habuerit: nec refert, apud hæredem [c] id, an apud socium [d] fuerit: & hęredi, an extraneo iussus sit dare. Nam per omnia caussæ [e] statuliberi applicatur [f], quod cõditionis implendæ gratia alienare peculiares nũmos potest. ¶ Si duo serui rationibus redditis liberi esse iussi fuerint, & separatim rationes gesserint: nõ dubiè separatim quoq; cõditioni parere poterũt. Sed si actus eorũ cõmuniter gestus, ita mistus fuerit, vt separari non posit: necessariò alter cessando alterius libertatem impediet: nec videbitur cõditio in persona alterius impleta, nisi id, quod cõputatione rationũ habita reliquum fuerit, aut vterq;, aut alter, totũ [g] soluerit. ¶ Qui ita liber esse iussus est, Si iurauerit se Capitolium ascẽsurum: cõfestim vt iurauerit, quamuis Capitolium nõ ascẽderit [h], liber erit. ¶ Seruus hæredis rem ipsius hæredis dare iussus, & liber esse, ad libertatẽ perueniet [i]: quia potest [k] testator & sine vlla dandi cõditione hæredis seruũ manumitti iubere. ¶ Hæc scriptura, Stichus, cùm erit annorum xxx. liber esto: Stichus, si. x. nõ dederit, liber ne esto: hãc vim habet: Stichus, si. x. dederit, & ad annos xxx. peruenerit, liber esto. Nanq; ademptio libertatis, vel legati, sub cõditione facta, incipit cõditionẽ contrariam legato, vel libertati, quæ prius data erat, iniecisse [l].

Vlpianus. LEX XIIII.

Seruus, q testamento dñi, cùm decẽ hæredi dedisset, liber esse iussus erat: hæredi mercedẽ referre pro * operis suis solebat: cùm ex mercede hæres amplius decẽ * accepisset, seruus liberũ se esse aiebat: de ea re cõsulebatur. Respondi, non videri liberũ esse: nõ enim pro libertate [m], sed pro operis eã pecuniam dedisse: nec magis ob eã rem liberũ esse, quàm si fundum à domino conduxisset, & pro fundi fructu pecuniam dedisset. ¶ Seruus, cùm hæredi annorum septẽ operas dedisset, liber esse iussus erat. Is seruus fugerat, & annũ in fuga fecerat: cùm septem anni præterijssent, respondi non esse liberum: non enim fugitiuum operas domino dedisse. Quare nisi totidem dies [n], quot aufugisset, seruisset, non fore liberum. Sed si ita scriptum esset, vt tunc liber esset cùm septem annis seruisset: potuisse liberum esse si post tempus fugæ reuersus fuisset.

Africanus li. 9. LEX XV.

Mortuo hærede, si statuliber locupletiorẽ hæreditatẽ [o] * tanta pecunia, quantam dare iussus sit, fecerit: veluti, creditoribus soluendo, cibaria familiæ dando: statim eum ad libertatem esse peruenturum existimaui [p]. ¶ Heres cùm statuliberum. x. dare iussum venderet, conditionẽ pronũciauit, & traditioni legẽ dixit, vt sibi potiùs, quàm emptori, eadem decem darentur. Quærebatur, vtri eorum statuliber pecuniã dando, libertatem consequeretur? Respondi, hæredi eum dare debere. Sed & si legem dedisset talem, Vt extraneo alicui statuliber pecuniam daret: respondi, & hoc casu conuentionem valere [q]: quia hæredi videtur soluere, qui voluntate eius alij soluit.

* Vlpianus li. respon. LEX XVI.

Statulibera quicquid pepererit, hoc seruum hæredis est [r].

Neratius li. 3. Memb. LEX XVII.

Si decem hæredi dedisset, iussus est liber esse: decem habet, & tantundem [s] domino debet [t]. Dando hæc decem, non liberabitur. Nam quod statulibero ex peculio suo dare explendæ conditionis caussa cõcessum est, ita interpretari debemus: vt non etiam ex eo dare posit, quod extra peculium est. Nec me præterit, hos nummos peculiares posse dici [v]: quamuis, si nihil prætereà seruus habeat, peculium nullum [x] sit. Sed dubitari nõ oportet, quin hæc mens fuerit cõstituentiũ [y], vt quasi ex patrimonio suo dandi eo noĩe seruo potestas esset: quia id

a ¶ Defectus.] Sed cur manumittente hærede non fit liber ex testamẽto priore: vt. ſ. e. statuliberos. §. si ita (Rñ. ſ. cõditio si seruierit, habetur pro impleta, cùm hæres manumiserit: quia per eũ fit, quo minus impleri posit, at hæc cõditio, si hæres nõ manumiserit, deficit, cum hæres manumittit. secũdum Io. Itẽ quid si dixerit testator, Stichus liber esto si testamẽto suo heres eũ manumiserit: & hæres ei postmodũ reliqt libertatẽ, ex cuius testõ erit liber? ar. quod ex primo. ſ. de leg. iij. vnũ ex familia. in princi. &. ſ. de hęre. insti. l. iij. §. ij. & l. asse. & j. e. si peculium. §. fina.

b ¶ Iussus.] ab vno ex dominis.

c ¶ Hæredem.] eius testatoris q reliquit libertatem.

d ¶ Socium.] nã põt ab alio dño habere, ab alio nõ: vt. ſ. de pecu. l. quis ergo. Accur.

e ¶ Caussæ.] i. vtilitati. Io. vt. s. cuicunq; & de quocunq; suo peculio posit dare. Io.

f ¶ Applicatur.] hoc. s. quod potest &c. Sed contrà. j. e. non videtur. Sol. vt ibi.

g ¶ Totum.] concordat. ſ. de ma. test. si ita fuerit. & C. de condit. inser. l. penul.

h ¶ Non ascẽderit.] nõ eñ ascẽsio, sed iurãdũ in cõditione fuit. Azo. Sed quid si ascẽdit, & nõ iurauit? Rñ. nõ videt̃ implesse cõditionẽ, cũ iuramẽtum non remittat̃: vt & ſ. de ma. testa. l. siqs libertatem. & l. seruum testamento.

Dare, non semper est accipientis facere.

i ¶ Perueniet.] tradẽdo: vel si per eũ non stet. Et sic not. quod non semper est idẽ dare qđ facere accipiẽtis. sic & põt nouare. ſ. de vsur. si stipulatus. §. verũ si emptor. & instit quib. mo. re. cõ. obli. §. itẽ is cui. & instit. de leg. §. incertis. Sed aliâs cõtrà: vt insti. de act. §. sic itaq;. & j. de verb. obliga. vbi autem non §. fina. Accur.

Rem suam dari, & nihil dari, paria sunt.

k ¶ Quia potest.] bona ratio, quia sua res ei dari, & nihil dari, paria sunt: vt insti. de leg. §. sed si rẽ legatã.

* Alphenus li. 4.

l ¶ Iniecisse.] vt. ſ. de adimẽ. leg. l. si legatum. in princip. & ſ. si cer. pet. pecuniam.

* operibus suis.

* recepisset & seruũ liberũ est aiebat &c.

Seruus.] CASVS. Liber esse iussus est seruus si det x. hæredi. hic seru⁹ cõducebat operas suas ab hærede, & dedit nomine mercedis vltra x. dicit̃ quòd nõ est per hoc liber. ¶ Seruus.] Relicta est libertas seruo cùm dedisset hæredi operas per septẽ annos. dicitur quod dies, quibus fuit in fuga, nõ cõputãtur in septẽ annis. vnde nisi per totidẽ dies seruiẽt post septẽ annos quot fuit in fuga: non erit liber. secus autem est si fuit dictum, cùm semptem annis seruierit: tunc sit liber. nam erit liber, si post tẽpus fugæ reuersus seruierit. Frã. Acc.

m ¶ Non enim pro libertate.] non omnis ergo numeratio implet conditionem, licet sit ar. contrà. ſ. e. statuliberos. §. siquis seruum. & facit. ſ. si cer. pet. non omnis. & j. eo. si decem. Accur.

Numeratio non semper implet cõditionem.

n ¶ Totidem dies.] qđ facere potest, & sic morã purgare: vt. ſ. e. cũ hæres. §. fi. Sed cõtrà. j. e. l. si intra qnquẽniũ. Sol. vt ibi. Itẽ facit quod no. ſ. de fideicom. lib. Thais. §. intra.

Mortuo.] CASVS. Relicta est libertas seruo si det. x. hæredi. hic seruus fecit locupletiorẽ hęredi. in. x. liber fit, vt si de suo soluit creditorib⁹ hęredi. vel pauit familiã hęredis, ita quod. x. expẽdit. ¶ Hæres cũ.] Seru⁹ iussusẽ eẽ liber si det. x. hæredi, cũ hæres venderet hũc statuliberũ, dixit ĩ ptio ĩter se & emptorem facto. x. q̃ iussus est seru⁹ dare, & esse liber: volo quod mihi debeãt dari. dicit̃ quod seruus hæc. x. dabit hæredi, & erit liber. idẽ si hæres dixit in pacto. volo quod hæc. x. det seruus cuidã extraneo, puta Titio. nam ei Titio dando. x. seruus erit liber. Fran.

* in tantũ pecuniam quantam &c.

o ¶ Hæreditatẽ.] hæredis cui iussus erat dare.

p ¶ Existimaui.] ego Africanus. Accur.

q ¶ Valere.] quãtum ad hoc vt emptori nõ cogat̃ dare, & vt dando extraneo liber fiat. R. & facit. j. de solu. vero procuratori. & l. solutam. Accur.

* Paulus

r Statulibera] Hæredis est. cum ipsa serua sit: vt. ſ. e. statuliberũ. in prin. & C. de fideicõmis. lib. l. cum libertatem. qñq; tamẽ fallit: qđ plene dixi ſ tit. ij. l. pe. in fi.

Si decem.] CASVS. Dñs reliqt seruo suo libertatẽ si x. daret hęredi. hic seru⁹ debebat ex aliqua cã dare. x. dño: & sic debet hæredi. si seru⁹ x. dat hæredi, non erit p hoc liber. & quod aliâs dicit̃ quod seru⁹ iussus dare & liber esse, põt dare ex peculio: hoc intellige vt nõ etiam ex eo dare posit, quod extra peculium est. Fran.

s ¶ Tantundem.] s. decem. Accur.

t ¶ Debet.] scilicet ex alia caussa.

v ¶ Posse dici.] vt & ſ. de pecu. l. peculium. §. si hæres. Accur.

x ¶ Nullum.] vt & supra de pe. l. sed si damnum. §. præterea.

y ¶ Constituentium.] vt ex peculio dare posit.

Progrediatur

maximè sine iniuria dominorum concesſiſſe videbatur: Quòd ſi vltrà quis progrediatur[a] :non multùm aberit,quin etiã eos nũmos, quos domino ſurripuerit[b], dando,ſtatuliberum conditioni ſatiſfacturum exiſtimet.

Paulus lib.ſing.de libertate. **LEX XVIII.**

SI triennio dena dare iuſſus, primo anno viginti obtulerit:nõ accipiente hærede, non ſtatim liber eſt:quia &ſi accepiſſet, nondum liber eſſet[c].

Vlpianus li.14.ad Sabinũ. **L. XIX.**

SI ſeruus[d] liber eſſe iuſſus ſit, & legatum ei datum ſi filius xiiij.annum * compleuerit,& filius antè deceſſerit:libertas fauore competet die veniente: legati autem conditio deficit.

Cùm non ſtat per ſeruum quin conditio libertatis impleatur:perinde eſt, ac ſi impleta eſſet,ut competat ſeruo libertas.

Paulus li.13.ad Plaut. **LEX XX.**

SI peculium ſeruo legatum ſit, qui iuſſus eſt * alij.x.dare, & ſic liber eſſe:& hæres eum prohibuerit[e] dare: deinde manumiſſus[f] peculium petat ex cauſſa legati:an per doli exceptionẽ eam ſummam,quam daturus eſſet,deducere hæres poſsit,vt ipſi proſit, non manumiſſo,ꝙ ea pecunia data non eſt?an verò indignus ſit hęres,qui contra voluntatem defuncti fecit,eam pecuniam lucrari?Et cùm ſeruo[g] nihil abſit,& libertas ei competat:inuidioſum[h] eſt hæredem fraudari[i]. ¶ De illo quæritur,ſi inuito[k] hęrede det, aut neſciente:an faciat nummos accipiẽtis?Et Iulianus verè exiſtimat,ex hac cauſſa conceſſam videri ſtatuliberis alienationem nummorum etiam inuito hærede:& ideò facere eos accipientis pecuniã. Quòd ſi hæredi dare iuſſus eſt decem, & eam[l] ſummam hæres debeat[m] ſeruo:ſi velit ſeruus eam pecuniam compenſare[n],erit liber. ¶ Is, cui ſeruus pecuniam dare iuſſus eſt, & liber eſſe,deceſsit:Sabinus ait, ſi.x.habuiſſet parata,liberũ fore: quia non ſtaret[o] per eum, quò minùs daret.Iulianus autẽ ait,fauore libertatis conſtituto[p] iure hũc ad libertatem peruenturum, etiã ſi poſteà habere cœperit decem. Adeò autem ex cõſtituto potiùs iure[q],quàm ex teſtamento ad libertatem peruenit,vt ſi eidem legatum ſit[r], mortuo eo,cui dare iuſſus eſt,ad libertatẽ quidem perueniat:non autẽ legatũ habiturus ſit[s]. * Idemq; & Iulianus putat: vt in hoc cæteris legatarijs ſimilis ſit. Diuerſa cauſſa eſt eius, quem hæres prohibet conditioni parêre:hic enim ex teſtamento[t] ad libertatem peruenit. ¶ Hæredi autem iuſſum dare,etiã hæredis hæredi[v] dare poſſe Diuus Hadrianus reſcripſit. Sed & ſi hoc ſenſit teſtator:etiã in legatario idẽ dicẽdum eſt[x]. ¶ Quædã conditiones natura ſua nõ poſſunt eodẽ tẽpore impleri,ſed neceſſariã habẽt tẽporis diuiſionem: veluti cùm decem

Vlpianus. — *impleuerit.* — *alicui.* — *Ideoque alias, idq;.*

a ¶ Progrediatur.]dicendo contra prædicta.

b ¶ Surripuerit.]pro eo enim fere haberi poteſt,ſiue nũmos,quos in peculio habet,& mihi debet,mihi ſoluat:ſiue nummos mihi ſurripiat,& eos mihi poſtea reddat,quo caſu eum non peruenire ad libertatem.ſ.dictum eſt.Ro.in .l ſtatuliberos.§.ſiquis ſeruum.& facit.ſ.de pec.l.peculiũ.§.alioquin.& quod ſurripuit ſeruus &c. ſed videtur contra primum dictũ.j.eo.ſticho.§.j.ſed ibi ſolues.Accurſius.

SI triẽnio.] CASVS. Relicta eſt libertas ſeruo ſi det.x.oĩ anno vſq; ad triennium hæredi.nunc ſeruus primo anno obtulit.xx.hæredi: & hæres noluit.non eſt liber per hoc: cùm & ſi hæres accepiſſet hæc xx.non eſſet ſeruus liber.ſubaudi, niſi alia x.offerret.Fran.

c ¶ Liber eſſet.]niſi iterũ.x.hæredi obtulerit.& ſic non ob.ſ.eo.ſtatuliberos.§.ſtich⁹.in fi.&.ſ.de manu.teſta.l.ſi ita fuerit.in fi. Accurſius.

SI ſeruus.] CASVS. Relicta eſt libertas ſeruo: præterea & legatũ ſi filius teſtatoris cõpleuerit xiiij.an.ille filius ante deceſsit. dicitur ꝙ cum trãſierit tantũ temporis quo filius ſi vixiſſet compleuiſſet xiiij.an.erit hic ſeru⁹ liber:non autem legatum habebit.Fran.

d ¶ Si ſeruus.]facit ſ.de manumiſ.teſta.ſi ita ſcriptum.& quod ibi no.Accur.

SI peculium.] CASVS. Seruo relicta eſt libertas & peculiũ ſi det x.alicui extraneo:puta Titio.cùm ſeruus vellet dare hęc.x.de peculio illi Titio,& liber eſſe: hæres nõ permiſit.certè hic ſeruus liber eſt.& ſi peculiũ petat tã quam ſibi legatum ab hærede,hic liber factus,& hæres vult retinere.x.quæ iuſſus erat ſeruus dare,& liber eſſe:auditur.intelligas tamen ꝙ hic hæres tenetur illi Titio act.in factum ad illa decẽ. ¶ De illo.]Seruus liber eſſe iuſſus ſi det.x.alicui extraneo,puta Titio : poterit hic ſeruus inuito, vel ignorante hærede.x.de peculio detrahere & ſoluere Titio,& faciet pecuniam accipientis.ſi autem hic ſeruus iuſſus eſt eſſe liber ſi det.x.hæredi,& hæres.x.debebat huic ſeruo:poterit ſeruus compenſare cum hærede,& erit liber. ¶ Is cui.]Seruus liber eſſe iuſſus eſt ſi det.x.cuidam extraneo:puta Titio.antè quàm det deceſsit Titius.quæritur,an hic ſeruus ſit liber?Et rñ.ꝙ ſi hic ſeruus habuit.x.parata in vita Titij,& per eum non ſtetit,quò minùs ſolueret : ſeruus eſt liber.& hoc dixit Sabi.Iul.autem plus dicit,ꝙ ſi nunc ſeruus habet parata.x.& tunc non habuit:ſatis ſit vt ſit liber.& hoc eſt nõ teſtatoris voluntate,ſed iure ſupplente eam fauore libertatis: adeò ꝙ nec legatum hoc caſu relictum habebit.ſi autem per hæredem ſtetiſſet quò minus daret ſeruus.x.Titio:tunc ſit liber iure teſtamenti. Vltimò dicit.ſeruus liber eſſe iuſſus ſi det x.hæredi:hæredi hæredis dando liber eſt.ſi autem eſt iuſſus dare.x.Titio extraneo:hæredi eius extranei dãdo liber eſt,ſi hæc fuit volũtas defuncti. ¶ Quędam conditiones.]Quandoq;libertas relinquitur ſeruo ſub conditione:quæ conditio ſui natura vno eodemq; tempore non poteſt impleri:vt ſi decem operas dederit hæredi.nam per decem dies debet operas dare.à ſimili,ſi ad.x.annos.x.aureos dare iuſſus eſt hæredi, & eſſe liber:omni die poteſt dare vnum aureum:& cùm omnes compleuerit ad ſoluendum,erit liber.in vno tamen diſcordant hæ conditiones:quia condi.operarum non poteſt ſimul impleri.vnde ſi hæredi ſeruus offerat.x.operas vna die:accipiat hæres vel non,non ſit liber,niſi.x.dies tranſeant.idem ſi iuſſus eſt ire Capuam,& eſſe liber: & hæres prohibeat eum ire,nam non ſtatim ſit liber:ſed lapſo tanto tempore,quo potuiſſet iuiſſe Capuam.ſed ſecus in ſecunda cõdit.puta,ſi det.x.ſit liber.nã poterit ſimul.x.dare,& erit ſtatim liber. ¶ Si ita quis acceperit.]In teſtamento meo dixi.ſi hæres meus Stichũ non manumiſerit,Stich⁹ ſit liber.expectabitur aliquod tẽpus:nec nimium:nec modicum intra quod poterit hæres ſine ſuo magno incommodo eum manumittere.& ſi manumiſerit,tunc ſit liber ex teſtamẽto meo.ſi autem tẽpus eſt appoſitũ,intra qđ hæres eum manumittat ſi vult,alioquin ſit liber:illud tẽpus expectabit.quo elapſo,& ſeruo nõ manumiſſo,ſeruus erit liber ex teſtamẽto meo. Frã.ac.

e ¶ Prohibuerit dare.]& ſic eſt liber conditiõe habita pro impleta:vt ſ.eod.l.iij.in princ.&.C.de condic.inſer.l.ſi.

f ¶ Manumiſſus.]id eſt factus liber ipſo iure, conditione habita pro impleta, cùm per eum non remanſit, ſed per hæredẽ. Acc.

g ¶ Et cũ ſeruo.] nunc ſol.

h ¶ Inuidioſum.]ſic ſ.de diſtra.pig.reſcriptum.§.ſi aliena.j.rñ.

i ¶ Fraudari.]tenetur tamen actione in factũ ei,in cuius perſona erat adimplenda conditio : vt ſuprà de condict.ob cau.l.iij.§.ſi.

k ¶ Inuito.]imò videtur quòd dominium non trãſeat inuitis hæredibus: vt ſuprà de condict.& demon.l.ſi inuitus.& ſuprà eod.l.ſtatuliberos circa princ.ibi, cùm igitur verã &c & ſuprà de condict.ob cau.l.iij.§.ſi.ſed ibi.ſ.in tit.de condi.cau.da.l.iij.§.ſi.plenè dixi.Accur.

l ¶ Eam.]ſ.tantum.

m ¶ Debeat.]ſ.naturaliter:vt.ſ.de pecu.l.nec ſeruus.

n ¶ Compenſare.]vt ſuprà de pec.leg.l.ſi peculium.§.ſicut autem.&.ſ.de compen.l.etiam quod natura.

o ¶ Non ſtaret.]quia offerebat:vt.C.de condi.in ſer.l.fin.& facit.ſ.de condict.& demon.cùm ita datur libertas.ij.&.iij.reſpon.&.j.eo.ſtichum titio.§.pe.Accur.

p ¶ Conſtituto.]q.d.non teſtatoris voluntate,ſed iure ſupplente eam.Azo.Accur.

q ¶ Potius iure.]non ex voluntate teſtatoris,ſed ex iure ſupplente eam.Azo.

r ¶ Eidem legatum ſit.]præter libertatem.Accur.

s ¶ Habiturus ſit.]conditionis defectu:vt.ſ.de condict.& demon.l.in teſtamento.nam ſic eſt & in alijs pecuniarijs relictis,vt deficiãt deficiente conditione,ſub qua relicta ſunt:vt ſubijcit,&.C.de cond.inſer.l.legatum.

t ¶ Ex teſtamento.]id eſt ex voluntate defuncti ſola,non iure conſtituto.M.

v ¶ Hæredis hæredi.]quia hæres hæredis &c.vt.C.de hære.inſti.l.ſi & de vſufru.l.antiquitas.&.j.de verb.ſig.hæredes.&.ſ.e.ſi ſtatu libera.§.ſi filiusfa.&.l.mortuo.&.j.e.l.ſeruus ſi hæredi.in princi.&.C.de le.l.in annalibus.

x ¶ Dicendum eſt.]vt & eius hæredi poſsit dari,aliãs ſecus:vt ſuprà de condi.& demon l.ſub diuerſis.§.ſi.vel etiam aliter,vt ibi notauimus.

a ¶ Dantur.] vt.s.de ope.liber.l.j.
b ¶ Igitur.] à simili:& dic iussum vsq; ad.x.annos.x.aureos dare,& liberum esse:& ipse quolibet anno dedit vnum.
c ¶ Necessario.] sed aurei ex voluntate sic diuisim soluuntur. nam etiã primo anno possunt omnes solui:& erit liber:vt hic innuit per hoc quod dicit alia.& supra de manu. test.l. si ita fuerit.in fi.&.s. eodem.statuliberos.§. 10 stichus.
d ¶ Noluerit.] scilicet vnam operam vel omnes ei ante tempus oblatas.Accursius.
e ¶ Idem.] vt tacitum tempus intelligatur.
f ¶ Ire.] eodē tēpore.
g ¶ Potuisset.] vt infrà eodem. seruus si 20 heredi.§.imperator. sic & in stip.tēpus scilicet tacitè intelligit, propter locum:vt infra de verbo. oblig. §. locati.& infrà de verbo. oblig.l.eum qui calendis.§.quoties.&.l. continuus.§.cùm ita. & nisi in casu:vt infra 30 eodem titu.l fi.§.si inter eos.
h ¶ Non enim contra.] id est contra voluntatem defuncti esset,si non permitteremus eum manumittere, & habere libertatē. & facit suprà eodem l.si quis ita.in princip. 40 Accursius.
i ¶ Manumittere.] No.optimum ex duobus contrarijs temperamentum.& sic facit suprà de interrog. actio.l & quia. & infrà de verbo.obliga. eum qui calen.&.l. continuus.in princip. &. §. 50 cùm ita.&.§.illud. & de solu.ratum.&.l.quę dicimus.& rem ra.ha. l.quo enim.§. Iulian⁹. & suprà de neg.gest.l. diuortio. & suprà de condict.ob cau. si pecuniam.§.fin. & si quis cau.l.ij.§.penul.
k ¶ Tempus adie- 60 ctum.] puta, anni: ad quod facit.s.de cō dict. ob caussam.l.ij. §.j.Azo.

Præstationum.

Temporamentū optimū ex duobus cōtrarijs sit.

operas seruus iussus erat dare: quia operæ per singulos dies dantur [a]. Igitur [b] & si singulos aureos det statuliber, potest dici eū impleuisse conditionē. Alia caussa est operarum: quia hæ necessario [c] singulæ edendæ sunt. Sed & si hæres accipere noluerit [d]: non statim liber erit, sed cùm tempus transierit, per quod operarū quantitas consummatur. ¶ Idem [e] dicendum est, si iussum Capuam ire [f], & liberum esse, hæres prohibeat ire: tunc enim erit liber, cùm peruenire Capuam potuisset [g]. Inesse enim videtur tempus tam operarum * præstationi, quàm itineri. ¶ Si ita quis acceperit libertatem, Stichus, si hæres eum non manumiserit, liber esto: poterit ab hære de manumitti. Non enim cōtra [h] voluntatem testatoris adimitur ei libertas. Sed non tam continuū tempus exigendū est, vt præcipitare cogatur heres, vel ex peregrinatione celerius reuerti ad manu mittēdum, vel administrationem rerum necessariarū intermittere. Nec rursus tam longū tēpus exigendū est, vt quàdiu viuat protrahatur manumissio: sed modicū, scilicet, quo primùm possit sine magno incōmodo suo hæres manumittere [i]. Quòd si tēpus [k] adiectum fuerit, illud spectabitur.

¶ *In redditione rationum continentur reliqua. Item cùm testator fecerit mentionem de aliquo dando, si non expressit, cui uelit dari: debet dari hæredi.h.d.*

Pōponi⁹ li.9.ex Plautio. L. XXI.

Abeo * lib. ij. Posteriorū ita refert, Calenus [l] dispensator meus, si rationes diligēter tractasse videbitur, liber esto: suaq; oĩa [m], & centū habeto: diligentiã eã desiderare debemus, quæ domino, nō quæ seruo fuerit vtilis [n]. Erit autē ei diligētiæ cōiuncta bona fides nō solū in rationibus ordinandis, sed etiã in reliquo reddēdo [o]. Et quod ita scriptū est, Videbit. [p] * pro hoc accipi debet, videri po

Libro Posteriorum.

Abeo.] CASVS. Reliqui libertatem seruo meo castaldioni si rationes diligenter tractasse videbitur: & reliqui ei 70 peculium. Dicitur q debet inspici, in bona fide incesserit, non solum in rationibus ordinandis, sed etiam in reliquo reddendo. Secundò exponitur hoc verbum videbitur. i. videri poterit. sic & aliàs aqua pluuia nocet, id est nocere potest. Tertiò dicit, q debet reddere rationes ipsi hæredi. sic aliàs cùm seruus 80 liber esse iussus est, si dederit. x. licet non dixerit cui debeat dare: intelligitur q hæredi. ¶ Pacuuius.] Legaui tibi centum: & grauaui te per fideicommissum vt dares ista centum cui velles de libertis meis. si antè, quàm eligeres decessisti, extūc dabitur omnibus libertis. Franc.

Sic accipi.

l ¶ Calenus.] verba testatoris. Accur.
m ¶ Suaque omnia.] Py. est habeto &c.
n ¶ Vtilis.] ad hoc.s.de manumis.testa.si ita scriptum sit.&.l.qui filius.§.j.
o ¶ Reddendo.] vt & s.eo.si statulibera.§.pen.&.§.si.
p ¶ Videbitur.] materialiter ponitur.
q ¶ Poterit.] nam competit nondum damno dato: vt.s.de aqua plu. arc. l.j.§.hæc actio. similis expositio.s.ad Velle.l.hæ actiones. &. s. de cap.dimi.l.ij.§. hoc iudicium.
r ¶ Cui.] id est cuius arbitrio. Accur.
m ¶ Non posse.] per manumissionem emptoris liberatum, etiam si dupla sit promissa: & etiam si de facto tantùm tenuit manumissio. Sed ex empto potest agi ad id, quod interest habere eum li- 80 bertum: vt suprà de euic. l. si seruum eius. & . l. seq. & de ædili. edic. l. si hominem. Licet quidam dixerint, hīc non fuisse duplam promissam ante manumissionem, ergo tenetur vterque: posteà alter tantùm. Accursius.

n ¶ Postquam.] i. post manumissionem.

o ¶ Non solùm.] Per procuratorem. sic suprà de vi, & vi ar. l. j. §. deiecisse.

p ¶ Si vnusquisque.] s. emerit insolidum: quod fieri potest: vt infrà

dum habeant actionem:nec alteri⁹ sciētia alteri nocebit,vel ignorantia proderit[a] ¶Si eũ liberum esse emptor nescijt,posteà autem scire cœpit:hoc ei non nocebit[b], quia tunc[c] ignorauit. Sed si tunc sciuerit[d], posteà autem dubitare cœperit: nihil proderit[e]. Et hæredi, & cæteris successoribus scientia sua[f] nihil nocet, ignorantia nihil prodest. Sed & si per procuratorē sciētē quis emerit,ei nocet[g]:sicuti tutoris quoque scientiam nocere Labeo putat. ¶Hæc actio post annũ non datur: cũ sit honoraria. Est autē & pœnalis[h].

Pau. lib. 50. ad edictũ. LEX XXIII.

SI vsumfructũ tibi vēdidero liberi hominis,& cessero:seruũ effici eũ dicebat Quintus Mutius: sed dominiũ[i] ita demũ fieri meũ, si bona fide vendidissem[k]:alioquin sine domino fore[l]. ¶In summa sciendum est,quæ de venditis seruis,quibus denegatur ad libertatē proclamatio,dicta sunt[m], etiā ad donatos,& in dotē datos referri posse item ad eos,qui pignori se dari passi sunt[n]. ¶Si mater,& filius[o] de libertate litigāt:aut cōiũgenda sunt vtrorũq; iudicia[p],aut differenda est caussa filij,donec de matre constet:sicut Diuus quoq; Hadrianus decreuit, Nam cùm apud alium iudicem mater litigabat,apud alium autē filius: Diuus Augustus dixit,antè de matre cōstare oportere:sic deinde de filio cognosci[q].

Scietia,vel ignorantia alterius an alteri prosit.

de duo.re.l.candem.Accur.

a ¶ Proderit.]hîc est cōtrà.j.ti.j.l.fi.sed non est si bene attēdas.Nã nec alterius ignorãtia prodest alij,nec alteri' sciētia nocet:magis aũt ibi proderit.Sed verius est cōtrà.s.e.liberis.§.si duo.in fi.Solu. hîc refert ad eos,q insolidũ emerũt:ibi ad partes. Vl aliter ibi ignorãtia facit cessare actionē istã cũ vēdit⁹ fuit seru⁹ ignorãtis:ad quã parãdã negat hîc alteri⁹ pdesse ignorātiam alteri. Vel dic,q hîc non interuenerũt omnia,quę sunt necessaria,vt fiat seruus in aliquo emptore, quicũq; ad libertatē prouocat: & opus est de actiōe in factũ tractare:vt.s.eo.l. rectitissimè.§.quæ actio. Ibi interuenerũt saltē in eo,qui fuit ignorãs:& hoc put legis ibi planè litteram:sed prout interrogatiuè,non est contrà.

b ¶ Non nocebit.]facit.j.pro emptore.l. ij. §.si seruus.

c ¶ Quia tunc.]scilicet,cùm emit.

d ¶ Sciuerit.]cũ emit.

e ¶ Proderit.] s.dubitatio quoad hoc, vt posit agere cōtra pclamãtē in libertatē, nam non poterit.

f ¶ Scientia sua.]scilicet,hæredis.

g ¶ Ei nocet.]scilicet dño:& sic.s.eod. imò.§.cæterũ.Et contra vtrãq; signãt quidam cōtrà.s.de ædil. edic.cũ mãcipiũ.§. circa.Et soluũt,quia hîc, &.d.l.imò.mãdauerat incertũ emi:quare p procuratorē sua conditio deterior fieri pōt:ipse tãmē mandati dño tenetur:sed ibi certũ,vbi mãdãtis cōditio per procuratoris scientiam deterior fieri non debet,nō eñ hîc mãdati dominus ageret aduersus procuratorem,cũ emerit quē mandauerat.Sed certè lex contraria,secundum. Azo. eo modo dicit,cùm de incerto fuit mandatum:vnde concordat:non autem est contrà.Et expone literam illam,vt ibi.Item hæc ab illa.s.eod.in seruo,differt.quia ibi de certo fuit mandatum.

h ¶ Pœnalis.]vt &.s.eo.l.proxi.

SI vsumfructũ.] CASVS. Vsumfru.liberi hominis tibi vēdidi,& cessi.Dicit,q hic liber homo efficit seru⁹.Sed cui',quæritur.Et certè si bona fide vēdidi vsumfruct.eius,meus seruus erit: alioquin nullius erit seruus tamen erit. ¶In summa.] Quæ habent locũ,vt liber venditus efficiatur seruus,eadem in libero homine donato,vel in dotē dato,vel pignori dato si interueniãt,habebũt eundem effectum. ¶Si mater.]Petebam quandam fœminam in seruit. & eius filium coram diuersis iudicibus.primò agitanda est caussa matris:posteà filij:& de hoc etiam dixit Diuus Augustus:aut corã iudice vno ambæ sunt agitandæ:& sic coniungendæ,Fran.

i ¶ Sed dominiũ.]id est,proprietatem.

k ¶ Vendidissem.]scilicet vsumfructũ. Azo.Et intellige,q aliquod commodum habuit seruus,secundum. Azo.

Seruus sine domino esse potest.

l ¶ Fore.]no.seruum esse etiã sine domino:sic &.j.de stipu.ser.l. qđ seruus.Regulariter contrà,vt.C.communia de manu.l.j.in princi.

m ¶ Dicta sunt.]vt &.s.eo.l.rectissimè.§.quæ actio.&.j.eod. cùm pacto.& insti.de iure per.§.pe.Accur.

n ¶ Passi sunt.]si tamē semp aliqd percipiãt,& hoc in se sciēter fieri patianť,& alia interuenerint,quæ in vēditiōe sunt necessaria: vt &.C.eo.l.si ministeriũ.Sed dicitur cōtrà,in eo.ti.l.liberos.Sed ibi de pacto inter liberum,& seruum,quod non facit seruum sed inter dantem,& accipientem factum,facit seruum:vt hîc dicitur.

o ¶ Si mater & filius.]ante litem cōtesta.in caussa liberali natus: aliàs suffic t super matre iudicari:vt.C.eo.l.fi.

p ¶ Iudicia.]sic.s.eo.cognitio.§.j.&.l.si pariter.

q ¶ Cognosci.]Si ergo mater pronuncietur serua,nō per hoc videtur filius seruus pronũciari:vt hic,&.C.de proba.l.ad probationē. in fi.Sed si ecōtrà,mater libera pronũcietur:licet adhuc quęstio possit filio fieri,vt &.C.eo.l. iiij.in fi.tamen onus probãdi videtur imminere ei,qui se dñm dicit,etiam si possideat:vt in hoc sñia pro matre prosit filio:arg.C. de inge.manu.l.iij. & argu.j.ad leg. Iul.de adul.l.denũciasse.§.fi. & de crimi.expila.hęred.l.res hæreditarias &.s.de inoffi.testa.l. Posthum⁹.§.siquis ex his.& si ser.ven. loci. §.si fundus.

*Idem LEX XXIIII.

* Vlpia. li. 51. ad edict.

ORdinata[r] liberali causa liberi loco[s] habetur is, qui de statu suo litigat,ita vt aduersus eũ quoq;,qui se dominũ esse dicit,actiones ei nō denegētur[t], quascunq;[v] intendere velit,Quid enim si tales sint,quæ tēpore, aut morte[x] intereant:quare nō cōcedatur ei litē cōtestando in tutum eas redigere[y]? Quinetiā Seruius ait in actionibus annuis ex eo tēpore annũ cedere[z],ex quo lis ordinata sit.Sed si cũ alijs experiri velit[a]:nō est quærendũ,an lis ordinata sit[b]:ne inueniatur ratio quēadmodũ subiecto aliquo[c],qui libertatis cōtrouersiã moueat,interim actiones excludantur. Æq; enim ex euentu[d] iudicij liberalis, aut vtilis,aut inanis[e] actio eius efficietur.Sed si quas actiones inferat dominus[f]:quæritur,an compellēdus sit suscipere iudicium[g]? Et plerique existimant,si in personam agat,suscipere ipsum ad litis contestationem, sed sustinendum iudicium,donec de libertate iudicetur: nec videri præiudiciũ libertati[h] fieri,aut voluntate domini[i] in libertate eũ morari. Nã

ORdinata.] CASVS. Postest loq hoc prin. vsq; ibi,Sed si cũ alijs &c. siue de seruit. qui se petat in libertatē:siue ecōtrà. Nam pendēte caussa liberali habet loco liberi:vnde iste, qui dicit se dñm,si habet aliquas act.tēporales intētare contra eum:bene pōt. Idē & in ac.annuis.Sed si aliquis existēs in pos. libertatis vocet ad seruitu.iste talis, si act. aliqua velit interim experiri, auditur: ex euētu tamē iudicij liberalis apparebit, an benegerit,vel nō.Itē & si ille,qui petat eũ in seruitu. moueat ei alias act.nō auditur vsque ad litē contest. ¶ Si is,qui.] Quidam existens in pos.seruit. petit se in libertatem. Interim quidam alius vult agere furti, vel iniuria cōtra eũ. Dicitur, q debet iudicio sisti:& interim differri hęc causa furti,vel iniuriarũ. Secũdò dicit,Posidebas aliquē tãquã seruũ:hic fecit mihi dãnũ:cœpi agere contra te act. leg. Aquil.noxali:nunc ille possessus petit se in libertatē.Dicitur,quòd interim debet differri iudicium noxale.Eran.Accur.

r ¶ Ordinata.]per lit.contest.vel etiam per libelli porrectionem, & satisdationem:vt probatur.C.qui.pe tu.l.j.& intellige vsque illuc,Sed si cũ alijs &c.etiam quando ex seruitute in libertatem prouocat:per.l.s.de procu.seruum.§.ei.qui.

s ¶ Liberi loco.]quoad multa:vt no.C.eo.l.lite.& est sic.j.de collusi.deteg.si libertinus.§.j.&.s.ex quib.cau.ma.l.is autem.Sed arg. contrà.s.ad Maced.l.j.§.si pendeat.Accur.

t ¶ Non denegētur.]nisi per calum.vel iniuriam liberalis caussæ: vt C.eo.si tibi seruitutis,quæ est contrà:& plenè dic,vt ibi.

v ¶ Quascũque.]hoc statim restringitur ad perituras morte,vel tempore:& sic non est contrà.vt.C.de ordi.cog.si status.in prin. vbi dicit,contra dominum interim agere eum non posse.Alij non restringuunt,& illam secundum istam intelligunt.Accur.

x ¶ Morte.]vt quia in hæredes,vel hæredibus non dantur.

y ¶ Redigere.]scilicet in hoc,vt perpetuuntur.

z ¶ Cedere.]quasi ante non videantur habuisse potestatem agēdi, Azo.vt.C.de anna.excep.l.j.§.fi.

a ¶ Velit.]in libertatis possesiōe cōstitutis:vt patet ex inferiorib⁹.

b ¶ Sit.]id est,vt si sit ordinata,non posit agere:aliâs,sic.

c ¶ Aliquo.]à debitore:& est sic.s.de transact.l.cũ hi.§.si cùm lis.

d ¶ Ex euentu.]id est,mora fiet.Accur.

e ¶ Inanis.]scilicet tēpore finita:vel debitore facto non soluēdo, secundum quosdam:vel dic,ex euentu:quia si obtineat in liberali: apparebit tenere hoc iudicium:aliâs non,vt.j.proxi.§.

f ¶ Dominus.]contra eum,de cuius statu agitur.

g ¶ Iudiciũ.]id est,instãtiã:vt & ar.s.de fer.l.j.in fi.& de offi. psi. Senatuscō.Alij dicũt,sentētiã:quasi cãm,& tũc posit agi,ar.j.pxi.

h ¶ Libertati.]per hoc,quia hic alia causa differtur.

i ¶ Volũtate domini.]inferentis aliam actionem.

Ipse

ordinato liberali iudicio, & interim pro libero habetur: & sicut ipse aget [a]: ita cum ipso quoq; agi potest. Cæterũ ex euentu aut vtile iudiciũ [b] erit, aut nullum, si contra libertatem pronunciatum fuerit. ¶ Si is, qui in libertaté proclamat, furti, aut dãni iniuria ab aliquo arguatur: Mela ait, interim eũ cauere [c] debere iudicio se sisti: ne melioris sit conditionis, qui dubiæ libertatis est, quã qui certæ [d]: sed sustinẽdũ iudiciũ [e], ne præiudiciũ [f] libertati fiat. Æquè si cùm possessore hominis, furti agi noxali cœperit: deinde cuius nomine agebatur, in libertatem proclamauerit: sustinẽdum iudiciũ [g]: vt si liber iudicatus sit, in ipsum trãsferatur iudicium: & si dãnatio facta sit, iudicati actioné potius [h] in eum [i] dandam.

Caius LEX XXV.

SI cui de libertate sua litiganti optio [k] legata sit: quæcunque de hæreditate ei relicta dicuntur, eadé & de optione tractari [l] possunt. ¶ Interdum ex integro [m] datur ad libertaté proclamatio: velu ti ei, qui affirmat ideò se primo iudicio dictũ esse, ꝙ statuta libertas nõdũ ei obtigerat, quã nũc dicit sibi obtigisse. ¶ Licet vulgò dicatur [n], post ordinatũ liberale iudiciũ hominé, cuius de statu controuersia est, liberi loco esse: si tamé seruus sit, certũ est nihilominùs eũ qd ei tradatur, vel stipulet, perinde domino acquirere [o]: atq; si nõ de libertate eius quęreretur. Tm̃ de possessione eius [p] videbimus: cùm ipsum post litem ordinatã desinat dominus possidere [q]. Sed magis est, vt acquirat [r] licet ab eo non possideatur [s]. Et cùm placuerit per fugitiuũ quoq; nos possessioné [t] acqrere posse: quid mirum, etiam per hunc, de quo quærimus, acquiri?

Idem LEX XXVI.

QVi ex libertate in seruituté petit: si iudicij de euictióe seruandi causa contra libertatem agit, iniuriarum actione non conuenietur [v].

Vlpianus LEX XXVII.

DIui Fratres Proculo, & Mætiano rescripserunt, Cũ Romolus, cui⁹ de statu quæritur, pupillaris ætatis sit, an exigente Varia Hedone matre, & consentiente eius tutore, ad tempus pubertatis causa differẽda sit: vestræ grauitatis est ex fide personarũ, quod vtile est pupillo, constituere [x]. ¶ Si ea persona desit cognitioni [y], quæ alicui [z] causa status cõtrouersiam faciebat: in eadem causa est qui de libertate sua litigat, qua [a] fuit priùs, q̃ de libertate cõtrouersiã patiebatur. Sanè hoc lucratur, ꝙ is, qui ei status cõtrouersiam faciebat, amittit suã causam [b]. Nec ea res ingenuum facit eũ, qui non fuit. Nec enim penuria [c] aduersarij ingenuitaté solet tribuere. ¶ Rectè [d], atq; ordine iudices puto facturos, si hanc formam fuerint secuti, vt ibi deest is, qui in seruitutem petit, electioné aduersario [e] deferãt, vtrùm malit

a ¶ Ipse aget.] Alijs actionibus.

b ¶ Iudicium.] fuit ergo intẽtatũ, sed sola sñia retardata, secundũ quosdã. nã ex prędictis patet, & ex proxi. §. j. ꝙ in liberali causa ordinata siue per directã, quã dñs mouet, siue per vtilẽ in rẽ præiudicialẽ, quã ille, qui ꝓ pu cat ad libertaté mouet: cũ nemo sit dñs sui: vt. s. ad leg. Aquil. liber homo. ꝙ. seru⁹ est in iudicio cũ eo, q etiã de libertate litigat, & 10 cũ alijs agẽdo, & defendẽdo. Quare ergo dicũtur præiudiciales actiones prædictę, vt insti. de act. §. præiudiciales actiones? Rñd. quoad sententiã, quæ differt. sed causæ examinãtur cũ extraneis, & cũ dño nisi in casu: 20 vt dixi per. l. C. eo. si tibi. vel verius dic, in dño generaliter differendũ, nisi sint peritu ræ. Accursius.

c ¶ Cauere.] sic. s. de iudi. l. ij. §. sed si dubitetur.

d ¶ Qui certè.] hoc enim esse nõ debet: vt 30 infrà tit. j. l. penul. &. C. si ser. extero. l. j. Ac.

e ¶ Iudicium.] s. furti, vel similiũ: vt. s. dictũ est. Et expone hãc dictioné, iudiciũ, vt. s. proxi. §. dictum est.

f ¶ Præiudicium.] sic. C. de peti. hære. l. fi. & facit. C. de iure deli 40 beran. l. cũ aliquis.

g ¶ Iudiciũ.] noxale.

h ¶ Potius.] s. quã in possessoré quondam.

i ¶ In eum.] qui liber iudicatus est.

SI cui.] CASVS. Relicta est electio alicuius rei cuidã, cui nũc mouet 50 quæstio status: tãdẽ in hoc legato locũ habent quæ in hæred. ei relicta locũ habẽt, vt expectet euentus iudicij. nã si liber iudicabit, sibi habebit: alioquin non. hoc enim in hæredi. dicitur: vt. C. de iure deliber. l. cùm 60 aliquis. ¶ Licet vulgò.] Licet dictũ sit. s. l. proxima, hominem, de cuius statu quæritur, interim esse loco liberi: si tamen seruus sit, quod interim acquisiuit, vel per stipu. vel per tradit. domino videt acquisisse, perinde, ac si de eius statu nulla esset mota quæstio: & sic semper stetisset, tãquam seruus. Idẽ si poss. alicuius rei acqsiuit: licet ipse idẽ interim à nullo dicatur possideri: hoc idem euenit, vt per eum quæratur domino. Fran.

70 k ¶ Optio.] alicuius rei.

l ¶ Tractari.] scilicet, vt expectetur euẽtus iudicij. nam si liber iudicetur, sibi habebit: alioquin non. Sic enim de hæreditate relicta ei dicitur: vt. C. de iure delibe. l. cùm aliquis.

m ¶ Ex integro.] cùm semel prouocauit, & amisit: & facit. C. eo. l. ij. &. j. de excep. rei iudi. si mater. §. eandem.

n ¶ Licet vulgò dicatur.] vt. s. eo. l. proxi.

o ¶ Acquirere.] non ergo quoad omnia habet loco liberi: vt ecce quoad acquirẽdũ: vt hic. Item quoad onus probandi, si ex seruitute in libertatem prouocet: vt. s. eo. liberis. in fi. & not. hoc. C. eo. lite.

80 p ¶ Eius.] s. rei per eũ quæsitæ, de qua plus dubitatur, Cũ ipsum &c. & sic tria soluit hîc: De proprietate. Item de possessione aliarũ rerum. Item de possessione suijpsius. Accursius.

q ¶ Possidere.] corpore, non animo: vt statim dicit. Accur.

r ¶ Vt acquirat.] s. possessioné, quã quærit. Possessus ergo quęrit proprietaté, & possessioné: & sic est cõtrà ad primũ. j. de acqui. re. do. l. si seruus. Ad secundum. j. de acquir. poss. l. j. §. sed & per eum. Solu. ibi nullo modo possidetur: hîc animo, licet nõ corpore: vt. j. de acqui. pos. l. iij. §. si seruus. sed H. dixit, ꝙ illa. l. si seruus. de dominio dicebat: hîc de possessione: quod nihil est: quia & de dominio dicit hîc. M. dixit, quod ibi in. l. si seruus. dicit nõ fieri domini: qa nõ possidet: verũ est secũdũ peculiũ, & nõ secundũ aliam rationẽ. Vel dicemus: ipsi cui seruit, naturaliter & dominium quærere, & possidere posit: verũ seruũ post eà vẽdicando, ipsa res ad me transibit. M. primam probat.

Seruus an, quãdo, qualiter, & quo iure possideat: & quo iure dominium trãsferat.

10 s ¶ Nõ possideatur.] corpore: sed aĩo sic: vt. d. l. j. de acqren. possess. l. iij. §. si seruus. quę est cõtrà: quod patet per sequẽs exẽplũ de fugitiuo, ĩ quo possessionem retinemus animo: vel nõ posside tur, vt hîc dixit, inspe 20 cta caussa liberali, in qua litigat vt liber: & quærimus per eũ, vt subijcit.

t ¶ Possessioné.] qa & eum possidemus: vt &. j. de aquir. pos. l. j. §. per seruum. &. s. de vsufru. l. arboribus. §. de illo. &. §. Iulianus.

30 QVi ex libertate.] CASVS. Peto quẽdã liberũ in seruit. sciẽs eũ liberũ: & hoc facio cã habendi regressum de euic. cõtra venditoré eius. Dicitur, ꝙ nõ teneor propter hoc iniuriarũ actióe. Frã. Acc.

40 v ¶ Nõ conuenietur.] etiã si sciebat liberũ: vt &. j. de iniur. l. si quis de libertate. & non agit: vt. s. de euic. l. euicta. §. j.

DIui fratres.] CASVS. Cũ moueret quæstio stat⁹ cuidã pupillo: mater 50 eius, & tutor petebãt hãc causam differri in tẽpus pubertatis. Diui fratres de hoc interrogati à quibusdã iudicib⁹, rescripserũt, debere differri, vel expediri statim, secundũ ꝙ expediat pupillo. ¶ Si ea persona] Pete 60 bã quẽdã in seruitu. lit. contest. desisto à causa. dicitur ꝙ cõuẽtus in eo statu est, quo erat antè quàm ei moueretur quæstio status: & erit in elect. eius, an velit destrui, & cãcellari acta causæ: an procedi velit in causa. Et si videbitur me nihil probasse, absolui eum, & pronunciari, eum non esse meum seruum. Si autem econtrà aliquis existens in pos. seruitu. prouocet se in ingenuitaté: & cõtradictor eius cœpit se absentare: hoc casu acta de- 70 bent cancellari: nisi plenè fuerit probatum, eum esse ingenuũ: tũc super hoc pronũciabitur. Sed pone, ꝙ hic, super cuius statu quærit, cœpit se absentare: cõtradictor verò eius est pręsens: hoc casu ꝓnũciabit sup hac causa: & si apparebit cõtra eũ ꝓbatũ, pronũciabitur eũ esse seruũ. si autẽ apparebit eũ esse liberũ: ꝓ eo pronũciabit. Frã.

x ¶ Cõstituere.] festinare, vel differre. vt &. s. de Car. edict. l. iij. §. duæ. & sic differt quãdoque ex edicto: quandoque ex constitutionibus: vt in ea. l. iij. §. quamuis. &. l. de bonis. §. ita.

y ¶ Cognitioni.] erat ergo lis cõtestata. aliàs frustra daretur definitio, quam. j. dicit dãdam: vt. C. de tempo. appel. l. fi. §. illud. Accur.

80 z ¶ Alicui.] existenti in possessione libertatis.

a ¶ Qua.] scilicet causa.

b ¶ Suã caussam.] sic &. j. de re iudica. l. cõtumacia qđ nõ faceret si litẽ ante absentiã cõtestatus nõ esset. Sed qdã dicũt hoc. j. corrigi.

c ¶ Penuria.] vt &. C. de inge. manu. l. si te. Accur.

d ¶ Rectè.] ecce quatenus amittat: & sic determinat prædicta: non corrigit omnino.

e ¶ Aduersario.] scilicet, vocato ad seruitutem.

cognitionem circunduci [a], an audita causa sentẽtiam proferri. Et si cognouerint [b], pronũciare debẽt seruũ illius nõ videri [c] †. Neque hæc res [d] captionẽ vllã habet cũ ingenuus nõ pronuncietur, sed seruus nõ videri. ¶ Quòd si ex seruitute in ingenuitatem quis se allegat [e], melius fecerint [f], si cognitionẽ circũducerint, ne sine aduersario pronunciẽt ingenuũ videri: nisi magna causa suadeat, & euidẽtes probationes suggerãt secũdũ libertatẽ pronũciãdũ: vt etiam rescripto Diui Hadriani continetur. Quòd si is, q pro sua libertate litigat [g], desit, cõtraditor verò præsens sit, melius erit, agi causam eius sentẽtiamq́; proferri. Si enim liquebit, cõtra libertatẽ dabit [h]. Euenire autẽ potest, vt etiã absens vincat [i]: nam potest sentẽtia etiam secũdũ libertatem ferri.

Pomponius li. 84. ad Quintum mutium. LEX XXVIII.

NOn videtur [k] domini volũtate seru⁹ in libertate esse, quem dominus ignorat suũ esse: & hoc est verũ. Is enim demum voluntate domini in libertate est, qui possessionem libertatis ex voluntate domini consequitur.

* Arria. † li. 74. de re mil. LEX XXIX.

QVi de libertate sua litigans, nedũ sentẽtia data militiæ se dedit, in pari causa cũ cæteris [l] seruis habẽdus est: nec hoc exonerat eum, ꝙ pro libero habeatur in quibusdã [m]. Et licet liber apparuerit: exauthoratus, id est, militia remotus, castris eijcietur, vtiq; qui ex seruitute in libertatem petitus sit, vel qui non sine dolo malo in libertate morat⁹ est. Qui verò per calumniam [n] petitus in seruitutẽ est: in militia retinebitur. ¶ Qui ingenuus pronunciatus est, si se militiæ dedit: intra quinquẽniũ [o] retractata sententia, nouo domino [p] reddendus est.

Iulianus lib. 5. LEX XXX.

DVobus petendibus hominẽ in seruitutem pro parte dimidia separatim, si vno iudicio liber [q], altero seruus iudicatus est: cõmodissimum est, eo vsque cogi iudices, donec consentiãt. Si id nõ contigerit [r]: Sabinũ refertur existimasse, duci seruũ debere ab eo, qui vicisset: cuius sententiæ Cassius quoque est, & ego sum. Et sanè ridiculũ est, arbitrari eum pro parte dimidia duci, pro parte dimidia libertatem [s] eius tueri. Cõmodius [t] autẽ est, fauore libertatis liberũ quidem eum esse: compelli autem pretij sui partem viri boni arbitratu victori suo pstare [v].

Vlpia. li. 49. respõ. LEX XXXI.

FIliũ ob hoc [x], quòd patri hæres extiterit, prohiberi à patre suum [y] seruum manumissum in seruitutem petere.

Paulus li. 59. respõ. LEX XXXII.

DE bonis eorum, qui ex seruitute, aut libertinitate in ingenuitatẽ vendicati sunt, Senatuscõsultũ factũ est, quo cauet de ijs quidẽ, qui ex seruitute defensi

a ¶ Circunduci.] i. cancellari quæ de causa acta sunt: sic ponitur. ꝟ. de iudi. l. & post. §. j. Accursius.
b ¶ Cognouerint.] i. quia sit electa illa via.
c ¶ Non videri.] & nõ poterit amodò ille ad seruitutem vocare eũ: vt hîc, & C. de inge. manu. l. diffamari. & C. eo. l. si is. & de asser. tol. l. j. in fin. & ꝟ. de do. l. si dolo. Et sic cõtrahitur eremodicium absente actore in causa libera 10 li ꝑ præsente: vt & C. e. l. iusta. & d. l. si is. Sed qd ecõtrà, si ꝓbatũ sit eũ seruũ ? nunqd & ꝓnũciabit ꝑ absente ? Quidã, ꝙ nõ: & sic nõ cõtrahit eremodiciũ eo casu. Sed cõtrà videt. d. l. iusta. ĩ alijs autem absente actore 20 olim, non hodiè sic: sed absente reo olim, & hodiè sic: vt C. de iud. properãdum. §. & sic quidem. & §. seq.
d ¶ Neque hęc res.] aliâs hæres: aliâs neq; absens: & tũc supple, quin ea dignus sit. al's neq; hæres. prima bo- 30 na, cũ nõ &c. probatur ergo apertè sentẽtiã ingenuitatis omnibus præiudicare: vt hic, & ꝟ. de statu ho. l. ingenuũ. nisi collusio detegatur: vt. ꝭ. de collu. detegẽ. per totũ. Si enim soli actori præiudicaret: ergo idẽ esset 40 quod in illa, quãdo pronũciatur seruũ illius nõ esse: quod apertè hîc falsum ostenditur. Sed cõtrà. ꝭ. si inge. esse dica. l. j. Sol. vt ibi. Itẽ cõtrà. ꝭ. eod. l. si seru⁹. sed expõe vt ibi.
e ¶ Se allegat.] & sic prouocat ad libertatẽ 50 & cõtradictor est absens: vt & superiori casu.
f ¶ Fecerint.] scilicet iudices. si ergo cõtrafecerint, iterũ ad seruitutem vocarentur.
g ¶ Litigat.] vel quia prouocat ad libertatem, vel quia vocatur 60 ad seruitutẽ vtroq; enim casu cõtrahitur eremodicium. sed tantùm ad primum referunt: scilicet, quando prouocat ad libertatem: quod non placet, vt C. eo. l. iusta.
h ¶ Dabit.] scilicet sententiam. Accursius.
i ¶ Vincat.] Imò contrà. C. de asser. tol. l. j. vbi dicit, quòd seruus est, ex quo non venit Solu. lex illa hanc corrigit: vel hic per annum non stetit. Accur.

NOn videtur.] CASVS. Aliqs seruus meus stat tãquã 70 liber me vidẽte, quẽ ignoro meũ seruum esse. Dicitur, ꝙ non videtur iste mea voluntate in pos. libertatis esse. Fran. Accur.

k ¶ Nõ videtur.] facit. C. de fideicõ. lib. l. si volũtate. & ꝭ. de vsusca. sequitur. §. tunc conuenit. & ꝭ. de acquir. pos. l. qui absenti.

QVi de libertate.] CASVS. Qui litigat de statu suo. s. an sit liber, an seru⁹: nõ põt effici miles interim. Et sic quoad hoc non differt à seruis: & si efficiatur miles de facto etiã si posteà pronuncietur liber: tamen remouebitur à militia: nisi per calumniam peteretur in seruitutem. ¶ Qui ingenuus.] Quidam seruus fecit se pronunciari ingenuum per collusionem, & sic effectus est miles. tan 80 dẽ intra quinquẽniũ hæc sentẽtia retractata est: & sic seru⁹ est pronũciatus. Dicit, ꝙ nouo domino erit hic seruus tradendus. Francis.

l ¶ Cũ cæteris.] vt nec isti, nec illi possint aspirare ad militiam: vt & ꝭ. de re mili. l. qui status. & l. ab omni. Accur.
m ¶ In quibusdã.] vt ꝟ. eo. ordinata. quia non in omnibus, vt hîc, & no. ꝟ. eo. si cui. §. licet.
n ¶ Calumniã.] secus si nõ per calũniã: vt d. l. q status. vel licet non debeãt eligi, vt ibi: tamen electi retinentur, vt hic. & arg. ꝭ. quando app. sit. l. j. §. biduũ. & facit. C. eo. l. non mutantur. & l. non idcircò. & ꝟ. de iniur. aur. annulo. l. ij.
o ¶ Quinquẽnium.] vt & ꝭ. de collu. detegen. l. ij.
p ¶ Nouo domino.] detegẽti collusionẽ, siue sit dñs, qñ hic fuerat seruus: siue patronus, qñ hic fuerat libertus: & tũc impropriè dicit dñs: vt. ꝭ. de coll. detegẽ. l. j. & l. si libertin⁹.

DVobus.] CASVS. Petebam 10 quẽdã in seruitutẽ, dicẽs eũ eẽ meũ seruũ ꝑ dimidia. Itẽ qdã ali⁹ petebat eũdẽ in serui. ꝑ dimidia coram alio iudice: vn⁹ iudicũ volebat ꝓnũciare eũ liberũ. dicit, ꝙ bonũ est eos cogi, vt cõsentiãt in vnã sñiam: & si non 20 pñt cõsentire, tũc qdã dixerũt debere duci ab eo, q vicisset, vt sic sit in totũ seru⁹. sed veri⁹ est, ꝙ sit ĩ totũ liber, & cõpellat ꝑtẽ ꝑtij sui. quæ æstimabitur arbitrio bõi viri, dare victori. Francis.

q ¶ Liber.] i. libertin⁹ 30 qa si ingenu⁹ ꝓnũcietur, ꝑiudicaret oĩbus sñia, vt nec habeat necesse soluere ꝑtiũ serui: vt. ꝟ. eo. l. Diui fratres. Vl' dic idẽ ĩ vtroque casu, si ĩgenu⁹, vel libertinus ꝓnũciet: Et dic, iudicat⁹. i. iudicãdus, vel iudicat⁹, qtũ 40 ad mẽtẽ, & ꝓpositũ iudicũ. sic & ꝟ. de iureiur. admonẽdi. Nã si iã ꝓtulissent sñias, nõ sunt cõgẽdi cõsentire: qa semel functi sunt officio suo: vt. ꝭ. de re iudi. l. iudex.
r ¶ Nõ cõtigerit.] ꝙ consentiant.
50 s ¶ Libertatẽ.] no. in totũ aliqd debere fieri, aut in nihilũ. sic & ꝟ. eo. si pariter. ĩ fi. & C. de inof. testa. l. cũ duob⁹. & ar. ꝟ. si ex noxa. cau. l. si cũ vno. & de arbi. si cũ dies. §. pe. in fi. & l. itẽ si vnus. §. itẽ cõi diui. & l. cõi di 60 uidũdo. §. fi. & de ser. ru. prædi. l. vna est. & ad Treb. l. si pupillus. & de testa. mili. l. si certarum. §. Iul. & de bo. li. l. nam absurdum. & de ope. li. l. libert⁹ qui. & ꝟ. ad l. Falci. l. qui quadringẽta in prin. & C. qui accu. non pos. l. qui crimen. & C. de iure delib. l. quidam. Et de hoc no. etiam. ꝟ. de procu. l. in causæ. in princ.
t ¶ Cõmodius.] de æquitate: nam suprà dicta de rigore sunt: vt & ꝭ. de re iudi. l. inter pares.
v ¶ Præstare.] vt & ꝭ. de excep. rei iudi. l. iudicatæ. in princ. & ꝟ. de 70 vulg. substi. l. si seru⁹. in prin. & C. de ser. cõ. manu. l. j. Itẽ not. ꝙ res inter alios acta nocet alijs quãdoq; [a]: ad qđ facit. ꝭ. de re iudi. l. sæpe. Item facit. ꝭ. de re iudi. l. duo ex tribus. & l. duo iudices Accur.

FIlium ob hoc.] CASVS. Pater manumisit seruũ filij: tãdẽ pater decessit, & filius ei successit: Dicitur, ꝙ filius nõ potest reuocare in seruitutem illum seruum à patre manumissum. Fran.

x ¶ Filium ob hoc.] ratio quare prohibetur, est bona: vt. C. e. si ab eo. & de re. ali. nõ ali. venditrici. & de regu. iu. l. ex qua persona. Sed contrà. ꝟ. qui, & à quibus. l. si seruo. Solue, vt ibi. Accur.
y ¶ Suum.] scilicet, filij. Accursius.

80 DE bonis.] CASVS. Circa bona eorum. qui in seruitutis possessione existentes, vel in libertinitatis poss. existentes vendicant se in ingenuitatem: est factum quoddã Senatusconsultũ. in quo est dictum, ꝙ illi, qui ex pos. seruitutis vendicant se in ingenuitatem: bona, quæ intulerunt in domum possidentis, ea demum secum reportent. Illi autem, qui ex libertinitate vendicant se in ingenuitatem, ea demum bona secum ferant, quæ post manumissionem de facto acquisierunt, non ex re manumissoris. Fran. Accur.

Intulissent

† Iste text. est not. ad hoc, quòd si testis dicat, Videtur mihi ꝙ decem annis posse distis: vale bit eius dictum, secũdũ Bar. hic.

* Actius mænãder. † al. Furius Anthonius lib. ad edictum.

a Tu facere gulam affirmatiuã, ꝙ res inter alios acta alijs non nocet. l. sępè. de re iudic. c. quãuis. & c. super eo. extra eo. titu. Quod limitabis, ni si tertius... geret... ne... prio de iure... pertinet ad me, sed ne... scienter... c. suborta. & ibi de hoc per... col. iiij. ver. si. Inno. dicit. extra de re iu. & Fe... li. c. penulti. col. ij. ver. si. limita... cũdò ... modo ... tius s... vbi ... len ... eo. titul.

essent, vt id dũtaxat ferrẽt, quod in domũ cuiusq; intulissent[a]: in eorũ aũt bonis, q post manumissionẽ repetere originẽ suã voluissent[b], hoc amplius, vt quod post manumissionẽ quoq; acq̃sissent non ex re manumissoris[c], secum ferrent: cætera bona relinquerẽt illi, ex cuius familia existent.

Idẽ li. 4. fin. liber. cã. LEX XXXIII.

QVi sciẽs liberum emit: q̃uis & ille se pateretur vænire, tamen nõ potest[d] cõtradicere ei, q ad libertatẽ proclamat. Sed si alij eum ignoranti vendiderit, denegabitur proclamatio.

Vlpia. lib. 4. ad edictũ. L. XXXIIII.

IMperator Antonin⁹ cõstituit nõ aliàs ad libertatem proclamationem cuiquam permittẽdã, nisi priùs administrationẽ rationum reddiderit[e], quas, cùm in seruitute[f] esset, gesșisset.

Papinian⁹. li. 8. resp. LEX XXXV.

SEruos ad tẽpli custodiã, quod ædificari Titia voluit, destinatos[g], neq; manumissos, neque hæredis[h] esse constituit.

Idem. lib. 20. LEX XXXVI.

DOminus, qui obtinuit[i]: si velit seruum suum abducere, litis æstimationem pro eo accipere non cogetur.

Calistratus. Caius. LEX XXXVII.

COnuẽtio priuata[k] neq; seruum quenq̃ neq; libertum alicuius facere potest.

Papinianus. lib. 48. LEX XXXVIII.

PAulus[l] respon. Si, vt proponitur, post perfectam sine vlla conditione emptionem, posteà emptor ex voluntate sua literas emisit, quibus profiteretur se post certum tempus manumissurum eum, quem emerat: non videri eas literas ad cõstitutionem Diui Marci pertinere[m]. Item respondit, constitutionem quidem Diui Marci ad eorum libertatem mancipiorum pertinere, quæ hac lege vænierint: Vt post tempus[n] manumitterentur: sed eundem fauorem[o] libertatis consequendæ causa etiam eã mereri[p], pro qua dominus pretiũ acceperit, vt ancillam suam manumitteret, cùm idem etiam libertã habiturus sit. ¶ Quęsitum est, an emptor seruo rectè libertatem dederit nondum pretio soluto. Paulus respon. seruum, quem venditor emptori tradidit: si ei pro pretio satisfactum[q] est, etiam nõdum pretio soluto in bonis emptoris esse cœpisse[r]. ¶ Caius[+] Seius Stichum seruum suum Lucio Titio vẽdidit ita, vt Titius Stichum post triennium manumitteret, si continuo triennio seruisset. Sed nondum exacto tempore triẽnij Stichus fugerat: & post aliquantulum temporis defuncto Titio reuersus est. Quęro, an obstet Sticho ad consequẽdam ex venditione libertatem ꝙ ante triennium decesserit[s]. Paulus respon. secũdum ea quæ proponerentur, expleto tempore[t], post quod Stichus manumitti debuit, libertatem ei competisse.

Idem. lib. 80. Senten. LEX XXXIX.

CVi necesșitas probandi de ingenuitate sua non incumbit: si ipse vltrò ꝓbare desideret, audiẽdus[v] est. ¶ Qui de ingenui-

a ¶ Intulissent.] nõ ex re, vel opera sua quæsita: qa hęc paria sunt: vt infrà de acquirẽ. re. do. quæsitũ. & statim hîc potest colligi. Alij dicunt, ꝙ quæsita ex opera sua poterant: quod non placet.

b ¶ Voluissent.] vt ex libertinitate in ingenuitatem. Accur.

c ¶ Non ex re manumissoris.] s. de facto. In eodem statu sunt ea, quæ sunt ei legata vt liberto: vt. C. de inge. ma. l. j. & ad hoc. j. si lib. inge. esse di. l. iij. in fin. & s. de iur. annu. aur. l. j. & s. de condi. indebi. l. seruo manumisso. & j. eo. l. Imperator. & l. de his. & C. qui. ad liber. procla. non lic. l. fina.

QVi sciens.] CASVS. Quẽdã liberũ, eũ sciẽs liberũ, emi. Quãuis pateretur se vẽdi, bene poterit prouocare in libertatem etiã me inuito. Secus si eũ vendidi bona fide ementi. nã non poterit amodò prouocare in libertatem. Fran. Accur.

d ¶ Nõ potest.] vt & j. ti. j. l. pen. & s. e. l. liberis. §. si quis sciẽs.

IMperator.] CASVS. Liber homo existens in posses. serui. Titij, administrauit bona eius: nũc vult prouocare in libertatẽ. Non auditur, nisi priùs reddiderit rationes administrationis: Fran. Accur.

[+] Marcellus.

e ¶ Reddiderit.] vt & C. qui. ad lib. procla. non li. l. fin. & s. e. l. illud. & ad hoc. C. de peti. hæred. l. fi. in fi. & s. eo. l. de bonis. Sed in libertate purè relicta aliter est: vt in contra C. de manu. testã. l. iiij. & s. de fideicõmis. lib. l. si purè. Accur.

f ¶ In seruitute.] id est, seruitutis possessione.

SEruos.] CASVS. Titia in testamento suo iussit hęredibus suis, vt facerẽt quod. ã tẽplum, siue hospitale: & per quosdã de suis seruis. quos nominauit, voluit custodiri tẽplum: nõ autẽ eos manumisit. Dicitur, ꝙ isti non sunt serui hęredis: sed tẽpli: & hoc si habeas in fine. l. in litera, neque hæredis. Et sic, secundum hoc, dicas speciale in vltima voluntate: vt ex sola voluntate vltima fiãt templi: at secùs in alia voluntate, puta, inter viuos: vt. j. de pollici. l. ij. in princip. & C. de furtis. l. si nondum. Si autem in fine non habeas, neque: tunc dic casum, vt dixi: nisi quòd in fine dicas. ꝙ hi serui sunt hæredis: & ad hoc concordant leges prędictæ. Franci.

g ¶ Destinatos.] ab ea viuente. Accur.

h ¶ Neque hæredis.] si habeas fine, neque: planum est: & concord. infrà de polli. l. ij. in prin. & C. de fur. l. si nondum. Si habeas, neque: tunc dic, sed templi: sed dices processum fuisse hic ad actum dedicãdi. vel speciale in vltima voluntate, vt ex sola voluntate sint tẽpli: vt hîc dicit: ne sint contrariæ. d. ll.

DOminus.] CASVS. Petij quendam in seruitu. & obtinui: nũc eum inuitũ volo abducere. Possum, licet velit offerre litis æstimationem. Fran. Accur.

i ¶ Qui obtinuit.] in liberali causa: & facit. s. de rei vendi. l. qui restituere. Accursius.

COnuentio priuata.] CASVS. Quidam liber homo confessus est se esse meum seruum. hoc ei non nocet. Idem, si libertum: & de hoc dic, vt. C. eo. l. liberos priuatis. Fran. Accur.

k ¶ Conuentio priuata.] hoc dic, vt. C. eo. l. liberos priuatis.

PAulus.] CASVS. Vendidi ego Frãciscus tibi seruum meũ purè: posteà perfecta emptione misisti mihi literas, in quibus continebatur, quòd manumitteres istum seruum post certum tempus. Si non manumittas, non efficitur per hoc liber: non enim locum habet prædicta constitutio, quando vendidi tibi seruum sub hac conditione, vt manumittas eum post certum tempus. Nam te non manumittente, seruus fit liber ex prædicta cõstitutione: sed in nostro casu venditio fuit pura. Itẽ prædicta constitutio extendit fauorem suum etiam ad alium casum vt quando accepti pretium ob manumittendum ancillam in certum tempus: nam me nõ manumittente, ipsa fit libera. ¶ Quęsitum.] Emptor seruũ, quem emit, & sibi traditum, manumisit antèquàm soluat pretiũ venditori: quæritur, an teneat manumissio. Et dicit, quòd sic. si satisfecit emptor vẽditori pro pretio, vt dãdo fideiussores: vel aliter satisfecit ad voluntatem venditoris. ¶ Caius Seius.] Vendidi tibi Stichum seruum meum hoc pacto, vt eum post triennium manumittas, si triennio continuo tibi seruierit. nondum completo triennio seruus à te fugit: & tu interim decesșisti: nunc seruus reuertitur, & finito triennio vult libertatem: quæritur an audiatur? Et dicit, quòd sic, si nunc reuersus seruiat tanto tempore, quãto fuit in fuga. Fran. Accur.

l ¶ Paulus.] aliàs incipit, Si vt ꝓponitur.

m ¶ Pertinere.] vt sit liber post tempus, si non manumittatur: quæ constitutio quãdo habeat locũ, subijcit statim.

n ¶ Post tempus.] vt C. si manci. ita fue. ali. l. j. ij. & iij. Accur.

o ¶ Eundem fauorem.] Aliâs, feruorem, & tũc plana: aliâs, fauore, & tunc dic, eundem. s. Diuum Marcum constituisse certum est &c.

p ¶ Mereri.] libertatem: vt & C. si manci. ita fue. aliena. l. si is.

q ¶ Satisfactum est.] fideiussore, vel alio modo: vt institu. de re. diui. §. venditæ. & s. de contrahen. emp. l. quod vẽdidi. & l. vt res. & s. quib. mo. pig. vel hypo. sol. item liber. §. qui paratus.

r ¶ Cœpisse.] & sic est liber. Accursius.

s ¶ Decesserit.] Titius, scilicet.

t ¶ Tempore.] id est, seruitio tanti temporis præstito, quantum fuit tempus fugæ: vt. s. de statulibe. l. seruus qui. §. seruus. & l. cùm hæres. § fina. Item cõtra. s. de fideicõmis. liberta. Thais. §. intra. Sol. vt ibi. Accursius.

CVi necesșitas.] CASVS. Aliquem existentem in possess. ingenuitatis peto in seruitu. Mihi, nõ ei, incumbit onus probandi: nisi sponte offerat se ad probandum dę ingenuitate sua. Et si iudex viderit, quòd calumniosè petam te in seruitutem: puniet me de calumnia pœna exilij. ¶ Tutores.] Tutor non potest petere in seruitutem pupillum suum: maritus autem vxorem suam potest petere in seruitutem. Fran. Accur.

v ¶ Audiendus.] vt & s. de proba. l. circa. & C. de inoffi. test. liberi.

[+] Frã Are. Doc. illu. in l. si ita stipulatus esse. j. de ver. obl. istũ text. exclamat sin. ad hoc ꝙ fauore libertatis ille. qui habet seruire triennio cõtinuo alicui, dicitur seruire continuè, etiam si interpolatim, & cũ intermisșione seruiat: & cõsequitur libertatem oĩno. Qui tex. si bene intueatur, hoc nõ probat: vt hîc in nouis interpreta. p Bolog. Adde, quòd istud nõ videtur esse speciale hoc casu, cũ ista dictio, cõtinuè, intelligatur & exponatur .i. interpolatim: vt vult glo. singul. secũdũ Sali. ibi, in. l. fi. C. si manci. ita fuer ali. Gem. refert, & sequitur in c. fi. § fi. & ibi notaui in apost. ad ipsum ĩ versi. Si ad tempus recedũt dicuntur cõtinui. extrà de ver. sig. & ibi etiam notaui in apostil. ad Phil. Fran. nume. ix. in versicu. de tẽpore congruo.

a ¶ Sententiam.]vt &.C.eo.l.si tibi.
b ¶ Nõ possunt.]nõ sic ecõtrà:vt.C.eo.nõ idcircò.C.no.hîc officiũ suũ esse alicui dãnosum.arg.cõtra,j.de fur.l.si seruus.§.quod verò.
c ¶ Status quæstionem.]reuocãdo in seruitutẽ ex ingratitudine. Vel dic.libertæ de facto.Sed quomodò hoc?cùm famosa,& pœnalis videatur:nam ex toto fama cõsumit mulieris.Rñ.per hoc soluet matrimoniũ:sed in ca
10 su,quo duraret, non põt pœnalis,vel famosa institui:vt.C. re.amo.l.ij.& facit.C. de ope.lib.l.libertæ.

Cum pacto.] CASVS. Maior.xx.annis vẽdidit se ad pretiũ participãdum:& omnia inter-
20 uenerunt,quæ requirũtur ad hoc,vt liber efficiatur seruus emptor eũ posteà manumisit.Dicitur,quod libertus nũc efficitur, nec potest se petere in ingenuitatem.Fran.
d ¶ Cũ pacto.]interuenientibus,quæ de-
30 bent interuenire: vt no.s.de statu homi.l.& seruorum.§.j.Acc.
e ¶ Ad libertatem.] id est ingenuitatẽ:vt.s.de statu homi.l.homo liber. vbi de hoc dixi:& facit.C.q.ad liber.pcla:nõ licet.l.j.

Liberali.] CA-
40 SVS. Si dubitatur,an sit in posses.serui.an libertatis:& ipse velit pbare,se eẽ in poss.libertatis: volẽs hoc probare prior audiendus est quã cã liberalis procedat.Secundò dicit,quãdo cognoscit de causa libe-
50 rali:puta,an sis seruus meus,an liber sis: debebit iudex cognoscere de rapina,de furto,si quod mihi fecisti:vel de aliquo alio damno magno: Fran.
f ¶ In obscuro sit.] Ideò scilicet,quia dubitatur in quorũ &c.
60 g ¶ Litigat.]id est, vtrùm sit in possessione seruitutis, vel libertatis:& sic incipit respondere,prior &c.

tate cognoscũt,de calũnia eius,q temerè cõtrouersiã mouit,admodũ exilij possunt ferre sentẽtiã [a]. ¶ Tutores,vel curatores pupillis quorũ tutelã,& res administrauerint,posteà status quæstionem facere nõ possunt [b]. ¶ Maritus vxori,eidemq; libertæ status quæstionem [c] inferre non prohibetur.

¶ *Se uendens ad pretium participandum, non efficitur ingenuus.h.d.*

Hermogenianus.lib.5.epi. LEX XL.

Cum pacto [d] participationis pretij maior.xx.annis vænalem se præbuit:nec post manumissionem ad libertatem [e] proclamare potest.

¶ *Si dubitatur,an quis sit in possessione seruitutis,an libertatis,& ipse uelit probare se esse in possessione libertatis:prior audiendus est,quã caussa liberalis procedat.Item quando cognoscitur de caussa liberali,debet iudex cognoscere de rapina,& de furto,si quod fecit:uel de aliquo magno damno.h.d.*

Paulus.lib.5.Singularj de articulis liberalis caussæ. LEX XLI.

Liberalis causa * si in obscuro sit [f]. in quorum erit statu is, qui p libertate sua litigat [g]: prior audiendus est [h] probare volẽs seipsum in libertatis esse possessione. ¶ Iudex [i] autem,qui de libertate cognoscit,etiã de rebus amotis,dãnóve magno [k] facto cognoscere debet. Fieri enim potest, vt fiducia libertatis & surripere quędam, [*] corrumpere, atque consumere ex bonis eorum, quibus seruiebat,ausus sit.

Si in obscuro sit, in quo fuerit statu is, qui pro libertate sua litigat. &c.Flo.

Iabolenus.li.6. ἐπιστολῶν. LEX XLII.

Si seruus,quem emeras [l],ad libertatem proclamat,& à iudice perperam [m] pro eo iudicatũ est,& dominus eius serui post rẽ contra te iudicatam te hæredem fecit,aut aliquo nomine is tuus [n] esse cœpisset: petere eum tuum esse,poteris: nec tibi obstabit rei iudicatę * præscriptio [o]. Labeonis hæc verba sunt. *

h ¶ Audiẽdus est.]scilicet,prædictus.de cuius statu quæritur: & hoc etiam si sibi non imminebat onus:vt argu.s.eo.l.cui.& secundũ hoc dic,prior,quàm causa liberalis procedat:vt.s.eo.liberis.§.fina.
i ¶ Iudex.]mutat casum.s.de posses.hîc de proprietate agit:facit.s.eo.l.illud.&.l.de bonis.&.l.imperator.&.j.l.de his.
k ¶ Dãnove magno.]Ad hoc.s.de acquirendo rerum domi. ho-
70 mo liber.§.j.

Si seruus.] CASVS. Seruum emeras à nõ domino,& traditus tibi fuit:tandem apparuit non tuus:& sic fuit iudicatum nõ esse tuum seruuum:posteà eius dominus serui te hæredem fecerat: nunc vis petere adhuc illum seruum.Certè audieris:nec obstat tibi exceptio rei iudicatæ:quia alio iure agis:Franciscus.
l ¶ Quẽ emeras.]à non domino:Accursius.
m ¶ Perperã.]quia iudicauit eum non esse seruum tuum:quia non probasti tuum:& ita perperàm:quia cũ tu possideres,si ipse liberũ se non probaret,vincere debebas.Item nec fuit iudicatum eũ libe-
80 rum:quia tũc sentẽtiã inter omnes faceret ius:vt.s.de sta.ho.l.ingenuũ.&.s.eo.Diui.§.j.quæ sunt contrà,secũdũ Azo. Vel dic,perperã,secũdũ Hug.quia cùm debuit iudicare eum liberum,non iudicauit eum liberum,sed non esse seruum tuum.Accursius.
n ¶ Is tuus.]aliâs,is tuus:& aliâs,istius:& tunc dic.i.tuus.& aliâs is,huius.& tunc eodem modo.
o ¶ Præscriptio.]cùm noua causa,siue dominium accessit:vt &.j.de excep.rei iudi.l.fin autẽ.§ eandem.& facit.s.eo.sicui.§.j.& C.res inter alios actas.l.j.&.ij.&.C.eo.si is.Accursius.

De his.] CASVS. Hæres grauatus erat manumittere seruum:hic seruus surripuit aliqua hæredi,& petit se ab eo manumitti.Dicitur,quòd prius debet reddere ea,quæ surripuit: posteà manumitti.Fran.

* Pomponius. LEX XLIII.

De ijs,qui bona eorum, quibus seruiebant, intercepissent,deinde ad libertatem proclamabant.Hadrianus Imperator rescripsit:cuius rescripti verba sunt hæc,Sicut non est æquum, fiducia libertati,quæ ex fideicõmissi causa præstanda est, intercipere hæreditariam pecuniam : ita nec libertati præstandæ moram quæri oportet. Quam primùm ergo arbitrum dare debet [p] ,apud quẽ constet,quid seruari potest hæredi antè quàm [q] ad seruum manumittendum compelleretur.

Venuleius.li.7.actio. LEX XLIIII.

Licet dubitatum anteà fuerit, vtrùm seruus dumtaxat : an libertus iureiurãdo patrono obligaretur in ijs,quæ libertatis causa imponuntur [r] :tamen verius est, nõ aliter q liberũ [s] obligari. Adeò autem solemus iusiurandũ à seruis exigere,vt hi religione [t] adstricti,posteà,q suę potestatis esse cœpissent,iurãdi necessitatẽ [v] haberẽt:dũmodò incõtinenti [x] cũ manumissus est,aut iuret,aut pmittat. ¶ Licet autem circa donũ [y] , munus,operas,vxorũ [z] etiã personas inserere. ¶ In eũ qui impubes

p ¶ Dare debet.] scilicet præses prouincię.Accursius.
q ¶ Antèquã.] con-
10 trà.C.de manu.test.l.iiij.§.j.Solu.ibi sub cõditione,hîc purè fuit relicta libertas. hoc non placet:quia tunc esset cõtrà.s.de fideicõmss.liberta.l. si purè.quare dic,quòd hic sub conditione fuit relicta.Et sic cõcor.cum
20 dicta.l.C.& nõ discordat ab illa,si purè:cũ ibi nõ fuerit conditio reddendæ rationis.Et facit.s.de manu.l.siqs dicat.in fi.&.s.eod.illud.&.l.Imperator.& l.liberalis.&.l.de bonis.Accur.

Licet.] CA-
30 SVS. Libertus iurando se daturũ.x. operas patrono,tenetur.& hoc est verum, quando manumissus iam iurat:secus si existẽs seruus iuret.Nam nõ tenetur.Sed seruus achuc existens potest iurare,quod liber factus
40 iurabit,se.x. operas daturum. Et hoc casu,statim cùm erit manumissus,debebit iurare, vel permittere Impubes autem iurare poterit,se daturum operas patrono,& tenebitur operas dare cũ erit factus pubes:
50 poterit autem & impubes existens operas aliquas præstare: vt puta:si histrio sit. Franci.
r ¶ Imponũtur.] licitè.Accursius.
s ¶ Liberum]vt & suprà de oper.lib.l.vt iurisiurandi. & .C. de
60 oper.libr.l.j.& suprà de manu . testa.l.seruum testamento.

** Proscriptio.Iabolenus.hæc uera sunt. al.Iaboleni hæc uerba sunt.*
** Labeo li.4.Posteriorum.*
** al.Paulus lib.iiij.Senat.*

t ¶ Religione.]scilicet,sacramenti.
v ¶ Necessitatem.]Iurant enim se iuraturos, cùm erunt liberi: quod si non faciunt,datur in eos actio de dolo:vt suprà de dolo.l.elegãter.§.seruus pactionis.aut si promissa est pecunia,datur actio in factum:vt.C.an seruus ex suo facto.l.promissæ.secundum.Azo.
x ¶ Incõtinenti.]imò etiã videtur ex interuallo:vt infrà de oper.libr .l. vt iurisiurandi.§.& siue.Solu.hîc loquitur quando primo
70 in seruitute iurauerat: ibi non. Vel ibi post tempus modicum, quod videbatur inesse,quod incontinenti dicitur,vt argu.suprà si certum peta.l.lecta.& ad hoc suprà de dam.infect.l. fluminum.§.sed quod dictum est. Vel ibi fuit actum in manumissione, vt etiam posteà ex interuallo fieret:vt infrà de solu.l.Modestinus. Vel ibi sponte,& sciens se non teneri,argu.suprà de ope.lib.l. Campanus. Item ex hoc,quòd incõtinenti iurat,vel promittit:patet,quòd cause libertatis,id est,quia non aliter esset manumissurus,operas promittit,& dominus exigit:& ideò tenetur:vt hîc,&.d.l.vt iurisiurandi si autẽ ex interuallo,siquidem sponte sciens se non teneri.tenebi-
80 tur,vt dixi:si metu,vel nimia reuerentia patroni,contrà:vt infrà quarum re.actio non datur.l.j.§.quæ onerandæ. &.l.fi.§.si seruus. Item no.ex iuramẽto hîc aliquem obligari,& actione in factũ ex eo agetur:vt arg.C.de re.cre.actori.
y ¶ Donum.]Differunt hæc inter se:vt.j.de ver.sig.l.inter donum.&.l.munus.&.s.de offi.procon.l.solent.§.f.Accur.
z ¶ Vxorem.]facit.C.de in ius vocã.venia.item facit.s.de dam.infect.l.flumiminum.§.adijcitur.& facit.quod no.C de ope.lib.siquã.potuerit.

a Ista glo. est sing. secundũ Bal. ad hoc, quod authẽ.sacramẽta puberum.non habet locũ in pupillo etiã doli capace: sed solũ in adulto Bologni. Tu dic contrà per not. eiusdẽ. Bal. in.l.fi.§ fi. lijs. C. de bo.quæ.li. & in.l ij C. de restit.m inte & Spe. in ti.de pac. §.ij. versi. & no.& præcep.

iurauerit,id eſt, qui & iurare potuerit [a]:dãda eſt vtilis actio [b] operarum nomine,cùm pubes tamen factus erit. Poteſt tamen & impubes operas dare: veluti,ſi miniculator [c] † * ſit,vel hiſtrio.

TITVLVS XIII.
Quibus ad libertatem proclamare non licet.

Maior.xx.an.ſi ſe uendidit,& pretium recepit:non poteſt proclamare in libertatem:ſecùs eſt in minore.xx.an.h.d.

Vlpianus lib.4. LEX I.

Maiores viginti annis ita demum ad libertatem proclamare non poſſunt, ſi pretiũ ad ipſum, qui væniјt [d] peruenerit [e]:ex cęteris [f] :aũt cauſis,quãuis maior .xx. annis ſe vænũdari paſſus ſit,ad libertatẽ ei ꝓclamere licet. Minori aũt .xx.annis ne ex cauſa q̃dẽ ſuprà ſcripta [g] debet denegari libertatis proclamatio:niſi maior .xx. annis factus durauerit in ſeruitute. Tunc enim ſi pretiũ participatus ſit:dicendum [h] erit, denegari ei debere libertatis proclamationem.

Marcellus lib.64. LEX II.

Seruũ quis per vim [i] à Titio accepit, & teſtamento liberum eſſe iuſsit Quãquã ſoluẽdo deceſſerit,non erit ille [k] liber:alioquin fraudabitur Titius qui non,procedente quidem libertate,cum hærede eius agere [l] poſsit. At ſi ad libertatem ſeruus [m] peruenerit,nullam actionem habiturus ſit: quia nihil videbitur hæres ex defuncti dolo conſecutus [n].

Sicut maſculi,qui ſe uendunt,& pretium participant,non poſſunt proclamare in libertatem ita nec mulieres:nec ij,qui nati ſunt eis tempore ſeruitutis.h.d.

Pomponius lib.11. LEX III.

a Potuerit.] Cùm ſit doli capax.ſecus in eo iuramento,quod ſuper contractibus pręſtatur:quod tantùm [a] à pubere factum valet:vt in auth.ſacramenta.Item no.pupillum obligari:& eſt ſic.ſ.de acquiren.hære.l.pupillus.&.ſ.de iureiuran.l.qui iuraſſe. Sed arg.contrà.ſ.de iuris,& fac.igno.l.fina.

b Vtilis actio.] ſecùs in filio emancipato.vt.ſ.de obſequio l.penul.

10 c Miniculator.] aliâs,nummi calculator:& aliàs, miniculator.Et facit.ſ.de ope.lib vt iuriſiurã.§.dabitur.&.ſ.de rei ven.l.certũ.Sed arg. cõtrà,ſ.de vſufruc.l.arboribus.§.de illo.&.ſ. de ope.ſer.l.fi.§.j.

20 QVIBVS AD LIBERTATEM PROCLAMARE NON LICET.

Maiores.] CASVS Maior.xx. annis paſſus eſt ſe vendi, 30 ſi pretium participatus eſt,nõ poterit prouocare in libertatẽ:ſi autem nõ eſt particípatus pretium: licet omnia alia ĩteruenıãt quæ interuenire debent,vt liber efficiatur,ſeruus poterit ꝓuocare ad libertatẽ. 40 Sed pone,ꝙ eſt mĩor xx.an.licet participatus ſit pretiũ, poterit prouocare in libertatem:niſi factus maior durauit in ſeruitute. Fran.

d Qui vænit.] i.venditur.

e Peruenerit.] verè: vt &.C.eo.l.j. & 50 not.ſ.de ſtat. ho.l. & ſeruorum.§.j.

f Ex cæteris.] i.ſi non participatus eſt lucrum.

g Suprà ſcripta.] id eſt,participationis pretij.

h Dicendum.] vt. 60 ſ.de li. cau. liberis. §.j.& extrauag.& facit.ſ. de mino. ſi ex cauſ.§.Papinianus.

Seruum.] CASVS Compulſus dediſti mihi ſeruũ & eũ in teſtamento liberum eſſe iuſsiſti.Dicitur,ꝙ non tenet li- 70 bertas,licet aliâs ſoluendo ſim & tu poteris ab hærede meo vẽdicare ſeruum.Si autẽ diceres effici liberum, quod eſſe non debet: iam tu non haberes aliquam ac.contra hæredem meum : quia nihil videbitur &c.Fran.

i Per vim.] ſcilicet,compulſiuam:& ſic dominium directum tranſit:vt.ſ.quod metus cauſa.l.ſi mulier.§.pe.

k Erit ille.] ſecùs ſi non tradere,ſed manumittere cogatur : quia tenet libertas,vt.ſ.quod met. cauſa.l.metum.§. idẽ Põpo. Quidam 80 dicũt hic in vltima volũtate,ibi inter viuos factã.ma.ꝙ nõ placet.

l Agere.] vtili in rem:vt.ſ.ꝙ metus cau.l.metũ.§. volenti.&.§.licet.An autẽ ipſe ſeruus poſsit cõueniri actione,Quod metus cauſa,quaſi ad eum cõmodum peruenerit?Quod videtur,vt.ſ.ꝙ metus cauſa.ſi cum exceptione.§.in hac actione.Econtrà, quod non:quia nõ erat pecuniarium cõmodum:vt arg.ſ.de le.j.planè.§.fi.&.l. ſeq.

m Peruenerit.] i.perueniret:quod eſſe non debet.

b ¶ Suo nomine.] Tria ſunt neceſſaria vt fiat ſpecificantis: Bona fides,vt.ſ.ad exhi.l.de e.§.ſi quis.Itẽ ꝙ ſuo nomine:vt.hîc, &.ĵ.eod. quicquid .§. vbi.Itẽ ꝙ nõ poſsit redire ad priorem materiã : vt hîc ſubijcit. Sed quid,ſi duo ſpecificauerint:vnus bona, alter mala fide? videẽ vnius ſcientiã alteri nocere,vt nulli quęratur:vt .ſ. ad Mace. ſed Iul.§.nõ ſolùm [a]. Econtrà ꝙ vtriq; : vt alterius ignorantia alteri proſit, argu.ſ. de li. cau. l. liberis .§. ſi duo [b].Tertiò videtur ꝙ totũ ignorãti:vt.ſ. q.ad li.ꝓcla.nõli.l.fi. Sed Azo dicit mediam ſpecificãti bona fide , & mediam dño. Item adde quęſtiones quas no.inſti.eo.§.cũ quis ex aliena. in prĩ.

Specificatũ vt ſpecificãtus fiat,tria requirunẽ.

[a] Dic ſecũdum Bart. quòd ibi ratione ſocietatis , vel mandati videtur eſſe vna perſona: ſcientia ſua videtur ſibi nõ nocere non alienũ.

[b] Ibi eſt ſpeciale in odium liberi hominis ſe vendentis , vt ibi not.&.l.uni quiſsimũ. de iuris & facti igno. ſecundum Bart.hic.

c ¶ Fecerit.] vel per ſe, vel per aliũ mandato præcedente,vel ratihabitione ſequente: arg.ĵ.de vi, & vi ar. l.j.§.deieciſſe.Item facta m, accipe etiam in fectam,dum tamen in rudis materię nomen exierit:ar.ſ.de au. & arg.le.l.& ſi non ſint. §.argento.

d ¶ Ex tabulis tuis nauem.] de hoc dic, vt.ĵ.codẽ ſed ſi ex meis.in prin.

e ¶ Mulſũ.] i.nectar.

f ¶ Collyrium.] vnguentum ad oculos.

g ¶ Ex ſpicis.] hoc.ĵ.corrigitur ſecundum quoſdam.

h ¶ Media.] no.ſic.ſ.de peti.hære.l.ſed & ſi lege.§.adeò.Sed argu. contrà.ſ.de nego.geſt.l.Neſennius.in fi.

i ¶ Senſerunt.] vt ſit ſpecies dñi materiæ.vt.ĵ.eo.in oĩbus.&.l.ſeq.

k ¶ Proculo placuit.] vt ad ſpecificãtẽ dominiũ perueniat:vt &.ſ. de rei ven.ſi frumentũ.§.idem ſcribit.Et ſic no. ꝙ hîc deficit regulam ,quæ eſt.ſ.de rei ven.l.nõ ſolũ.Sed eſt ratio,quia videẽ extincta cùm nouam formam receperit:vt.ſ.ad exhi.Iul.§.ſiquis . Sed actionem in factum habet dominus materiæ:vt in ferruminatis : vt.ſ. de ven.l.in rem.§ item ſi quęcunque.licet quidam dent vtilem in rem. arg.ſ.de rei ven.l.ſi frumentum.§.de arbore.

l ¶ Videtur tamen mihi.] Caio. Accurſius.

m ¶ Dixiſſe.] ſ.quoſdam,ſecundum quos corrigit,quod.ſ. de ſpicis dixerat:& refertur inſtit.eo.§ cùm quis.Sed Azo dicit hanc per illam inſti.corrigi, quod hic de ſpicis dicit.Accurſius.

n ¶ Facit.] ſic.C.de nego.geſt.l.j.

o ¶ Miſcentium.] ſcilicet per ſpecificationẽ, nõ per confuſionẽ.

p ¶ Cõmune totũ.] vt &.ſ.de rei ven.ſi frumentũ.§.quod ſi voluntate.& inſti.e.§.ſi duorũ.&.ſ.cõmuni diui.l. arbor.circa prin.

q ¶ Sit ſpecies.] id eſt nõ permaneat in eadẽ materia. Accur.

r ¶ Idem iuris eſt.] vt ſit cõmune : & hoc ſi ſeparari nõ poſſunt: vt.ſ.de rei ven.l. qui gregem.§.fin.&.l.ſeq. Secus ſi poſsint : vt.ĵ. eo.lacus.§.ſi ex ære.& ſ.de rei vendi.l.ſi frumentũ.§.ſed ſi plumbum.quæ ſunt cõtrà. Quod ergo.ſ.facit voluntas,hîc inſeparabilis confuſio.

* *Nõ deſunt qui dicãt ſcribẽdũ, nõ idẽ iuris eſt. ex Theophilo lib. 2. Inſtitutio.titu. de rerũ diuiſio. §. & duorum.*

s ¶ Aedificauerit.] bona fide:aliâs ſtatim vendicat , vt iuretur in litem:vt &.ſ.de rei vendi.l. in rem. §. tignum. Accurſius.

t ¶ Inædificatur .] id eſt in ipſa terra affigitur:ſecus in ędificio nõ affixo ſolo:vt.ĵ.eo. Titius.& facit ad regulam iſtam.C.de ædi.priua.l.ij. Idem in ſatis, & plantais,qđ hic dicitur in ædificatis : vt ĵ.eo.§.fi.&.l.ſeq.vñ verſus,Quicqd platatẽ ſeritur vel inædificatẽ, Omne ſolo cedit,radices ſi tamen egit. Sed cõtra regulã hanc eſt ſ.de rerum diui.in tantum Solu.ſpeciale ibi. Accurſius.

Aedificium an,& quando cedat ſolo:tẽ quando affixũ, & quando ſatũ, & plãtatum.

v ¶ Deſiit dñs.] ex cauſa ædificationis: ſed alia cauſa poteſt facere deſinere:vt.ĵ.tit. ij.l.rerũ miſtura.§.Labeo.quæ huic regulæ ſignaẽ contra. Accur.

x ¶ Neque ad exhibendum.] niſi ſciens adiunxerit : quo caſu aget nõ vt eximaẽ,ſed vt pretiũ pręſteẽ per iuramentũ in litem:vt ĵ.de ſolu.l. qui res.§. fi.&.ĵ.de tigno iniuncto.l.j.in fi.&.l.ſeq.nã arbitraria eſt. ſ. actio ad exhib.vt.ſ.de ĩlit. iuran.l.in actionibus.

Actio ad exhibendũ eſt arbitraria.

y ¶ Sed duplum.] hîc facit quęſtiones quinque:vt not.ſ.de rei vendi.l.in rem.§.tignũ.vt in not.hîc &c. & no.§.vt &.ĵ.co.&c.

z ¶ Fiunt.] vt &.ĵ. de verbo.ſigni.tigni.&.ĵ.de tig.iniun.l.j.&.ſ.ad exhi.l.tigni.

a ¶ Ad exhibendum.] niſi duplũ ſit perſecutus iam:vt inſti.eo.§. appellatione.& facit.ĵ.de vſucap.l.cum qui.§.ſi autẽ.&.ĵ.de excep. rei iudi.ſi quis eum.§.ſed in cęmentis.&.C.de rei vendi.l.ij.

b ¶ Illud rectè.] vendicare igitur dominus poterit.

c ¶ Non placuit.] ꝙ ſingula ſint vſucapta : & ſic prior dominus vẽdicat:vt.ĵ.titu.ij.cũ qui.Singulæ enim res per ſe nõ cenſenẽ: ſicq; nec poſsidentur.vt &.ĵ.tit.j.qui vniuerſas.

d ¶ Illius ſit.] vt &.C.de rei.ven.l.ij.in prin.& inſti.e.§.ex diuerſo.

e ¶ Sua voluntate.] videtur enim donari , quod nullo iure cogente conceditur.Ro.vt.ĵ.de regu.iur.l.donari.& facit.C.de ædi. pri.l.ſi is,contra quem.

f ¶ Competit.] quia alienata eſt:ideo non poteſt vendicari.Sed

contra.C.de rei vendi.l.ij.in fine.Sed ibi ex aliena materia,& in alieno ædificauit:hîc de sua in alieno.Quare dic aut de mea materia in meo ædifico,& tunc planû est:aut de aliena in meo : vt.§.proxi.aut de mea in alieno,vt hîc:aut de aliena in alieno : & sic loquitur lex cõtraria.Sed.M.subaudiuit hîc:& donandi animũ habuit:vt non sit contraria secundũ eũ.

ipse dominus tradat siue alius voluntate domini. Hinc est,quòd si procurator domini habens liberam administra.rerum domini,vnam de rebus dñi sui vendat,& tradat mihi:acquiritur mihi. Item aliqñ euenit,ꝙ sine traditione res nobis acquiruntur,vt si rem apud me deposuisti,vel cõmodasti:& candẽ nunc mihi vendis.nã statim mihi acquiritur dominiũ. Hîc si merces,quas in horreo habes mihi vẽdis, & claues horrei tradis:nam mihi acquiritur statim dominium mercium. Vltimò dicit, aliquando in incertã personãcollata voluntas dñi trãsfert dominiũ rerum: vt quando missilia iactantur in vulgus,vt quicunq; occupet de illa pecunia iactata, sua fit:Sec' est,si causa leuandæ nauis aliquę res eijciũtur extra nauim:nam non fiunt occupantiũ:imò qui eas accipit animo lucrandi,fur est, & furti tenetur.De hoc dic, vt in glos.Fran.

a ¶ Petat.] ab illo,qui ædificauit,posidente.
b ¶ Exceptionẽ doli.] vt.§.de rei vendi. si nautẽ.§.in re petita.
c ¶ Bona fide.] ab initio,& ex postfacto: aliâs eligeretur media via: vt.§.de rei ven.l.Iulianus.& dic vt ibi. Item & dicas hîc distinctionem de impẽsis: vt no. insti.eo.§.ex diuerso.
d ¶ Posuero.] bona,vel mala fide.
e ¶ In alieno solo posuero.] bona vel mala fide,si posi:deo:aliâs statim videor donare antè quàm immitteren tur radices. Vel verius,licet perderẽ dominiũ,tamen nõ statim acquirit dño fundi.
f ¶ Arborem.] hîc tamen,& superiori casu datur in factum priori dño arboris:vt dixim' §.ea.l.§.prætereà.
g ¶ Radices.] pro parte.
h ¶ Egerit.] vt &.J. quod vi, aut clã, si inter.& insti.eo.§.si Titius.
i ¶ Cõmunis est.] hoc tamen,& superius respon. intellige,quando nõ poterat sustentari ex prima terra:aliâs est illius tantũ:vt.J.arbo.fur.cæ.l.si plures.in fi.quæ est contra. Sed agetur nõ esse ei ius ita habere:vt in ea.l.§.j.&.J. de arbo. cæ.l.j. vel sol.vt ibi.
k ¶ Pro regione.] In confinio duorum prædiorum.
l ¶ Nascatur.] No. lapidẽ nasci,& cresce-re:vt.§.de fundo do.l. vir in fundo.in fine. Accursius.

Lapis nascitur, & crescit.

soli ædificiũ petat [a], nec soluat pretiũ materiæ,& mercedes fabrorũ:poterit per exceptionẽ doli [b] mali repelli: vtiq; si nesciuerit,qui ædificauerit,alienũ esse solum,& tanquã in suo bona fide [c] ædificauerit.Nam sciẽti alienum esse solũ,potest culpa obijci,ꝙ temerè ędificauerit in eo solo,quod intelligeret alienũ esse. ¶ Si alienam plantam in meo solo posuero [d]: mea erit. Et ex diuerso,si meã plantã in alieno solo posuero [e],illius erit:si modò vtroq; casu radices egerit. Antè enĩ quàm radices egerit,illius permanet cuius & fuit. ¶ His coueniens est,si vicini arbor ita terrã meã presserit,vt in meũ fundum radices egerit,meam effici arborẽ [f]. Rationem enim non permittere,vt alterius arbor intelligatur,quàm cuius in fundum radices [g] egisset:& ideo prope confinium arbor posita,si etiam in vicinum fundũ radices egerit [h], communis est [i].

Marcellus lib.3.Instit. LEX VIII.

PRo regione cuiusque prædij. Sed & si in confinio [k] lapis nascatur [l], & sint pro indiuiso cõmunia prędia:tũc erit lapis pro indiuiso [m] cõis,si terra exẽpt' sit.

Caius lib.2.rerum cot. LEX IX.

QVa ratione autẽ plãtæ,quæ terra coalescunt,solo cedunt [n]: eadem ratione frumenta quoq;,quæ sata sunt, solo cedere intelligunt [o]. Cæterũ sicut is qui in alieno solo ædificauerit:si ab eo dominus soli petat ædificium, defendi potest per exceptionẽ doli [p] mali:ita eiusdem exceptionis auxilio tutus esse poterit, qui in alienum fundũ impensa sua cõseuit [q].

¶ *Scriptura cedit chartæ:tabula uerò cedit picturæ, quoad dominium directum:secus quoad utile.h.d.Bartol.*

¶ Literæ quoq;,licet aureæ [r] sint. perinde chartis [s],membranisúe [t] cedũt,ac solo cedere [v] solẽt ea,quę inædificãtur,aut inserunt. Ideoq; si in chartis,membranisúe tuis carmen,vel historiam, vel orationẽ scripsero:huius operis nõ ego,sed tu dominus esse intelligeris,Sed si à me petas tuos libros, tuasúe mẽbranas,nec impensas scripturę soluere velis: potero me defendere per exceptionem doli mali: vtique si bona fide [x] eorum possessionem nactus sim.Sed non vt literę chartis,membranisúe cedunt, ita solent picturæ tabulis cedere : sed ex diuerso,placuit [y] tabulas picturæ cedere. Vtique tamen conueniens est,domino tabularum, aduersus eum qui pinxerit,si is tabulas posideat, vtilem [z] actionem dari : qua ita efficaciter experiri poterit,si picturæ impensam exoluat : alioquin nocebit ei doli mali exceptio:vtique si bona fide possessor fuerit,qui pinxerit. Aduersus dominum verò tabularum, ei, qui pinxerit, directam vendicationem [a] competere dicimus : vt tamen pretium tabularum inferat : alioquin nocebit ei doli mali exceptio. ¶ Hæ quoque res : quæ

n ¶ Cedunt.] vt.§. eo.l.adeò.§.fi.Accur.
o ¶ Intelliguntur.] vt insti.eod.§.qua ratione.&.§. de vsu.l.g scit.in prin.&.§.j.
p ¶ Per exceptionem doli.] vt &.§. e.adeò.§.ex diuerso. Accursius.
q ¶ Conseuit.] bona fide:vt inst.cod. §.cæterùm.& est hæc accessio diuina,& humana natura cooperante.Idẽ si diuina tãtùm planta,vel frumẽtum coaluit:vt.§.cod. adeò.§.j. ibi, Planè si ideo.& .§.de cõtrahẽ. emp.l. qui fundũ.§. fundi.
r ¶ Aureæ.] hoc rarò contingit:& ideo hîc nõ consideratur. Ac.
s ¶ Chartis.] de bombyce.
t ¶ Membranisve.] quæ de membris animalium eripiuntur.
v ¶ Cedere solẽt] vt.§.e.adeò.§.cũ ĩsuo.

m ¶ Pro indiuiso cõmunis.] R.dixit hũc versum falsum, & vitio scriptorũ positũ. Alij,ꝙ duo habẽt prædiũ Titianũ pro indiuiso:& alij duo habẽt Seianũ pro indiuiso,& sic quilibet est cõmunis duorũ pro indiuiso. Tertij,ꝙ si ego, & tu emimus Titianũ à Titio, & Seianũ à Seio pro indiuiso:lapis ibi natus,& ante diuisionẽ fundorũ,& post erit pro indiuiso cõmunis,facta sic diuisione:vt vn' vni, alter alteri cedat,& inter vtrũq; est lapis. Alij,ꝙ cõfinium erat quo ad culturã,sed proprietas pro indiuiso erat cõmunis vtriusq; prædij:& facit §.cõmuni diui.l.arbor.& pro socio,illud.& de ser.rusti.prædi.l.binas. Accursius.

QVa ratione.] CASVS. Sicut planta aliena,quę in meo fundo duxit radices mea fit : ita frumẽta aliena in meo fundo sata fiunt mea:& sicut qui ædificauit in meo solo:si petã,scilicet ab eo solũ cũ ædificio,habet except.nisi reddã expensas ædificij:ita si petã fundũ ab eo, qui in meo solo seuit : habet excep.doli mali,nisi reddã ei æstimationem seminis. ¶ Literæ quoq;.] Si in charta,vel mẽbrana tua scripsi:licet litera sit aurea tñ litera cedit chartæ:sicut ædificiũ dño soli.Si tñ petas à me chartã : habeo except.doli mali, nisi reddas mihi expẽsas literæ.Et hæc sunt vera,si bona fide scripsi.Sed quid erit,si in tabula tua pinxi?Certè tabula picturæ cedit: & si dñs tabulæ eam petat à pictore,habet vtilem act.in rem:dum tñ offerat ei pretiũ picturæ:& ecõtra,si dñs tabulæ eam tabulam possideat,& pictor velit petere tabulam : audiť,& habet act.in rem directam,dum tamẽ offerat pretiũ tabulæ. ¶ Hæ quoq; res.] Per traditionẽ quoq; nobis acquirũtur res iure gentiũ:vt si ex causa vẽdi.vel simili tradanť nobis res.Et redditur notabilis ratio:nec est vis,siue

x ¶ Vtique si bona fide.] si autem mala,laborẽ donasse videť:vt.§.l.adeò.§.certè.Sed à possessione cecidit scriptor,an habeat actionem contra dominum?Respõ.sic,in factum:vt.§.de rei ven.l.in rem.§.Item si quęcunque.Si malam non:quia nec exceptionem habet,vt hîc.& facit inst.eo.§.literæ.Accursi.
y ¶ Placuit.] vt & instit.codẽ.§.siquis in aliena.Idem si in charta pictum sit,secundum Azo. Sed contra.huic respon.supra de rei ven.l.in rem.§.si id quod.Sol.vt ibi.
z ¶ Vtilem.] in rem.sed actionẽ furti habet cõtra eũ, qui surripuit,quicunq; fuerit:vt inst.e.§.si quis in aliena.Sed quid si ambo cõtra eundem agant?Rñ.præfertur pictor,qui habet directam.Ac.
a ¶ Directam vendicationem.] si bona fide pinxit:licet P.dixit. siue bona siue mala Sed cũ nõ datur exceptio posidẽti,vt.§.pxi. ergo nec actio. Item quis erit dñs,si tabula sit abrasa?Rñ.idem,vt.§. de rei vendi.l.in rem.§.& quod semel.Item nota hîc casum, secundum M.quòd deterior est condictio posidentis. Item quòd alicui datur actio,cui non datur exceptio.Item & quod nõ potest obijci, Dolo facis &c.& pro eo.§.si ex noxa.cau.aga.l.j.in princi.& de noxa.siquis à multis.&.§.de peti hæred.l.cùm idem.Et sic sunt argu. contrà.C.de rei ven.l.res alienas.&.J.de superfi.l.j.§.quod ait Prætor.&.J.de excep.doli.l.dolo,Sed Bul. & Ioan. & R. contrà : vnde si dominus tabulæ vendicet à pictore posidente, poterit pictor posidens eum repellere offerendo ei pretium tabulæ:etiam si vellet ille ei offerre pretium picturæ:& sic in alijs dicas. Item quæ est ratio diuersitatis in pictis,& in scriptis?Rñ.fortè quia scriptores antiqui tẽporis nõ erãt adeò cari,sicut sunt hodie. Vnde cũ parui pretij

Posidentis quãdoq; deterior est conditio

tij esset scriptura, cedebat chartæ, quæ scilicet charta carior erat. Econtrario pictores & fuerũt, & sunt cari, & tabula vilis pretij est, & fuit: vnde cedit picturæ secundũ Io. Sed cùm hodie sit scriptura pretiosior, quã charta: idẽ potest quod in pictura dici, secũdũ Azo. Item quid, si pictura fiat in marmore. Fortè secus: sed arg. q̃d idem. inst. de test. §. penulti.

traditione[a] nostræ fiunt: iure gentium[b] nobis acquiruntur. Nihil enim est tam[c] conueniens naturali æquitati, quã voluntatem domini volentis rem suam in alium transferri, ratam haberi[d]. ¶ Nihil autem interest, vtrùm ipse dominus per se tradat alicui rem, an voluntate[e] eius alius. Qua ratione, sicui libera[f] negotiorum administratio ab eo, qui peregrè proficiscitur, permissa fuerit, & is ex his negotijs rem vendiderit & tradiderit[g]: facit eam accipientis.

¶ *Res, quæ apud me est ex contractu uoluntate domini fit mea sine traditione. h. d.*

¶ Interdum etiam sine traditione nuda[h] voluntas domini sufficit ad rem transferendam: veluti si rem, quam cõmodaui, aut locaui tibi, aut apud te deposui, vendidero tibi. Licet enim ex ea causa tibi eam non tradiderim: eo tamen ipso quòd patior eam ex causa emptionis apud te esse, tuã efficio[i].

¶ *Per traditionem clauium transit possessio. hoc dicit.*

¶ Item siquis merces in horreo repositas vendiderit: simul atq; claues horrei emptori tradiderit. transfert proprietatem[k] merciũ ad emptorem. Hoc autem amplius, interdum & in incertam[l] personam collata voluntas dñi transfert rei proprietatem: vt ecce, qui missilia[m] iactant in vulgus, ignorant quid eorum quisque excepturus sit: & tamen, quia volũt quod quisq; eorum exceperit, eius esse: statim eorũ dominum efficiunt.

¶ *Merces iactatæ in mare causa uitandi periculi, dominorum permanent. h. d.*

¶ Alia causa est earum rerum, quę in tempestate maris leuandę nauis causa eijciuntur. Hæ enim dominorum permanent: quia non eo animo eijciuntur * quo quis eas habere nõ vult: sed quo magis cũ ipsa naue periculum maris effugiat. Qua de causa si quis eas fluctibus[n] expulsas, vel etiam in ipso mari nactus, lucrãdi animo abstulerit: furtum committit[o].

* *Quod eas habere non uenit.*

a ¶ Traditione.] nõ nuda, vt. ĵ. eodẽ. nunquam. Accursius.

b ¶ Iure gentiũ.] quod & naturale dicitur: quia instinctu naturæ est inductum: vt instit. eo. §. per traditionem.

c ¶ Nihil enim est tam.] hyperbolicè loquitur: sic. ŝ. de pac. l. j. in prin. & de iurisdi: om. iu. si p errorẽ.

d ¶ Ratam haberi.] si est legitima: aliàs cõtrà, vt. C. de agri. & cẽ si. quẽadmodum. lib. xj. & C. de admi. tu. l. lex quę. Accursius.

e ¶ Voluntate.] qa qui per aliũ &c. vt & ĵ. de vi, & vi ar. in. l. j. §. deiecisse. Quãdoq; tamen interest, vt. ĵ. de sol. fugitiuus. Item quãdoque etiam sine voluntate domini, vt creditor: vt insti. qui. ali. licet. §. j. & arg. ĵ. eo. l. ergo. §. alluuio.

f ¶ Libera.] & generalis sec° si generalis tantùm: vt supra de procura. l. ꝓcurator cui. & l. procurator totorũ. Sed M. distinxit inter procuratorem totorũ, & vniuersorũ bonorum: vt primo casu posit, secũdo nõ, arg. insti. e. §. nihil.

g ¶ Et tradiderit.] nisi tradere sit prohibitus: vt. ŝ. de Pub. siquis pro.

h ¶ Nuda.] sic. C. de pact. traditionibus. Item in alijs casibus dominium sine possessione transfertur: vt not. insti. e. §. interdũ.

i ¶ Tuam efficio.] si res pręsens est: aliàs cùm apprehensa fuerit: vt. ŝ: de rei vendi. l. eius. & l. seq. secus in pecunia: vt no. ŝ. si cer. pe. l. certi condictio. §. fi. & l. seq. Vel fortè hîc nõ est necessaria præsentia: quia ab initio habuit domini voluntatẽ: sed in. l. illa, eius, non. Vnde hîc est vera venditio, ibi ficta: & facit. ĵ. eo. si seruus. in fi. & ĵ. tit. j. l. iij. §. illud. & ŝ. de euict. si rem. in princ. & ŝ. de pub. siue. §. j. & ŝ. de rei ven. l. quædam.

k ¶ Proprietatem.] & possessionem, si dominus est tradens: alias causam vsucapiendi, si hæc fiant coram horreo: & hoc propter visionem rei: vt. ŝ. de cõtrahen. emp. l. clauibus. & ĵ. ti. j. l. j. §. si iusserim. & facit. ŝ. proxi. §. & quod ibi no.

l ¶ In incertã.] sic. ŝ. de rebus dub. si fuerint. Sed arg. cõtrà. inst. de leg. §. tutor. ADDITIO. Dic secundum Barto. hîc, quòd hîc certificata est persona ab euentu: ibi non.

m ¶ Missilia.] aurum, q̃d proijcitur: sic dicta, quia mittũtur in vulgus: vt facit Papa, vel Imperator, quãdo coronãtur. Sed hodie deleta est illa constitutio per desuetudinem, quę permittebat Prætores, vel Cõsules vel Magistrat' aurũ ꝓijcere: vt. C. de Cõsul. l. ij. Soli enĩ Principi licet aurũ spargere, & sic iactare: sed Consulibus licet de argẽto hoc facere: non tamẽ coguntur, vt in aut. de Consul. §. fin autem & vxorẽ. & facit inst. e. §. hoc ampliùs, & ĵ. ꝓ dereli. l. si id. in fi.

n ¶ Fluctibus.] i. vndis.

o ¶ Committit.] imò nõ. vt. ĵ. de fur. l. falsus. §. si iactum. quæ est cõtrà. Sol. distĩgue animũ ꝓijciẽtis, ꝙ patet: vt si librũ apertũ ꝓijciat[a], secũdũ Io. vt hîc. Et ideo colligitur, arg. ŝ. de dam. infect. si finita. §. si quis metu. In dubio autem præsumitur non velle perdere: vt arg. ŝ. de ꝓba. cũ de indebito. & facit ĩst. e. §. fi. & q̃d ibi no. & ŝ. ad. l. Rho. dę iac. l. j. §. fi. & l. qui leuandæ. & ĵ. e. l. quicũque. & ĵ. ti. j. l. interdũ.

a Dic esse ad hoc tex. in terminis in. l. furti. §. fin. ĵ. de fur. secus, si esset inuolut° in panno cęreo secundũ Bar. ibi. & Iaco. Rebuffi in l. si ratio. nu. iiij. & ibi notaui in apostil. ad eum in ver. De furto inquestari C. de naufra. libro. xj.

Idem institu. LEX X.

Acquiritur[p] nobis non solùm per nosmetipsos, sed etiam per eos, quos in potestate[q] habemus. Item per seruos, in quibus vsumfructum[r] habem°. Item per homines liberos, & seruos alienos, quos bona fide possidemus. De quibus singulis diligentiùs dispiciamus. ¶ Igitur quod serui nostri ex traditione nanciscuntur: siue quid stipulentur, vel ex qualibet alia causa acquirant: id nobis[s] acquiritur. Ipse enim seruus, qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest. Ideoque[t] si hæres institutus sit: nisi nostro iussu, adire hęreditatẽ non potest. Et si iubentibus nobis[v] adierit: hæreditas nobis acquiritur perinde[x], atque si nos ipsi hæredes instituti essemus. Et his[y] conuenienter[z], scilicet legatum nobis per eundem[a] acquiritur.

Acquiritur.] CASVS. Dictum est. ŝ. qualiter acquirantur dominia rerum de iure gentium: nunc vult dicere per quos acquirantur: & dicit, q̃d per nosmetipsos acquiritur nobis. Itẽ per eos quos habemus in nostra potestate, vt per filios nostros, & seruos. Itẽ p seruos ĩ q̃bus habem' vsumfr. Itẽ p liberos hoĩes, & per seruos alienos, quos bona fi. possidemus. Et de his singulis videamus. Et certe serui mei q̃cq̃d acq̃runt per traditionẽ vł p stipula. vel sił de causa: nobis acq̃rit̃ nihil enĩ seruus habere potest. Hinc est, q̃d si hęres instituatur, hęreditatem adire non potest sine mea volũtate: & si mea volũtate adeat, mihi quęritur: Itẽ legatũ seruo meo relictũ mihi q̃rit̃, & nõ solũ dñm̃ mihi q̃ritur p seruũ: sed etiã possessio, per quã possess. etiã vsucapio ignorans. posteà dicit de seruo, ĩ quo habeo vsumfr. ꝙ q̃cquid ille q̃rit ex re vł ex opera sua mihi q̃rit. Si autẽ ex alia causa aliquam rem acquisiuit puta legatum, vel hæreditatem ei relictam, ꝓprietario quærit. Idẽ dicẽdum est de seruo alieno, vel libero homine, quẽ bona fi. possidem'. Si aũt bonę fi. possessor serui alieni eum vsucapiat, amodò plenè erit domin': & quicq̃d quæret, domino quæret. Vsufructuarius autem non potest vsucapere seruum, in quo habet vsumfr. tũ quia nõ dicitur eum possidere: tum quia scit eũ seruum alienum. Fran.

p ¶ Acquiritur.] ŝ. dixit qualiter acquiratur: nunc per quos.

q ¶ In potestate.] vt filij vel serui.

r ¶ Vsumfructum.] Quid, si nudum vsum? Rñ. ex re nostra acquiritur, non autem ex opera: vt no. institu. per quas perso. no. acqui. in princi. & ŝ. de vsu, & habi. l. per seruum. in princip.

s ¶ Nobis.] etiã inuitis: vt. ĵ. eod, l. etiam. Ar. cõtrà. ŝ. de don. hoc iure. §. nõ potest. Et dic hîc, vt no. ŝ. de ijs, qui sunt sui. vel alie. iur. l. j.

t ¶ Ideoque.] quia non sibi, sed nobis. Ne ergo nobis inuitis onerosa quæratur hæreditas. ideo nisi &c.

v ¶ Et si iubentibus nobis.] In hęreditate quęrenda tria sunt necessaria. s. iussus: item quòd præcedat; vt supra dę acquiren. hære. l. siquis mihi bo. §. iussum, & quod serui consensus adsit: vt. C. de hæredi. institu. cùm proponas. In bo. pos. puta, secundum tab. non exigitur, vt domini iussus præcedat: sed sufficit eius ratihabitio antè, vel posteà, sed exigitur serui consensus. In treb. sufficit, si primò, vel posteà ratum habeat dominus: nec exigitur serui consensus: vt. ŝ. ad Treb. l. seruo inuito & ĵ. rem. ra. hab. l. penul. In legato non est opus iussione, cũ emolumentũ tantũ cõtineat: vt. ŝ. man. si hær. §. j.

x ¶ Perinde.] quandoque tamen refert per se, an per alium sit hæres: vt supra de inter act. l. si defensor. §. illud. & ŝ. de le. præstan. l. iij. §. hoc autem. & de vulg. sub. qui liberis. §. hæc verba. & ĵ. de ver. signifi. l. sciendum. & supra de ope. lib. l. cùm patronus. §. j.

y ¶ Et ex his.] præceptis. secundum R. vel ijs, quæ dicta sunt.

z ¶ Conuenienter.] quia sicut hæreditas est relictum, sic legatum. Item legatum, sicut hæreditas, nobis per seruum acquiritur, si die cedentis legati non inueniatur liber: vt supra de donati. causa mor. l. fin. & supra quando dies lega. ce. l. si post. §. penulti. & §. fin. & facit ad. l. supra de lega. ij. l. Titia. §. Lucia. & institut. per quas perso. no. acquir. §. item nobis.

a ¶ Per eundem.] s. seruum.

a ¶ Nobis.] vt.§.proxi.
b ¶ Possessio.] scilicet iusta:vt.ff.titul.j.l.quod seruus. Accursius.
c ¶ Adepti fuerint.] siue nostro nomine possideant,siue sibi:secus si alij:vt.ff.ti.j.l.si me in vacuum.§.fin.
d ¶ Videmur.] etiam ignorantes:vt.ff.ti.j.l.iij.§.saltus.
e ¶ Dominium.] i. effectus dominij.sic.& ff.titu.ij.l.cum,qui.Et dic in peculiaribus etiā domino ignorā te vsucapi.in dominicis demū cùm dominus scit:vt.ff.pro soc. l.ij.& de vsuca.l. Labeo.& facit.ff.tit.j.l.j. §.itē acquirimus.&.§ sed per eum.&.C.per quas perso.no.acq.l. j.& ibi.c.§.nō solū.ac.
f ¶ Dominum proprietatis.] nisi cōtēplatione fructuarij sit institutus, vel aliud ei datum fuerit: quo casu ex re eius esse videtur:vt.§.de vsufru.l.sed & siquid. nō tamē fructuarij iussus sufficit ad adeūdā hę redi.vt.§.de aq.hær. aditio.§.præterea.
g ¶ Idē probatur.] quoad acquisitionē, nā in alio differūt, vt. ff.ea.l.§.bonęfidei.ac.
h ¶ Ad ipsum pertinet.] præter possessionem:vt.ff. eod.homo liber.in fi.& præter vsucapionē,quę sine possessione non procedit:vt.ff.de vsucap.l.fine pos.Sed in hære.per liberū homi nem quærenda multa sunt necessaria:vt. ff.eo.liber homo.& facit insti. per quas per so.no.acqui.§.de his. &.C.de rei vend.l.j. &.ff.ti.j.l.j.§. sed & p eū.&.§.de vsufr.l.si seruo.&.l.sed & si qd.&. l. donaturus.&.l. sed & si quis.§. interdum.
i ¶ Bonæ fidei possessor.] serui alieni.
k ¶ Seruum.] in quo habet vsumfructū.ac.
l ¶ Nō possidet.] f.ciuiliter:vt.ff.tit.j.l. j.§.p eū.sed naturalit. sic vt.ff.ti.j.l.naturalit &.§.qui satisda.cog.l. sciēdū. &.ff.de preca. certè.§.is,qui rogauit & facit inst.c.§.sed bonæ fidei.&.ff.eo.l.liber homo.§.quicquid.ac.
m ¶ Alienum esse.] id est,in quo vsumfructum habet.

¶ Non solū autē pprietas per eos, quos in potestate habemus,acqritur nobis[a], sed etiā possessio[b]. Cū iuscunque enim rei possessionem adepti fuerint[c]:id nos possidere videmur[d]. Vnde etiam per eorū longā possessionem dominium[e] nobis acquiritur. ¶ De ijs autē seruis,in quibus tantū vsumfructum habemus,ita placuit: vt quicquid ex re nostra,vel ex operis suis acqrunt,id nobis acquiratur: siquid verò extra eas causas psecuti sunt: id ad dominū pprietatis[f] pertineat. Itaq; si is seruus hæres institut[g] sit,legatúmve quid,aut donatum ei fuerit:nō mihi, sed domino proprietatis acquiritur. Idē placet de eo,qui à nobis bona fide possidetur: siue liber sit,siue seruus alienus. Quod enim placuit de vsufructuario,idem[g] probatur etiam de bonæ fidei possessore. Itaq; ꝙ extra duas istas causas acquiritur: id vel ad ipsum[h] pertinet,si liber est: vel ad dominum proprietatis,si seruus est. ¶ Bonæ fidei[i] possessor cū vsuceperit seruum[k]:quia dominus eo modo fit,ex omnibus causis per eū sibi acquirere potest:vsufructuarius verò vsucapere seruū nō potest:primū qdē,quia nō possidet[l],sed habet ius vtendi fruēdi deinde qm̄ scit seruū alienū esse[m].

Marcellus li.3.Instit. LEX XI.

Pupillus,quātum ad acquirendū[n],nō indiget tutoris authoritate:alienare verò nullā rē pōt, nisi pŝente tutore authore: & ne qdē possessionē[o] q̄ est naturalis:vt Sabino visū est.Quæ sētētia vera est.

Calistrat' li.3.Inst. LEX XII.

Lacus[p],& stagna[q] licet īterdū crescāt,interdū exarescāt:suos tn̄ terminos retinēt:ideoq; in his alluuionis ius nō agnoscit. ¶ Si ex ære meo,& argēto tuo cōflato aliqua spēs[r] facta sit,nō erit ea nr̄a cōis[s]: quia cū diuersa materia æs, atque argētū sit:ab aurificibus separari, & ī pristinā materiā reduci solet.

Neratius lib.6. LEX XIII.

Si procurator[t] rem mihi emerit ex mandato meo, eique sit tradita meo noīe:dn̄ium[u] mihi,& proprietas[v] acquiritur etiam ignoranti[x]. Et tutor pupilli pupillǽve, similiter vt procurator:rē emēdo noīe pupilli,pupillǽve:proprietatē eis acquirit etiam ignorantibus[y].

Idem lib.5.Mēbrana. LEX XIIII.

Quod in littore[z] quis ædificauerit,eius[a] erit. Nā littora * publica nō ita[b] sunt:vt ea,q̄ in patrimonio:populi sunt[c]: sed vt ea:quæ primū natura pdita sunt: & in nullius adhuc dn̄ium peruenerūt.Nec dissimilis eorum cōditio est,atque pisciū,& ferarū,quæ simulatq; apprehēsæ sunt:sine dubio eius,cui' in potestatē peruenerint:dn̄ij fiunt[d]. ¶ Illud videndum est,sublato eo ædificio,qd in littore positum erat,cuius conditionis is locus sit,hoc est: vtrùm maneat eius:cuius ædificium fuerit:an rursus in pristinam causam recidat: perindeq; publicus[e] sit:ac si nūquā in eo ædificatū fuisset. ꝙ propiùs est vt existimari debeat[f]:si modo recipit pristinam littoris speciē[g].

Idem lib.5.Respon. LEX XV.

Qui autem in ripa fluminis ædificat:non suum facit[h].

Florentinus libr.7. LEX XVI.

In agris limitatis[i] * ius al-

Pupillus. CASVS. Pupillus potest acquirere dominiū rei etiā sine tutoris autoritate. Fallit in hære. eidem relicta, vt habes in glos. Alienare autem rem suam non potest, nec etiam pos. in alium transferre potest.Fran.
n ¶ Ad acquirendum.] secus in hæreditate, quia ibi est dubium: vt instit.de auto.tuto.§.neque.
o ¶ Nec quidem poss.] contra.ff.titu.j.l. possessionem.Sol.de pos. facti,siue de tentione ibi dicit.Item quo præbet causam vsucapiēdi? vt.ff.pro emp.l.ij.§.si à pupillo.Respon.vt dixi ibi.& facit inst. qui. alie.lic.§.nunc admonendi.

Lacus.] CASVS. In lacu,& stagno priuato cessatius alluuionis,licet īterdū crescat,& īterdū decrescat.Secūdò dicit,q dā fecit cāpanā ex ære meo,& ex argēto tuo sine nostra voluntate. Dicit ꝙ hæc cāpana nō est comunis nobis. sed ab artificibus separabitur argentum ab ære:& cuique nostrum dabitur ꝙ suum est.Fran.
p ¶ Lacus.] qui habet ppetuā aquā:vt.ff.ī flu.pub.naui.li.l.j.§.lac'
q ¶ Stagna.] quæ habent temporalem aquam:vt co.ti.§.stagnum. Et dic,hic loqui de lacu,& stagno priuato:secus si in publico:vt.ff. de verb.sig.littus publicum est.& facit.§. de aqua plu.arcen. vicinus.in fi.&.§.de contrahen.emp.l.rutilia.Accursi.

r ¶ Species.] vt campana:& dic,sine nostra voluntate.Accur.
s ¶ Cōmunis.] contra.§.eo.adeò.§.voluntas.in fi.sed ibi non poterat separari,hic autem sic.Item videtur cedere specificanti:vt.§.eo. adeò.§.cùm quis.Sed illud quando non potest reduci ad materiam pristinam:& facit.§.de rei vendi.l.si frumentum.§. sed si plumbum.

Si procurator.] CASVS. Procurator me' emit mihi equū meo mādato & ei est tradit',dicit ꝙ per eū est mihi quæsitum dominium equi est ignoranti. Idem iuris est in tutore nomine pupilli aliquam rem emente.Fran.
t ¶ Dominiū.] plenū.
v ¶ Proprietas.] nuda:vt & §.de vsufruc.l.vsusfruc.in multis.
x ¶ Etiā ignorāti.] cōtra.ff.c.l.res ex mādato.Item cōtrà.§.de ne.gest.l.si ego.Sol.vt no.§.de don.l.q mihi. &.ff.de acqui.pos.l.j. §.per procuratorem.
y ¶ Ignorantibus.] ꝙ.§.mādatū hoc facit hic publica autoritas.Et facit ad.l.ff.ti.j. l.j.§.per pcuratorem &.l.cōis.§.j.&.C.per quas perso.no. acq.l. j.& de acq.pos.l.j.&. l.per procuratorem.

Quod in littore] CASVS. Qui ædificat in littore mari:suū facitędificiū.Idē si capit pisces,vel feras:nam suę sunt:& destructo ędificio locus reuertitur pristinum statum.Qui autem in ripa fluminis ædificat,non facit suum ædificiū.Et hoc dicit hæc lex cū.l.qui autem.quæ est.ff.quę continuari debet ad istam.Fran.Accursi.
z ¶ Quod in littore.] maris.
a ¶ Eius erit.] vt.§. de rerū diui.l.intātū.
b ¶ Non ita.] Imò sunt cōmunia: vt inst. de re.diui.§.j.
c ¶ Populi sunt.] de quibus dicitur inst.de rerūdiui.§.Vniuersitatis.& .ff.ne qd in loco pub.l.ij.§.publica. &.§. siquis ne. &.§. de contrahend. emp.l.sed Celsus.
d ¶ Dominij fiunt.] vt instit.de re.diui.§.ferę.
e ¶ Publicus sit.] id est communis.
f ¶ Vt existimari debeat.] vt di.l.in tantum.&facit.§.de reli. l.cùm loca.Sed arg.contrà.§.eo.adeò.§.cùm in suo.Ibi,ex diuerso, vt institut.eodem.§.locus. autem.Item facit infra de vsucapi.l.fin. in princip.
g ¶ Speciem.] sic supra eodem,l.adeò.§.quòd si post.& hic continua.l.qui autem.
h Qui autem.] Suum non facit.quia hæc sunt eorum, qui possident prope ibi prædia:vt institu.eodem.§. riparum.sed tamen potest prohiberi per interdicta,vt.ff.de flumi.l.j.§. non autem omne.&.§. penul.& infra ne quid in flum.pub.l.j.in princi nisi ædificet causa muniendæ ripæ:vt.ff.de ripa muni.l.Io.

In agris.] CASVS. Ius alluuionis non habet locum in agris militibus assignatis: & reddit rationem in fin.l. Secundò dicit. Hostes deuicti à Romanis, agrum, vt esset ciuitatis Romanæ,dederunt. Dicitur quòd in isto agro habet locum ius alluuionis. Ait si ager hostium sit captus à militibus, & is militibus sit assignatus:iste ager dicitur limitatus: & ideo in eo non habet locum ius alluuionis. Fran.
i ¶ In agris limitatis.] id est,militibus assignatis.vel id est, inter

* Facit ad hunc text. quod not. Gerar. de petra sancta singu. suo iure si mandaui.

* Quæ publica, uel communia sint, melius Arist. Pol.li. quintus & alius lib. Politi. ca. j. & ij.

* Vide in hanc.l. Alcia.lib.præter.ij. in diuisione limitati agri.

veteranos diuisis, secundum R. Sic enim fiebat post emerita stipendia veteranis.

a ¶ Locum.] nec insula ratione vicinitatis eis cedit: vt. j. ne quid in flu. publi. l. j. §. si insula.

b ¶ Concessus sit.] i. quem ipsi hostes deuicti Romanę ciuitati dederunt.

luuionis locum [a] non habere constat. Idq; & Diuus Pius constituit. Et Trebatius ait agrum, qui hostibus deuictis ea conditione concessus sit [b], vt in ciuitatem veniret [c], habere alluuionem, neque esse limitatum [d]: agrum autem manucaptum [e], limitatum fuisse [f]: vt sciretur [g], quid cuique datum esset, quidque væniisset [h], & quid in publico relictum [i] esset.

Vlpianus lib. 1. ad Sabi. LEX XVII.

Si duo domini seruo cōmuni rem tradiderint [k]: acquiritur alteri ab altero [l].

Idem lib. 4. ad Sabi. LEX XVIII.

Per hæreditarium seruum, qui eiusdem est hæreditatis, hæredi acquiri non potest [m], maximè ipsa hæreditas.

Pōponius lib. 2. ad Sabi. LEX XIX.

Liber homo, qui mihi bona fide seruit, id quod ex operis suis, aut ex re mea pararet, ad me pertinere sine dubio Aristo ait. Quod verò quis ei donauerit, aut ex negotio gesto acquisierit: id ad ipsum pertinere [n]. Sed & hæreditatem, legatúmve non acquiri mihi per eum: quia neque ex re mea, neque ex operis suis id sit, nec vlla eius opera esset in legato [o]: in hæreditate aliquatenus [p]: quia per ipsum adiretur: quod & Varum Luciliū aliquando dubitasse ait [q]. Sed verius est non acquiri [r], etiam si testator ad me voluisset pertinere. Sed licet ei [s] minimè acquiratur: attamen si voluntas eiusdem testatoris euidens appareat, restituendam ei esse [t] hæreditatem. Sed Trebatius ait, si liber homo bona fide seruiens, iussu eius cui seruit hæreditatem adijsset, hęredem ipsum [v] fieri: nec interesse, quid senserit [x], sed quid fecerit. Labeo contrà, si ex necessitate [y] id fecisset. Quòd si ita vt & ipse vellet: ipsum fieri [z] hęredem.

c ¶ Veniret.] i. ager. esset ciuitatis Romanæ.

d ¶ Limitatum.] i. non esse militibus assignatum.

e ¶ Manucaptum.] à militibus, & eis assignatum.

f ¶ Limitatum fuisse.] & ideo cessat ius alluuionis.

g ¶ Vt sciretur.] Ratio, quare non habet locum ius alluuionis.

h ¶ Væniisset.] si necesse esset, vt aliqua pars venderetur.

i ¶ Relictum.] s. neq; assignatū neq; vēditū.

SI duo.] CASVS. Duo habebant seruum communem: eidem seruo donauerunt aliquā rem. dicitur quod tenet donatio: & acquirit quilibet nostrum partem alteri[us]: nam pars quā habebat socius in re donata, mihi quærit: & mea sibi. Fran.

k ¶ Tradiderint.] quilibet donare volens: vt distinguitur. j. eo. l. per seruum. §. j.

l ¶ Ab altero.] i. quātum ad partem socij mihi quęritur: quantū ad meā sibi, Quod autem est alterius, mihi tantum quæritur: vt institu. de stipu. ser. §. fina.

PEr hæreditarium.] CASVS. Seruus hæreditatis iacentis nihil potest interim acquirere hæredi futuro: maximè nec ipsam hæreditatem. Fran.

m ¶ Non potest.] s. aliquid, & maximè &c. vt & . s. de acqui. hære. l. hæres per seruum. Et est ratio: quia hæreditarius dicitur ante aditam hęreditatem: & sic nō est suus: posteà autem suus, & sic non est hæreditarius: vt plenè dicam. j. titu. j. l. j. §. veteres. Est etiam ratio hęc, quia per alium nō potest hæreditas quęri hæredi: vt. s. de acqui. hæred. Paulus licet secus sit in ea, in qua est institutus seruus. Accursius.

LIber.] CASVS. Liber homo bona fi. possessus quicquid acquirit ex re sua, vel ex opera, acquirit posfidenti. Quod aliunde quærit: vt puta, sibi donatum vel legatum, vel si hæres institutus sit ab aliquo: sibi quęrit, licet in hereditate aliqua opera eius sit. & licet testator instituerit eum contemplatione possidētis: sed hoc casu possessus tenebitur condi. sine causa possidenti ad resti. hæreditatē. Vltimò dicit, liber homo à me bo. fi. possessus iussu meo adiuit hæreditatē, in qua ipse erat institutus. Dicitur quod sibi quęrit. & hoc dixit Trebatius. Sed Labeo distinguit: nā si necessitate duct[us] à me adiuit. aut tūc mihi quærit, nō sibi: aut spōte adiuit, & tūc sibi quærit. Frā.

n ¶ Ad ipsum pertinere.] quantum ad dominiū, & obligationem, & actionē non quoad possessionē: vt. j. eo. l. homo liber. §. quicquid.

o ¶ In legato.] hoc, cùm eius cōtemplatione est relictum: secus si bonæ fidei possessoris: vt. s. de vsufru. sed & si quid. Accursius.

p ¶ Aliquatenus.] scilicet esse opere, dixit Aristo: sed non est, vt subijcit: & . j. eod. fructuario. in stip. est opera: vt & s. de vsu & habi. per seruum. j. respon.

q ¶ Ait.] Aristo.

r ¶ Non acquiri.] hoc in hæreditate intellige: & in eo casu, vbi nō vult hic possessus mihi quærere: sec[us] est in legato, vbi meo respectu est relictū, Azo. Sed in hæreditate est cōtrà. s. de pecu. l. hinc quęritur. §. potest. vbi marito quæritur per seruū dotalem hæreditas. Sed nihil ad rhombum: quia dñs est secundum nos, de iure naturali, & ciuili: vel etiam secundum alios, saltem de iure ciuili, est dominus. Accursius.

s ¶ Sed licet ei.] possessori: & sic mutat personas. Accursius.

t ¶ Esse.] ei possessori per cōdictionem sine causa: ar. j. de stip. ser. l. pen. Cogetur ergo adire possessus, & sic restituere: & sic est cōtrà. j. e. l. homo liber. in prin. quæ est cōtrà. Sol. vt ibi plenè dicā. Itē in eo, quod hīc inspicitur, cuius contemplatione sit institutus, est contrà. s. de act. emp. Iul. §. si quid seruo. Sol. ibi non distinguitur cuius contemplatione. s. serui, vel emptoris: secus si contēplatione venditoris: vt. s. de vulg. substi. l. sed si plures. §. in arrogato. & . s. de acquiren. hæred. aditio.

v ¶ Hæredē ipsum.] possessum.

x ¶ Quid senserit.] possessus.

y ¶ Necessitate.] quia tunc non esset hæres possessus.

z ¶ Ipsum fieri.] liberū hominē possessum: & faciunt ad. l. istam instit. per. quas perso. no. acquiri. §. de his. & . s. de rei ven. l. prętereà. & . C. de rei ven. l. j. & . j. de verbo. obli liber homo, qui. in princi. & de nego. gest. l. at qui. §. si libero. & . j. eo. l. in fructuario. & . C. de iure deli. cū aliquis. & . s. de hæred. insti. l. liber homo. in princip.

Vlpianus lib. 29. ad Sabinum. LEX XX.

Traditio † nihil amplius transferre debet, vel potest ad eū, qui accipit, quàm est apud eū, qui tradit [a]. Si igitur quis dominium in fundo habuit: id tradendo trāsfert [b]. Si non habuit: ad eum qui accipit, nihil transfert [c]. ¶ Quoties autem dominium transfertur ad eum, qui accepit: tale transfertur, quale fuit apud eum, qui tradit [d]: si seruus fuit fundus, cum seruitutibus transit: si liber, vti fuit. Et si fortè seruitutes debeantur fundo, qui traditus est: cum iure seruitutum debitarum trāsfertur. Siquis igitur fundum liberum dixerit [e], cùm traderet eum, qui seruus sit [f]: nihil iuris seruituti fundi detrahit: verumtamen obligat se: debebitq; præstare quod dixit.

¶ Si duo rem aliquam emerint, & uni eorum, tanquam procuratori alterius tradita sit: ambobus acquiritur. h. d.

¶ Si ego, & Titius rem emerimus [g], eaque [h] Titio quasi meo procuratori tradita [i] sit: puto mihi quoque quęsitum dominiū. Quia

† Concor. tex. in c. nuper. extra de dona. inter virū & vxo. tex. in cano. Daibertū. j. q. vij.

TRaditio] CASVS. Si ex causa vendi. vel simili tradatur tibi res: id iuris in re habes, quod habebat tradens: & cū sua causa transiuit res: vt si priùs erat serua, & nūc erit: & si seruitutes ei rei debebantur, & nunc debebuntur. Sed si tradidit tibi fundum tanquam liberum, cùm esset seruus: nō liberatur per hoc fundus: tenebitur tamē tradēs. Vltimò dicit, Ego Titius, & Seius emimus rem: & Titio fuit tradita tāquam meo procura. pro mea parte. Dicitur, quòd in parte acquiritur mihi dominium, & etiam possessio per hunc Titium. Fran. Accur.

a ¶ Qui tradit.] Fallit. s. de vsufr. l. quod nrm. Itē in creditore, & alijs, quos no. inst. q. alie. li. §. j. Itē in debitore alienāte pignus: nā minori spatio se tuetur emptor quā posset vēditor se tueri: vt. C. de præscri. xxx. an. l. cū notissimi. in prī. & . C. si aduer. cre. l. diuturnū. Itē fallit secūdū hæc iura in eo, qui à malæ fidei possessore emit, qui vsucapit. quod nō faceret ipse tradēs: sed hodie secus. vt in aut. vt spō. lar. §. rursus.

b ¶ Transfert.] nisi iuris ratio resistat, vt in minore, & fundo dotali: vt institu. qui. alie. licet. in princi. & . §. nunc admonendi.

c ¶ Nihil transfert.] dominij, sed causam vsucapiendi, vel vtile dominium: vt. s. de contrahen. emp. l. clauibus. & facit. j. de reg. iur. nemo plus. & . C. de dona. l. si filius. Accur.

d ¶ Qui tradit.] fallit. j. pro emptore. l. ij. §. si à pupillo. & . §. si à furioso. & . §. seq. Sed cōcor. s. in prī. huius. l. & . s. de ser. rusti. prędio. l. via. §. pe. & . §. fi. & . s. de cōtrahē. emp. l. alienatio. & . C. de dist. pig. si debitor. & . C. de ser. & in prouinciali. Arg. cōtrà. C. loca. l. emptorem.

e ¶ Dixerit liberum.] secus si non dixit, secūdum quosdam: quod non placet: vt no. s. de contrahen. emp. l. cùm venderes.

f ¶ Seruus sit.] i. seruitutem debeat. Accursius.

g ¶ Si ego.] & Titius rem emerimus à domino. Accursius.

h ¶ Eaque.] scilicet res.

i ¶ Tradita sit.] ratione meæ partis.

placet per liberam perſonam omnium rerum poſſeſsionem quæri poſſe,& per hanc [a] dominium.

Pomponius lib.2. LEX XXI.

SI ſeruus meus, cum tibi bona fide ſeruiret,rem emiſſet,traditaque ei eſſet: Proculus ait, nec meam fieri [b], quia ſeruum non poſsidebam: nec tuam,ſi non ex re tua [c] ſit comparata:ſed ſi homo liber bona fide tibi ſeruiens emerit [d],ipſius fieri [e]. Si rem meā poſſideas,& eam velim tuam eſſe:fiet tua [f],quamuis poſſeſsio [g] apud me non fuerit.

Per ſeruum alienum ui poſſeſſum, uel clàm: uel precariò:non poteſt quæri poßidenti tanquā per poſſeſſum.Fran. Accurſius.

Vlpian' li.40.ad Sabinū. LEX XXII.

NEmo ſeruum vi poſsidens, aut clàm,aut præcariò, per hunc [h] ſtipulantem, vel rem aliquam accipiētē poteſt acquirere.

Idem lib.18.ad Sabi. LEX XXIII.

QVi bona fide alicui ſeruit: ſiue ſeruus alienus eſt, ſiue homo liber eſt: quicquid ex re ei⁹, cui ſeruit,acquirit:ei acquirit,cui bona fide ſeruit. Sed & ſi quid ex operis ſuis [i] acqrit,ſimili modo [k] ei acquirit. Nam & operæ quodámodò ex re eius,cui ſeruit,habentur:quia iure ei operas exhibere debet,cui bona fide ſeruit. Tādiu autem ei acquirit, quandiu bona fide ſeruit. Cæterùm ſi cœperit poſſeſſor ſcire eum alienum eſſe,vel liberum,videamus,an ei acquirat. Quæſtio in eo eſt, vtrùm initium in eo ſpectemus [l], an ſingula momenta. Et magis eſt, vt ſingula momenta ſpectemus. Et generaliter dicendum eſt,Quod ex re ſua,hoc eſt eius, cui bona fide quis ſeruit, ei [m] acquirere non poteſt [n]: ſibi [o] eum acquiſiturum: quod autem * ex re eius ſibi acquirere non poteſt [p]: ei acquiſiturū, cui bona fide ſeruit. ¶Si quis bona fide duobus ſeruiat, vtriq; acquiret: ſed ſingulis [q] ex re ſua [r]. Quod autē ex re alterius eſt,vtrū pro parte ei,cui bona fide ſeruit [s], pro parte dño, ſi ſeruus ſit: aut ſi liber ſit ſibi, vel ei, cui bona fide ſeruit [t]:an verò ēi debeat acquirere totū,ex cuius re eſt, videamus. Quā ſpeciē Scęuola quoq; tractat lib.ij. Queſtionū. Ait enim, Si alienus ſeru⁹ duob⁹ bona fide ſeruiat, & ex vnius eorū re acqrat:rationē facere, vt ei dūtaxat inſolidū [v] acquirat. Sed & ſi adijciat eius nomen,ex cuius re ſtipulat̄: nec dubitandū eſſe ait,quin ei ſoli acquiratur:quia & ſi ex re ipſius [x] ſtipuletur,alteri ex dn̄is ſtipulādo nominatim: ſolidū ei acquirit [y]. Et in inferiorib⁹ [z] ꝓbat [a],vt quāuis nec nominatim,nec iuſſu meo, ex re tamen mea [b] ſtipulat⁹ ſit,etiā cū pluribus bona fide ſeruiret:mihi ſoli [c] acquirat. Nam & illud receptum eſt,quoties cōmunis ſeruus omnibus acquirere non poteſt [d], ei ſoli eum acquirere, cui poteſt. Et hoc Iulianū quoque ſcribere ſæpe retuli: & hoc iure vtimur.

*Non ex re &c.

Paulus lib.19.ad Sabi. LEX XXIIII.

IN omnibus,quæ ad candē ſpeciem reuerti poſſunt,dicendū eſt,ſi materia manēte ſpecies dūtaxat fortè mutata ſit, veluti ſi ex ære meo [e] ſtatuam,aut ex argēto ſcyphum feciſſes,meum dominiū manere eorum.

Caliſtratus lib.2.inſtitu. LEX XXV.

NIſi voluntate dn̄i, alterius [f] nomine id factum ſit. Propter cōſenſum enim domini tota res eius fit,cui⁹ nomine facta eſt.

a ¶ Et per hāc.] ſ.poſſeſsionē,ſecūdū quoſdā.tu dic,ꝑ hāc liberam ꝑſonā:vt no.C.de acq.poſ.l.ꝑ ꝓcuratorē,& inſt.ꝑ quas ꝑſo.no. acq. §. ex his.&.j.de vſuc.l.ſi rem ſubcōditione.&.C.pro ſocio.l.ij.Ac.

SI ſeruus.] CASVS. Quatuor partes habet hæc.l. Prima,poſſidebas ſeruū meū bona fide: hic ſeruus emit rem ex re tua. Dicitur, ꝙ tibi acquirit̄ nō mihi,cùm eum nō poſsideā. Secūda pone,quòd emit rem nō ex re tua,nec ex opera ſua. Hoc caſu mihi quæritur. Tertia, liber homo bona fide à te poſſeſſus emit rē extra rem tuā,& operam ſuam. Dicitur, ꝙ ſibi quærit̄, Quarta, rem meam poſsidebas: volo qđ fiat tua: Poſſum ſola voluntate facere ꝙ fiat tua quamuis poſſeſsio rei apud me non fuerit. Fran. Accurſius.

b ¶ Nec meā fieri.] cùm emit ex re bonæ fidei poſſeſſoris, vel ex opera ſua.

c ¶ Si nō ex re tua.] vel ex opera ſua: & ſic duobus caſibus loquitur hæc lex. Et ſic nō eſt cōrrà.ſ.ſi cert. peta.cū fundus.§.j.& j.eo. homo liber.§.fi. &.j.de ſol.l. fugitiu'. &.ſ.de pecu.l.eo tempore.§.fi. & de lib.le. ſi cui.§.fi.&.ſ.de vſufruct.ſed & ſi quis.

d ¶ Emerit.] non ex re,vel ex opera.

e ¶ Ipſius fieri.] ratione proprietatis,nō poſſeſsionis:vt.j. eo. homo liber.§.fi. &.j. ti.j.l.j.§.ſed & per eū.

f ¶ Fiet tua.] Si erat præſens: ſi abſens,cū poſſeſsionem apprehenderis: vt.ſ. de rei vē.l. eius rei.&.l. ſeq.

g ¶ Poſſeſsio.] Ciuilis,& naturalis:vel naturalis tantùm.

h NEmo.] Per hūc. ſcilicet tanquā poſſeſſum: acqret tñ per eū tāquā per procuratorē:vt &.j.ti.j. ſi me in vacuam.§.fi.

QVi bona fide.] CASVS. Bona fide poſſeſſus ſiue ſit liber, ſiue ſeruus alienus quærit poſsidenti ex re eius, & opera ſua. Tandiu quærit ei,quādiu poſſidēs habeat bonā fidē:& ſuperueniēs mala fides,nocet. Quod autem ei nō poteſt acqrere:vt ſi ſtipulet̄ partū ancillę bonę fidei poſſeſſoris,tūc ſibijpſi quærit. Quod autē ſibijpſi acquirere nō poteſt, vt quod lucrat̄ ex opera ſua,tūc acquirit poſsidenti. Et ſecundū hoc habeas in fine,nō poteſt: aliàs ſine nō:& tūc aliter dic,vt hęc omnia habes in gl. ¶ Si quis.] Aliquis bona fide ſeruiebat duob⁹:acquiret cuiq; ex re eius. Sed pone ꝙ ſtipulat̄ aliquid ex re vnius eorū:an acquiret ei in totū?& dicitur ꝙ totū acquirit ei,ex cuius re ſtipulatur. Sed quid,ſi ex re vnius ex dominis ſtipuletur alteri domino? Dicit̄ ꝙ acqrit nominato ſecūdū quoſdā. Vel dic,ꝙ acquiret ei,ex cuius re ſtipulet̄. Primū caſū repetit,& adducit ſīſe de ſeruo cōi. Frā.

i ¶ Suis.] ſcilicet poſſeſsi. Accur.

k ¶ Simili modo.] facit.j.pro emptore,q fundū.§.fi.&.ſ.de cōdict. inde.l.fi.&.j.e.ꝗſitū.&.j.ti.j.l.j.§.ſed & per eū.&.l.cū hæres.§.fi.&.ſ.de dona.inter virū,& vxo.ſi vxor.&.j.de ſtipul.ſer.l.liber homo.

l ¶ Spectemus.] hoc in libero,in ſeruo ſec⁹:vt.ſ.de vſur.q ſcit.§.fi.

m ¶ Ei.] poſſeſſori.

n ¶ Non poteſt.] vt ſtipuletur partū ancillæ bonę fidei poſ.vt inſtit.de inuti.ſtipu.§.item nemo.vel emat rem bonæ fidei poſſeſ.vel ſtipuletur:nec enim poteſt ampliùs ſua fieri:vt.j.de ſtipu.ſer.l.liber homo.in principio.

o ¶ Sibi.] ſcilicet ſeruienti. Accur.

p ¶ Sibi.] acquirere non poteſt. Aliâs eſt poteſt,ſine non: & tunc plana,& dic,ſibi poſsidenti. Aliâs, non poteſt:& tūc dic,ſibi poſſeſ.& da exemplū de opera,ꝗ non quærit̄ poſſeſſo, ſed poſsidenti. Vel veri⁹.x.ex opera eſt lucratus:ex quibus.x.ſuam propriam rem emit poſſeſſus: & ſic ex re eius, ſcilicet poſsidentis, ſibi poſſeſſo. Hęc tamen regula ſecū[d]a fallit in poſſeſsiōe,quę nō quæritur poſſeſſo, nec tamen poſsidenti, ſi eſt extra rem vel operā: vt.j.eo.l.homo liber. §.qcquid & facit inſti. de ſtipu. ſer.§.fi. &.j. de ſtipu.ſer.l.j.§.communis.&.l.proinde.§.fin.&.l.ſeq. &.l.ſi ſeruus cōmunis.§.ſi ſeruus Titij.

q ¶ Sed ſingulis ex re.] poſſeſſoribus ſingulis ex re ſua, ſicut dn̄is in cōmune quæritur:ſed præcipit̄ fructuarijs ſicut poſſeſſoribus. Ir. primū probatur hîc, &.j.de ſtipula.ſeruo.l.ſi alien' ſeruus. Secundū, ſcilicet ꝙ dn̄is.j.de ſtipul.ſer.l.ſi ex re.§.j. Tertium.ſ.de vſufru.ſi ſeruo.§.pe.in fin.&.j.eo. per ſeruum.§.j.in fine.

r ¶ Ex re ſua.] ſed an in totū, hîc ſubijcit. Accurſius.

s ¶ Seruit.] Ex cui' re quæſiuit. Accur.

t ¶ Seruit.] ex cuius re nō quęſiuit. Accur.

v ¶ Inſolidū.] Imò partē dño,& partē ei, ex cuius re quærit: vt ſ.de vſufruc.l.ſi ſeruo.§.ſi duos. Solu. hîc indiuiduā rem fuit ſtipulat': ibi diuiduā. Vel ſolue vt ibi.

x ¶ Si ex re ipſius.] ſcilicet vnius domini.

y ¶ Ei acquirit.] ſ. dño,ex cui' re ſtipulatus eſt: nō ex ſtipulatione, ſed ex alia cā: vt.ſ.ſi cer. petat̄.l.certi cōdictio.§.qm̄. Vel dic noīato,& ita apta quaſi ſola nominatio faciat acqri: vt hîc. Ergo quod ex re mea quæritur, mihi nominato quærit̄:vt.ſ.proxi.

z ¶ Et in inferioribus.] duobus caſibus.

a ¶ Probat.] Scæuola.

b ¶ Mea.] qui ſum vnus de bonæ fidei poſ.

c ¶ Mihi ſoli.] hîc &.ſ. habuiſti. Et ideo hîc eſt cōtra.ſ.de vſufru. ſi ſeruo.§.ſi duos. Et ſolue vt.ſ.proxi.

d ¶ Non poteſt.] quod frequenter euenit:vt.j.de ſtipu.ſer.proinde.§.fi.&.l.ſeq.& facit ad hoc.C.per quas ꝑſo.nobis acqr.l.ſi duo. &.ſ.de autho.præ.ſi ſeru' cōis.&.ſ.ꝓxi.§.&.j.de ſtip.ſer.l.ſi alien'.

IN omnibus.] CASVS. Ex meo ære feciſti ſtatuā:vel ex meo argēto feciſti ſcyphū.dicit̄ ꝙ ſum dn̄s hui' ſtatuę,vel ſcyphi,niſi de mea volūtate feciſſes: & tuo nomine:nam tūc eſſes dominus,& non ego. Et hoc dicit hæc lex cum ſeq. Franciſcus.

e ¶ Ex ære meo.] in ſpecie conſiſtenti,vt campana,vel lance:& facit.ſ.eo.adeò.§.cùm quis.&.§.volūtas.&.l.lacus.§ fi.&.ſ.de legа.iij.l.quæſitum.§.illud. Accurſius.

f NIſi voluntate.] Alterius ſpecificantis. Accur.

Sed ſi ex

Paulus. LEX XXVI.

d Idẽ Bart. Dicit tamẽ Alexan. ꝙ hoc est verũ,si iudex delicti petit remissionem:& tũc posset fieri etiam post sententiam secundum Alexan.

e Idẽ Bart. & Alex. & hoc procedit etiam in reb[9] immobilibus secundũ scriben.

f Ista solu. cõmuniter tenetur secundũ Ange.& Alex.

g Ista solutio displicet Alexã.

h Ista est vera,& nota.secundũ Barto.P.& Alexan.

i Ista etiã est bona,& menti tenẽda secundũ Bart.

Ista vltima sol.etiā placet Pau.& Alex. Vel dic aliter secundū Bar. Pau.& Alex.quòd sententia diffinitiua non potest ferri sub conditione extrinseca,sed bene intrinseca.

a ¶ Quod.] scilicet dicentes,quod nec ea &c.& hoc si habes exequi.

b ¶ Ad iura.] id est nomina:vt.C.quā fi.vel pri.l.ij.&.j.e.§.sic quoq;.

c ¶ Isto modo]nullo excepto priuilegio & vt.§.quod cuiusq; vniuer.l.ciuitatis[a].& de fun.dota.l.j.&.C.de prędijs mino.l.j. [b]Quid autem de Ecclesiasticis?Respon.idem, secundum Azo.

d ¶ Non inueniāt.] vel non iustum pretiū offerentē inueniant. ar.§.de lega.iij.l. non dubium.§.finali.

e ¶ Addicantur.] id est,dentur in solutum.& no. quod quadruplex est via victori. Primò,vt quasi pignora teneat[c].Secundò,si magis velit addicantur sibi pro quantitate debita,non pro minori : vt hîc. Et hæc addictio est,quasi emptio[d]:vt.C. de euic.si prędium.Tertiò,quia potest licitari[e],& emere ab executore,vt quilibet alius : vt.C.si in causam iudi.pignus.l.ij. Quartò,quia si victus callide fecerit:quod nō inueniatur emptor dominiū à Principe impetratur:vt.C.si in causam iudi.l.fi.Et secundū hoc intellige. C.de excep.rei iudi.l. ordo.& facit.C. de iure do.impe.l.fina.§. si autem in tempore.

f ¶ Quæ debetur.] non pro minori,inuito cōdēnato,& executore:vt.j.§fi.hui⁹.§.

g ¶ Creditum.] i.propter creditū:& est appellatio generalis:vt §.si certum peta.l.j.

h ¶ Contentus.] quod pręsumit hęc lex,siue fit hoc actū , siue simplicer [f] accipiat , siue etiam victor dicat, cū victus,& iudex nō cōsentiant:& sic cùm lex præsumat super certo,non admittitur probatio in contrariū vt dicat , quod pro parte debiti accepit:vt no. C.de proba.l.siue possidetis.secus si iudex pro certa quātitate det, vt videmus cotidie fieri.Est ergo tutius victori, emere vt quilibet, quam sic in solutum accipere.

i ¶ Amplius.] alias deest,quā:& tunc[g]& est plana:alias nō deest:& tunc dic,nō amplius,quā quod sibi &c.id est,nihil vltra.Iam enim nihil vltra debitū est,cū præsumatur pro toto accepisse:& verbū amplius expone.i.de cætero:nō autē poterit pignora restituere,& debitum petere.Sed quidā dicūt,quod residuū,ad quod pignus non sufficit, potest petere:& nō plus,si fortè vellet pœnitere de eo, quod pignora accepit:quod præcedens,& sequēs litera non patitur:licet esset æquū & licet sic sit in pignore cōuentionali:vt.C.de iu.do. impe.l.fi.§.sed siquidem[h].Sunt & aliæ differentiæ inter conuentionale prætorium siue iudiciale pignus: vt no.§.de pig.actio.l.j.

k ¶ De cætero.] scilicet debito : adeò vt probatio in contrarium non admittatur.vt dixi.Et sic not.quòd lex præsumit remissionem residui,& transactionem factam,vt aliâs pactionē. vt .C.de pac.l.ij. secus si partem debiti accepisset:vt.C.de excep.l.si ex maiore . Sed alii dicunt,de cætero,id est deinceps , quia velit pœnitere:vt dixi.

l ¶ Petere.] arg.§.de procura.l.in causæ.in prin.

m ¶ Fiat.] ab aliquo iure dominij:idem si iure possessionis [i] ,quia dicat alius se possidere.sed hîc constabat debitorem possidere . Et dic hoc fieri [k] ante addictionem:si autem post,habet tunc locum inferior.§.si post. Accursius.

n ¶ Summatim.] No.similia de summaria cognitione:vt no. C.de iudi.l.iudices.

---

non est . Quòd[a] si nec ea,quæ soli sint,sufficiāt,vel nulla sint pignora soli : tunc peruenietur etiam ad iura[b] .Exequuntur itaque rem iudicatam Præsides isto modo[c] .

¶ Si pignus datur creditori in solutum simpliciter:præsumitur datum pro toto debito. Bart.

¶ Si pignora[+] , quæ capta sunt, emptorem non inueniant[d] :rescriptum est ab Imperatore nostro,& Diuo patre ei⁹,vt addicātur[e] ipsi, cui quis cōdemnatus est:addicantur vtique ea quantitate , quæ debetur[f] .Nam si creditor maluerit pignora in creditum[g] possidere: hisq; esse contentus[h] :rescriptum est,non posse eum,quòd amplius[i] sibi debetur,petere: quia velut pacto transegisse de cætero[k] videtur qui contentus fuit pignora possidere : nec posse eum in quantitatem certam pignora tenere,& superfluum petere[l] .

¶ Coram iudice exequente examinatur quæstio emergens super rebus pignori captis summatim quæ cognitio non facit præiudicium volenti ordinariè agere:& post pignus addictum creditori ad vsucapionem proficiet.Bart.

¶ Si super rebus,quæ pignoris iure captæ sunt controuersia fiat[m] : constitutum est ab Imperatore nostro ipsos, qui rem iudicatam exequuntur, cognoscere debere de proprietate: vt si cognouerint eius fuisse, qui condemnatus est, rem iudicatam exequantur . Sed sciendum est,summatim[n] eos cognoscere debere : nec sententiam eorum posse debitori pręiudicare[o] ,si forte hi dimittendam eam rem esse putauerint,quasi eius sit, qui controuersiam mouit , non eius , cuius nomine capta est: nec[p] eum,cui restituta est,statim habere per sententiam debere , si forte iure ordinario cœperit ab eo res peti. Sic eueniet , vt omnibus integris[q] tantùm vsucapioni res iudicata pficiat[r] ¶Sed & illud debet dici,vbi controuersia est de pignore, id dimitti debere,& capi aliud , si quod est sine controuersia[s] .

¶ Quando est aliquid,quod posset capi sine controuersia:illud, quod captum fuit in quo est cōtrouersia,dimittitur , & præcedens summaria cognitio cessat:& illud,quod est sine controuersia,capietur. Item si mouetur executio , sed pignus venditur:& priori creditori satisfacit, & residuum in causam iudicati conuertitur.

¶ Quòd si res sit pignorata[t] ,quæ pignori capta est,videndum est,an sic distrahi possit:vt dimisso creditore superfluū in causam iudicati conuertatur.Et quamuis non cogatur[v] creditor rem,quam pignori accepit,distrahere:tamen in iudicati executione seruatur , vt si emptorem inuenerit res,quæ capta est,qui dimisso priore creditore superfluum soluere paratus sit: admittenda sit huiusmodi quoq; rei distractio[x] :nec videtur deterior conditio creditoris fieri , suum consecuturi,nec prius ius pignoris dimissuri,quàm ei fuerit satisfactum.

¶ Post rem venditam,& in solutum datam cessat summaria cognitio iudicum exequentium Bartol.

¶ Si post addictum[y] pignus aliqua controuersia emptori moueatur:an sit cognitio eiusdem iudicis, qui sententiam executus fuerit, videndum est . Et cùm semel emptio perfecta sit eiusque, qui sic comparauit, periculum[z] verse tur:non puto locum esse cognitioni. Certè posteà quàm inductus est emptor in possessionem, cessa-

---

o ¶ Præiudicare.] si summatim feratur sententia,nō pręiudicat: vt & .§.de libe. agno. l. si quis à liberis.§. meminisse.secus si plenè:vt not.C. de ordi. cog.l.ij.

p ¶ Nec eum.] mouētem litem. Vel verius id est,victorem.& dic restituta,id est, tradita:vt.j. de verb.sig.l. verbum reddendi.

q ¶ Integris.] id est,oībus integrè venientibus , quæ sunt necessaria ad vsucapionem : & secūdum hoc pficiet vsucapioni, scilicet , faciendæ per creditorem:vt.§. de acqui.possess. Pompo.§.si iussu.secūdum quosdam.Quod potest dici [l] post addictionem: si autem tantùm pignori capiatur vt hîc erat,dices integris omnibus , id est tātam iure debitoris, quā creditoris : item & eius qui mouet cōtrouersiā super re capta in causā iudicati.Et quod subijcit,vsucapioni,scilicet interrū pendæ:fuit eni naturalis interruptio : vt. §.de vsuca.l.naturaliter.nam missus in possess.non potest vsucapere , cùm nō habeat possessionem[m] : vt.§. de acq.poss.l.iij.§.si. &.j.vti poss.l.si duo. §.creditores.

r ¶ Proficiat.] quia pro suo possidens vsu capit.

s ¶ Sine controuersia.] vt .C.quā fi. vel pri.l.ij.&.j.eod.§.sed vtrum.

t ¶ Pignorata.] cuidam alij ex conuentione.

v ¶ Non cogatur.] aliâs scilicet , vt &.§. de pig.actio.l.quāuis.

x ¶ Distractio.] & sic vel creditor conuentionalis pignoris vendet,vel venditioni consentiet : aliâs etiam eo inuito fiet.

y ¶ Si post addictum.] id est captū,& posteà venditū authoritate iudicis:& cōtinua,qu.§.dixit quā cōtreuersia mouet ante addictū pign⁹,vbi sūmatim cognoscit:nūc quā post [n] ,vbi siue de ppⁱetate siue de possessione fiat quod:nō se intromittūt exequētes,cuicūq; fit addicta.Si aūt de ptio:cōsulitur iudici vt omni alia qōne omissa, aut præsenti pecunia vēdat:aut si hoc nō fecerit,res ipsas vbicūq; inueniat,quasi nōdū vinculo pignoris liberatas accipiat . Sed quare magis de pretio? Rñ.quia [o] ibi nō est longa cognitio auferrenē:imò ideo quia nihil videtur fecisse executor,nisi pretiū soluatur:quo soluto totū videt fecisse:cū ei amodò auocari nō possit pretiū: vbi autē fibi res est addicta,semiplenè facit executor:nā demum extinguitur iudicati actio oīno,si res addicta facta est accipietis:vt.j.de sol.si quis aliam . Vnde ea cuncta non cessat eorū audiētia,secūdū quosdā,put habes nō cessabūt,& posteà idē &c.& sic ad proximū dictū referūt: vel secūdū aliū cessar[p] eorum officiū , quia licet non plenè,tamen prout voluit petitor finierūt.arg.§.eo.§.si pignora.sed.pretio non soluto nec plenè,nec semiplenè fecerunt.Azo.[q]

z ¶ Periculū.] quoad hoc.vt teneatur ptiū soluere.Itē quoad executorem

---

Marginal notes (left):

† Frā.Are. in.l.si stipu lat.i.ix.co. j.de verb. oblig repu tat istū tex. singu. ad hoc , quòd si creditor voluntate sua sponta nea accepit pign⁹ in solutum:licet plus ei debeat,quàm valeat pignus,nō tamen potest petere restitutionem: nec habet locū dispositio legis ij.de rescin. vēdi. C.quod habet verum,quando ipse creditor dicit seipsum esse cōtentū de pignore ,p toto debito:vt probat noster tex. ibi:qui cōtent⁹&c. Aliâs non habet locū doctrina Frā. Bolo. a Glos.ista in hoc bene dicit secundū Alexan.

b Hoc pcedit in actione personali,& reali,secundū Alexan.

c Idē Bart. Pau.& Alexan. hæc tamen via nō est secura, secundum Pau.& Alexan.

✠ d Et ideo habet locū euictio, secundū Alexan.

e Ista est melior via, secundum Pau.de Castro hîc.

+ Aliâs posse eum amplius quod sibi debet, &c. aliâs, quid amplius quàm quod sibi debet &c.

f Quo ca u valet si fiat à Principe,à iudice.vel. parte Pau. & Alexan. quāuis Barto in cōtrariū teneat in hoc vlti mo:& malè secundū prædictos scriben.

g Vtraque est bona,secundū Alexan.

Marginal notes (right):

h Ibi loquitur quādo dñium impetratur à Principe: hîc quādo pignus fuit in solutum datū,secundum Bart. & Alexan.

i Idē Bart. Pau.Ange. Alexan. & Imol.

k Idē Bart. & Alexan.

l Iste intellectus est planus, secundū Alexan.

m Idē Imo. & Alexan. cōtra Bart. qui cōtrarium tenet.

n Idē Bart. Pau.& Alexan.

o Iste intellectus bæc responsiones placet Alexā. & sunt de mente Bart.

p Ista cōmuniter tenet secundū Alexā.

q Ista non placet Bar. Pa.& Alex.

cutorẽ,vel victorẽ,qui de euic.non tenetur:ſed non quoad illũ,cui ꝑficit ſolu.vt.ſ.de eui.l.añ.§.j.&.l.ſi pignora &.C.de eui.ſi ob cãm.
a ❡Ceſſabunt.]Si habes,nõne ceſſabũt?Rñ.vtique ceſſabũt:& hoc ſi quæſtio ꝓprietatis,vel poſſeſsionis moueatur:ſecus ſi pretij non ſoluti,vt ſubijcit.Itẽ hoc ſiue tradita ſit iã poſſeſsio,vt hîc ſiue nõ, vt.ſ.ꝓxi.rñ. dũmodò cõtracta ſit venditio. nã & antè fieri poteſt controuerſia:vt.C.de 10 rei vendi.ſi fundũ.& C.de euict.ſi poſt. Vẽditione autẽ nõ facta ſummatim cognoſcetur:vt.ſ.§.ſi ſuper rebus. Itẽ alia litera eſt. Nõ ceſſabũt[a]:Et tunc dic,cũ mouetur quæſtio de pretio.Alij dicunt,priori[b] caſu non 20 ſuſcepiſſe periculũ: hîc ſic,& ſic nõ ceſſat. Alij[c],quòd ſuperiori caſu agitur aduerſus alium,ad quẽ poſſeſſio caſu deuenerat: hîc conueniebatur:& ſic hîc non ceſſat.

b ❡Idemque.]ꝙ in ꝓximo caſu,ſi habes nõ 30 ne: vel ad primũ,nõ ad ꝓximũ,ſi habes,nõ ceſſabũt ſed alij referunt à ꝓximũ etiam ſi ſit,non ceſſabunt.

c ❡Addicta.] alio emptore nõ inuento: vt.ſ.eo.§.ſi pignora.

d ❡Non ſoluat.]exe cutorib' qui vendũt: 40 vt.ſ.de eui.ſi pig.ac.

e ❡Videndum eſt.] hîc poteſt continuari: quid enim &c. vſque illud,meli' &c. & tũc aſſume,& non puto &c. & iunge cũ eo:melius &c.& ſecũdũ hoc,quid eñi & c

f ❡Eſt.] Examinatio 50 quæſtionis:vel lege rectè: & quod dicit nõ,puto vltra procedere debere.id eſt,vt mãdet ſentẽtiã execu tioni,ꝓ ꝑtio nõ ſoluto ĩ alias res ipſi' empto.

g ❡Cæterum.]id eſt, alioquin.

h ❡Longè.] in infi- 60 nitũ. Pone eñi iterũ ab aliquo ſuper rebus illius emptoris captis moueri quæſtionẽ.Itẽ quod ſubijcit,Quid enim &c.dic,ꝙ probat cauſam ſuæ reſponſionis:qđ longè,ſcilicet, res abiret.Nã aut dices qđ condemnabunt emptorẽ,& eius res capient,& diſtrahent:aut dices qđ habebũt pro condẽnato.Hoc ſecũdum dici ſemper non poteſt. Quod enim ſi negat ſe emiſſe,vel dicit ſe pretiũ ſoluiſſe,quod negatur ſolutum?Neceſſe ergo habes dicere 70 cõdẽnationẽ faciẽdam.Sed quocũque diceres,vel pro iudicato habendũ,vel cõdẽnationẽ fieri[d]:ꝓcederes in infinitum:quia qđ in vẽditione primi cõdemnati contingit,poſſet contingere in venditione bonorum ſecũdi,& tertij:& ſic per ſingulos:quod eſſet abſurdum.

i ❡Pro iudicato.] vt ſic non condemnetur:& ſic eſt arg. quòd confeſſus non condemnatur:quod dic,vt.j.tit.j.l.j.

k ❡Non ſe interponant.]ad exequendam ſententiam pro pretio.

l ❡Cùm nec habeat.] ſi eſt,habeat,in ſingulari:dic,habeat is.ſ.emptor cõtra eũ,cui &c.ſed aduerſus eũ,qui pretio pignoris liberatur vt.ſ.de euic.l.antepe.& ſic ſupple:ergo & iſte victor non debet ha 80 bere cõtra eũ empto. Vel dic,is ſcilicet,victor aduerſus eũ empto.

m ❡Cui.]id eſt,à quo:nam frequẽter datiuus pro ablatiuo ponitur. Si habes in plurali,habeant.ſ.exequentes contra victorem:q.d.ſicut non poſſunt iudices ſtare pro emptore contra victorem:ſic nec contra emptorem pro victore:& ſecundum hoc abundat,is:vel etiam legi poteſt cum ſeq.verſi.q.d.is,cui &c.non affici damno &c.

n ❡Afficiatur.]ſ.victor.

o ❡Interponant.] executores prædicti : quia emptor non ſoluit pretium,vt dictum eſt. Accurſius.

p ❡Addictam.]id eſt captam,& venditam.

q ❡Liberatam.]non videt ergo poſſe haberi fidem de pretio ab exequentibus:& ſi habeatur,nõ tranſeat dominium:ar.j. de iure fiſ. ſi procurator.in fi.Sed qualiter auferatur ei,ſi dicat ſe ſoluiſſe pretiũ?Rñ.[e] hoc fortè nõ dicebat:aliâs contrà.

a Iſta non placet Alexan.

b Hæc ſolu. cõmuni ter nõ tenetur ſecundũ. Alexã.

c Iſta etiã non tenetur,ſecũdũ Alexan.

d Iſta glo. eſt de mẽte Bar.Pau.& Alexan.

bunt[a] partes eorundem iudicum. Idemque[b] & ſi ipſi,cui quis iudicatus eſt,res fuerit addicta[c].

❡Si per iudicem exequentem res ſit uendita, pretio non ſoluto ceſſat officium iudicis in pretio exigendo:unde res debet uendi præſente pecunia,uel res uendita reuocari.Bart.

❡Sed ſi emptor,cui pignora ſunt addicta exequente iudice pretium non ſoluat[d]:vtrùm aduerſus emptorem porrigere manus debeant ijdem iudices,qui ſententiam exequuntur,videndum[e] eſt[f].Et non puto eos vltra procedere debere. Cæterũ[g] longè[h] res abibit.Quid enim dicemus? Condemnabunt emptorem,& ſic exequentur aduerſus eum ſententiam?an ſtatim pro iudicato[i] habebunt?& quid, ſi neget ſe emiſſe,aut exoluiſſe cõtendat? Melius igitur erit, ſi non ſe interponant[k]:& maximè cùm nec habeat[l] actionem aduerſus cum is,cui[m] iudicatum fieri deſideratur,nec iniuria afficiatur[n].Oportet enim res captas pignori,& diſtractas,preſenti pecunia diſtrahi:nõ ſic,vt poſt tempus pecunia ſoluatur.Certè ſi ſe interponãt[o]: hactenus debebunt interuenire,vt ipſam rem addictam[p] capiant,& diſtrahant,quaſi nondum vinculo pignoris liberatam[q].

❡Vbi aliæ res non ſunt,nomina capiuntur eorum,qui confitentur:quæ exigentur:uel uendentur ut iudici uidebitur.Bart.

❡Sic quoque[r] iudices exequentur iudicatum,vt nomina iure pignoris capiãt,ſi nihil aliud[s] ſit,qđ capi poſsit.Poſſe enim nomen iure pignoris capi, Imperator noſter reſcripſit.Sed vtrùm confeſsi nomen tantùm capi poſsit,an etiã ſi neget quis ſe debere:videamus. Et magis eſt,vt id dũtaxat[t] pignori capiatur,quod cõfitetur[v].Cæterùm ſi negetur, æquiſsimũ erit diſcedi à nomine:niſi fortè quis exemplum ſecutus[x] corporalium pignorũ,vltra proceſſerit,dixeritque ipſos debere iudices de nomine cognoſcere[y], vt cognoſcunt de proprietate[z].Sed contrà reſcriptum[a] eſt. ❡Item quid dicemus? vtrùm ipſi iudices conuenient[b] nomen,exigentque id, quod debetur & in cauſam iudicati conuertent?an verò vendent nomẽ vt pignora corporalia vendi ſolent?Et neceſſe eſt,vt quod eis facilius videatur ad rẽ exequẽdã,hoc faciãt.

❡Si creditor habet pecuniam debitoris,uel debitori deſtinatam:ipſa pecunia capitur,non debitoris nomen.Bartol.

❡Sed & ſi pecunia penes argentarios ſit:æquè capi ſolet. Hoc ampliùs,& ſi penes alium quem ſit,deſtinata tamen ei,qui cõdemnatus eſt:ſolet pignoris iure capi[c],& conuerti in cauſam iudicati. ❡Præterea pecuniam quoq; depoſitam nomine condemnati, vel in arca recluſam,ſolẽt capere vt iudicato ſatisfiat. Hoc ampli', & ſi pupillaris pecunia in arca repoſita ſit ad prædiorum comparationem,etiã citra permiſſum Prætoris,ab eo,qui exequitur iudicatum,ſolet[d] capi,& in cauſam iudicati conuerti.

❡Perſonæ hic enumeratæ conueniuntur,& exiguntur in quantum facere poſſunt,& ære alieno non deducto fallit in donatario.Bartol.

Idem libr.50.membr. LEX XVI.

SVnt qui in id,quod facere poſ

r ❡Sic quoque.] q.d.nõ ſolùm prædicto 10 modo exequũtur iudicatum,ſed etiã iſto.

s ❡Aliud]corporale. Vel ſit ſcilicet ĩ qſtione:vt.ſ.e.§.ſed illud.

t ❡Id duntaxat.]ſcilicet,nomen.

v ❡Confitetur.]paſſiuè ponitur.R.

x ❡Secutus.]in no- 20 mine,vt cognoſcatur de eo ſicut de corporali pignore.

y ❡Cognoſcere.] ſummatim:vt.ſ.eodẽ.§.ſed ſciendum.

z ❡De proprietate] ante addictionem.

a ❡Reſcriptum.] ergo non confeſsi tan 30 tùm capient.

b ❡Reſcriptũ eſt.] quærit, quare ſecus? Rñ. quia faciliùs in rebus corporalibus habetur ſummaria cognitio:cætera dic,vt no.[f] C.quando fiſcus, vel pri.l.ij.

c ❡Conuenient no 40 men.] Tunc ſcilicet, quando nomen non diffitetur.

d ❡Capi.] ſic dicendo, habeas illud nomen loco pignoris:& iſte poſteà habebit vtilem actionẽ[g], ſicut video in nomine pignori obligato ex cõ 50 uẽtione.vt.ſ.de pig. l.cùm conuenit.& facit.C.de Præto.pig.l. j.&.ij.&.C.de ijs,qui ad Eccle. confu.l.fin. §.ij.Accurſi.

e ❡Solet capi.] pupillo cõdemnato. Ac

SVnt qui in id.] SCASVS. De- 60 bes ſcire,quòd regulariter quilibet conuenitur inſolidum exceptis quibuſdã perſonis,quæ cõueniunt inquãtũ facere poſſunt deducto,ne egeãt:& nõ deducto ære alieno: vt ſocius.Itẽ patrona,& liberi eorũ,& parentes.Itẽ maritus,quãdo conuenitur de dote.Item miles,qui in militia exiſtens contraxit debitum:nam iſti inquãtum facere poſſunt,conueniuntur. Tandem dicit,Quidam eſt debitor multorum ex ſimili cauſa : nec eſt omnibus 70 ſoluendo. Dicitur,quòd occupantis cõditio erit melior:& ſi vnus egerit,non deducitur,quod debetur alijs,qui ſunt ſimilis conditionis.Sic eſt,& in act.de peculio.Et idem ſi filius,vel libertus agat contra patrem,vel patronum:nam non deducitur quod alijs filijs,vel libertis debeẽ. Eſt & alius,q cõuenit in quantũ facere poteſt: vt qui cõuenit ex cauſa donationis:& iſte deducit ꝙ omnbus debet.Itẽ ꝙ ſuprà dixi,quòd ſi vnus filiorum agat contra patrem,vel patronum, eſſe occupantis meliorem conditionem:intelligas tamen,quòd ille coueniatur deducto ne egeat. Item ſi vir conueniatur ab vxore ex cauſa dotis,ſiue ex alio contractu: habet vir hoc priuilegiũ vt con 80 ueniatur inquãtum facere poteſt.Idem econtra ſi vxor conueniatẽ à viro ex aliquo contractu.Item priuilegium quod datur viro,ſi cõueniatur ab vxore,idem priuilegium datur ſocero,& patri viri.Sed quid erit,ſi pater mulieris promiſit dotem genero pro filia : & fecit pactũ,quod genere lucraretur,ſi filia decedat in matrimonio:nunc gener agit contra ſocerũ ad hanc dotẽ:nunquid hic ſocer habet priuilegiũ,ne cõueniatur,niſi inquãtũ facere poteſt? Certè non: & hoc eſt verum ſi ſoluto matrimonio per mortẽ filiæ gener petat dotem:

e Idẽ & ſi diceret: dũ tamen conſtaret iudici emptorẽ non ſoluiſſe.Bar.Ange & Alex.

f Et bene, Bar & Pau.

g Scilicet hypothecariã cauſatã ex pignore capto per iudicẽ : vel vtilẽ actionem perſonalẽ.Ange. & Alexan.

sunt[a], conueniuntur: id est[b] non deducto ære alieno[c]. Et quidem sunt hi ferè[d], qui pro socio cōueniuntur: socius enim omnium bonorúm accipiendus[e] est. Item parens.

Idem lib.10.ad edict. **LEX XVII.**

PAtronus[f], patrona, liberíque eorum, & parentes[g]. Item maritus de dote[h] in id, quod facere potest conuenitur.

Idem lib.46.ad edict. **LEX XVIII.**

ITem miles[i], qui sub armata militia stipendia meruerit, condénatus, eatenus, quatenus facere potest, cogitur soluere.

Paulus lib.6.ad Plautiũ. **LEX XIX.**

INter eos, quibus eadem ex causa[k] debetur, occupantis[l] melior cōditio est: nec deducitur quod eiusdem cōditionis hominibus debetur: sicut fit in actione de peculio[m]: nam & hîc[n] occupantis melior causa est. ¶ Sed & si cum patre, patronóve agatur, non est deducendum æs alienum: maximè ꝙ eiusdem cōditionis[o] personis debetur, vt liberis, libertisque. ¶ Is quoque, qui ex causa donationis conuenitur[p], inquantum facere potest condemnatur[q], & quidem is solus[r] deducto ære alieno[s]. Et inter eos[t], quibus ex simili causa pecunia debẽt: occupãtis potior erit causa. Imò nec totum, quod

si autem adhuc constante matrimonio gener petat dotem à socero, tũc socer cōdẽnãdus est inquantũ facere potest. Item quod dictum est, Socerum genero cōdẽnari inquantum facere potest, fallit, si conuentus neget se socerũ, vel si cōueniatur ex causa doli. Item priuilegium, q̃d datur viro, datur etiã procuratori viri, vel defensori qui cōuenitur nomine viri, & coviuo: postmortem autẽ viri cōuenitur insolidum. Itẽ priuilegiũ, q̃d dixi prędictis personis dari, nõ trãsit ad eorũ fideiussores. Item priuilegiũ, quod datur viro, & alijs personis supra numeratis, non vadit ad hæredes eorũ, sed insolidũ tenentur. Et hoc dicit hæc lex cũ seq. vsque ad.l.si cōuenerit. Fran. Accur.

a ¶ Possunt.] deducto ne egeant: alias nullũ esset priuilegiũ: vt.j. de regu.iur.l. in condemnatione.

b ¶ Id est.] pro, scilicet, ponitur secũdum Io. sic.s. quando act. de pecu. est anna.l.j. §.quandiu. Azo.

c ¶ Aere alieno.] excipe.donatorẽ: vt.j. eo.l.inter eos.§.fi.

d ¶ Ferè.] ferè dicit: quia si negauit se socium esse, insolidum condemnatur: vt.j.e. sed hoc. quia & alij sunt, vt donator: vt. j.e.inter eos.in fi. Itẽ qui cessit bonis: vt.j. qui bo. ce. pos.l. is q bonis. Item filius exhæredatus, vel abstentus. Quod dic, vt not. s.quod cum eo.l.ij. & iij. Vel ferè dicit, quia hîc etiam enumerati non semper habent beneficium: puta, maritus, vel socius, si q̃d dolo facerent: vt.s.ꝑ socio.l.verùm.§. hoc quoq;.&.s.so.ma.l.etiã.§.licet.&.C.de rei vxo.act.§.cũ aũt. Vel tertiò secũdũ H. ferè, ꝑpter donatorẽ dicit, q̃ æs alienũ deducit: vt dixi.

e ¶ Accipiendus est.] contrà.s.pro so.verùm.in princi.vbi etiam specialis rei socium dicit habere beneficium hoc. Sol. hîc sub.maximè. Vel illa ad istam trahitur. Vel hîc interrogatiuè lege: & solue per illam: vel vt ibi. Prima placet.

f PAtronus.] nisi patronatus ius amiserit, quod multis modis fit: vt not.C.de bo.quæ libe.l.fi. Accursius.

g ¶ Parentes.] in infinitũ, cùm sit fauor in omnibus his, accipe: vt. s. de i. ius vo.l.quiq;.§.parẽtes.&.l.sed &.fi.§.liberos autẽ.& de lib. & Posthu.l.cùm quidam. Propriè tamen aliter: vt.s.de gradi.l.Iurisconsultus.§.parentes.

h ¶ De dote.] vt.s.sol.ma.l.maritum. cauet tamẽ de soluendo si peruenerit ad fortunã pinguiorẽ: vt.C.de rei vxo.act.§.cũ aũt. Sed cōtrà inst.de act.§.itẽ si de dote. Sed non est: quia inquantum facultas patitur, vt ibi, idem est, quòd inquãtum facere potest. Item cōtrà. s.de neg.gest.diuortio. Sol. vt.j.eo.l.non tantùm.

i ITem miles.] facit.s.eo.l.miles.in princi.& quod ibi not. Et no. quòd istæ tres leges respiciunt secundam partem rubricæ.

k INter eos.] Ex eadẽ causa in genere dicit.i.ex credito: sed eãdem causam dicit, quia omnibus inquantum facere potest, debet condemnari: & sic omniũ est eadem causa, vel conditio in condemnatione. Aliâs aliter dicitur eadem causa: vt.j.de excep.rei iudi. & an eandem. & aliâs aliter: vt.s.de inoffi.testa.l.circa.

l ¶ Occupantis.] occupare dicitur, qui primò ad sententiam peruenit. vt.s.de pecul.l.si vero. Aliâs qui primò litẽ cōtestatur: vt.s. de leg.j.l.si pluribus. Item hoc accipe inter nõ priuilegiatos, & priuilegiatos æquali priuilegio personali: vt.s.quod cũ eo.l.sed an.& de pecu.l.ex facto. quæ sunt cōtrà, nisi in duabus dotibus. vt.C qui po.in pigno.ha.l.fi.§.fi. Item non videtur melior conditio occupantis, cùm in executione vltimus veniat cum primo: vt.j.e. in iudicati. quæ est contrà. Solu. in hoc est melior: quia totius debiti fit certa cōdemnatio non habito respectu, quòd alij hic idem conuentus damnari potest posteà. at in vltima sententia debet haberi respectus ad primã: vt quod debetur ex prima, ex bonis deducatur: & si quid in bonis superfuerit, secundum eius æstimationem fiat condemnatio. Cùm autem vtraq; sententia executioni mandatur, non potest petere primus, vt primò sibi satisfiat, & posteà alij imò vterq; admittitur, pro rata tamẽ portione debiti cuiusque: scilicet, vt plus accipiat, cui plus debetur: vt ibi. Quod multum prodest vltimo, si fortè bona post vtrãq; sententiam sint minorata. Habetur ergo ratio nõ in executione, sed in sententiæ prolatione. Si autẽ solus secundus primò petat executionem, nõ habetur ratio primi qui non petit: imò secũdi occupantis melior erit causa, vt ibi. Accursius.

m ¶ In actione de peculio.] vbi nõ deducitur. Quod dic, vt.s.de pecu.l.si verò.

n ¶ Et hic.] in actione de peculio: vt.d.l.si verò.& in alijs etiam casibus ibi not.

o ¶ Eiusdem conditionis.] nec alijs, excepto donatore: vt.j. proxi. &.j.eo.l.& exhæredatũ. Accursius.

p ¶ Conuenitur.] ex stipulatione olim: hodie etiam ex nudo pacto datur ex.l.cōdictio: vt.C.de dona.l.si quis argentũ.§.penul.

q ¶ Condemnatur.] si ab eo, cui donauit, cōueniatur: secus si ab eo, cui sic delegatus est: vt.j.eodẽ.l. Nesennius. Azo.

r ¶ Is solus.] & hoc est cōtra.j.e.l.in iudicati. Sed solue vt modo dixi.

s ¶ Alieno.] in quo nõ computatur quod ex simili causa debetur: vt subijcit.

habet, extorquendum ei puto: sed ipsius ratio habenda est, ne egeat.

¶ *Potest esse iudicium inter uirum, & uxorem constante matrimonio ex alia causa, quàm ex causa dotis: quia illa non potest constante matrimonio peti. Paulus de Castro.*

Modestinus lib.2.differẽ. **LEX XX.**

NOn tantùm dotis nomine maritus in quantum facere possit condemnatur[v]: sed ex alijs quoq; cōtractibus ab vxore iudicio cōuentus, in quantum facere potest cōdemnandus est[x] ex Diui Pij cōstitutione. Quod & in persona mulieris æqua lance seruari, æquitatis suggerit ratio.

¶ *Socer uxoris pro dote conuentus hoc beneficium habet: sed socer uiri non, si conueniatur soluto matrimonio. secus si eo constante.h.d. cùm prim.l.seq. Bart.*

Paulus lib.6.ad Plaut. **LEX XXI.**

SIcut autẽ cũ marito agitur, ita & cũ socero[y], vt non vltra facultates damnetur. ¶ Sed an si cũ socero[z] ex promissione dotis agatur in id quod facere potest, condemnandus sit? Quod & id æquũ esse videtur: sed alio iure vtimur[a] vt & Neratius scribit.

Pomponius libro.21.ad Quintum. **LEX XXII.**

SEd hoc ita accipiendũ est, si à socero dos ex ꝑmissione petatur soluto matrimonio[b]. Verũ si matrimonio manẽte dos ab eo q ꝑmisit, petat̃, succurrendũ[c] vtiq;

t ¶ Inter eos.] scilicet donatarios: & facit.j.eo.l.cùm ex causa. &.l.exhæredatus.& de regu.ius.l.Diuus.&.l.quoties.&.l.in cōdemnatione.&.s.de do.l.qui ex donatione.&.s.solu. matri.l.maritus. Hîc quæro secundum Azo.an hæc exceptio, vt quis damnetur inquantũ facere possit, sit dilatoria, vel peremptoria? Videtur dilatoria: quia non semper obstat agenti: vt instit.de excep.§.perpetuæ. &.§.temporales. Item quia si soluatur, non est repetitio: vt.s.de conditio.indebi.l.in diem. &.l.quod nomine. &.l.nam & si maritus. Econtra perpetua: quia post litem contestatam opponitur: imò etiã quandoq; post sententiam: vt.j.eo.l.Nesennius.§.finali. quod nõ est in dilatorijs: nec etiam peremptorijs: vt.C.sen. rescin.nõ pos.l.peremptorias. Sed Ioan. dicit eam dilatoriam.

v NOn tantũ dotis nomine.] Condemnatur. etiam soluto matrimonio: & etiam eo constante in casibus permissis: vt.s.de iure dot.mutus.§.manente.

x ¶ Condemnandus est.] cōstãte matrimonio, nõ soluto: vt.s.de neg.gest.diuortio.in prin. etiamsi durãte matrimonio cōtraxit. Nec obstat.s.de cōsti.pecu.l.iij.vbi ex alio cōtractu etiam soluto matrimonio habet priuilegiũ: sed ibi ideo quia imitatur naturã primi contractus actio de constituta: vt.s.de dona.l.qui id quod.& facit.C.de dona.inter virũ.ꝙ vxo.l.& si de tua. Item hoc in contractu: secus in delicto: vt.j.eo.l.si rerum.& arg.j.eo.sed hoc ita §.j. Accur.

y SIcut.] Cũ socero. patre viri: vt.s.so.ma.l.rei iudi.§.fi.&.l.seq.

z ¶ Cum socero.] patre vxoris. Accursius.

a ¶ Vtimur.] nos ergo sequimur æquitatẽ, in qua lex deficit: vt &.s.solu.matri.l.si verò.§.de viro.&.C.de pact.conuen.super do.l. hac lege.&.de vsucap.dicitur. sed hoc soluto matrimonio: vt inferior lex distinguit: vt.s.solu.matri.l.ex diuerso.in prin.

b SEd hoc ita.] Soluto matrimonio. per mortẽ filiæ: aliâs nõ valeret pactum: vt.s.de pact.dot.l.ij.& debeat lucrari dotem ex pacto: vt.s.de iure dot.l.si de dote.

c ¶ Succurrendum.] Ratio distinctionis hæc est, quia constante matrimonio

Exceptio vt quis condemnetur inquantum facere potest, an sit dilatoria, vel peremptoria.

matrimonio durat affinitas:& in parentibus viri,quia affines sunt vxori:& in parentibus vxoris,quia affines sunt viro:cæterùm vxore mortua,& ita ab vna parte affinitatis vinculo soluto, sicut amoris vinculum,ita & priuilegij decrescit beneficium.

Affinitas an sit constante matrimonio inter parentes viri, & vxoris: & quid soluto matrimonio.

est,vt ne maioris summæ condemnetur, quàm quãtũ facere potest.

¶ *Qui mentitur in eo,quod est causa beneficij, perdit beneficium. Bart.*

¶ Quod autem de socijs dictũ est, vt & hi inquãtum facere possunt condemnẽtur: causa cognita se facturum Prætor edicit. Causæ autẽ cognitio in hoc erit, vt neganti se socium [a] esse, aut ex doli clausula obligato non succurratur.

¶ *Exceptionem iure personali competentem domino, opponit procurator & defensor. Bar.*

Paulus li.6.ad edict. LEX XXIII.

SI cum procuratore mariti de dote actum fuerit [b] : siquidem viuo marito condemnatio fieret, in quantum facere potest [c] condemnabitur. Nam & defensor [d] mariti in id, quod facere potest, damnatur: mortuo verò marito, insolidum [e].

¶ *Exceptio iure personali competit fideiussori. Bartol.*

Pōponi' li.4.epist. LEX XXIIII.

ET si fideiussor [f] accept' sit rei [g] vel actionis, nõ proderit ei [h], si persona pro qua fideiussit, in quantum facere potest, condemnãda est. ¶ Si maritus non fuerit soluendo: licet ipsi marito prosit,qđ facere non possit, (id enim mariti personæ præstatur [i]) hæredi [k] eius hoc non prodest.

Paulus lib.60.ad edict. LEX XXV.

SCiendum † est, hæredes earum personarum [l] non in id quod facere possunt, sed in integrum teneri.

¶ *Si partes concordant qualiter sententia feratur, iudex debet consequi eorum uoluntatem. Pau.de.Castro.*

a ¶ Socium.] facit.§.eo.sunt q.&.§.pro socio.l.verùm.§.hoc quoque.&.l.si vnus.§.fin. &.j.de fideius.si dubitetur.§.j.

b SI cum.] Fuerit. 10 i.fieri postuletur.

c ¶ Facere potest.] s.maritus:vt.§. sol.matri.l.aliã. Et est ratio: quia si nõ obtulit se, in dominũ fiet executio: vt.§.eo.si se. Siue obtulit, actione mãdati, vel nego.gest.recuperaret à dño. Est ergo 20 æquũ vbiq; ꝓcuratorẽ sic dãnari. Acc.

d ¶ Defensor.] sine mãdato: nec ẽm deterior &c.vt.§. de ꝓcu. sed & hæ.§.defendere.&.l. minor.§. qm̃. & facit.j.de excep.l. omnes exceptiones.

e ¶ Insolidum.] nisi 30 filius eiusdem matrimonij successit viro: vt.§.solu.matri.l.etiã.

f ET si fideiussor] hæc lex nõ loquitur in marito, sed generaliter.

g ¶ Rei.] i.speciei,& actionis: scilicet, pro quantitate competen 40 tis. Vel rei, scilicet dandæ, vel tradendæ: actionis.i.acti, siue facti. Vel ꝓ eodẽ pone, rei, & actionis: scilicet, pro re cõpetenti.

h ¶ Ei.] scilicet, creditori: imò fideiussori, Azo. qui insolidũ cõdemnetur, & insolidũ 50 agat mãdati: & hoc, quia personale beneficium est. Aliâs contrà, si rei cohęreat: vt. j.de reg.iur.l.in omnibus. &.j. de excep. l. omnes exceptiones. & inst. de replica.§.fi. &.C. de vsur. rei iudi. l.fi.§.fi. Item hoc, nisi 60 conueniatur vt defensor: vt.§.pro socio l.verum.§.j.

† Ista lex cum præcedẽ.ad hoc alleg. quòd dispositio personalis cum persona extinguitur: cõcor. text.in cano. Pontifices.xij.quęstio.iij.tex. in c.requisisti.de testa.& in c. si gratiosè. de rescript. in.vj.no.in ca. priuilegium.de re iudi in.vj.

i ¶ Præstatur.] sic.j.de reg.iur.l.in omnibus.

k ¶ Hæredi.] non suo: vt.§.solu.matri.l.etiam.

l SCiendum.] Personarum. omnium prædictarum, excepto viro relinquente communem filium: vt.§.l.proxi.dixi.& facit supra quod cum eo.sed si.§.soli.& pro socio.l.verùm.

SI conuenerit.] CASVS. Mutuaui tibi centum hoc pacto, vt non tenearis nisi inquantum facere possis: nunc conuenio te 70 ad ista.c. Iudex huius causæ seruabit hoc pactum non condemnando te, nisi inquantum facere possis. Fran. Accursius.

m ¶ Proferre.] contrà.§.de arbi.l.qualem. Sol. ibi in arbitrio, hîc in iudicio. Vel dic, hîc quid, id est, de quo. Pone quòd plura petere poteram: conuenit vt vnum tantum peterem. Vel hîc iam lite agitata, ibi à principio. Tu dic poni hic casum, quãdo cõuenit vt inquantum facere posset damnetur, qui debebat insolidum damnari: vt.§. de pac.l.si quis crediderit. Quid autem si econtrà? Tunc aut beneficium habet propter reuerentiam personæ: & tunc non potest contra pacisci: vt.§.soluto ma.alia.§.eleganter. Aut iure cõtractus [a]: & 80 tunc sic, vt hîc, &.C.de pact.si quis in conscribendo. Item pone vt. §.communi diui.l.iudicem. Item.C.de resti.l.fin.

a Istã glo. sequuntur Barto.P.& Alexan.

PRæses prouinciæ.] CASVS. Mutuaueras mihi centum sub vsuris: aliquo tempore elapso petis à me ducenta tam pro sorte, quã pro vsuris, & vsuris vsurarũ: iudex me ad hoc condẽnauit: appellationem interposui fortè post.x.dies, & sic mea appellatio pronunciatur iniusta. Dicitur, quòd sententia remanet firma. Franciscus.

Vlpian' lib.77.ad edict. LEX XXVI.

SI conuenerit inter litigatores quid pronuncietur: non abs re erit iudicem huiusmodi sententiam proferre [m].

¶ *Appellatio non ritè interposita non retardat executionem. Bart.*

Modestin' lib.1.Rñs. LEX XXVII.

PRæses prouinciæ in vsuras vsurarũ condemnauit contra leges [n], & sacras constitutiones [o]: ideoq; Lucius Titius contra prolatam sentẽtiam iniustam Præsidis appellauit [p]. Quæro, si nõ secundũ legem Lucius Titius prouocasset: an exigi possit pecunia secundũ condemnationẽ. Modestinus respõdi, si in sentẽtia certa [q] quãtitas continet, nihil proponi cur iudicati agi non possit.

¶ *Si ex duobus delegatis alter ferat sententiam uno modo, alter modo contrario, uel diuerso: utraque sententia pendet quousque per delegantem altera fuerit approbata. Paul.de Castro.*

Idem lib.12.Rñs. LEX XXVIII.

DVo iudices dati [r] diuersas [s] sententias dederunt. Modestinus respondi, vtranq; sententiam in pendẽti [t] esse, donec competens iudex [v] vnam earum confirmauerit.

Idem lib.7.Pandect. LEX XXIX.

TEmpus, quod datur iudicato, etiã hęredibus eius cæterisq;, qui in locũ eius succedũt, tribuitur [x]: videlicet quod ex tẽpore deest: quia causæ magis, quàm personæ beneficium pręstatur [y].

Pomponi' lib.6.var.lect. LEX XXX.

CVm ex causa donationis promissa [z] pecunia est: si dubium [a] sit, an ea res eousque

n ¶ Leges.] vt &.§.de condi.indebi.l.si non sortem.in principio. Accursius.

o ¶ Constitutiones.] vt &.C.de vsuris.l.finali. Et dic condemnauit, scilicet tacitè non expressè: aliâs non valeret ipso iure sententia: vt.C.quando prouoca.non est neces.l.ij.quæ est contra. Alij, ꝙ hîc erat quæstio facti: ibi iuris. Quod in idem recidit. Alij aliter dicunt, vt ibi notaui. 10 Accursius.

p ¶ Appellauit.] post decem dies: vel quia ad minorem iudicem appellauit: vt.j.de appel.l.j.§.si quis.

q ¶ Certa.] vt.C.de senten. quæ sine cer. quanti.l.hæc sentẽtia. & facit.j.quæ sen.sine 20 appel.l.j.§.j.&.j. de appel.si expressim. & j.eodẽ. cum prolatis. Accursius.

DVo iudices.] CASVS. Duo sunt iudices delegati in vna causa: quilibet dedit suam sententiam contrariam alte 30 ri. Dicitur, ꝙ vtraque est in pendenti, donec delegans cõfirmet quã vult. Fran. Accur.

r ¶ Duo iudices dati.] idest delegati [b]: vt non obstet.j.e.l.inter pares. quæ est contra: quia illa in ordinario dicit. Vel hoc intelli 40 ge [c] in interdicto Vti possidetis, cùm vterq; æquè probauit. Item in famil. erciscũ. iudicio, cùm nõ possit apparere quis actor, & quis reus sit. Nec obstat.§. de iudi.l.in tribus.&.l. seq. illud enim intelligitur, vt appareat quis 50 primò de calumnia debeat iurare, secundum Alexan.

b Idẽ Bart.

c Iste intellectus est singularis, & approbatus per Doctos.

s ¶ Diuersas.] ita ꝙ cõtrarias: sic.C.de fide instru.l.scripturæ.

t ¶ In pendẽti.] quia interim neutra adstringit: neutra absoluit: & tempus appellationis 60 à tempore confirmationis cedit.

v ¶ Iudex.] id est qui eos delegauit, secundum quosdam. Vel dic eum competentem, qui ad hoc delegabitur: vt.C.de appellatio.iubemus si qua.& facit.§.de libe.cau.l.duobus.& in authen.vt iudi.non expec.sa.iussi.§.si autẽ. &.§.de arbi.item si.§.finali.&.l.sicuti.&.l.diem.§.si plures. Ex pręditis distingue: aut sunt delegati plures, & tunc obtinet quod hîc dicitur, si sunt pares: aliâs plurium sententia obtinet: vt.§.de arbitr.l. sicuti. Si ordinarij impares: tũc quod est.j.eo.l.Pomponius.aliâs in- 70 cipit, si vni. Si pares, tũc quod in.l.inter pares.& facit.j.de verbo. obligatio.qui ex pluribus.

Sententiæ contrariẹ à diuersis latæ an sit standum.

TEmpus.] CASVS. Condemnatus habet spatium quatuor mensium ad soluendum condemnationem: interim decessit. Dicitur quòd id, quod remanet, ex hoc tempore vadit ad eius hæredem. Franciscus Accursius.

x ¶ Tribuitur.] Et etiam plus quandoq;: vt.C.si penden.appella. mors interuene.l.finali. Accursius.

y ¶ Præstatur.] sic.§.eo.l.& si fideiussor.§.finali.&.j.de regu.iuris.l.in omnibus.&.l.priuilegia. Accursius.

80 CVm ex causa.] CASVS. Ex causa donationis mille mihi promiseras: & est dubium, an hæc omnia soluendo, remaneat tibi vnde possis sustentari. Dicitur quòd conueniam te inquantum facere possis: & hoc maximẽ habet locum, si eras meus pater, qui hoc mihi promiseras. Franciscus.

z ¶ Promissa.] per stipulationem: hodie sufficit nudo pacto: vt.C. de donatio.l.si quis argentum.§.penul.

a ¶ Dubium.] aut certum est cum esse diuitem, & non inquiruntur

facultates:aut certum,quòd eſt pauper:aut dubium, & tunc inquiruntur:ſic.C.de condi.inde.l.fi.&.ſ.de condi.inde. ſufficit. &.ſ.de dolo.l.eleganter.§.non ſolum.

a ❡ Relinquatur.] vt &.j.de reg.iur.l.in condemnatione.&.l.Diuus Pius.Et dicunt quidam,inſolidum teneri donatorem, ſed condemnari inquãtũ facere poteſt. Alij dicũt, nec teneri niſi inquantum facere poteſt: & 10 facit.ſ.eod.l.inter.& j.eodem. Neſennius. §.fin.

b ❡ Parentes.] donantes liberis: vt.ſ.e.l.patronus.Accurſi.

Ebitoribus.] CASVS. Cũ debitor meus confitetur ſe mihi,cẽtum de-20 bere,iudex debet ei præcipere, vt ſoluat dando aliquam dilationem: & ſi modica ſit,nec poſsit ſoluere intra illam dilationẽ, tũc lex dat dila. nam habebit quatuor menſens integros. Et hæc ſunt vera, quando de-30 bitor cõfitens nõ poterit incontinenti ſoluere: ſi autẽ poterat, cum haberet pecuniã præ manibus, & nolebat ſoluere, & ſic eſt contumax: tũc pignoribus captis cogitur incõtinenti ad ſol. aut ſi non eſt contumax, 40 ſed nõ poteſt ſoluere:tunc dilatio dabitur à iudice: & ſi eſt minor quàm legalis, ſupplebitur à lege, vt habeat dilationẽ quatuor menſium,ſi iuſta de cauſa impeditus nõ ſoluat intra primã dilationem:& ſi intra 50 iſtam dilationem nõ ſoluat,tũc res eius pignori capientur: & ſi à tẽpore,quo pignora ſunt capta,ceſſet per duos menſes ad ſoluendum,vendentur pignora,& ſatisfiet creditori.Fran.Accurſius.

dóator is facultates exhaurire poſſit,vix vt quicquam ei in bonis relictum ſit:actio in id, quod facere poſsit,danda eſt,ita vt ipſi donatori aliquid ſufficiens relinquatur [a] .quod maximè inter parentes [b] ,& liberos obſeruandum eſt.

Condemnatis,& confeßis datur terminus ad ſoluendum: & ex cauſa prorogatur: quo elapſo pignora capiuntur,& poſt duos menſes diſtrahuntur.Bartol.

Calliſtrat' li.2 de cog. LEX XXXI

Ebitoribus [c] non tantùm petentibus [d] dies ad ſoluendum dandi ſunt [e] ,ſed & prorogandi [f] ſi res exigat. Si qui tamen per cõtumaciam [g] magis quàm quia non poſſunt explicare pecuniam,differant ſolutionem: pignoribus captis [h] compellendi ſunt ad ſatisfaciendum ex forma, quam Caſsio Proconſuli Diuus Pius in hęc verba reſcripſit [i] ,His,qui tibi [k] fatebuntur ſe debere,aut ex re [l] iudicata neceſſe habebunt reddere [m] ,tẽpus ad ſoluendum detur [n] quod ſufficere pro facultate [o] cuiuſque videbitur: eorumq́ue,qui intra diẽ, vel ab initio datum [p] ,vel ex cauſa poſteà prorogatum [q] ſibi,non reddiderint,pignora capiantur: eaq́;, ſi intra duos menſes [r] non ſoluerint,vendantur. Siquid ex pretijs ſuperſit:reddatur ei,cuius pignora vendita erunt.

c ❡ Debitoribus.] poteſt dici vt loquatur tota lex,quãdo non fuit lis conteſtata,nec proceſsit in figura iudicij:ſed tantùm fuit reus cõfeſſus. Vel poteſt dici,ꝙ vſq; ad verba reſcripti de diffinitiua dicat.

d ❡ Petentibus.] confitentibus[a],vel condemnatis.

a Iſtam gl. appro.Bar.

e ❡ Dandi ſunt.] in ſententia diffinitiua. Quod eſt vel quatuor 60 menſium,vel plus,vel minus ex cauſa:vel dic in præcepto,quod facit iudex in confeſſum citra formam iudicij.

f ❡ Prorogandi.] ſcilicet,ſi iudex minus quatuor mẽſibus dedit ſine cauſa,iam lex prorogat& ſupplet:vt.ſ.eo.l.quarta.§.ſi quis.Ac.

g ❡ Contumaciam.] quia habent pecuniam:ſed nolunt ſoluere. ſic.ſ.man.l. Lucius.in fin.

h ❡ Captis.] ſic inſti.de ſatiſd.tuto.& cura.§.penul.

i ❡ Reſcripſit.] reſcriptum loquitur poſt pręceptum factum in confeſſum citra formam iudicij.

k ❡ Tibi.] Proconſuli.Accurſius.

70 l ❡ Aut ex re] aut pro ſicut:nam quaſi condẽnatus eſt confeſſus: vt.j.titu.j.l.j. Vel dic,verè eſt condemnatus confitens ipſa confeſſione:& ſtatim tempora iudicati currunt:vt.j.ti.j.l.certum.§.ſi.

m ❡ Reddere.] ſcilicet ſtatim, ſi appareant contumaces,cum aliquo tempore tamen:vt.j.de ſolu. quod dicimus.Sed cur non diffinitiuè damnatur confitens,ſed tantùm ei præcipitur?Reſpon. [b] quia non in forma iudicij fuit facta confeſsio,nec fuit iuratum de calumnia,nec lis conteſt.aliâs contrà ſecundum nos:vt.j.eo.ti.l.Iulianus. Alij contrà,vt.ſ.ad.l.Aquil.proinde.in ſi.ſecundum Azo.

b Idẽ Bar. P.& Alex.

n ❡ Detur.] cùm non fuit contumax:vt.ſ.de iudi.l.ſi debitori.

80 o ❡ Pro facultate] ſi ſemp datur pro facultate,ad quid quadrimeſtre inducitur?Reſpon.prodeſt:quia vbi minùs,& ſine cauſa. ſuppletur à lege:ſed vbi tãtum,vel plus dat iudex,licet ſit equum plus dari,non ſupplet lex:vt.ſ.eo.l.iiij.§.ſi.quis condemnatus.Item ſi iudex nil dixit,de quadrimeſtri intelligitur.

p ❡ Datum] à lege:ſcilicet,quadrimeſtre tẽp':vel dic à iudice.Ac.

q ❡ Prorogatum.] quia iudex minus dederat: vt ſupra eodem ſi ſe.§.ſi quis.

r ❡ Duos menſes.] à die captionis. Vel dic,à die ſententiæ.Azo: & hoc dic,vt not.C.de bo.autho.iudi.poſs.l.cùm proponas.& facit.ſ.de compen.l.ſi cùm militi.§.cùm intra.

Sententia lata contra tenorem conſtitutionis:ſi non fuit error expreſſus,valet mero iure. Paulus de Caſtro.

Idem. LEX XXXII.

Vm [s] prolatis [t] † conſtitutionibus [v] cõtra eas pnunciat iudex [x] ,eo ꝙ non exiſtimat cauſam,de qua iudicat,per eas iuuari:nõ videtur cõtra cõſtitutiones ſententiã dediſſe:ideoq́; ab huiuſmodi ſententia appellandum eſt: alioquin [y] rei iudicatæ ſtabitur.

Sententia lata prætextu falſorum teſtium, per reſtitutionem in integrum reuocatur, & delictum punitur.Bart.

Idem lib.5.Cog. LEX XXXIII.

Iuus Hadrianus aditus per libellum [z] à Iulio [a] Tarentino,& indicante eo, falſis teſtimonijs [b] , conſpiratione aduerſariorum teſtibus pecunia corruptis, religionem iudicantis circunuentam eſſe:in integrum cauſam reſtituendam, in hæc verba reſcripſit [c] , Exemplum libelli dati mihi à Iulio Tarentino mitti [d] tibi iuſsi: vt ſi tibi probauerit conſpiratione aduerſariorum teſtibus pecunia corruptis [e] oppreſſum ſe eſſe, & rem ſeuerè [f] vindices †,& ſi quid à iudice tàm malo exemplo circũſcripto iudicatum eſt,in integrũ reſtituas [g] .

Vm prolatis.] CASVS. Cùm haberem cauſam corã iudice,allegaui legem ſcriptam in corpore iuris, vel aliquam ſententiam Principis in ſimili quæſtione, quæ decidit quæſtionem pro me.Iudex cre-10 dens ꝙ hæc lex nihil faceret ad quæſtionẽ, iudicauit cõtra me. Dicitur,ꝙ hæc ſententia tenet, niſi retractetur remedio appellationis.Franciſcus.

† Concor. tex.in.c.cũ iter.e.ti.extra. & iſta l.ſecundum Io.de Imo. & Alexan. hîc eſt ſingu.ad hoc, quòd ſententia lata cõtra tenorem alicui' legis dubię quæ habet plures,& varios intellectus,& ſic, quæ eſt ſuper ambiguo iure lata:illa talis ſentẽtia valet,& nõ eſt oĩno nulla.Bolo.

s ❡ Cum.] ab alijs iudicibus non diffinitiuas, ſed interlocuto-20 rias à Principe. Accurſius.

t ❡ Prolatis.] id eſt oſtenſis,& allegatis ab eo,pro quo faciebant. Et dic, cognitionibus, ideſt ſentẽtijs aliorũ iudicũ in ſimilibus negotijs:& ſecundũ hoc bene exiſtimauit:vt &.C. 30 de ſen.l.nemo. Idem tamen ſi contra exiſtimaſſet. Vel dic,cognitionibus,id eſt ſententijs domini Imperatoris,quæ ſunt lex:vt.C. de legi.& conſti.l.ſi.Et idem, ſi quęlibet alia lex fuit allegata,& à iudice non audita: quia 40 non credidit facere ad rem: & idẽ,etiamſi credidiſſet,cùm nõ expreſsè,ſed tacitè iudicet contra eam: vt.C. quando prouo.non eſt neceſ.l.ij. &.ſ.eodẽ.l. Præſes. &.j. quæ ſen. ſine appel.l.j.§.j. Quidam dicunt, & tertiò 50 vbi expreſsè cõtra legem pronunciat:vt minorem.xiiij.anno.poſſe teſtari:nam valet ſententia ſecundum eos,ſi putauit aliã eſſe,quæ diceret contra,& illam non valere,quæ dicit eum non poſſe teſtari. Vel quia correcta:vel quia non ſic intelligatur[c]:quod non placet.

† No.tex. iſtũ contra ipſos teſtes corruptos, & falſos: quia tales acriter, & ſeuerè ſunt puniẽdi. Et nõ omitto in propoſito de teſte, ꝙ ſi quis in cauſa capitali falſum teſtimoniũ tulerit contra innocẽtẽ:talis puniendus eſt vt homicida,& ſimilitudine ſupplicij. text. eſt egregi'. & mirabilis in.l.j.j. ad legem Cornel. de ſica. quem text. dicit egregium Cor.in ſuis Sin.in verbo, Teſtis. clxij. vbi etiã refert eũ ſin poſt Baldum & Barba.

v ❡ Conſtitutionibus.] aliâs cognitionibus.

x ❡ Iudex.] ſupple.& hoc facit eo &c.

y ❡ Alioquin.] id eſt ſi non appelletur.

Iuus.] CASVS. Aliquis ſuccubuit in cauſa eo,quòd 60 aduerſarius probauit quod voluit per teſtes pecunia corruptos.Dicitur quòd licet nõ appellet,tamen ſi hoc probat,retractabitur ſententia:& etiam teſtes illi puniuntur:& de hoc extat reſcriptum,de quo habetur mentio in litera.Franciſcus.Accurſius.

z ❡ Per libellum.] ſcilicet ſupplicatorium.

a ❡ A Iulio.] ſcilicet condemnato.

b ❡ Ex falſis teſtimoniis.] id eſt dictis teſtium.

c ❡ Reſcripſit.] cuidam Præſidi.

d ❡ Mitti.] tibi Præſidi prouinciæ.

e ❡ Corruptis.] Idem ſi precibus,vel etiam ſine aliqua corruptela dixerunt falſum.Nam idem in teſtibus,quod in inſtrumẽtis de-70 bet eſſe:vt.C.de fide inſtrumen.l.in exercendis.& teſtes inſtrumenta dicuntur: vt.ſ.de fide inſtrumen.l.j.Item quia titu.C.ſi ex fal. inſtru.eſt generalis in teſtibus & in inſtrumentis.Itẽ pro hoc.C.ſi ex fal.alleg.excuſatus ſit.l.j.Sed Placent.[d] contra.nam propter inſtrumenta dicitur omnino retractari:ſed propter teſtes demũ,ſi ſint pecunia corrupti,vel etiam precibus.Nam duo exigebant,ſcilicet eos falſos,& producentis dolum:quod eſſe non poteſt,niſi pretium, vel preces adſint:vt arg.ſ.de iudi.l.ſi Prætor.

c Iſte intellectus eſt ſin. & approbat per Imol.& Alexan.

d Iſta opi. reprobatur per Docto.

f ❡ Seuerè.] id eſt crudeliter.

80 g ❡ Reſtituas.] actione in factum propoſita[e],quæ & contra teſtes,vel doloſè producentem datur:vt.j.ad.l.Cornel.de fal.l.qui nominc.& hoc perpetuò,vel implorato officio iudicis.Et ſic intra quadriennium ex clauſula generali.ſ.ex quibus cau. maio.l.j.in fine. Sed in caſu fauore minoris,ipſo iure[e]:vt.C.ſi ex fal.alleg.l.j.&.ij.& iij.Item contra videtur.j.de exceptio.l.qui agnitis.Sed illa in inſtrumentis dicit:hæc in teſtibus:licet quidam dicant hîc quando pecunia corrupti:ibi non. Vel dic,vt ibi [f].& facit.C.ſi ex fal.inſtru.per totum.

e Iſta reſpõſio nõ congruit literæ:& eam reprobant Imo.& Alexander.

f Idẽ Bart. & Alexan.

g Idẽ Imo. & Alexan.

totū. Itē qd, si ex falso iuramēto est lata? Dic vt. C. de trāsac. l. si ex fal.

SI victum.] CASVS. Alicui capto in turri conuicto propter aliquod delictum, & condemnato, antè quam pœna ei inferretur, portabatur comestio, vel aliquid super quo iaceret: aliquis prohibuit hoc portari. Dicitur, quòd prohibens vtili act. in factum, vel iniuriarum, arbitrio iudicis est puniendus. Fran.

a Si victum.] vnde 10 viuat.

b Vel stratum.] hoc expone, vt. j. de verb. sign. l. verbo victus. & l. instratum.

c Iudicato.] i. condemnato. Sed ad quid differebatur pœna vt. C. de pœnis. l. cum reis. Respon. vt in e. 20 tit. si vindicari. & j. de pœnis. l. prægnantis. Vel dic iudicato. s. spe: ar. §. de iureiur. admonendi.

d Vtilis.] scilicet in factum: vt. §. de præscrip. ver. l. quoties. & arg. §. ad. l. Aquil. liber homo in princip. 30 & l. quēadmodùm. §. Magistratus. Sed in quam pœnā? Respō[a]. vt iudici videbitur: vt. j. de custo. reo. l. si quis reum. & instit. de obli. ex quasi male fi. §. j. & §. si quadru. pau pe. fecis. dica. l. ex hac Item cui dabitur? Re- 40 spon. condemnato, si non est factus seru' pœnæ per sentētiam, vt quia deportatus, vel relegatus: vt insti. quib. mo. ius pa. po. sol. §. cùm autem. Et de capi. dimi. §. minor. Secus si seruus pœnæ: vt quia in metallum est dānatus: vt inst. quib. mo. ius pa. po. sol. §. pœnę quia tunc nō: vt instit. de iniu. §. seruus. nec fisco vt domnio: vt. §. de ijs, quæ pro non scrip. ha. l. si in metallum. licet [b] quidam sibi, & ser- 50 uo facto dicant dari: vt ar. j. de iniu. l. item apud. §. si quis sic fecit. potest etiam criminaliter à quolibet accusari, vt capitalis pœna imponatur: vt. C. de custo. re. l. j. §. fin.

Licinius Ruffinus. libr. 13. Regul.

LEX XXXIIII.

SI victum[a], vel stratum[b] inferri in carcerem quis iudicato[c] non patiatur, vtilis[d] in eum pœnalis actio danda est: vel, vt quidam putant iniuriarum cum eo agi poterit.

In causis publicis ex causa retractatur sententia propter instrumenta de nouo reperta. Bart.

Papyrius Iustus. LEX XXXV.

IMperatores Antoninus, & Seuerus rescripserunt, quáquam sub obtentu nouorum[e] instrumētorum restitui[f] negotia[g] minimè oporteat: tamen in negotio publico[h] ex causa[i] permittere se huiusmodi instrumentis vti.

Ista. l. cum. l. tunc autem. & cum. l. inter pares. & l. duo ex tribus. tractant de una, eademq; materia, Quando sunt plures iudices ordinarij, uel delegati in una causa, & aliqui pronunciant, & aliqui non utrùm ualeat pronunciato: uel si omnes pronunciant, & discordant, quæ sententia præualet. Pau. de Castro.

Paul' li. 7. ad edict. LEX XXXVI.

POmponius † libr. xxxviij. Ad edictum scribit, Si vni ex pluribus iudicibus de liberali causa cognoscenti, de re non liqueat, cæteri autem consentiant: si is iurauerit sibi non liquere: eo quiescente, cæteros qui consentiunt, sententiā pro ferre[k]: quia & si dissentirēt[l], sentētia pluriū obtineret.

Marcellus LEX XXXVII.

TVnc autem vniuersi iudices intelliguntur iudicare, cùm omnes adsunt[m].

Paulus ad edic. LEX XXXVIII.

INter pares[n] numero iudices, si diuersæ sententiæ proferātur: in liberalibus quidem causis secundum qd à diuo Pio cōstitutum est, pro libertate constitutū obtinet[o]: in alijs autē causis p reo qd. & in publicis iudicijs obtinere oportet[p]. Si in diuersis summis cōdēnent iudices[q]: minimā[r] summam spectandam esse Iulianus scribit.

Non ualet sententia plurium altero absente, licet ualeat eo præsente, & nō cōtradicēte. Bar.

Celsus. LEX XXXIX.

DVo ex tribus iudicibus[s] vno absente[t] iudicare non possunt: quippe omnes iudices iudicare iussi[v] sunt. Sed si vnus adsit, & contrà sentiat: stabitur duorum sententiæ †. Quid enim[x] minúsve

IMperatores.] CASVS. Sententia solenniter lata, á qua nō est appellatum, non potest retractari ob hoc, quòd vna partium dicat se inuenisse instrumenta, quæ si à princi. habuisset, obtinuisset. Hoc autem fallit in Republica in casu: quod dic vt in glo. Fran.

e Nouorum.] i. nouiter repertorum: vt arg. C. de transact. l. sub. prætextu. Sed contrà. §. de iureiur. l. admonendi.

f Restitui.] rescindi. Accursius.

60 g Negotia.] i. sententias. Accur.

h Negotio publico.] idem in pupillari. & Ecclesiæ: vt no. C. eo. sub specie. Accursius.

i Ex causa.] si non sit defensor Reipu. soluendo, contra quem habet act. Respu. arg. C. de iudi. l. properandum. in fi. Sed contrà videtur. C. si tu. vel cura. l. etiam & C. de sacrosan. Eccle. l. iubemus. §. pręsidia. & §. œconomus. Vel dic[c], an sit lapsum triennium: & tunc, an præuaricatio affuerit: vt. C. de sen. aduer. fiscum. l. j. lib. x. & hoc petita restitutione offi. iudi. ex clausula generali: vt. §. ex quibus cau. maio. l. j. in fi. & ita intra quadriennium tantùm, secundum Io. vt. C. 70 de tem. in integ. resti. l. superuacuam. Alij[d] actione in factum, & sic perpetuò ob dolum delinquentis. & facit. §. man. l. si hominem. & j. de excep. rei iudi l. cùm de hoc. in fi.

POmponius.] CASVS. Plures iudices cognoscebāt de quadam causa liberali: omnes excepto vno volebant iudicare, Possunt, dum tamen ille vnus iuret ideo nolle iudicare, quia de causa sibi non liqueat: nam tunc cæteri iudicant: cū & si omnes vellent iudicare, & discordarent, sententia plurium teneret. Vltimò dicit. Tunc omnes dicuntur iudicare, cùm omnes adsunt: & statur sententiæ omnium, vel maioris partis. Et hoc dicit hæc lex, & seq. Fran. Ac.

80 k Proferre.] non ergo omnes iudicant: & sic est contrà, in aut. vt iudi. non expe. sa. ius. §. ij. & j. co. l. duo. & §. de arbi. l. sicuti. & C. quando prouo. non est necess. l. cùm Magistratus. Solu. ibi liquebat[e] hinc nō, & hoc hîc iurauit: vt & §. de arbi. l. si de meis. §. proinde. & arg. j. de fur. l. in actione. & §. deposi. l. j. §. si quis argentum. Sed qualiter potest nō liquere, cùm autem probat actor, & obtinet: aut nō, & succumbuit? Respon. vt. dict. l. si de meis. Item hoc, quādo cœpit audire causam, & iam ad sententiam est ventum. ab initio autem cognitionem accipere cogitur, & procedere per superiorem: vt in aut. vt iudi. non expec. §. j. & infra de mune. & ho. l. munerum. §. iudicandi. quæ sunt contrà. Item cùm hic de ordinarijs dicat (quod patet, quia de causa liberali dicit) quare non potest vnus totum expedire etiam alio non vocato: sicut in voluntaria iurisdictione fit: vt. §. de offi. Con. l. j. quod hîc, & j. l. proxi. negat? Respō. hîc habet 10 locum, quando simul cœperūt[f] audire aliâs quilibet solus posset audire incipere, & finire, cùm in solidum iurisdictio videat cōcessa: vt. §. de lib. cau. si pariter. & dict. l. de of. Consu. & argu. C. de aut. præ. l. fi. Idem 20 in delegatis ad vniuersitatem causarum: secus in pluribus delegatis ad vnam, vel ad certas causas, qui nec etiam ab initio separatim incipiunt: vt. j. eo. l. duo. Vel dic, quod in delegatis hîc loquitur, qui de liberali cā 30 cognoscunt, cùm cōtingit abesse præsidē: vt. §. de off. ei', cui mā. est iuri. l. j. §. j. Item nunquid interlocutoria sententia sine alio dabitur ab vno, vt precipiat partes adesse? Quod puto: arg. C. de aut. præ. l. vlti.

40 l Dissentirent.] illi ab isto: pluriū & c. vt. §. de arbi. l. item si vnus. §. fin. Sed an respectu numeri tantū dicitur maior pars? Quod videtur[g]. Alij, vt Azo[h], qd etiam ratione dignitatis: vt ar. §. de pactis. l. maiorem. & discretionis: vt. j. de re mili. l. qui commeatus. in fi. & in aut. de defen. cui. §. nos igitur. Nam si propter meam discretionem alius apparet maior, vt ibi dicitur: multò magis ergo.

50 m TVnc autem.] Adsunt. & etiam sententiam ferunt, vel vni iudicanti consentiūt: vel etiam iudicato. i. sentētię. Si verò dissentiunt: tunc omnes. Si autem est aliquis cui non liquet, ille se excuset iurando: vt. §. l. proxi. Accursi.

INter pares.] CASVS. Duo iudices de causa cognoscentes diuersas sententias dederunt: quæritur, cuius sententiæ stetur. Et distinguitur: nam si est liberalis, statur ei sententiæ, quæ pro libertate est data. Si autem est alia causa, statur sententiæ latæ pro reo. Et hoc etiam in criminalibus causis locum habet. Si autem est causa pecuniaria, & diuersas sententias dederint, vnam in maiori, aliam in 60 minori: statur illi, quæ in minori summa est lata. Fran.

n Inter pares.] aliud si inter impares: vt. §. eodem. l. Pompo. contrà. Item hoc ius habet locum in ordinarijs: secus in delegantis: vt. §. eodem. l. duo. Accursi.

o Obtinet.] vt supra. de manu. l. lege & argu. §. de fidei commis. li. l. in libertatibus. & §. de reb. dub. l. si fuerit. in fi. Et idem in querela inoffi. testa. vt. §. de inoffi. test. l. si pars.

p Oportet.] scilicet, pro reo: & est sic. j. de act. & obli. l. Arrian'.

q Iudices.] etiam delegati. Nec ob. §. eod. l. duo. quia hîc consenserunt in minorem summam: vt supra de arbi. l. diem. §. si plures. Et 70 dic vt ibi.

r Minimam.] sic in stipu. vt. j. de verbo. obliga. l. inter stipu. §. ij. & l. si ita stipulatus fuero decem. & fa. j. de re. iur. l. in obscuris. & de le. iij. l. fideicom. §. si quis.

DVo.] CASVS. Tres erant iudices delegati: duo absente tertio iudicare non possunt, cùm omnes iussi sint iudicare: sed si omnes sunt præsentes, statur sententiæ duorum. Franciscus. Accursius.

s Duo ex tribus iudicibus.] delegatis. Idem in ordinarijs, si cœperint cognoscere: vt dixi. §. eo. l. Pomponius.

80 t Absente.] vel mortuo: vt. C. de pedaneis iudi. l. placuit. & facit supra de arbi. l. sicuti. & l. item si. §. fi. & infra de reg. iur. l. factum.

v Iussi sunt.] nisi aliquis iuret sibi non liquere: vt supra eodem. Pomponius.

x Quid enim minus.] i. quid deficit, quin hoc dicamus.

COmmodis.] CASVS. Quidam athleta pugnauerat ad populi delectationem, & obtinuerat: vnde debebat, siue sperabat habere præmium à Republica. Iste athleta condēnatus est mihi

a Idē Bart.

Aliâs incipit. l. ibi, si vni.

b Idē intellectus est sing. secundum Imol. & Alexan.

c Idē Ange. Imol. & Alexan.

d Idē Pau. & Alexan.

e Idē Bart. & Paul.

f Idē Bart. Paul. & Alexander.

† Concor. tex. in c. fi. extra de re iudi. in ca. quia propter. eo. tit. in ca. j. de his, quæ fiunt à ma. io. par. ca. extra.

g Verū est quando iurisdictio cō petit pluribus.

h Verū est quando iurisdictio cō petit vt vniuersis, secū dum Bart.

in centum,nec bona sua ad hoc sufficiũt.Dicitur,quòd Reipublicę interdicendum est,ne hoc præmium soluat athletę:& hæc pecunia debita tanquam pignus tenebitur.Fran.

a ¶Coronas.] i.victorias: qui enim pugnabant ad delectationem populi,præmium à repub.consequebantur:vt.C.de athletis.l.j.

rum est omnes iudicasse?

¶Commoda præmiorum possunt capi in causam iudicati in subsidium tantum.Bart.

Papinianus. LEX XL.

COmmodis præmiorum,quę propter coronas [a] sacras prę stantur,condemnato placuit inter dici [b],& eam pecuniam iure pignoris in causam iudicati capi.

¶Exceptio merè personalis nõ obstat ei,cui facta est delegatio ex causa lucratiua,uel onerosa: licet obstaret deleganti.Bartol.

Paulus li.quæstio. LEX XLI.

NEsennius Appollinaris [c], Si te donaturum [d] mihi,delega uero creditori meo: an insolidum conueniendus sis?Et si es [e] insolidũ conueniendus,an diuersum putes, si nõ creditori meo, sed ei, cui donare volebã,te delegauero? Et qd de eo [f],cui pro muliere,cui [g] donare volebat,marito eius dotem pro miserit?Respondi. Nulla [h] creditor exceptione summouetur:licet is [i] qui delegatus est,poterit exceptione vti aduersus eum [k] cuius nomine promisit,Cui similis [l] est maritus: maximè si constante [m] matrimonio petat:Et sicut hæres donatoris insolidum condemnatur [n],& ipse fideiussor [o] quem in donando adhibuit: ita & ei cui nõ donauit,insolidum [p] cõdemnatur.

¶Donator conuentus rei uendicatione non habet beneficium,ne conueniatur,nisi inquantum facere potest pro re,uel fructibus.Bartol.

¶Fundum quis donauit [q]. Si non restituat [r],vt quiuis possessor [s] damnandus est. Si autem fundũ restituit:fructuum [t] nomine,si nõ eos cõsumpserit [v],insolidũ cõdemnãdus est:potuit enim nõ periclitari, si statim restituisset. Si dolo malo desijt possidere [x],in litẽ iurabitur, & tanti sequetur condemnatio [y].

¶Exceptio,quæ non impugnat sententiam,potest opponi in executione eius.Pau.de Castro.

¶Insolidum condemnatus donator,actione iudicati, nisi inquantum facere potest,non tenetur [z], beneficio constitutionis.

¶Pronunciata diffinitiua non possunt per iudicem retractari:sed omissa circa pronunciata, si concernunt accessoria,bene possunt suppleri eadem die Pau.de Castro.

Idem lib.Respon. LEX XLII.

PAulus [†] respondi, rescindere quidem sentẽtiam [a] suam prę cedentẽ Prætorẽ nõ posse:reliqua autẽ,quæ ad cõsequentiam quidẽ iã statutorũ pertinent,priori tamẽ sententię desunt circa condemnãdum [b] reum,vel absoluendum,debere supplere,scilicet eodem die.

¶Si plures condemnentur in una sententia,non cẽsetur quilibet cõdemnatus insolidum: sed pro parte,posito quòd insolidum quilibet teneretur, & quòd petitum fuerit quemlibet insolidum condemnari. Item ex persona conrei existentis non soluendo,alter conreus non tenetur quando obligatio est diuisa.Pau.de Castro.

Idem. LEX XLIII.

PAulus respondi eos, qui vna sententia in vnam quantitatẽ condemnati sunt, pro portione virili [c] ex causa iudicati [d] coueniri: & si ex sentẽtia aduersus tres dicta

b ¶Interdici.] vt sibi.s.nõ soluatur, sed victori:vt arg.s.eo. à Diuo.§.fin. Et hoc est 10 verum [a],cùm omnia alia deficiant:aliâs nec priuata pactione possunt obligari: vt.C. q res pi.ob.pos.l.spem. nec publica:vt.C. de excep.rei.iudi.l.stipẽdia.quæ sunt contrà.

NEsennius.] CASVS. 20 Promisi tibi centum dare ex causa donationis: delegasti me creditori tuo, vel ei, cui donare volebas, vel viro tuo causa dotis pro te ꝓmisi:nunc conuenior ab eo, cui sum delegatus:an tenear insolidum, non 30 deducto ne egeam, quæritur? Et dicitur, quòd sic:& adducit similia. Et caue, quia ante non respondet, nisi ad duas quæstiones. Idem tamen dicas in tertia. ¶Fundum.] Donasti mihi fundũ, & tradidisti: tandem 40 desij possidere hũc fundum,& ad te peruenit:nunc ago cõtra te ad fundum. Dicit, quòd si non restituas condemnaris insolidum,& etiam ad fructus extantes insolidum damnaris, si eos possides: si autẽ do-50 lo desijsti possidere, iurabo contra te in litem. ¶Insolidum.] Ex causa donationis conuentus insolidum cõdemnatus poterit obtinere priuilegiũ, ne executio in eius bonis fiat,nisi inquantum facere potest.Fran:

a Idẽ Bart. Ang.& Alexan.qui dicit,ꝙ habet locũ in fructibus præbendæ, vel beneficij clerici condemnati:& idẽ in feudo. Et hoc etiã videnť sentire Bar. & Paul.

c ¶Nesennius Apollinaris.] Iulio Paulo salutem,& hanc quæ-60 stionem.

d ¶Donaturum.] i.traditurum ex causa donationis:sed tamen iam donauerat verbis. Vel etiam dic,quòd nõ donauerat etiam verbis.

e ¶Et si es.] secunda quæstio.

f ¶Et quid de eo.] tertia quæstio.

g ¶Cui.] mulieri.

h ¶Respondi nulla.] tres posuit quæstiones:& hic respõ.ad primam:sed non ad secũdam.Sed idem est in secunda, quod hîc dicitur in prima [b]:vt.s.de dona.qui id.§.fi.& facit in eo.ti.l ij.§. cùm verò. &.j.de doli excep.purè.§.fi.cũ.&.j.de noua.l.si qs ita.&.l.si Titius.

70 i ¶Is.] donator.Accursius.

k ¶Eum.] donatarium.

l ¶Similis.] cùm nec ipse habeat causam lucratiuam:vt.j.de act.& obli.l.ex promissione.Sed contrà.s. de iure dot.l si extraneus. vbi delegatus à muliere habet priuilegium,vt inquantum facere potest damnetur.Sol [c].ibi iam soluto matrimonio mulier contra virũ agit qui non exegerat:hîc vir agebat: Vel vt ibi.Item contrà.s.sol. matrimo.l.si prior vir delegatus secundo viro ab vxore insolidum nõ teneur.Solu [d].ibi promisit sic.Quod mulieri debeo: vbi verba cum effectu accipio:secus si dixisset,Decem,quæ mihi dedit,tibi promit-80 to:argu.s.de iureiur.l.eum qui.§.si mulier.Accursius.

m ¶Si constante.] Idem si soluto:vt.s.eo.l.sed hoc ita,

n ¶Condemnatur.] vt.s.eo.l.sciendum.

o ¶Fideiussor.] repete vt.s.eo.l.& si fideiussor.

p ¶Insolidum.] & hoc in hac exceptione, vt quis damnetur inquantum facere potest:secus in exceptione doli, vbi distinguitur. vt.j.de excep.doli.l. apud Celsum.§. item quæritur.& .§. sed & si mulier&.l.purè.§.penul.&.l.Iulianus.Azo.Item facit.s.de condi,

b Approbatur cõmuniter per docto.

c Reprobatur per Pau. Imo.& Alexan.

d Idẽ Bart. P.Alexan.

ob cau.l.si donaturus.&.l.si extraneus.&.l.qui se.

q ¶Donauit.] & tradidit:sed posteà aliquo modo ad eum possessio redijt:& sic non est contrà.s. de dolo.l. in ædibus.§.j. & .l. cùm de donatione.&.s.de vsur.videamus.§.si actionem.quæ sunt contra. ADDITIO. Dic,quòd ibi in actione stricti iuris,vel malę fidei possessore, quia tunc fructus veniunt à tempore moræ: hîc verò secus.

10 r ¶Restituat.] posteà cũ possidẽs est cõuẽtus actione in rẽ.

s ¶Possessor.] non vt donator inquantũ facere potest.

t ¶Fructum.] perceptorum post litem contestatam.

v ¶Consumpse-20 rit] Nam eis cõsumptis nõ iurabitur in litem pro eis,sed cõdẽnabitur in æstimationem: erat enim malæ fidei possẽor, quia post litem contestatã consumpsit: vt .s. de dolo.l.arbitor.§. non tamen. secundum H. 30 Aliâs sic xtarẽt,cùm rei ve. possent peti, posset pro eis iurari in litem:vt.s.de in lit.iuran.in actionib'. Alij vt Azo, quòd hîc iuretur, quando cõsumpti sunt:& hîc subaudiunt,maximè. Tertij si non consumpsit.s. 40 ante lit. cõtest.quia tunc non tenetur, cũ sit bonę fidei.Quarti, quòd si extant ante lit.contest. officio iudicis,cùm bonæ fidei sit possessor: post litẽ contest. rei vendicatione si extant:si autẽ consumpti sũt nec of-50 iudi. primi,nec rei ven.secundi:sed primi nulla actione, secundi condictione sine causa petuntur:vt C.de condi. ex lege.l. mala fide. Accursius.

x ¶Desiit possidere.] non consumendo.

y ¶Condemnatio.] quanti in litem iuratum fuerit.

60 z ¶Non tenetur.] vt & .s. de do.l.qui id.ij.respon. sic & .s.sol. matrimo.l.ex diuerso.§.fin.& quod cum eo. si filius. Et hoc, si non fuerit primo iudicio super hoc proposita exceptio:aliâs secus [e]: vt. j.de excep.rei iudi.l.duobus&.C.de fide instru.l.fi.§.fi.& .s.de neg. gest.l.fin.autem.§.si rationem.Et pro hoc est,quod notaui.s. eod. si conuenerit.& facit.s.de iure do.l.si extraneus.

PAulus.] CASVS Iudex postquam dedit sententiam diffinitiuam, non potest eam mutare supplere autem poterit, quod deerat: vt si in sententia condemnauerat de fundo, nunc vult supplere in fructibus. Franciscus Accursius.

70 a ¶Sententiam.] vt &.s.eo.l.quod iussit. in fin. & .C. quando prouo.non est neces.l.j.& .j.eo.l.iudex.&.l.acta.§.j.&.l.cùm quærebatur.&.j.de pœnis.l.Diui fratres.Fallit in casibus:vt no.C.sen.rescin.non posse.l.j.

b ¶Circa condemnandum.] vt in fructibus,de quibus omiserat: vt.s.de rei ven.l. ex diuerso. & econtra absoluit, si à fundo petito absoluerat:& facit.C.da fruct.& lit.expen.l.terminato.&.C.quando prouo.non est neces.l.omnem.

PAulus.] CASVS. Duo sunt condemnati in viginti in vna sententia: quilibet videtur condemnatus in decem: & 80 si vnus eorum soluat sua decem,liberatur in residuo. Franciscus Accursius.

c ¶Virili.] etiam si insolidum prius tenebatur: & sententia condemnatis proficit:sic.j. de doli excep.l.fideiussor. Sed contrà.j. de excep.rei iudi.l. euidenter. Sed plenè dic, vt nota .C. si plures vna senten.l.j.

d ¶Ex causa iudicati.] nisi iudex expresserit, vnumquemque teneri insolidum.

† Concor. text. in.c.in lit ris. de offi.& pot. iudi.deleg. extra text. in c. venerabilis. eo. tit.tex.in.c. si compromissarius. §. si verò. de elect.in vj.

e Idẽ Bart.

Ex contractu

Titius pro portione sibi competente exoluit: ex persona cæterorum ex eadem sententia conueniri eum non posse.

Ius exequendi sententiam transit cōtra eum qui in locum condemnati succedit. Barto.

Scæuola. LEX XLIIII.

EX contractu paterno actum est cum pupilla tutore autore, & condemnata est: posteà tutores abstinuerūt eam bonis paternis: & ita bona defuncti ad substitutum [a], vel ad cohæredes peruenerunt. Quæritur, an hi ex causa iudicati teneantur. Respondi, dandam in eos actionē [b] iudicati, nisi culpa tutoris pupilla condemnata est.

Acta non possunt destrui sine consensu partis, & iudicis. Barto.

Paulus lib. I. senten. LEX XLV.

ACta [c] apud se habita, si partes cōsentiant, & iudex hoc permiserit, potest iubere ea die [d]: circūduci [e]: nisi vel negotiū, vel lis terminata sit [f]. De amplianda, vel minuēda pœna damnatorū post sententiā dictā, sine principali [g] autoritate nihil est statuendū.

Hic est casus unicus in iure, quòd ualeat iudicium agitatum cum adulto curatorem non habente. Paulus de Castro.

Contra [h] indefensos minores tutorem, vel curatorem non habentes [i] nulla sententia proferenda est.

Verbum, condemno, uel absoluo, positum in scriptura sententiæ, potest per iudicem mutari antè, quàm sit pronunciatum: posteà non. Paul. de Castro.

EXcontractu.] CASVS. Pupilla conuenta tutore authore in. x. ex contractu paterno, condemnata est. tandem abstinuerunt eam tutores ab hæreditate paterna, & sic hæc bona iuerūt ad substitutum, vel ad cohæredes: quæritur in quos detur actio ex sententia. Et dicitur, quòd in substitutū, vel in cohæredes, & exacti regressum habebūt contra tutores pupilli in casu, si culpa eorum condemnata fuit pupilla. Fran. Accur.

a Ad substitutū.] sed nōne euanuit substitutio adita hæreditate: vt. C. de impu. & alijs substi. post aditā. Et idem de iure accrescendi inter hæredes: vt. ff. de vsufru. accrescen. l. fi. §. finali? Respon. [a] hoc facit substitutio, ac si adita nō esset hæreditas: vt. ff. de mino. l. & si fine. §. sed quod Papinianus. Sed si nō habet substitutū, vel cohæredem: an ad cognatos inferioris gradus deferatur hęreditas? Respon. non [b], sed ad fiscum secundum quosdam: vt. ff. de suc. edi. l. fi. Accur.

b In eos actionē.] cum effectu, & inspecto exitu. & de hoc excipit. Nisi &c. quia & vbi culpa tutoris interuenit, datur similiter in eos actio: exit' verò fit cōtra tutores, qui conueniuntur secundum Azo. [c] Sed H. dicit tunc nullo modo teneri substitutū, vel cohæredes: arg. j. l. proxi. §. fi. Sed ibi nō habebat tuto. vel si habebat, non defendit: hîc defendit, sed malè: & facit. ff. de in integrum restitu. l. fi. & de minori. l. ait Prætor. §. non solùm. & . C. si aduersus rem iudica. l. cùm & minores. Item videtur huic contra. j. eo. l. sępe. in princi. sed non videntur alij, sed illi ijdem, qui sunt cōdemnati. Accursius.

ACta.] CASVS. Acta causæ. id est scripturas factas in causis, potest iudex iubere ea destrui, si partes hoc volunt: & hoc, si causa nondum finita est: at ea finita potest hoc facere iudex etiam inuitis partibus. De amplianda.] Ex quo iudex in sententia imposuerit pœnam alicui: nō potest eam pœnam augere, vel minuere, nisi de voluntate Principis. Contra.] Lata sententia contra minorem indefensum non tenet: & dic vt in glos. Fran.

c Acta.] id est scripturæ de his factæ, quę apud iudicem acta sunt, vel dicta. Azo.

d Ea die] vel posteà vsque ad decisionem. Accursius.

e Circunduci.] id est destrui: vt not. ff. de peti. hæredita. l. si quis libertatem. & facit. ff. de arbi. l. sed & si compromissum. & . j. l. proxi.

f Terminata sit.] transactione, vel sententia, ita quòd non possit appellari: nam tunc iudex potest hoc facere, etiamsi partes non consentiant: sed ante litem finitam non potest, secundum Azo. Vel dic, quòd tunc possunt partes, & si iudex non permittat: cùm suum officium sit finitum, secundum B. Vel dic [d], quòd tunc fieri non potest etiam partibus, & iudice volente, quò minùs decisio teneat: nisi & ab ea expressè recedat.

g Sine principali.] Quid ergo si principale rescriptū fuerit allatū, id est impetratū super hoc? Respon. [e] nō ei credam: vt. C. si cōtra ius, vel vti. pu. l. fi. & de peti. bo. sub. l. j. lib. x. nisi dicat, nō obstāte tali lege, vel legibus: argu. ff. de lega. iij. l. non aliter. & . l. si quis. in princi. & in authen. de testa. imperfec. § sed & si quis. Item nisi propter inopiam: vt. C. de mo. mul. l. eos. in fi. & . ff. de offi. Præsi. l. illicitas. §. fina. & facit. C. de pœn. l. pœnā. & . j. de quæsti. l. j. § fi. & . j. eo. l. iudex. & . ff. eo. l. Paulus. & . j. de appella. l. ab executore. ij. respon. &

a Ista glo. est sing. ad hoc, quòd licet substitutio vulgaris adita hæreditate euanescat: (quod idest etiā in legatis per agnitionē primi legatarij) tamē hoc fallit: Vbi hæres, qui adiuit effect restitutus aduersus ipsam aditionem: Bolognin'. b Reproba tur p Imol. & Alexan. quia nō ad fiscū, sed ad proximiores.

c Cuius opinio approbatur per omnes doctores.

d Ista approbatur alijs duabus reprobatis secundum Bar. Alexā. & alios.

e Cōtra est l. ij. C. de preci. Imp. offe.

quod no. C. senten. rescin. non pos. l. j. Accursius.

h Contra.] sed pro eis potest. vt. C. de procura. l. non eo.

i Non habentes.] vel habentes, sed adesse nolētes [f]: argu. ff. quod cuiusque Vniuer. l. j. §. & quidem. & facit. C. si aduer. rem iudicatam. l. cùm & minores. Accursius.

Hermogenianus. LEX XLVI.

ACtorum [k] verba emendare tenore sententiæ perseuerante non est prohibitum.

Ad hoc, ut ualeat sententia, debent esse præsentes, uel legitimè citati omnes illi, quos negotium tangit, id est, cōtra quos principaliter fuit actum: & si aliqui sunt præsentes, aliqui non, nec citati: non ualet, nisi quoad præsentes, uel citatos. Pau. de Castro.

Paulus li. 5. Senten. LEX XLVII.

DE vnoquoque negotio præsentibus [l] omnibus, quos [m] causa contingit [n], iudicari oportet: aliter enim iudicatum, tantùm inter præsentes tenet. Qui apud fiscū [o] causam defendere sæpiùs conuenti [p] neglexerit: rebus [q] iudicatis subijciendi sunt [r]. Quod [s] ex eo apparet si sæpe cōuenti præsentiam sui facere noluerint.

Dicitur, quòd decretum, siue citatorium si fiat super alienationibus, siue transactionibus, debet scribi uerbis latinis: & intellige inter latinos. Fran. Accursi.

Tryphoninus libr. 2. Disputatio. LEX XLVIII.

DEcreta [t] à Prætoribus latinè [v] interponi debent.

Filiusfamiliâs effectus sui iuris si conuenitur ex contractu celebrato tempore, quo erat in patria potestate si non est hæres patris, condēnatur, duntaxat quatenus facere potest, nec deducitur æs alienum: licet secus in donatione. Pau. de Castro.

Paulus li. 2. Manual. LEX XLIX.

EXhæredatum, vel eum, qui se paterna hęreditate abstinuit: nec ex ipsius [x] contractu, nisi in id quod facere potest [y], condemnādum esse: Quemadmodum autē facere posset credatur, vidēdū est.

k ACtorum.] Dic secundum quosdam, quòd cùm legit sententiam, antè quā legat verbū, condēno, vel absoluo, potest id mutare, & sic aliter sententiare, quā proposuerat, cùm tūc ei aliter videatur: sed post lectam, non potest, cùm nec corrigere possit: vt. j. e. iudex. Vel dic [g] secundò, quòd etiam tota perlecta potest verba difinitiuæ sententiæ mutare retenta sentētia. Nec ob. d. l. iudex. quia nō iudicat iterum, sed declarat iudicatum: vt arg. ff. de test. hæredes §. quod verò. Itē not. arg. pro nobis, quòd licet verba offendere seruata sentētia: vt not. C. de legi. & constitu nō dubium. Ac.

DE vnoquoque.] CASVS. Sententia debet dari præsentibus partibus: & dic vt in glos. Qui apud.] Vna partium citata à iudice suo, puta, à procuratore fisci, noluit venire. Dicitur, quòd sentētia poterit dari. Franciscus. Accursi.

l Præsentibus.] verè, vel interpretatiuè, quia contumaces: vt. j. eo. contumacia. & in aut. vt om. ob. iu. §. si verò neque.

m Quos causa.] quia principaliter [h] contra eos lis mota fuit. aliâs contra: vt. j. eo. sępe. & facit. ff. fami. ercis. l. in hoc iudicio. & . C. res inter alios actas. l. fina. Ac.

n Contingit.] vt tutores, & alij, cum quibus fuit lis contesta.

o Qui apud fiscum.] id est fisci procuratorem iudicem. Idem, si apud alium. Accursius.

p Conuenti.] i. citati: & erat lis contesta: aliâs non posset dari diffinitiua: vt. C. de iudi. l. properandum. §. j.

q Rebus.] priùs condemnandi quasi contumaces. Accursius.

r Subijciendi sunt.] quasi contumaces, si tamen iniustam foueāt causam: vt. C. de iudi. properandum. §. fin autem.

s Quod.] scilicet, ipsum negligere: facit. C. quomodò, & quando iudex. l. consentaneum. & . j. eo. contumacia. §. contumax.

t DEcreta.] id est, edicta citatoria [i] contra absentem. Vel dic, quæ fiunt super alienationibus, & transactionibus per ipsos Prætores: vt. C. de assess. l. ij. Accursius.

v Latinè.] scilicet, inter latinos: sed inter alios eorum lingua, nisi vnus intelligat linguam alterius: vt. ff. de instito. l. sed & si pupillus. §. proscribere. & . C. de sen. l. iudices. & . j. de verb. obl. l. j. §. fi. Accursi.

EXhæredatum.] CASVS. Filius exhæredatus, vel qui abstinuit se ab hæreditate paterna: ex contractu ipsius conuenitur, in quantum facere potest non deducto ære alieno, sicut vir, & patronus: secus in donatore conuento: Nam ibi deducitur æs alienum. Et est ratio: ne ex liberalitate sua inops factus pericliteter. Hoc dicit hæc. l. cum. l. seq. Fran.

x Nec ex ipsius.] nam ex patris contractu nullo modo tenetur, cùm non sit hæres. Accursius.

y Facere potest.] nisi in casibus: vt. ff. quod cum eo, sed si ex parte. §. interdum. & . §. quamquam. & facit. ff. l. j. & . ij. & fin. & . C. quod cum eo. l. eius rei. & . l. si ex.

f Scriben. hîc dicunt istam glos. singu. ad hoc, quòd citatio facta de tutoribus, vel curatoribus, non est sufficiēs ad hoc, vt possit ferri sentētia cōtra pupillos, vel contra minores, si tutor vel curator noluit adesse. De qua materia per Bart. in. l. quod habet. §. si pupillus. ff. de tuto. Bologn.

g Ista placet Paul. & Alexan. & est vera in se.

h Ista approbat per Ang. Imo. Pau. & Alexan.

i Dic quod etiā appellat decreta sententias, secundum Imo.

vtrùm deducto omni ęre alieno [a], vt is,qui ex donatione côuenit [b] ? an vt maritus,& patronus, nullo deducto ære alieno? Et indubitati iuris est, ad similitudinem viri, & patroni eum condénendum [c]. Pinguius enim donatori succurrere debemus,quam ei,qui verum debitum [d] persoluere compellitur.

Triphoninus.li.dispu. LEX L.

Ne ex libertate sua inops fieri [e] periclitetur.

Qui dolo suo effectus est non soluendo:perdit beneficium,ne conueniatur vltrà,quàm facere poßit.Pau.de Castro.

Paulus lib.2.Man. LEX LI.

Si quis [f] dolo fecerit vt bona eius vænirent [g] ,insolidum tenetur [h].

Si creditor consecutus est quantum sibi debetur à debitore,uel ab alio:licet non ex causa debiti,sed propter dolum suum, quia non permisit creditorem uenire in poßeßionem bonorum:nô poteßt de æquitate amplius agere ad debitum. Pau.de Castro.

Si quis creditorem missum [i] in possessionem rei seruandæ causa, non admiserit,& venditor [k] præstiterit creditori,quanti eius inter fuerit:quæsitum est, an debitor liberetur.Et puto improbum eum esse , qui velit iterum consequi quod accepit [l].

In actionibus descendentibus à delicto cessat beneficium, ne quis conueniatur nisi inquantum facere poteßt.Bartol.

Tryphoninus lib.diput. LEX LII.

Si rerum amotarum cum viro [m] agatur:quáquam videatur ea quoque actio præcedentis societatis [n] iure causam habuisse,insolidum tamen condemnari debet: quoniam [o] ex malo contractu [p] , & delicto oritur.

Contumacia est delictum:quod patet: quia punitur.Paulus de Castro.

Hermogenian'.lib.1.Iur. LEX LIII.

Contumacia [q] eorū,qui ius dicenti non obtemperant: litis damno coërcetur [r]. Contumax est,qui tribus edictis propositis,vel vno pro tribus, quod vulgò peremptoriū appellatur [s], literis euocatus [t] præsentiam sui facere cõtemnit. Pœnam contumacis [v] non patitur, quem aduersa valetudo , vel maioris causæ [x] occupatio defendit. Cõtumaces nõ videntur,nisi qui cùm obedire deberent [y] , non obsequuntur:id est,qui ad iurisdictionem eius,cui negât obsequi pertinent.

De tribus dicit,quòd peremptorium est nullum.Bartolus.

Paulus lib.sententia LEX LIIII.

Contra pupillū indefensum, eumq;,qui reipublicæ causa abest,vel minorē vigintiquinque annis propositum peremptoriū

---

a Aere alieno.] vt.s.eo.l.inter.eos.nã solid onatori hoc côcedit.
b Côuenitur.] de quo côstat,vt hîc,&.s.e.l.inter eos.§.is quoq;
c Condemnandum.] & sic nõ deducto ære alieno:& ita est cõtra.s.quod cum eo.l.iiij.in fi.vbi deducit etiam filius,quod creditoribus debet.Solu. [a] donator deducit de omnibus , quibus debet ex causa non simili:sed filius nõ deducit quod debet primis, vt hîc, sed posterioribus,qui 10 secum contraxerūt postquam fuit factus sui iuris,vt ibi.Si quæras quare posterioribus, & non primis deducit? Ibi est ratio: vel hîc [b] fili' iustè fuit exhæredatus:ibi iniustè. Item hîc fortè ex maxima parte institu 20 tus:vnde stultè abstinuit:ibi ex minima,& sic facit bene, quod abstinet.Accursius.
d Debitum.i.non lucratiuum:nam & ex donatione fit verum debitum.
e Ne liberalitate.] Fieri.i.fa 30 ctus:& sic tempus pro tempore ponitur. sic. s.de leg.iij.l.etiam.& facit.s.de ædil.edic.l. ad res do.&.s. de donatio.l.Arist.in.fi. ac.
Si quis dolo.] Casus . Miles.vel maritus,vel similis , qui conueniturin quantū 40 facere potest : in odiū creditorū bona sua dissipauit . Dicit, quòd amodò conuenitur insolidum. Si quis creditorē.] Pone casum,vt in gl.quę incipit,Et si venditor i.debitor &c.ibi,Vel dic tertiò &c. Fran- 50 ciscus.Accursius.
f Si quis.] alioquin si quid posteà acquisierit [e], inquantum facere potest condemnandus est.vt.j.de cess.bo.l.iiij.
g Vænirent.] quia ipsemet vendidit. Vel dic,quòd sic dissipauit,vt necesse sit vēdi per creditores . Licet ergo priùs habeat beneficiū, vt in quantū facere possit condemnetur:quia miles [d] ,vel maritus, vel similis nunc amisit,cõtra eos tamen,contra quos dolo fecit [e]:vt. s.sol.ma.l.etiam.§.licet.Alij ponunt exemplū in eo,qui cessit bo- 60 nis dolosè:secus si non dolosè,quia non perdit priuilegium: vt.j. tit.ij.l.iiij.Quod non placet:quia nemo videtur do.&c.vt.j.de reg. iur.l.nullus videtur.licet sit arg.contrà.s. de dam.infec.l.Proculus.
ADDITIO. Dic,quòd ibi non erat dolus aliquo modo.Imo. & Alexan.
h Tenetur.] sed & priùs tenebatur insolidum,sed tamen non debebat insolidum condemnari. Azo.
i Missum.] id est,mitti iussum.
k Et si venditor.] i.debitor:qui ideo non admisit,vt liberè venderet.Et quod.j.dicit,debitor,pro eodem ponit. Vel dic,venditor. 70 i.executor siue officialis,qui vendidit ipsam rem,in cuius possessionem iussus erat mitti creditor,& soluit ei.Vel dic tertiò,quòd in fraudem creditorum vēdidit debitor:vnde emptor conuentus fuit acti.in factum ex edicto.j.quę in frau.credi.l.j.& nõ veniente eo,iussus fuit creditor mitti in posses. bono.emptoris, & non fuit admissus:vnde cõuentus fuit acti.in factum ex edicto.j. ne vis fiat ei.l.j.liberatur ergo debitor.Idem si alius creditor,vel etiā prorsus extraneus impediat missionem:nam potest conueniri dicta acti.in factū, vt.j.titu.ij.l.si quis.in prin.Alij [f],quòd quidam emit act.creditoris & ei solu.t:& sic venditor.i.emptor.
80 l Quod accepit] vt & .j. de re.iur.l.bona fides. Sed contrà. s.de peti.hæred.l.etiam.§.penul.Sed ibi non petit quod accepit, cū accepit à doloso æstimationem,ab alio petit rem.Item contrà.j.de tab.exhi.l.iij.§.condemnatio . Sed ibi ex causa superueniente agit, quia extitit conditio : hîc ex veteri . An autem hic extraneus exactus debitorem conueniat?argu.quòd sic.s.de euict.l.si plus.§.j.Sed dic contrà:quia propter suum dolum soluit ; vt dict.l.s.de peti.hæred.l.etiam.§.penul.

a Ista est vera,Imol. & Alexan.
b Reprobatur,quia diuinat,secūdum Alex.
c Ista lectura est bona secundum Imo.& Alexandrum.
d Ista potest procedere secundū Imo.& Alexandrum.
e Et bene Imola.
f Quelibet lectura potest procedere secundum Alex.

Rerum. CASVS. Soluto matrimonio vxor agit contra virum actio.rerum amotarum. Dicitur,quòd vir tenetur insolidum:quoniam ex delicto hæc actio oritur.Franciscus Accursius.
m Cum viro.] quod esse potest : vt.s.rerum amo.l.contra.§.ij. &.l.mulier.
n Societatis.] id est,matrimonij.
o Quoniam.] Hęc ratio bona est: & alia: 10 quia solutū est matrimoniū : arg.s.de nego. gest.l.diuortio.Sed hîc posita ratio sufficeret etiam constante matrimonio.vt.s.e.l.sed hoc. in fin.& facit.s. quod cum eo.l.sed si ex parte.§.quáquam.
p Ex malo contra 20 ctu.] id est facto.
Contumacia.] CASVS. Contumax punitur damno litis:nam nõ appellat. Item in expensis, & in similibus. Secundò dicit,quòd cõtumax dicitur qui ter citatus, vel semel pro omnibus,non 30 venit , cū venire posset nõ impeditus morbo,vel alia maiori causa : & cùm venire debet,vt quia erat iudex suus, coram quo erat citatus:vel saltem dubium erat.Franciscus.
q Contumacia.] Contumacia attendi- 40 tur quandoq; respectu non venientis : vt extra de dolo.c.ij.&.c. cū dilecti.ad fi.Quandoque respectu non restituentis vt . s. de rei vendi.l.qui restituere. Quandoque respectu nõ respondentis: vt.s. de interro.act.l.de ætate 50 te.§. qui tacuit. &.§. nihil.Quādoque respectu recedentis [g]:vt extra de dolo.c.prout.& xj.q.iij.certū.& extra de procu.constitutis.& de iudi.c.j.quandoq; respectu nõ exhibentis:vt.j.de appel.l.creditor.§.iussus.Prima contumacia,scilicet de non veniendo,potest contingere tribus modis. Vno,quia peremptoria citatione recepta venire contempsit. Alio, quia malitiosè seipsum occultat. Alio,quia impediuit,ne ad eum citatio perueniret:vt extra,vt lite nõ côtestata.ca.quoniā.§.porrò.& 60 v.q.j.quidam.&.d.c.certum.&.s.de euic.si dictum [h].§.si præsente.
r Litis damno coërcetur.] vt non appellet [i] : vt.s.de iudi.l.& post.§.fi.Item in expensis [k]:vt.C.de iudi. properandum.§.sinautem.Item vt ex causa possit iurisdictionem denegare:vt.s.qui.ex cau.ma.l.sed & si per Prætorem.§.sed & si dum.&.C.de inge.ma.l. diffamari.Item quandoque principalem causam amittit:vt.C.de accusa.l.si ea.&.s.de liberali cau.diui.§.j.sed illud non propter absentiam solūmodò,sed quia nec erat probatum propter contumaciam: ergo non perdit principalem [l] causam:vt.C.de iudi.properandum. §.cùm autē.&.s.de iudi.& post.quæ sunt cõtra.Item facit.C.de re- 70 miss. pigno.l.sico.&.C.quomodò,& quādo iudex.l.cõsentaneū.
s Appellatur.] ad hoc facit.s.de iudi.ad peremptorium.cum sequentibus.Item facit.s.eo de vno quoque.§.j.
t Euocatus.] sicut debet fieri per legem,vel statutum aliàs non potuit citatio arctare citatū:vt extra de electio.c.bonæ memoriæ.
v Pœnam contumacis.] quæ est multiplex: vt modò dixi.& alia,vt.s.si quis ius di.non obtempe.l.j.
x Causæ.] vel iustè:vt.s.si quis in ius voca.non ierit.l.ij.§.item si nihil.&.s.de iudi.si Prætor.in fine.
y Deberent.] quod est siue certum sit esse de iurisdictione 80 vocantis,siue est dubium [m]:vt.s.de iudi.si quis ex aliena.
Contra pupillum.] CASVS. Citatus est pupillus peremptoriè:vel absens reipublicæ causa,vel minor.xxv.ann.& lata est sententia contra eum.Dicitur quòd non tenet citatio,vel sententia. Is qui ad maius.] Titius habens causam coram vno iudice citatur propter aliam causam coram maiori iudice:& iuit,& deseruit interim primam causam.Non dicitur contumax , vt primus iudex possit ferre sententiam in eum.Franciscus.

g Sine licētia secundū Imol.
h Glo.sequuntur Imo.& Alexan.
i Quando est verus contumax. Imo.
k Intellige facta post cõtumaciā & nõ ante Angel. & Imo.
l Hoc verum regulariter.Imo. m Sequuntur Imo.& Alexan.
n Facit ista glo.cū suo text.quòd priuilegiatus nõ tenetur comparere, quando citationis nulla litis est non toria. corrige text. in cle.pastoralis.co.titu. ver.Præterea.&c. super literis. extra de episco.ordi.& sing.in.in... in.q.ij.& in cap.prætereà.de dil.

Nihil

a ¶ Nihil momenti habet.] dissimiliter tamen, quàm in diffinitiua sententia. Nam in absente lata tenet, sed ad appellādū restituitur: vt. ff. de in integ. rest. l. fi. Sed contra pupillū, vel minorē indefensum nullo modo: vt. ff. eo. acta. §. fi. Sed quidam, vt P. dicunt, in absentem idem. f. si iudex sciebat absentiam, vt ipso iure non teneat. Itē possunt differunt: nam pupillus patitur missionē, nō venditionē, nisi ex facto pris descēdat ne gotiū: vt. ff. ex qb. cau. in poss. l. apud Iulianū §. j. & §. fi. Itē tertius missionē, & vēditionē vt. ff. de bo. aut. iudi. poss. l. si minor. licet restituatur. Itē secundus missionem, & vēditionem, licet & ipse restituatur: vt. ff. de dā. 20 infect. l. si finita. §. si fortè. nec ob. quasi debeat in notitiam citati peruenire edictum: vt no. ff. quæ sen. l. j. §. item cùm ex edicto.

b ¶ Contumax.] imò videtur, quòd de vno iudicio ad aliud quis vocari non possit. vt. 30 ff. de in ius vo. l. ij. in fi. & l. iiij. in princ. Sed illa secundum hanc intellige, vt non possit vocari, nisi fit. f. vocatus ad mai' auditoriū.

c ¶ Iudex.] Sententiā diffinitiuam: secus de interlocutoria: vt. ff. eo. quod iussit. Ac.

40 d ¶ Non possit.] vt. ff. de pe. l. Diui fratres. & l. relegati. in fi. & ff. eo. l. cùm quærebatur. & ff. de arbi. l. dicere. in fin. & l. seq. & C. de sen. ex breui. re. l. ij. §. j. & ff. eodē. l. Paulus. in prin. Itē fallit. ff. de offi. Præs. l. illicitas. in fi. Itē ff. de 50 in integ. rest. l. Diuus. Item C. de sen. ex breui. re. l. ij. §. fi. vbi excipit Principem & Præfect. Præto. & Senatū: quasi ipsi corrigant suas sententias. Sed dic nō in hoc excipit: sed vt per alios possint retractare. Item fallit. ff. eo. l. Paulus. in fin. Itē 60 fallit in alijs casibus, quos notaui. C. sen. rescin. non pos. l. j. Item dic ꝙ hac. l. tenuit sententia: quia cōtra ius litigatoris est lata, nō constitutionis: & sic in ordinario, & de legato intelligitur: & sic non est cōtrà. C. de sen. l. j. in fi. & de acu. l. si accusatoribus. & C. quō, & quādo iud. l. si Præses. quia in illis non tenuit ipso iure: & ita ille idem cognoscit, si est ordinarius secus si delegatus: vt. C. quomodò, & quando iud. l. fi. vt proponis.

Concor. ff. eo. in lite in. & in. c. Venerabili. de offi. & po. iu. dele. extra text. in. c. si compromissarius. §. si vero de elec. in. vj.

nihil momenti habet [a]. ¶ Is, qui ad maius auditorium vocatus est, si litem inchoatam deserit, contumax [b] non videtur.

¶ *Iudex non potest suam sententiam diffinitiuam corrigere. Pau. de Castr.*

Vlpianus lib. I. LEX LV.

IVdex posteaquàm semel dixit sententiam [c], iudex esse desinit. Et hoc iure vtimur, vt iudex, qui semel vel pluris, vel minoris condemnauit: ampliùs corrigere sententiam suam non possit [d]. Semel enim, siue malè, siue bene, officio functus † est.

¶ *Sententia, iusiurandum, & confessio in iudicio habent executionem paratam. Bart.*

Idem lib. ad edict. LEX LVI.

POst rem iudicatam [e], vel iureiurando decisam [f], vel confessionem in iure factam [g] nihil quæritur [h] post rationem Diui Marci: quia in iure confessi pro iudicatis habentur.

¶ *Maior decem & octo annis potest esse iudex delegatus, & ordinarius. Item minor decem & octo, & maior quatuordecim, potest esse delegatus si ex consensu partium delegetur: uel ordinarius, si ex certa scientia Imperator eum iudicem dederit. Bartol.*

Idem libr. disputatio. LEX LVII.

QVidam consulebāt, [i] an valeret sententia à minore viginti quinque annis iudice data. Et æquissimum erit tueri sentētiam ab eo dictam, nisi minor decem & octo annis sit. Certè si Magistratum [k] minor [l] gerit: dicendum est iurisdictionem eius non improbari [m]. ¶ Sed & si fortè ex cōsensu [n] iudex minor [o] datus sit scientibus ijs, qui in eum consentiebant: respectissimè dicitur, valere sententiam. Proinde si minor Prætor, vel Cōsul ius dixerit, sententiámve protulerit: valebit. Princeps enim ei, cui Magistratum dedit, omnia agere decreuit [p].

¶ *Ab executione non est incipiendum. Pau.*

Idem lib. disp. LEX LVIII.

SI cùm nulla sententia [q] præcessisset, capta sunt, & distracta pignora: possunt recuperari [r].

¶ *Sufficit, si in sententia exprimatur uerbum, cōdemno, uel æquipollens: & quòd exprimatur certa quantitas expressè, uel per relationem ad acta. Bartol.*

Idem. LEX LIX.

IN summa [s], sufficiet si expresserit iudex summam in sententia, soluique iusserit, vel præstari, vel quo alio verbo [t] hoc significauerit. Ampliùs est rescriptum, & si in sententia non sit summa adiecta: si tamen is, qui petit, summam expresserit [v], & iudex ait, Solue quod petitum [x] est: vel Quantum [y] petitum est: valere sententiam.

¶ *Sententia incerta non ualet.*

¶ Qui sortis quidem condemnationem faciunt, de vsuris autem ita pronunciant, Vsuræ, si que cōpetant, præstetentur: non rectè [z] pronunciant. Debent enim de vsuris quoque cognoscere, & certam facere condemnationem †.

¶ *Sententia lata contra mortuum est ipso iure nulla. Bartol.*

¶ Si quis ex edicto Peremptorio post mortē sit condēnatus, nō valet sentētia [a]: qa morte rei edictū Peremptoriū soluit [b]: ideoq;, vtre

70 e ¶ Post rem iudicatam.] sic. ff. eo. Imperatores.

f ¶ Decisam.] hoc nisi prætextu nouorum instrumentorum: vt no. ff. de iureiur. l. admonendi. quæ est contrà.

g ¶ In iure factam.] sic. ff. ti. j. l. Iulianus. & l. j. & ff. ad. l. Aquil. l. proinde. §. notandum. Accursius.

h ¶ Quæritur.] quia cœpit esse res certa.

i ¶ Quidam consulebant.] CASVS. Sententia lata à iudice minore. xxv. an. maiore tamen. xviij. tenet: cùm, & si Magistratus sit, tenebit quod faciet. Et hoc facit pro me Francisco, cùm adhuc sim intra ætatē. xxv. an. Secundò dicit, Etiā minor. xviij. an. potest in hoc casu cognoscere: vt si ex consensu partium datus sit. Et sic 80 de facto euenit in me Francisco: nam cùm essem intra ætatē. xviij. an. datus fui iudex in quadam causa, & de ea cognoui. Hoc etiā est, si Princeps fecit minorem. xviij. an. Prætorem, vel Consulem. nam sententiæ, quas dabit, tenebunt. Fran.

i ¶ Quidam consulebant.] Minor xviij. annis. Imò videtur debere esse maior. xx. an. ad minus vt. ff. de arbi. l. cùm lege. quæ est cōtra. Solu. ibi de delegato, hic de ordinario: vel, aliud in arbitris, vt ibi Quod nihil est: quia & de iudice ibi dicit. Di. ergo, nō cogitur iudicare, vt ibi: si tamen iudicat, tenet sententia, vt hīc, & not. quatuor ætates: vt dixi. ff. de iud. cùm Prætor. §. non autem. Accur.

k ¶ Magistratum.] s. ordinarium, vt differat à sequenti: item mediocrem, vt differat ab vltimo. §. Accur.

l ¶ Minor.] xxv. maior tamen. xviij. an.

m ¶ Nō improbari.] sed Decuriones esse non possunt: vt. ff. de Decur. l. spurij. §. j. 10 quæ est arg. contrà. Sed ibi nō fuit à Principe creatus, secundum quosdam.

n ¶ Ex consensu.] partium.

o ¶ Minor.] etiam. xviij. annis, dummodò adultus sit: facit. ff. eo. si conuenerit. & C. 20 de iureiur. l. j. & ff. de iurisdi. om. iudi. l. j.

p ¶ Decreuit.] potuit etiam Barbario dare libertatem: vt. ff. de offi. Præs. l. Barbarius. Et no. quòd Princeps dat, siue eligit huiusmodi Magistratus in ciuitate Ro- 30 mana: vt. ff. ad. l. Iul. ambi. l. j.

¶ SI cùm nulla.] CASVS. Bona debitoris mei ante sententiā contra eum latam capta sunt pignori, & vendita. Dicitur, quòd reuocari debet quod factum 40 est: Fran. Accursius.

q ¶ Sententia.] diffinitiua, vel interlocutoria, ne obsit quod est. ff. ex q. cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. j. & facit. C. de execu. rei iudi. l. j. & ij. Et idem, si est minùs solennis: vt. C. de sen. l. prola- 50 tam. Accursi.

r ¶ Recupari.] alias, recuperari: aliàs, reuocari.

¶ IN summa.] CASVS. Si iudex cōdemnat reum in certa quātitate pecuniæ iubēs eam solui, vel præstari: tenet sententia. 60 Idem si dicat, Solue quod petitum est: cū certa quantitas esset petita. Si autem iudex fecit sententiam certam super sorte, de vsuris autem sic dicat, Vsuræ, si quæ competunt, soluantur: non tenet. ¶ Si quis ex edicto.] Citatus est titius peremptoriè: decessit: nunc est lata sententia contra eum. dicitur, quòd sententia non valet, cùm extinctum sit peremptorium morte Titij: & de nouo citatio erat facienda in hæredes Titij. Fran. Accursi.

s ¶ In summa.] proferenda in sententijs. Vel id est, vt generalē tradam doctrinam. Accursi.

70 v ¶ Verbo.] nam sententia magis quàm verba, est inspicienda: vt. ff. de adi. leg. l. iij. §. conditio. & C. quæ res pigno. l. fi. & ff. de iure dot. l. promittendo. Et secundum hoc accipe. C. de sen. l. iij.

t ¶ Expresserit.] quandoque & si non exprimat: vt. ff. eo. ait Prætor. §. fi. & facit. ff. de arbi. l. qui tamen. §. si arbiter. Sed contrà in ea. l. §. Pomponius. Sed ibi nō erat certum aliqua parte actorum. Item facit. C. de senten. quæ sine cer. quanti. l. ij. & iij. & iiij. & ff. de contrahen. emp. l. hæc venditio. §. huiusmodi. Accursi.

x ¶ Quod petitum.] quando species, vel factum.

y ¶ Quantum.] qñ quātitas. Idē, si vnū ꝑ alio ponatur: ar. ff. de le. iij. 80 l. si qs. Itē in cā appellationis recipio, secūdū H. iudicē sic posse pnūciare, vt dicat, Cōdēno, vel absoluo, sicut prim' fecit, licet q̄ iā dixerunt, ꝙ tñ iustā, vel iniustā [a] debeat pnūciare: vt. C. appel. l. eos. Ac.

z ¶ Non rectè.] vt. C. de senten. quæ sine cer. quanti. l. quamquam. & arg. ff. de vsu. l. quod in stipu.

a ¶ Non valet sententia.] vt & ff. quæ sen. sine app. l. pe.

b ¶ Soluitur.] i. possibilitas ferendi in eam sententiam: sed in hæredem transfertur iudicium: vt. ff. de iudi. tam ex. §. fina. Sed secus in

† Ampliabis hoc dictū, vt procedat non tantùm in diffinitiua: vt in. l. j. ij. & iij. C. de sen. quę sine certa quātita. Quod est verum etiā in interlocutoria. l. quid tamen. §. Pōponius. & ibi Bart. ff. de arbit.

[a] Vtraque placet Bar. Dicit tamē Alex. ꝙ ista est magis cōmunis.

decreto fauore mortui interposito:vt.§.de fideicõ.lib.l. cùm quasi. in princ.In beneficio autem dic,vt.j.de reg.iur.l.Neratius.

a ¶ Præstabitur.] ad eodem,si est ordinarius:aliâs secus:vt no.C. quomodò,& quando iudex.l.si vt proponis.& facit suprade iudi.l. & post. §. circunducto.

Q Væsitum est.] CASVS

Vnus ex litigatoribus febricitans discessit à causa,& iudicatum est.Nunc dicitur quòd sententia nõ tenet,cùm morbus Sonticus faciat differre causam.Morbus autẽ sonticus dicitur, qui cuique rei agendæ nocet, vt est febris. Et hoc intellige,si est magna febris,non si leuis veniens in hominem robustum. Item secus in Quartana veteri,propter quam nõ dimittat sua negotia: nam hęc non excusat. Eran.Accursius.

b ¶ Pronunciasse.] pro eo,vel contra eũ: vt.§.e.l.de vnoquoque.licet secus in minore sit:vt.C.de procur.l.non eo.

c ¶ Differt.] siue litigatorẽ tenet, vt hîc, &.§.si quis cau.l.ij.§. si quis iudicio . siue iudicem:vt &.§.de iudi.l.iudex.

d ¶ Sonticus.] i. nocens , quominus possit adesse iudicio.

e ¶ Cuique rei.] de qua quæritur:vt.j.de verb.sig.l.morbus.&. §.de ædil. edi.l.iiij.§. si.&.l.si.§.j.Nam nullus est morbus, quin cuiquam rei noceat.

f ¶ Appellant.] vt &.§. de ædili. edic. l.j.§.sed sciendum.

g ¶ Iudicata.] hoc cùm iudex sciuit,citauit,vel nõ.Idẽ si ignorauit,& nõ citauit:&.C.quõ,& quãdo iudex.l.ea, quæ.Si autem citauit[a],dicam idem,quod in eo,qui absens est probabili & necessaria causa:vt not.§.de in integ.resti.l.si.Sed an teneatur mittere procuratorem?Respon.non:vt.§.si quis cau.l.ij.§.j.Item an idem iudex iudicat?Respon.vt.§.eo.iudex.

integra,de causa notio pręstabit[a]: & qđ optimũ patuerit, statuetur[b].

¶ *Febricitans febre naturali non tenetur expectare,uel in Peremptorio comparare. Bartolus.*

Iulian' ali.vlpia.li.Digest. LEX LX.

Prætor ait, Quò minus loco publico quẽ is,cui locandi[k] jus fuerit,fruẽdũ alicui locauit,ei qui cõduxerit[l],ſociòve[m] eius ex lege locationis frui liceat:vim fieri veto. ¶ Interdictũ hoc publicæ vtilitatis cauſſa pponi palã eſt. Tuetur enim vectigalia publica, dum prohibetur quis vim facere ei,qui ad fruendum conduxerit. ¶ Sed ſi ſimul veniant ad interdictũ mouendum,ipſe qui conduxerit, & ſocius eius:magis eſt,vt ipſe conductor præferatur[n]. ¶ Ait prætor,Quò minus ex lege locationis frui liceat. Meritò ait ex lege locationis. Vltra legem enim[o] vel contra legem[p] non debet audiri, qui frui deſyderat.

Paulus li.5.Sententia. LEX II.

Concedi[q] ſolet vt imagines & ſtatuæ, quæ ornamento reipublicæ ſint futuræ, in publicum ponantur.

TITVLVS X.

De via publica & itinere publico reficiendo.

Vlpianus li.68.ad edict. LEX I.

Prætor ait, Quò minus illi viã publicam itérve publicum aperire, reficere liceat:dũ ne ea via idve iter deterius fiat, vim fieri veto. ¶ Viam aperire eſt ad veterem altitudinem latitudinemq; reſtituere. Sed & purgare, refectionis portio eſt[r]. Purgare autem propriè dicitur ad libramentum[s] proprium redigere,ſublato eo, quod ſupereſt.Reficit enim, & qui aperit,& qui purgat: & omnes oĩno qui in priſtinum ſtatũ reducunt[t]. ¶ Siquis in ſpecie[v] refectionis deteriorẽ viã facit:impunè vim patietur[x].propter quod neq; altio-

¶ DE LOCO PVBLICO FRVENDO.

Prætor ait.] CASVS. Aliqs cõduxit pro ſe,& p ſocio campũ Rheni,vel molendinũ cõis.prohibet Prætor vim fieri cõductori,& eius ſocio,quò minùs vtanẽ & fruãtur re cõducta ſecundũ legẽ,ſiue pactũ appoſitum in locatione.Secũdò dicit,hoc interdictũ ob publicã vtilitatẽ factũ eſt.Nam per hoc interdictum tuentur publica vectigalia,dum prohibeẽ vim fieri vtẽti re cõducta ex forma locat.Tertiò dicit,vis fiebat conductori,& eius ſocio,quò minùs fruanẽ re cõducta.vterq; vult agere hoc interdicto.præfereẽ cõductor ſocio ſuo.poſteà exponit Vlpianus verba illa.ſ.ex lege locaẽ.& bene dixit prætor,q prohibet vim fieri fruẽti re cõducta ex lege locati.nam ſi vltra legem vel contra legem frueretur,vel frui vellet:non audiretur:& exponẽ hæc verba vt in glo.Fran.

k Locandi.]vt publicanus,vel qui talibus præeſt:vt.ſ.tit.j.l.ij.§.ſiquis nemine.Accur.

l Conduxerit.]Fortè etiã ad modicũ tempus.licet enim non habeat rei ven.poteſt tamẽ agere ad retinendũ ſuã naturalẽ poſſ.vt.j.de ſuperfi.l.j.§.quod ait.aliâs nullũ eſſet ſpeciale hîc:quia & cõducens à priuato ad nõ modicũ tẽpus,haberet except.& ac.& interdictum ne vis fiat ei,ſecundum Azo.Vel dic huic ad modicũ tẽpus cõducẽti dari in rem vtilẽ,vt priuato ad magnũ.& facit.j.vti poſsi.ſi duo.§.cùm inquilinus.Itẽ aliter hîc publicũ quã.ſ.tit.j.l.ij.§.publici.accipitur:cùm ibi pro eo quod eſt in vſu publico accipiatur: hîc non:ſed pro quolibet loco fiſci,Cæſaris,ciuitatis,municipij:vt j.vt in flu.pu.na.li.§.eſt ergo,ſed quandoq; cõcurrũt:vt.d.§.ſiquis nemine.

m Sociòve.]hic eſt caſus vbi ex alterius cõtractu agit ſocius.aliâs non,niſi ceſſa actione:vt.ſ.pro ſocio.l.iij.in princ.ſic &.ſ.ſi ſer.vẽdi.l.loci.§.ſi fundus.ſed Ioan.non ex cõtractu ſocij,ſed propter contractũ dixit dari vtile:ſed conductori directum: & eſt etiã aliud ſpeciale,vt ad hæredem tranſeat: vt.ſ.pro ſocio.l.adeò.& facit.j.de iniu.l.iniuriarum.§.conductori.Azo.

n Præferatur.]qa directa præfertur vtili:vt ſ.de publi.l.pen.ſed quandoq; ecõtrà: vt dixi.ſ.de procura.in cauſſæ.§.fi.

o Vltra legem enim.]i.vltra ſtatutũ tempus.

p Legem.]i.pacta,vel ſi non ſoluit penſionem.nec enim fides eſt ſeruãda ei, qui non ſeruat[a]:vt &.j.de reg.iur.l.cùm par.§.illi.

a Tu dic cõtra per tex.in.c.tertio.& quod no.Panor.ibi.col.ij.ver.venio ad ſecũdã partẽ.extrà de iureiur.quod eſt verũ ſecũdũ præal leg.Panor.& Feli.vbi ſ.qñ pmiſſiones non ſunt adinuicẽ reſpectiuę:ſed tendunt ad diuerſum factum:& ita ſolũas contraria p gl.alle.& tex.in reg.frangẽti fidẽ.de re.iu.li.vj.

Concedi.] CASVS. Cõceſsit princeps, quòd quis poſsit ponere ſtatuã in honorem ciuitatis Boñ.ſi amodò volens ponere prohibeatur, habet hoc interdictũ. Franciſcus.

q Concedi.]Quid ad ti?Reſpõ.vt ſi poſteà prohibeatur, habeat hoc interdictum.& facit infrà de except.Paulus.& ſuprà de acqui.re.do.ſtatuas.& de priuile.credi.l.Aufidius.

¶ DE VIA PVBLICA REFICIENDA.* ¶ *Titulus iſte non ad aliud pertinet, niſi quia qui uiam publicæ reficiebat, uidebatur aliquid facere: ſed hoc facere non eſt prohibitum. Dic ergo de uia publica qualiter reficiatur, & amittatur. Præterea hic de urbana & ruſtica ſed ſuprà tit.ij.tantũ de ruſtica: ut.j.l.ij.§.hoc interdictum. & ſic non ſuperfluit hic titulus.*

* *Vide in hũc titulũ de uia publica Ant. Augu lib. 1.emendatio.cap.1.*

Prætor ait.] CASVS. Prætor prohibet vim fieri volenti reficere viam publicam,vel eam aperire:& ſiquis eum impediat,tenetur impediens hoc interdicto. Poſteà exponit Vlpianus verbum aperire. Item qui purgat,dicitur reficere.quid autem ſit purgare,exponit.Tandem dicit:aliquis dicens ſe velle reficere viam,reficiendo eam, deſtruebat eandem.dicitur,quòd poteſt prohiberi abſque pœna. Poſteà dicit: hoc interdictum eſt perpetuum,& omnibus & in omnes datur. Item in eo venit intereſſe agentis.Poſteà dicit:ſi populus Romanus non vtatur via publica longo tempore, non propter hoc amittit eam. Franciſcus.

r Portio eſt.]i.ſpecies.ſic ponitur.ſ.de condictio.ob cauſſam.l.ſi.Azo.

s Ad libramentum.]id eſt ad modum.Ot.vel id eſt ad pulchritudinem.

t Reducunt.]i.reficiunt.

v Siquis in ſpecie.]id eſt velamine.

x Patietur.]ab aliquo etiam ſua authoritate.

a ¶ Neque longiorem.] per circuitus, vel anfractus. & facit. C. de sacrosan. eccle. qui sub prætextu.
b ¶ Interdicit.] i. interdictum proponit. Azo.
c ¶ Glaream.] i. sabulum cum paruis lapillis. Accur.
d ¶ De strata.] i. de via facta lapide manu strato: ad quod est. s. de aqua plu. arcē. si pri⁹. §. j. sed videtur hoc facere licere: vt. s. de dā. infe. l. fluminū. in prin 10 ci. quæ est cōtra. Sol. ibi ad publicā vtilitatem: vt ibi notatur.
e ¶ Actoris interest.] hoc expone vt. s. ti. ij. l. ij. §. pe.
f Viam non potest.] nec ergo ad sanc. Iac. aliâs multis ire non liceret: & 20 est speciale[a] cōtra regulam. C. de præscrip. xxx. an. oēs. vel est ideo quia videtur excipere, si alius impediat: qđ ius excipiēdi non tollitur tēpore: vt j. de excep. do. l. purè. §. fi. & hoc est etiā si cē tum an. non iuit, fauo 30 re publicę vtilitatis.

a Imò non est speciale secūdū Barbic.

* Tota hæc lex græcè scripta fuerat, vel Accursio teste & eā reperies in fine libri græcis literis, & alia expositione: ideo elige.

Aediles.] CASVS. Hæc lex notabilis est, & tradit circa quæ debēt curā habere ędiles curules. debēt enim procurare, vt vię in Burgis positæ, itē si intra ciuitatem sint positæ, ade- 40 quētur: & effluxiones nō noceant domibus: & pontē fieri faciant supra vias, vt erit necesse. Itē studeāt vt domus iuxta viam positæ nō ruant: & ꝙ dñi eas domus ruētes reficiant: & si dñi nolunt emendare, mul- 50 tent eos. Itē curent ædiles vt nullus fodiat vias, vel subruat, vel faciat aliquod opus in vijs. & si aliqs homo cōtra faciat: si sit seru⁹: qui inueniet eum in hoc opere, verberet eū. si autē sit liber, ducatur ad ædi- 60 les, & punietur ab eis. Itē cogētur destruere, qui fecerūt. Itē quilibet homo debet construere viā ante faciē domus suæ: item aquæductus. & intelligas de dñis domorū, nō de conductoribus. Si autē dñs domus non reficiat viam, & cōductor reficiat: detrahit tātū de mercede. Itē curēt ædiles vt ante stationes nihil ponat: nisi fullo ante stationē, quā conduxit poneret vestiméta vt siccētur. Itē qui facit rotas in statione, poterit eas ante stationē ponere. Idem intelligas de magistro garsone magistro foranorū, nostro hospite. Debētautē prædicti ita ponere, vt non impediat vehiculū ire. Itē debēt ædiles curare, vt rixæ non 70 fiāt in vijs, neq; turpia deijciantur in vijs neq; morticina, vt canes mortui: neq; coria. secus fit in quadragesima in nostra ciuitate. nā qui habēt falcones, vel similes aues occidūt canes, vt carnē dēt comedere auibus, & proijciunt corium in vijs: & hoc sæpe ego Franc. vidi in biriota laudabili venatore nostro charissimo vicino. Franc.

¶ Aediles.] no. bonam legem græcam. Accursius.
g ¶ Secundum ciuitates.] vt per burgos. idem si in ipsa ciuitate.
h ¶ Non labilia.] id est non ruant.
i ¶ Illabilia.] id est non ruinosa.
k ¶ Si autem.] i. contra factum fuerit.
80 l ¶ Trochos.] i. rotas, quibus vehūtur ligna. & idē in similibus.
Si in agrum.] CASVS. Si in agrū vicini viā publicā deieci teneor act. in factū ad interesse vicino. & da exēplū, cū via iret iuxta fundū tuū: & fortè habebat hæc via aliquos angulos. idēsi nō haberet cauam fundi tui ripam, vt inde homines irent. Item qui viā publicam exarauerit: tenetur ad munitionem viæ. Franciscus.
m ¶ Viæ reiectæ.] i. propter viam reiectā actio in factū Io. vel vtilis aql. vel vt dicūt quidā, nomē est actionis actio viæ reiectæ. Acc.

rem, neq; longiorem[a], neq; latiorem, neq; humiliorem viam sub nomine refectionis is, qui interdicit[b], potest facere: vel in viam terrenam glaream[c] inijcere: aut sternere viam lapide, quæ terrena sit: vel econtrario de strata[d] terrenā facere. ¶ Interdictum hoc perpetuò dabitur, & omnibus & in omnes: & habet condemnationem in id, quod actoris interest[e].

Iabolenus li. 10. ex Cassio. LEX II.

Viam publicam populus non vtendo amittere non pōt[f].

Ex ædilium curulium singulari libro Papiniani. LEX III.

Aediles * curules studeant & quæ secundū ciuitates[g] sunt viæ vt vtiq; adæquentur: & effluxiones non noceāt domibus: & pontem faciant vbicūq; oportet. Studeant autem vt proprij parietes, & aliorum aliquid, quæ circa domos quæ ad viam publicam ducūt, non labilia[h] sint: quatenus vt oportet emundent domini domorum & construant. Si autem non emundauerint, neq; construxerint: multent eos, quoad illabilia[i] faciant. Curent autem, vt nullus effodiat vias, neq; subruat: neq; construat in vijs aliquid. Si autem[k] seruus quidem fuerit, ab obuiante fustigetur: si liber, demonstretur ædilibus: ędiles autē damnificent secūdum legem: & quod factum est, dissoluant. Construat antē vias publicas vnusquisq; secundum propriam domum: & aquæductus purget, qui sub diuo sunt, id est cœlo libero: & construat ita, vt non prohibeatur vehiculum transire. ¶ Quicūq; autem mercede habitant: si non construat dominus, ipsi construentes computent dispendium in mercede. Studeant autem, vt ante ergasteria * nihil proiectum sit, vel propositum: præterquàm si fullo vestiméta siccet: aut tecton * trochos[l] exterius ponat. Ponant autem & hi, vt non prohibeāt vehiculum ire. Non permittant autē rixari in vijs: neq; stercora proijcere: neq; morticina, neq; coria iacere. Translatum Pisis.

Paulus li. Sententia. LEX IIII.

Si in agrum vicini viam publicam quis reiecerit: in tantum in eum viæ reiectæ[m] actio dabitur, quanti eius interest cuius fundo iniuria[n] irrogata est. ¶ Qui viam publicam exarauerit: ad munitionem eius solus cōpellitur[o].

TITVLVS XI.

De fluminibus: & ne quid in flumine publico ripáve eius fiat, quo peius nauigetur.

Vlpianus li. 68. ad edic. LEX I.

Ait prætor, Ne quid in flumine publico ripáve eius facias, [...]

* ergasteriū græcè, officina dicitur latinè.
* vide in hūc locū Alcia. lib. præter. ij. hoc ipso tit. Est autē græcis tecton, faber, præterea tim ligna rius.

n ¶ Iniuria.] i. damnū. hoc tamen fallit in casu: quod dic vt. s. quē admo. serui amit. l. si locus. §. si.
o ¶ Compellitur.] Qui si non est soluendo, vicini coguntur: vt. s. e. ædiles. §. construant. & nequid in loco publico si. l. ij. §. viarum. Accursius Florentinus.

¶ DE FLVMINIBVS: ET NE QVID IN FLVMINE &c.
¶ Et pro, id est ne quid 10 &c. uel de flumine non nauigabili: & ne quid in flumine &c. scilicet nauigabili &c.

Ait prætor.] CASVS. Pro hibet ne qd fiat, vel immittatur in 20 flumine publico, vel in eius ripa, quo statio id est locus, vbi naues appodiatæ securè stant, vel iter nauigij deterius fiat. Secundò dicit: flumē discernit à riuo, vel magnitudine, vt qa flumē est magnū: vel opiniōe rusti 30 corū ibi iuxta morātiū. Tertiò dicit: flumen aliud perenne: aliud torrēs. perēne est qđ semp currit: & tor rens qđ in hyeme currit: & licet perēne aliqua æstate siccet, non definit ꝑ hoc esse perēne. Quartò dicit: flu 40 mē aliud publicū, aliud priuatū. publicū est, qđ perenne est, vt rhen⁹: & flumē dicis: & ad hæc publica habet locū hoc interdictum: non ad priuata. Posteà exponit quid sit ripa: & certè ripa est, quæ tenet flumen 50 secūdū naturalē cursum fluminis. si enim aliquo tēpore superexcrescat aqua, & vadat vltra ripas cōsuetas: nō efficit, qđ occupat nūc ripa. itē si decrescat flumē, nō minuit. si aūt flumē cœpit pl⁹ de terra occupare, vt 60 qa creuit alio flumine adiuncto: bene hoc casu crescet ripa. ¶ Si insula.] Insula in flumine publico nata est: in ea aliquis facit opus. dicitur, quòd videtur nō in publico facere: & sic cessat hoc interdictum. nam hæc insula non est publica, sed illorum qui habent ibi iuxta agros: nisi isti agri sint limitati, id est limitibus assignati: quia tunc eis non accrescit insula: sed occupantis fiet. & quod dixi in insula: idem est, & si flumen alueum dereliquit: & per aliū locū cœpit currere. nam alueū antiquū desinit esse publicū: & fit illorū, qui habent prædia ibi iuxta. vnde si fiat opus aliquod in tali alueo: cessat hoc interdictum. Idem est, & 70 si flumen dereliquit alueum nouum quod fecerat. nam hoc nō reuertetur ad antiquos dominos: sed fiet eorum, qui habent prædia ibi iuxta. ¶ Si fossa.] Fossa quædam est manu facta, per quā currere incipit flumen. publica ex hoc fit: & si aliquid amodò in ea fiat, habet locum hoc interdictum: secus si flumen inundauit agrum meum, non alueum ibi faciendo. nam non fit publicus ager meus. & si quid operis fiat in agro meo prædicto, non habet locum hoc interdictum. idem est, si flumen vadat circunquaq; agrum meum. nam meus ager remanet: nec hoc interdictum habet locum, si quid operis fiat in eo. idem & si fiat in flumine priuato. ¶ In publico flumine.] Nunc 80 exponit hoc verbum in flumine: & dicit: quod fit in aqua fluminis, dicitur fieri in flumine. si autem fit in ripa aliquod opus, non dicitur fieri in flumine. Posteà dicit: non vetatur omne opus fieri in flumine publico, vel eius ripa: sed illud tantum opus quo facto deterior fit statio, vbi naues appodiantur, vel nauigatio fiat deterior: & sic apparet, quòd in flumine nauigabili habet locum hoc interdictum. at in flumine non nauigabili non videtur habere locum: sed æquius est, vt dicamus, si opus fiat in flumine non nauigabili,

nauigabili, ita q aqua siccetur, vel aquæ cursus impeditur: vtile hoc interdictum dari, vt liceat hoc opus tolli. Postea exponit verbũ statio positum in edicto. Posteà exponit verba vltimi edicti: hæc scilicet: iter nauigij deterius fiat. nam intelligo, siue ipsum nauigiũ fiat deterius per hoc opus, siue nauis, siue iter iuxta aquã fiat deterius, quod iter iuxta aquã caussa nauigij erat. & vt breuiter dicã, qualitercunq; nauigatio 10 incommodior fit per hoc opus: habet locũ hoc interdictũ. ¶ Labeo scribit.] Si fecisti opus in ripa per quod impeditur vsus nauigandi: licet caussa ripæ tuendæ feceris, nõ propter hoc te defendes: sed hæc est iusta 20 exceptio faciendi opus: quasi dicat se fecisse lege concedente, vt conceditur. j. l. pro xi. Secundò dicit, hoc interdictũ habet locum, & in opere quod fit in mari per quod portus, siue statio, siue nauigium impedia 30 tur. Tertiò dicit, hoc interdictum vtile datur, & quãdo opus fiebat in flumine publico non nauigabili. ¶ Deinde ait prætor.] Nunc ponit aliud edictum, cuius sensus est: si facis opus in flumine publico, vel eius ri 40 pa, siue immissum ab alio habeas, per qđ statio, siue iter nauigij deterior fiat: ait prætor vt illud opus restituas. Secundò dicit, primum edictũ est prohibitorium: secundũ restitutoriũ: & ad idẽ spectant, scilicet ad cõ 50 moditatẽ nauigãdi. Tertiò dicit, qui possidet opus, per quod impeditur nauigium: licet illud opus non fecerit, tenetur hoc interdicto, scilicet vt restituat, siue destruat opus illud. Franciscus Accursius.

60 a ¶ Statio.] vbi naues tute stant: vt. j. e. l. §. stationem. Accur.

b ¶ Nauigii.] aliâs nauigio, id est propter nauigium.

c ¶ Sit fiat.] sit in præsenti, fiat in futuro[a] vt. s. ne quid in loco publico. l. ij. §. deinde 70 ait prætor.

[a] No. q ex eo q verbũ fiat, denotat futurum tẽpus adde glos. cõcor. & ampliori modo lo. quére in. c. j. §. ipsas actiones. de re. ser. in pra. sanc. in verbo fiãt.

d ¶ Flumen à riuo.] Hic riui nomine aqua fluens accipitur. Accursius Florentinus legum doctor.

e ¶ Existimatione.] id est opinione. sic & s. de fun. instru. l. cùm de lanionis. §. asinam.

80 f ¶ Semper.] i. sine fine. sic &. C. de diuer. re. l. ij.

g ¶ Aliqua.] i. aliquibus temporibus: ita q plerũq;. sic. j. e §. ripa. & instit. ad. l. aquil. §. is autem.

vel immittas quo statio[a] iterve nauigij[b] deterius sit fiat[c]. ¶ Flumen à riuo[d] magnitudine discernendũ est, aut existimatione[e] circuncolentiũ. ¶ Item fluminum quædam sunt perennia, quædam torrentia. Perenne est, quod semper[f] fluit. Torrens est, quod tantum hyeme fluit. Si tamẽ aliqua[g] æstate exaruerit, quod alioquin perenne fluebat: non ideo minùs[h] perenne est. ¶ Fluminum quædam publica sunt: quædam non. Publicum flumen[i] esse Cassius definit, quod perẽne[k] sit. hæc sententia Cassij (quam & Celsus probat) videtur esse probabilis. ¶ Hoc interdictũ ad flumina publica pertinet. Si autẽ flumen priuatum sit, cessabit interdictum. Nihil enim differt à cæteris locis priuatis flumen priuatum. ¶ Ripa autem eius ita rectè definitur: id[l] quod flumen continet, naturalem[m] rigorem cursus sui tenens. Cæterùm, si quando vel imbribus, vel mari, vel qua alia ratione ad tempus excreuerit: ripas nõ mutat. Nemo deniq; dixerit, Nilum qui incremento suo Ægyptũ operit, ripas suas mutare, vel ampliare. Nam cùm ad perpetuã sui mensuram redierit[n], ripæ alueí eius muniendæ sunt. Si tamen flumen naturaliter creuit, vt perpetuum incrementum nactum sit, vel alio flumine admisto, vel qua alia ratione: dicendum est proculdubiò ripas quoq; ipsum mutasse: queadmodum si alueo mutato, alia cœpit[o] currere. ¶ Si insula in publico flumine nata fuerit: inq; ea aliquid fiat: non videtur in publico fieri. Illa enim insula, aut occupantis est, si limitati[p] agri fuerunt: aut eius, cuius ripam contingit: aut si in medio alueo nata est, eorum est, qui prope vtrasq; ripas prædia possident[q]. ¶ Simili modo, & si flumen alueum suum reliquerit, & alia currere cœperit: quicquid in veteri alueo factũ est, ad hoc interdictum non pertinet. Non enim in flumine publico factum erit, quod est vtriusq; vicini: aut si limitatus est ager, occupantis alueus fiet. certè desinit esse publicus. Ille etiam alueus, quem sibi flumen fecit[r]: & si priuatus antè fuit, incipit tamen esse publicus: quia impossibile est, vt alueus fluminis publici non sit publicus. ¶ Si fossa manu facta sit, per quam fluit flumen publicũ[s], nihilominus publica fit: & ideo si quid ibi fiat, in flumine publico factum videtur: aliter atq; si flumen aliquam terram inũdauerit, non alueum sibi fecerit. tũc enim non fit publicum, quod aqua coopertum est. ¶ Item si amnis[t] aliquid circumeat: sciendum est manere eius cuius fuerat. Quod igitur illic factum est, nõ est factum in publico flumine. Nec pertinet ad hoc interdictum, si quid in priuato factum sit: nec quidem si in priuato flumine fiat. Nã quod fit in priuato flumine: perinde est, ac si in alio loco priuato fiat. ¶ In flumine publico factum accipere debemus, quicquid in aqua factũ est. Nam si quid extra factum sit: non est in flumine publico factũ. & quod in ripa fit, non videtur in flumine publico factum. ¶ Nõ autem omne quod in flumine publico ripáve fit, coercet prætor: sed si quid fiat quo deterior statio & nauigatio fiat. Ergo hoc interdictum ad ea tantùm flumina pertinet, quæ sunt nauigabilia: ad cætera non pertinet. Sed Labeo scribit non esse iniquum, & si quid in eo flumine quod nauigabile non sit, fiat, vt exarescat, vel aquæ cursus impediatur: vtile[v] interdictum competere, ne vis ei fiat, quò minus id opus quod in alueo fluminis ripáve eius ita factum sit: vt iter cursúsve fluminis deterior sit fiat, tollere, demoliri, purgare, restituere viri boni arbitratu possit. ¶ Stationem[x] dicimus à stando. Is igitur locus demonstratur[y], vbicunque naues tute stare possunt. ¶ Ait prætor, Iterve nauigij deterius sit fiat. Hoc pro nauigatione positum est. Imò nauigium solemus dicere, etiam ipsam nauem[z]. Iter ergo nauigij potest, & sic accipi: Iter nauis deterius fiat. ¶ Nauigij appellatione etiam rates continentur: quia plerunq; & ratium vsus necessarius est. ¶ Si pedestre[a] iter impediatur, nõ ideo minus iter nauigij

h ¶ Non ideo minus.] idem ergo per contrarium est in torrente.

i ¶ Publicum flumen.] scilicet id demum. alia enim sunt priuata: vt rapo & mellum zellum. Azo. sed via publica dicitur, cuius solum est publicum: vt. s. ne quid in loco publico. l. ij. §. viam.

k ¶ Perenne.] i. perpetuum: & si non omni tempore fluat.

l ¶ Id.] scilicet est ripa quod continet &c. sic flumen est accusatiuus. ripa dico tenẽs sci 10 licet vltro citroq;.

m ¶ Naturalem.] i. cõsuetũ cursum sui. i. fluminis. cæterũ &c. vel dic flumẽ, dico cõtinẽs &c. & hoc subijcit cæterũ &c. & facit j. e. l. pe. &. j. de verb. sig. littus. & instit. de re. di. §. est autẽ. &. s. 20 ea. l. §. itẽ fluminũ. & s. de acqui. re. dom. l. adeo. §. insula. in fin. & C. de allu. & palu. l. ij.

n ¶ Redierit.] id est naturalem quam & solet tenere.

o ¶ Cœpit.] Facit. s. de acquiren. re. do. ergo. §. alluuio. Accur.

30 p ¶ Si limitati.] i. certis finibus determinati, vt nulla occasione dominium eorum possit augeri. & quod hic de insula dicitur, idem est de iure alluuionis: vt. s. de acquire do. l. in agris. aliâs est in litera militares 40 agri, id est militibus assignati. Accursius.

q ¶ Possident.] ad hoc. s. de acquiren. re. do. adeo. §. insula. &. l. inter eos.

r ¶ Fecit.] hoc est vetus.

s ¶ Publicum.] totũ. Idem si pars ad naui 50 giũ ex rheno, vel aqua, quæ ex sauiana trahitur ad ciuitatẽ: nisi dicas, quia non est perenne omne priuatum: vt. s. §. fluminũ.

t ¶ Si amnis.] facit in sti. de re. di. §. insula.

v ¶ Vtile.] Si ex eo nõ nauigabili, aliud naui 60 gabile fiat: vt. j. §. si in mari. &. §. sequen. & l. quo minus. secundũ H. vel Azo. etiã si non fiat illud nauigabile: vt quia caput ad mare tenet. An autem per rhenum fiat aliud nauigabile, vt Padus: quod videtur: quia si 70 rhenus & alia ibi nõ immittant scilicet caput, redditur non ita aptum ad nauigandũ. Accursius.

x ¶ Stationẽ.] ad hoc j. de verb. sign. portus.

y ¶ Locus demonstratur.] s. stationis verbo. Accursius.

80 z ¶ Nauem.] sic accipitur. C. de sacr. san. eccl. l. iubemus nullã. in fi. & sic not. duobus modis dici nauigium.

a ¶ Si pedestre.] qđ ẽ iuxta aquã, quo itur qũq; funib⁹ trahẽdo,

quod dicitur restara vel piarda vulgariter: vel de eo per quod descenditur vel itur ad aquam siue naues.

a ¶ Deterius fit.] Vnde non competit hoc interdictum.
b ¶ Rapidius.] Facit.s̃.de aqua plu.arcen.l.j.§.ij.Azo.
c ¶ Si non.] verba exceptionis quæ non debet dari: rectè interdiceres si non &c. Accur.

deterius fit[a]. ¶ Deterior statio, itemq; iter nauigij deterius fieri videtur, si vsus eius corrũpatur, vel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, aut si in totum auferatur. Proinde siue aqua deriuetur, vt exiguior facta minus sit nauigabilis: vel si dilatetur, vt diffusa breuem aquã faciat: vel cõtra si coãgustetur, vt rapidius[b] flumen faciat: vel si quid aliud fiat quod nauigationem incommodam difficilioremve faciat, vel prorsus impediat, interdicto locus erit. ¶ Labeo scribit non esse dandam exceptionem ei qui interdicto conuenitur, Si non[c] ripæ tuendæ caussa id factum sit: sed ita excipiendũ ait, Extra quã[d] si quid ita factum sit, vti lege fieri licuit. ¶ Si in mari aliquid fiat: Labeo ait competere vtile[e] interdictum, Ne quid in mari inve littore fiat quo portus, statio, iterve nauigio deterius fiat. Sed & si in flumine publico non tamen nauigabili fiat idẽ putat[f]. ¶ Deinde ait prætor, Quod in flumine publico ripaúe eius fiat: siue quid in eo flumine ripaúe eius factum immissumúe habeas quo statio iterúe nauigio deterius sit fiat, restituas. ¶ Superius[g] interdictum prohibitorium est: hoc restitutorium, ad eandem caussam pertinens. Iubetur autẽ is qui factum vel immissum habet, restituere quod habet: si modo id quod habet, stationẽ vel nauigiũ deterius faciat. ¶ Hæc verba, Factũ habes, vel immissum habes. ostendunt non solũ eum teneri q fecit vel immisit[h], sed & cũ q factũ vel immissum habet. Deniq; Labeo scribit, si auctor[i] tu⁹ aquã deriuauerit, teneri te hoc interdicto si ea tu vtaris.

¶ Hæc lex tria facit. Primo ponit dictum usq; ib[l], si modo. ibi dictum suum limitat usq; ibi, sed & si. ibi ponit limitationis exemplum usq; in finem. Bar.

d ¶ Extra quam.] Et hæc verba except. rectè agitur si quid factũ sit: extra quã vti. &c. lex aũt permittit quãdoq;: vt.j.l. proxi. vel sic: rectè ageres nisi quia fecit lege permittente vel principe.

e ¶ Vtile.] aliâs vtile, aliâs tale. Sed contra.s̃.de ope.no.nun.l.j.§.nunciatio.versi. ꝙ si quis in mari.

f ¶ Putat.] vt exemplo interdicti de flumi.pu. hic interdicatur, sicut de mari dictum est, mutatis verbis tantum: cùm eadẽ sit sententia secũdum Roge.

g ¶ Superius.] facit s̃. nequid in loco pu. l.ij.§. prætor ait quod in mari.

h ¶ Hæc verba.] Immisit. siue habet nunc, siue non: quod dic vt s̃. ne quid in loco publi.l.ij.§.restituas.

i ¶ Auctor.] id est vẽditor.

Q Vo minus.] CASVS. Ex flumine publi. potest duci aqua nisi imperator aut senatus vetet. & hæc sunt vera quãdo flumen non est nauigabile, vel ex eo non fiat aliud nauigabile. de his enim fluminibus nõ posset duci aqua, cùm hoc lex vetat. Franciscus Accursius.

k ¶ Aqua.] nõ tamen per viã publicã: vt. s̃. de aqua plu.arcẽ. si in publico.§.fi. & facit.s̃. de serui. rustico. prædio.l.impatores. Quid si ducebã aquam ex flumine infra sed alius incipit ducere suprà, ita ꝙ me impedit: an potest? videtur ꝙ sic per.l.istã. Argu. cõtra j.titu.j.l.j.§.sunt autẽ qui. &.s̃. ne quid in loco pub.l. ij.§. merito. & videt̃ verius. Acc.

l ¶ Non permittitur.] à lege, etiã si prĩceps permitteret, nisi diceret non obst.l.ista vel alia: vt.s̃. de aqua plu.arcẽ.l.si autẽ.§.fi. & est arg.insti.de hæ.qua.& dif.§.testamenti. Item ad hoc ꝙ princeps & senatus æquiualeant in concedendo, facit s̃.de aqua plu.arcen.quod principis. & quod no.in.l.fin autem.in fi.

Princeps & senat⁹ equipollent in cõcedendo

F Lumina.] CASVS. Flumina publica quæ fluunt, & ripæ eorum sunt publicæ. ripa autem dicitur quæ continet plenissimum flumen: & ea loca cedunt ripæ quę incipiunt vergere siue declinare versus aquam vsq; ad aquã. nam ripæ & prædicta loca sunt pub. quo ad vsum. Franciscus.

m ¶ Pubice sunt.] quoad vsum, sed flu. etiam quo ad proprietatẽ: vt.s̃.de rerum diui.l.nemo.in fi.&.l.riparum.
n ¶ Continet.] quod & habes.s̃.l.j.§.ripa.
o ¶ Secundum.] id est iuxta.
p ¶ Publica.] aliqua ergo & hoc subijcit, cnm ripæ &c. & dic ripæ

datiuus: & cedant scilicet loca. & dic cedunt, vt sint publica quo ad vsum quod dicit vsq; ad aquam, id est naturalem cursum aquæ[a]: siue vnde naturaliter consueuit fluere. Quid ergo si inter duos montes currit? Et videtur vsq; ad cacumen montis esse publicũ, cùm semper vergit ad aquam, sed dic vergit propter attractionem aquæ: sed in prædicto casu non sic. Sed quid si nil vergit ꝓpter tractionem aquæ, quia saxosus est vsq; ad aquã? Rñ. dicam esse publicum vsq; ad locũ qđ plenissimũ flumen excurrit: vt &.s̃.prox.& arg.j.de verbo. signi. l.littus.

a Add: Bal. in rub. s̃ de rerũ di. col. vj. ver. sed dubitat̃ cũ appendices. & Bart. cepo. in tit. de repa. & in ti. de ser. ru.

Pomponius li.34.ad Sab. L. II.

Q Vo minus publico ex flumine ducatur aqua[k], nihil impedit, nisi Imperator aut senatus vetet: si modo ea aqua in vsu publico non erit. Sed si aut nauigabile est, aut ex eo aliud nauigabile fit: non permittitur[l] id facere.

Paulus li.16.ad Sab. LEX III.

F Lumina publica quæ fluunt, ripæq; eorum, publicę sunt[m]. Ripa ea putatur esse quæ plenissimum flumen continet[n]. ¶ Secũdum[o] ripas fluminum loca nõ omnia publica[p] sunt, cum ripæ cedant ex quo primum à plano vergere incipit vsq; ad aquam.

Scæuola li.5.rñ. LEX IIII.

Q Væsitum est an is qui in vtraq; ripa fluminis publici domum habet, pontem priuati iuris facere posset. Respondi non posse[q].

Q Væsitum est.] CASVS. Habeo prędia ex vtraq; parte fluminis. volo facere pontẽ supra flumen. dicitur ꝙ non possum, & sic est lex cõtra nos: habemus enim pontẽ pulcherrimum supra flumen in nostra villa delectabili nomine Ricardina. sed hæc lex nõ nocet, cũ cõsuetudo nostræ ciuitatis sit in contrarium: supra vias enim publicas videmus cotidie fieri solatia, & super fluminibus pontes. Fran.

q ¶ Non posse.] idem in domibus: quod dic vt.s̃. ne quid in loco publico.l.ij.§.tractatum. Accur.

TITVLVS XII.

Ne quid in flumine publico ripave eius fiat quo aliter aqua fluat quàm priore æstate fluxit.

¶ Diuide titulũ istum in duas principales partes. In prima ponit interdictum prohibitorium. In secunda interdictum restitutorium. secunda ibi, Deinde ait prætor. Item prima subdiuiditur in quinq;. Primo ponit uerba edicti. Secũdo narratiunculam quandam per modum summarij cuiusdam. Tertio exponit edictum. Quarto quæstiones aptat ad primum edictum. Quinto declarat cui & contra quos hoc edictum competit. secũda ibi, Hoc interdicto. tertia ibi, Ait prætor. quarta ibi, Si quis ex riuo. quinta ibi, Hoc interdictum cuius. Secunda pars principalis subdiuiditur in duas. Primo ponit uerba edicti restitutorij. Secundo differentiam ostendit inter hæc duo interdicta. secunda ibi, Hoc interdictum.

¶ NE QVID IN FLVMINE PVBLICO RIPAVE &c.

¶ Differt à superiori tit. quia illud propter nauigij utilitatem, hoc propter agrorum uel aliam quã nauigij prohibet in flumine fieri. Item ille de nauigabili uel quasi dicit, hic de oĩ flumine: ut.j.l.j.circa prin. Itẽ differt ab inferiori: quia hic prohibetur fieri in publico, ibi cõtra uetat fieri uim facienti & utenti. Acc.

Vlpianus li.68.ad edict. LEX I.

A It prætor, In flumine publico inúe ripa eius facere, aut in id flumen ripamúe eius immittere, quò aliter aqua fluat quã priore

A It prætor.] Casus. Primo ponitur edictum cuius sensus est: ne quid fiat in flumine publico vel eius ripa per qđ aqua aliter fluat quã priore ęstate cõsueuit fluere. Secũdo loquit̃ Vlp. & dicit: hoc edicto ꝓspicitur ne deriuationibus flumina exarescant: & ne mutatis alueis vicinis damnum inferatur. & habet locum in flumine nauigabili & non nauigabili: & is demum hoc interdicto tenetur qui fecit opus, vel aliquid immisit, per quod aqua aliter fluat quàm priore æstate consueuit fluere: nec inspicitur currat minus aquæ vel plus per hoc opus: sed si mutetur aquæ cursus, cum vel depressior fiat aqua vel altior, & sic rapidior: & sic lædantur ex hoc colentes circunquaq; flumen. ¶ Si quis ex riuo.] Siue ducebam aquam per riuum coopertum, & nunc prædictum riuum aperio: vel econtra: & hoc sit damnum colentium agro ibi iuxta iter: si immutem alueũ fluminis: hoc interdicto teneor. Secundo quæritur, an subueniatur ei qui fecit opus caussa ripæ muniẽdæ, licet per hoc opus aqua aliter currat? & videt̃ ꝙ nõ: cũ ex hoc ope lædãtur vicini. de æqtate tñ dicas cõtrariũ: vt ipe nõ teneat̃. idẽ & si muniat agrũ suũ ripis magnis siue agge

siue aggeribus vt p hoc defendat agrũ suũ à flumine. nã nõ tenet̃, licet per hoc cursus aquę mutetur. Tertio dicit, bene dixi teneri eum qui facit opus per quod aqua aliter fluit. & bene dixit prętor priore ęstate: cũ in ęstate magis sit certus cursus aque quã in hyeme. ęstas autẽ finitur in autũno: & si in fine ęstatis ago de opere quod hac ęstate est factũ, inspicitur principiũ precedentis ęstatis nõ proximę: & datur hoc interdictũ cuique ex populo, & contra eũ qui facit vt aqua aliter fluat quã sit cõsueta. datur & in hæredẽ: & dic de hoc vt in gloss. ❡ Deinde ait prętor.] Nũc ponit aliud edictũ, & est sensus. Si habes factũ aliquid vel immissum in flumine publi. vel in ripa eius p quod aqua aliter fluat quã priore ęstate: debes id restituere, id est destruere. Secũdo dicit, hoc edictũ restitutoriũ est, & ad opera iam facta locũ habet: primũ autẽ prohibitorium est, & nõdũ facto opere locũ habet. Itẽ tenetur q dolo malo fecit, quo minus haberet factũ. i. possideret: & tenebitur hoc interdicto, & veniet inter esse. Frãc.

æstate fluxit, veto. ❡ Hoc interdicto prospexit prætor ne deriuatiõibus minus[a] cõcessis flumina exarescãt, vel mutatus alueus vicinis aliquã ĩiuriã[b] afferat. ❡ Pertinet autẽ ad flumina publica: siue nauigabilia sint, siue nõ. ❡ Ait prætor: Quo aliter aqua fluat[c] q̃ priore æstate fluxit. Nõ omnis ergo qui immisit vel qui fecit, tenetur, sed qui faciẽdo vel immittendo efficit aliter quã priore æstate fluxit, aquã fluere. ❡ Quod autẽ ait, aliter fluat, non ad quantitatem[d] aquæ fluẽtis pertinet, sed ad modum[e] & ad rigorem cursus aquæ referendum est. Et generaliter dicendum est ita demũ interdicto quẽ teneri, si mutetur aquæ cursus per hoc quod factum est: dum vel depressior rel altior fiat aqua, ac per hoc rapidior sit cum incõmodo accolẽtium. & si quid aliud vitij accolæ[f] ex facto eius q cõuenitur, sentiant: interdicto locus erit. ❡ Si quis ex riuo tecto[g] per apertum ducere[h] velit: vel cõtra, q antè[i] aperto duxit, nũc opto velit[k]: interdicto teneri placuit: si modo hoc factũ eius incõmodum circa accolentes afferat. ❡ Simili modo & si incile[l] ducat, vel alio loco faciat[m], vel si alueũ fluminis mutet, hoc interdicto tenebitur. ❡ Sunt autem qui putãt excipiendum hoc[n] interdicto, Quod eius ripæ muniendæ[o] causa non fiat: scilicet vt si quid fiat, quo aliter aqua fluat: si tamen ripæ muniendæ causa fiat, interdicto locus nõ sit. Sed nec hoc quibusdam placet. Neque enim ripæ cum incommodo accolentiũ muniendæ sunt. Hoc tamen iure vtimur[p], vt prętor ex causa æstimet an hanc exceptionẽ[q] dare debeat. Plerunque enim vtilitas suadet istam exceptionem dari. Sed & si[r] aliqua vtilitas vertatur eius

qui quid in flumine publico fecit (pone enim grande damnum flumen ei dare solitum, prædia eius depopulari) si forte aggeres aut quam aliam munitionem adhibuit vt agrum suum tueretur, eaque res cursum fluminis ad aliquid[s] immutauerit: cur ei nõ consulatur[t]? Plerosque scio prorsus flumina auertisse, alueosq; mutasse dum prędijs suis cõsulũt. Oportet enim in huiusmodi rebus vtilitatem[v], & tutelam facientis spectari, sine iniuria[x] vtrique accolarum[y]. ❡ Is autem hoc interdicto tenebitur, qui aliter fecit fluere aquam quàm priore æstate fluxit: & idcirco aiunt prętorẽ priorem æstatem cõprehendisse, quia semper certior est naturalis fluminũ cursus æstate potius quã hyeme, Nec ad instantem[z] æstatem, sed ad priorem hoc interdictum refertur: quia illius ęstatis fluxus in dubitatior[a] est. ❡ Æstas ad æquinoctium autumnale refertur[b]: & si quid forte ęstate interdicetur[c], proxima superior æstas intuenda erit. Si verò hyeme, tunc non proxima[d] hyemi æstas, sed superior erit inspicienda. ❡ Hoc interdictum[e] cuiuis ex populo competit: sed non aduersus omnes, verũ aduersus eum qui id egit[f], vt aliter aqua flueret, cũ ius non haberet. ❡ Hoc interdictum & in hæredes[g] cõpetit. ❡ Deinde[h] ait prætor quod in flumine publico ripaúe eius factum sit: siue quid in flumine publico ripaúe eius immissum habes: si ob id aliter aqua fluat atque priore ęstate fluxit, restituas. ❡ Hoc interdictum restitutorium proponitur. superius[i] enĩ prohibitorium est: & pertinet ad ea quæ nõdum facta sunt. Si quid igitur iam factum est: per hoc interdictũ[k] restituetur. Sed si quid ne fiat prospicit̃: superiore inter-

a ❡ Minus.] i. nõ à principe enim vel à senatu esset facienda. Accur.

b ❡ Iniuriam.] i. dãnũ: vt. ĩ. de iniurijs. l. j. circa prin.

c ❡ Aqua fluat.] facit. s̃. de ser. cor. l. j. §. psuadere. & . ĩ. de verbo. sig. l. sępe. Accur.

d ❡ Ad quantitatẽ.] scilicet ꝙ currat minus vel plus, nisi qualitas cursus mutet̃, ꝙ vel citior, vel tardior, vel strictior, vel latior, vel altior, vel depressior sit, ita ꝙ sit incõmodũ vicinorum.

e ❡ Ad modum.] id est, qualitatẽ. vel. i. vt eo modo fluat vt priore ęstate.

f ❡ Accole.] aliâs accole, & aliâs accolẽtes. Accur.

g ❡ Si quis ex riuo tecto.] i. cooperto: qđ licebat.

h ❡ Ducere velit.] i. qui ante ducebat per riuuũ coopertum, nũc vult ducere p apertũ.

i ❡ Ante.] id est priore ęstate. Accur.

k ❡ Velit.] s. ducere.

l ❡ Incile.] locus vbi lapis vel terra incidi tur, vt aqua de flumine trahatur: vt. ĩ. de riuis. l. j. § incile.

m ❡ Facit.] quam fuerat scilicet incile.

n ❡ Excipiendum hoc.] i. exceptione repellendũ, hoc. s. modo &c. quasi dicat, bene me conuenires nisi ripæ muniendę causa facerem.

o ❡ Muniende causa.] secũdũ quorundam opinionem. Accur.

p ❡ Vtimur.] spretis prædictis sententijs.

q ❡ Exceptionem dare.] s̃. ti. j. l. j. labeo. contrà. sol. ibi erat damnum nauigij: hic autem non erat vicinorum.

r ❡ Sed & si.] & ita demũ &c. Azo. vel melius nõ solũ muniẽde eius ripæ, sed &c. & facit. C. de palu. l. j. & . ĩ. titu. ij. l. j. §. is autem. Accur.

s ❡ Ad aliquid.] id est aliquantulum.

t ❡ Consulatur.] q. d. bene consulitur.

v ❡ Vtilitatem.] maximam. Accursius.

x ❡ Sine iniuria.] maxima. ad qđ est. C. de preci. impe. of. l. ij. & . s̃ ne quid in loco pub. l. ij. §. aduersus. & . §. si quis à prĩcipe. & . s̃. de aqua plu. l. j. §. de eo. in fi. & . s̃. de ędil. edi. l. quis sit fugitiuus. §. apud. & s̃. de serui. rusti. prę. l. impetratores.

y ❡ Accolarum.] al̃. accolentium.

z ❡ Nec ad instantem.] id est pręsentẽ.

a ❡ Indubitatior est.] aliâs indubitabilis, & al̃s. ĩdubitatior.

b ❡ Refertur[a].] vt. s. tunc finiatur. at' incipit in eqnoctio vernali. & hoc largè accepto vocabulo: & sic cõtinet sex mẽses: vt. ĩ. de aqua coti. & ęsti. l. j. §. ęstatem. Sed strictè cõtinet tres: cũ in quatuor partes diuidatur annos secũdũ cõpotũ. s. hyemem, ver, æstatẽ, & autũnum: & quęlibet pars habet tres mẽses: & est equinoctiũ autũnale in nocte sancti Matthei: & sic decimo die exeũte septẽbri, sed vernale decimo die exeunte Martio: & per consequens potes scire qualiter etiã quatuor tẽpora diuidũtur accepto medio inter prædicta. & dicitur equinoctium, quia dies & noctes coęquãtur. qđ bis in anno cõtingit. s. in autumno & vere: vt ĩ. de aqua coti. & æsti. l. j. §. ęstatem. Accur.

[a] Ista glos. est no. secũdũ Bart. ad hoc ꝙ ęstas largo modo sumendo cõprehẽdit sex mẽses. sed strictò mõ cõprehendit tres tantũ: quod facit ad multa q̃ videre poteris in. l. j. §. ęstatẽ. ĩ de aqua cotid. & ęsti.

c ❡ Interdicetur.] i. de eo qđ de hac ęstate fuit factũ, interdicet̃: adeò ꝙ si in fine estatis ago, inspicit̃ qualiter cucurrit etiã in prĩcipio pręcedẽtis ęstatis: & sic fere per xviij. retro. Si autẽ ĩ fine hyemis ago, inspicit̃ etiã principiũ prioris ęstatis, nõ dico prox. si forte in principio fluxit, nõ posteà: & sic ferè ad duos annos retro inspicit̃: vt hîc subijcit, & . ĩ. de aqua coti. & æsti. l. j. §. priorem. Accursius.

d ❡ Non proxima.] cũ enim prior sit inspicienda, vt verbis edicti dicitur: prius autẽ est propriè qđ aliquid habet post se: sed proxima ęstas nullã habet post se: ergo pręcedens inspicitur: vt. d. §. priorẽ. arg. tamẽ cõtra instit. de hære. ab intest. §. si plures. & . ĩ. de verbo. sig. l. in vulgari. & . l. proximus. & . l. proximi.

e ❡ Hoc interdictum.] scilicet prohibitoriũ quod est. s̃. e. in prin.

f ❡ Id egit.] aliâs qui id agat, faciendo scilicet vel immitendo.

g ❡ Et in hæredes.] lit. cõte. cũ defuncto, vel vt pstet patiẽtiã restituẽdi, vel vt restituat̃. Sed quomõ restituit̃, qđ nec est factũ? est enĩ hoc phibitoriũ: vt. ĩ. §. hoc ĩterdictũ. dic ergo ĩ hr̃edes, nõ q̃si ĩ hęredes, sed q̃si possessores. hoc aũt dico ne obsit. ĩ. đ pop. ac. l. fi. vbi dicit̃ popularẽ actionẽ nõ dari ĩ hęredes: hoc ãt ẽ populare: vt s̃. proxi. §.

h ❡ Deinde.] hoc est secundum edictum: & est restitutorium: superius prohibitorium: vt. ĩ. proxi. §.

i ❡ Superius.] de quo dictum est. s̃. eo. l. j. vsque ad. §. deinde.

k ❡ Interdictum.] scilicet prohibitorium.

a Coercebitur.]i.destruet hoc interdicto secūdo.Sed quid si pri mū non fuit modum:an secundū habeat locū?Innuit hîc q̄ non. sed dic contra:vt.s.de ope.no.nunci.l.j.§.j. Accur.

b Haberes.]Sed qualiter fiet condemnatio hoc casu?respon.pro interesse agentis:& iurabitur in litem:vt argu.j.quod vi,aut clàm. l.semper.§.in hoc interdicto. vel dic, vt not.s.ne quid in loco publi.l.ij.§.penul. Itē ro an sit populare? Rñ. sic,sicut & superius:vt supra § hoc interdictū cuius.Accur.

dicto erit vtendū.& si quid post interdictum redditum fuerit factū,coercebitur[a]. In hoc interdicto restitutorio nō est iniquum (vt Labeo ait) venire,etiam quod dolo malo factum est,quò minus haberes[b].

TITVLVS XIII.

Vt in flumine publico nauigare liceat.

§ VT IN FLVMINE publico nauigare liceat.¶ Differt à superioribus:ut notaui suprà in proxi.rub.

Vlpianus libro 68.ad edictum

LEX VNICA.

PRætor ait.] CASVS. Ponitur edictum quo vetatur fieri vim volenti ducere nauem siue ratem per flumen. Item vim fieri prohibet voléti onerare & exonerare nauem in ripa fluminis Itē prohibet vim fieri voléti nauigare per lacum, per fossam,& per stagnum publicū: & qui prohibetur a prædictis habet hoc interdictum ne prohibeatur. Posteà loquitur Vlpia.& dixit:per hoc interdictū prouidetur Ne vis fiat voléti nauigare per flumen publicū.sic & aliàs positū est interdictum,Ne vis fiat voléti vti via publica:vt de hoc habes.s. ne quid in loco pu.l.ij.§.fi.quę autem dixi de lacu, stagno & similibus:vera sunt si erant publica.Posteà dicit quid sit lacus, & quid sit stagnum,& quid sit fossa:& prædicta possunt esse publica & priuata. Posteà dicit:qui conduxit stagnum,vel lacū publicum,si prohibeatur piscari ibi,eo,habet hoc interdictum vtile.Idē si à ciuitate quis cōduxit lacum perusinum. Sed si quis vult agere vt ripa fluminis deprimatur, vt sic pecora possint ire inde ad bibendum:non auditur. 70 si autem prohibeas me ducere oues ad bibendum in flumine publico : habeo hoc interdictum . Franciscus Accursius.

*Publica no planè qui lacum vel stagnū conduxit &c.

PRætor ait,Quò minus illi in flumine publico nauem ratē agere,quóve min⁹ in ripa onerare exonerare liceat, vim fieri veto. Itē ait,Vt per lacum,fossam,stagnū publicū nauigare liceat:interdicā[c]. Hoc interdicto prospicitur,Ne quis in flumine publico nauigare prohibeat. Sicut enim ei,qui via publica vti prohibetur, interdictum suprà positum est[d]: ita hoc quoque proponendū prætor putauit. Si priuata sunt suprascripta[e] :interdictum cessat. Lacus est,[f] qui perpetuā habet aquam. Stagnum est quod temporalem continet aquam ibidem stagnātem:quæ quidē aqua plerunque hyeme colligitur[g]. Fossa est receptaculum aquæ manufactum[h]. Possunt autem etiā hæc publica[i] esse * & non publica. Planè qui stagnum,vel lacū publicū cōduxit:si piscari prohibeatur,vtile interdictum[k] competere Sabi.consentit:& ita Labeo. Ergo & si à municipibus conductū habet:æquissimum erit ob vectigalis fauorem interdicto eum tueri[l]. Si quis velit interdictū tale mouere, Vt locus[m] deprimatur pecoris appellādi gratia:nō debet audiri.& ita Mela scribit. Idem ait tale interdictum cōpetere, Ne cui vis fiat, quò minus pecus ad flumen publicum ripamúe fluminis publici appellat.

TITVLVS XIIII.

De ripa munienda.

§ DE RIPA MVNIENDA.¶ Scilicet publici fluminis.

Vlpianus libro 68.ad edict.

LEX VNICA.

PRætor ait.] CASVS. Primò ponitur 10 edictū, quo est cautū ne vis fiat volenti facere opus causa ripæ, agriúe, qui circa ripā est tuendi:dum ne ob id nauigatio deterior fiat:dū tamen caueat, vel satisdet de damno infecto,si quod intra.x.an.contingeret:vel paratus sit cauere, vel 20 satisdare. Posteà loquitur Vlpi. & dicit: & valde est vtile reficere ripas. sic & aliàs est interdictum propositum circa vias publicas reficiendas:vt habes.s.de via publ.l.j. & bene dixit prætor, 30 dū ne ob id nauigatio deterior fiat. nā secus esset si fieret deterior.is ergo, qui vult reficere ripā fluminis, debet cauere,vel satisdare secūdū qualitatē personę.quod expone vt in glos.domini mei Ac.& præstabitur vi- 40 cinis, qui habent agros ibi iuxta : etiā si sint agri ex alia parte fluminis & debet præstari ante opus factū. nam post opus perfectū,nō præstabit hæc cautio sed si damnum det,habet locum subsidiaria aquiliæ in 50 factū. Vltimò dicit ea quę dicta sunt in ripa fluminis munienda, habet etiā locum in ripa stagni, & lacus, & fossæ.Fran.

PRætor ait, Quò minus illi in flumine publico ripaúe eius opus facere,ripæ,agriúe, qui circa ripā est,tuendi caussa liceat,dum ne ob id nauigatio deterior fiat: si tibi damni infecti in annos decem[n] boni viri arbitratu,vel cautū[o],vel satisdatum est,aut per illum nō stat,quò minus boni viri arbitratu caueatur,vel satisdetur: vim fieri veto. Ripas fluminum publicorum reficere munire vtilissimum est. Sicuti igitur De via publica reficienda,interdictū propositū est[p]:ita etiā De ripa fluminis muniēda,proponendum fuit. Meritò adijcit,Dum ne ob id nauigatio deterior fiat. Illa enim sola refectio tolerenda est,quæ nauigationi impedimēto non est[q]. Is autem,qui ripam vult munire, de damno futuro debet, vel cauere, vel satisdare secūdū qualitatem[r] personæ.& hoc interdicto expressum est, vt damni infecti in annos decem viri boni arbitratu: vel caueatur,vel satisdetur. Dabitur autē satis vicinis:sed & ijs,qui trans flumen possidebunt. Etenim curandum fuit, vt eis ante opus factum caueretur. Nam post opus factum,persequendi hoc interdicto,nulla facultas[s] superest, etiā si quid damni posteà datum[t] fuerit:sed lege Aquilia[v] experiendū est. Illud notandū est,q̄ ripę, lacus fossæ, stagni muniendi caussa hic prætor nihil cauit:sed idē erit §.is autem. Accur.

n In annos decem.] id est vsque ad decimum annum:quo finito, noua interponetur cautio. Accur.

o Vel cautum.]Idē prætor videtur sibi cōtrarius.nā.s.ded.in fec. l. prætor.§.de eo. quæ est contrà. dicit simpliciter satisdādū: hîc adijcit vel cautū. Sol.aliàs præcise satisdat:sed hîc quia publi 70 cè expedit fieri, quādoque cauet. vel verius illud cum eadem distin. recipitur, qua istud,quàm dices.j.e.

c Interdicam.]id est interdictum proponam quo vetabo fieri impedimentum nauiganti.Sed nunquid vtile dabitur de mari ad instar huius,& ad instar viæ publicæ,de qua subijcit?Rñ.sic,vt no. s.ne quid in loco publi.l.ij.§.si quis in mari.Accur.

80 d Positum est.]vt.s.ne quid in loco publi.l.ij.§.fi.Accur.

e Suprascripta.]flumen lacus,stagnum &c. Accur.

f Lacus est.]facit.s.de acquiren.re.do.l.lacus.Accur.

g Colligitur.]aliàs cogitur,aliàs colligitur.Accur.

h Manufactum.]vt sæpe fit intra castra.

i Hec publica.]id quod est.j.de verbo.sig.l.littus.ij.

k Interdictum.]non hoc,sed superius suprà de loco publi.fru.l. j.in princi.vel dic,hoc & illud simul concurrere hoc casu.& facit.j. de iniur.l.iniuriarum.§.conductori.

l Tueri.]aliàs tueri,& tunc eum,scilicet conductorem.aliàs teneri:& tunc eum qui prohibuit cōductorē vti.Accur.

m Locus.]ripæ fluminis.

p Propositum est.]vt.s.de via pub.l.j.

q Non est.]aliàs agitur ex illo edicto:vt.s.de flu.l.j.in princip.ad quod est instit.de interdi.§.prohibitorium.

r Qualitatem.]vt si suo nomine petat quis:ei satisdandū est si no 80 mine publico,debet repromitti:vt.s.de operis no.nun.l.nō solū.§. sicut.vel dic ecōtrà,si ille q.pmittit,caueat suo noīe,debet repromittere.si alieno,satisdare:vt.j.de pto.stip.l.j.§.stipula. sed sufficit cautio secūdū Ir.vel dic,si sit honestę vitę,pbatęq;:sufficit cautio secūdū quosdā.nec ob.s.de dam.infe.l.ptor.§.de eo.vt in prin.huius.l.dixi.

Petens nomine repub. non nomine debet repromittere. sed nomine alieno,debet satisdare.

s Facultas.]quia prohibitorium est:& non restitutorium.

t Datum.]aliàs datum,& aliàs factum.

v Aquilia.]i. ex mente huius,vt in factum subsidiaria Aquil.vt argu.

argu.ꝫ.de ferui.vrba.prædi.l.ſi fiſtulæ.°

DE VI, ET VI ARMATA. Primum in genere. ſecundum in ſpecie. & eſt idem quod unde ui. & continua. Dictum eſt ſuprà de interdi.adipiſ.poſ.ut quo.bo.& quo.leg.nũc recuperãdæ. Vel dixit de prohibitorijs: nunc de reſtitutorijs: ut inſti.de interdi.§.j.

TITVLVS XV.

De ui, & ui armata.

Vlpianus li.69. LEX I.

Prætor ait, Vnde tu [a] illum vi deiecisti, aut familia [b] tua deiecit: de eo-que [c], quod ille tunc ibi [d] habuit, tãtummodò intra annum [e]: post annum verò de eo, quod ad eum [f] qui vi deiecit peruenerit: iudiciũ dabo. ¶ Hoc interdictum proponitur ei, qui vi deiectus eſt. etenim fuit æquiſsimũ, vi deiecto ſubueniri. propter quod ad recuperandam [g] poſſeſsionẽ hoc interdictũ proponit. ¶ Ne qđ aũt p vim admittatur, etiã legibus Iulijs publicorũ, & priuatorũ [h] proſpicitur: necnõ cõſtitutionibus principũ [i].

Hoc interdictum non habet locum pro uiolentia compulſiua, ſed expulſiua. Bart.

Hoc interdictũ non ad omnem vim ptinet, verũ ad eos tãtũ q de poſteſsione deijciunt [k]. Ad ſolã autẽ atrocẽ [l] vim pertinet hoc interdictũ: & ad eos tantũ, qui de ſolo deijciuntur: vt puta de fundo, ſiue de ædificio: ad alium autẽ nõ pertinet. Et ſi quis de area deiectus ſit, ſine dubio interdicto loc⁹ eſt.

¶ Et generaliter ad omnes pertinet hoc interdictum, qui de re ſolo cohærenti deijciuntnr. Qualiſcũque enim fuerit locus, vnde qs vi deiectus eſt: interdicto locus erit. Proinde & ſi ſuperficiaria [m] inſula fuerit, de qua quis deiectus eſt: apparet huic interdicto locum fore. ¶ Illud vtique in dubium nõ venit interdictũ, hoc ad res mobiles nõ pertinere [n]. nã ex ea cauſa furti, vel vi bonorũ raptorum actio cõpetit. poteſt & ad exhibendũ agi [o]. ¶. Planè ſi quæ res ſunt in fundo, vel in ædibus vnde quis vi deiectus eſt: earũ etiam rerũ nomine interdictum competere nõ eſt ambigendũ [p]. ¶ Si quis de naue vi deiectus [q] eſt, huic interdicto locus non eſt: argumento eius qui de vehiculo deiectus eſt: quẽ nemo dixerit interdicto hoc vti poſſe. ¶ Planè ſi quis de ligneis ędibus deiectus fuerit, nemo ambigit interdicto locũ fore: quia qualequale [r] ſit quod ſolo cohæreat [s], vnde quis deiectus eſt vi: habet locum interdictum.

Quacunque poſſeßione quis rem ſoli detineat: ſi deijcitur, habet locum hoc interdictum. hoc dicit.

¶ Deijcitur is qui poſsidet, ſiue naturaliter, ſiue ciuiliter [t] poſſeſsi

Prætor ait] CASVS. Ponitur ædictũ cuius ſenſus eſt. Si deiecíſt aliquem de loco quẽ poſsidebat, vel familia tua deiecit: datur ei interdictũ contra te ad recuperandũ poſ. Item ad omne id, quod ibi p hoc amiſit: licet ad te non peruenit, datur ei interdictũ hoc contra te intra annum. de eo aũt, quod venit ad te, datur ei hoc interdictũ perpetuò. Poſteà loquitur Vlp. & dicit. hoc interdictũ datur deiecto: & valde eſt æquũ ſubuenire deiecto. & per hoc interdictũ reſtituitur poſſeſsio deiecto. & vis nõ ſolùm prohibetur hoc edicto, ſed etiã legibus iulijs publicorũ & priuatorũ: item & conſti.principũ. Poſteà dicit. hoc interdictũ habet locum, cùm quis deijcitur de poſſeſsione: & pro vi atroci cõpetit: id eſt, in qua dolus ineſt. & eis cõpetit, qui deijciuntur de ſolo, ſiue area, ſiue domo, ſiue de ſuperficiaria inſula quis deiectus eſt. pro re aũt mobili abrepta, vel ſubrepta non habet locum hoc interdictũ: ſed ſufficit furti & vi bo.rap.act. ad exhibẽdũ. in caſu tamen hoc fallit. ſi enim in domo vel in fundo de quo ſum deiectus, erant res mobiles, & has amiſi, habeo interdictũ etiam nomine prædictarum rerum. Si autẽ de naui ſum deiectus, vel de vehiculo: nõ cõpetit hoc interdictum. ſecus ſi de domo linea, vt de parietibus facta deiectus ſum: nã habet locũ hoc interdictũ: nec refert an deiectus poſsidet ciuiliter. i. animo & corpore, vel animo ſolo: an naturaliter, vt fructuarius, qui poſsidebat pro ſuo. i. p iure qđ habebat. hinc eſt, q ſi vir donet fundũ vxori: & ipſa deijciatur: habet hoc interdictum: colonus autẽ licet deijciatur de agro quem colit, nõ habet hoc interdictum. ¶ Ait prætor.] Nũc exponit Vlpi. quædã verba edicti, hæc ſcilicet deieciſti: aut familia tua deiecit. & bene eſt habita mẽtio familiæ: Nã per primũ verbũ ſcilicet deieciſti, continetur tantũ deijciẽs: nec pertinet ad eũ, cuius familia deiecit. tenetur ergo per primum verbum, qui ſuis manibus deiecit, vel iuſsit aliquibus vt deijciãt. hinc eſt, quòd & ſi familia mea te deiecit meo iuſſu: ego videor deieciſſe. Poſtcà dicit. ſi procurator meus ad hoc conſtitutus te deiecit: & ipſe tenetur, & ego. & vno noſtrum litis æſtimationem præſtante alter liberatur. Idem eſt, & ſi aliquem deieciſti ſine meo mandato præcedente: tamen habeo ratam deiectionem: nam teneor & ſic ratihabitio comparatur mandato. Quod autem de familia dictum eſt in edicto, ſic intelligas: vt ſi ſine meo iuſſu deliquit familia mea te deijciendo: factum eius emendem hoc modo. nam id, quod ad me peruenit ex illa deiectione, reddam. pro reſiduo autem liberabor dãdo familiam pro noxa: nec videor damnum pati: cùm in hoc ſit permiſſum ſeruis damnificare dominos. Appellatione autem familiæ continentur, & plures ſerui: & etiam vnus ſeruus, ſi deijciat aliquem, videtur familia deieciſſe. & appellatione familiæ continentur & ij, quos tenemus vt ſeruos: puta libertos & liberos homines quos tenemus vt ſeruos noſtros. ſi tamen volo defendere familiam ſeruorum meorum quæ deiecit aliquem: teneor ſaltem quod ex hac deiectione habui, reddere: ſi autem filius meus, vel famulus vi deiecit aliquem, teneor vtili hoc interdicto, vt reddam quod ad me peruenit ex hac deiectione. Vltimò dicit, familia tua deiecit me de fundo quem poſsidebam: tandem mouet quidam tibi quæſtionẽ ſeruitutis: dicens te non eſſe liberum. tandem inchoata liberali cauſa egi contra te hoc interdicto: & poſteà fuiſti liber pronunciatus. tandẽ probaui qualiter familia tua me deiecit: debes mihi reſtituere poſ. fundi. h.d. vſque ad. §. ſeruus. Fran. Accur.

a ¶ Tu.] qui conueniris. & conſtrue, dabo iudiciũ, ſupple de ea poſſeſsione reſtituenda vnde vi. &c.

b ¶ Familia.] non tua voluntate. aliâs tu videris deieciſſe: vt. j. §. meritò. &. §. ſeq. & ſic fruſtra poneres hic de familia.

c ¶ De eoque.] repete dabo iudicium de eo reſti. &c.

d ¶ Ibi.] id eſt in ipſa poſſeſsione, mobilia puta, vel ſe mouentia. & hoc ſecundariò, non principaliter: vt j. §. illud.

e ¶ Annum.] vtilẽ: vt j. e. §. annus. & ad idẽ. C. e. l. ij. & de exce. l. licet. & adde nõ diſtincto puenerit ad te vel non: propter id quod ſubijcit poſt annũ &c. aliâs condictio per. l. ſi quis in tantã, perpetua eſt: vt. j. de perpe. act. in prin. & fa. ꝫ. de interdi. l. ex quibus. & ꝫ. cõmuni diui. l. cõmuni diuidũdo. §. iul. Ac.

f ¶ Ad eum.] i. ad te qui deieciſti. & eſt apoſtrophe. i. mutatio perſonarũ. ſic. C. de tranſac. ſi pro fundo.

g ¶ Ad recuperandam.] Eſt enim ſpoliatus ſtatim reſtituendus, & poſtea cauſa proprietatis agẽda, vt C. ſi per vim vel alio modo. l. j. Accur.

h ¶ Priuatorum.] ſcilicet iudiciorum. vel dic delictorũ: vt per legẽ Iul. de via publi. & priua. vt. j. ad le. Iul. de via pub. & priua. quarum pœna eſt vt inſti de pub. iud. ꝫ. itẽ lex. & facit inſti. de interdi. §. recuperande. §. qui autem.

i ¶ Conſtitutionibus principum.] quę ſunt. C. e. ſi quis in tantã. & in alijs titulis. &. C. finiũ re. ſi cõſtituerit. &. ꝫ. quod metus cauſa, extat. ſed lex extat, locũ habet quãdo non eſt facta vis: ſed ſua authoritate alienã rem temere apprehenderit etiã clam. Sed hoc interdictũ quãdo vis eſt facta cum armis, vel ſine armis dolo malo. Sed ſi qui in tantã, etiã ſine dolo: cũ detur cõtra eum qui credidit ſibi licere: vt inſtit. vi bo. rap. §. ij. Itẽ hoc in immobilii tantũ: vt. j. § ad eos. &. §. illud. illa etiã ad mobilia: vt inſtit. vi. bo rap. §. pe. & ſic quando que concurrit hec cum illa, & potes addere modos quibus violẽtiæ puniuntur: vt not. ſuper. l. illa, extat. Accur.

k ¶ Deiiciuntur.] vi expul. non compul. vt. j. e. ſi rerum.

l ¶ Atrocem.] i. que dolo fit cum armis vel ſine armis. H. Vel atrox dicitur[a] quę ſit contra bonos mores: nullo intercedente conſenſu patientis: vt. d. l. ſi rerum.

m ¶ Superficiaria.] idem in fructuario & vſuario: vt. j. eod. l. iij. §. vnde vi. &. §. ſeq.

n ¶ Non pertinere.] ſcilicet principaliter.

o ¶ Agi.] quod non eſt in immobili: quia ſe exhibet: vt. C. quando & qui. l. ij. §. hoc vbi.

p ¶ Ambigendum.] aliâs ambigendum, aliâs ambiguum. & hoc ſecundum Io. vt hic patet, &. ꝫ. eod. proxi. reſpon. &. j. e. §. ſi fundus. & arg: ꝫ. de ſer. corru. l. ſi quis. §. ſi. & . l. ſeq.

q ¶ Deiectus.] aliâs detractus, aliâs deiectus.

r ¶ Qualequale.] aliâs vt ! y. qualequale. aliâs quale, quid ve.

s ¶ Cohereat.] vt ei cedat: vt. ꝫ. de acqui re. do. adeo. §. cũ in ſuo. aliâs ſecus: vt eo. ti. Titius. ſed quid de arbore? Accur.

t ¶ Ciuiliter.] dicit Ir. i. iuſte. naturaliter. i. ĩiuſtè. pro quo eſt quod ſubijcit de vxore: vt. j. e. §. qui vi, & ſic etiã exponebat quod ſubijcit naturali. i. iniuſta: pro ſuo. i. ciuili ſiue iuſta. Alij dicunt, & H. ciuiliter, id eſt animo: naturaliter. i. corpore & animo, vt qa ĩſiſtebat. pro quibus. j. e. §. interdictũ autẽ. &. §. ſiue autẽ. Vel dic ciuiliter. i. animo & corpore, vel animo ſolo. Naturaliter: vt in fructuario: vt. ꝫ. de

a Tu dic. q iniuria atrox dicit ex magnitudine vulneris: vt no. Spe. ĩ ti. de adu. § vij. verſi. ſi. Itẽ ex aſpectu. no. idẽ Spe. in ti. de probat. § . iij. verſi. iiij & l. vulneris. de iniur. Itẽ reſpectu loci: vt oculus vel caput: vt l. pretor. § . ſi dicat. eo. ti. & no. plene per gl. & doct. in. § atrox. inſti. de iniur.

deat.nam & naturalis [a] poſſeſsio, & pro ſuo,ad hoc interdictũ pertinet.Denique & ſi maritus vxori donauit,eaque vi deiecta ſit:poterit interdicto [b] vti:non tamen ſi colonus [c].

Commodum eſt non modicum ſingulas res ſingulis uerbis,aut propoſitionibus exprimere.hoc dicit.

Ait prætor,Deieciſti,aut familia tua deiecit.Meritò familiæ mẽtio habita eſt.Nam cùm deieciſti, verbum referatur ad perſonã eius qui deiecit:nec pertineat ad eum, cuius familia deiecit:(nec enim ego videor deieciſſe, ſi familia mea [d] deiecerit:)ideo conſequens fuit addere, Aut familia tua deiecit.

Hoc interdicto tenetur mandans,ſicut mandatarius:uno tamen ſatiſfaciente,alter liberatur,& poteſt cum utroque agi.h.d.

Deieciſſe autem etiam is videtur,qui mãdauit vel iuſsit [e],vt aliquis deijceretur.Parui enim [f] referre viſum eſt,ſuis manibus quis deijciat,an verò per alium. Quare ſi familia mea ex volũtate mea deiecerit: ego videor [g] deieciſſe. Quoties verus [h] procurator deiecerit:cum vtrolibet [i] eorum, id eſt ſiue cum domino,ſiue cum procuratore agi poſſe Sabinus ait: & alterius nomine alterum eximi [k] :ſic tamen [l], ſi ab altero eorum litis æſtimatio fuerit præſtita. Non enim excuſatus [m] eſt, qui iuſſu alicuius deiecit:non magis quàm ſi iuſſu alicuius occidit. Cùm autem falſus [n] eſt procurator:cum ipſo tantum procuratore interdici debere,Sabini ſententia vera eſt. Sed & ſi cùm quis alium deiecit,ratum habuero [o] :ſunt qui putant ſecundum Sabinum & Caſsium,(qui ratihabitionẽ mandato [p] cõparãt) videri me deieſsiſſe,interdictoq; iſto teneri. & hoc verius eſt. Rectiùs enim dicitur ratihabitionẽ in maleficio mãdato cõparari. Quod ergo adijcit̃,aut familia tua vi deiecit.meritò ſcriptum eſt in eum caſum,in quẽ familia mea vi deiecit [q]. Cæterùm ſi iuſsit: vi deiecit ipſe [r]. Nec grauari [s] debet dominus,qui nõ iuſsit:ſed ſeruorũ ſuorũ factũ pſtare,& ſi nõ iuſſu eius deiecerũt.nam nõ grauabitur [t] dominus hoc nomine:quippe cũ aut peruenit ad eũ [v] aliqd,& reſtituet. aut non peruenit, & ipſos ſeruos maleficij cauſſa noxæ dedendo,in dẽnis erit [x]. Quòd enim noxæ dedere cõpellit̃,in dãno nõ debet [y] reputare:cũ ſeru⁹ hoc [z] modo * poſſit domini cõditionẽ deteriorẽ facere. Familiæ autem appellatio ſeruos cõtinet.Sed quæritur, quẽ numerũ ſeruorũ cõtineat:vtrùm pluriũ an verò & duorũ, vel triũ. Sed veri⁹ † eſt in hoc interdicto [a], etiã ſi vnus ſeruus vi deiecerit:familiã deieciſſe videri. Familiæ appellatione, & eos quos ſeruorum [b] loco habemus,contineri oportere dicendum eſt.

Nolens defendere ſeruum,aut familiam deijcientem ſubit pœnas huius interdicti de eo quod ad eum peruenit. h.d.

Si quis tamẽ neget ſe ſeruũ, vel familiam defendere, cogẽdus eſt pati hoc interdictũ:ad hoc ſcilicet vt quod ad eum peruenerit,reſtituat [c]. Si filiusfamilliâs vel mercenarius vi deiecerit: vtile interdictũ cõpetit [d]. Si aduerſus eum [e] qui in libertatem ex ſeruitute,vel cõtra petitur:poſt inchoatũ liberale iudiciũ vtar interdicto [f], & liber iudicatus fuerit, & apparuerit ignorãte eo à ſeruis eius vi me

acquiren.poſ.naturaliter.&.ĩ.eo.l.iij.§.vnde vi.& his etiam duobus modis expone quod ſequitur,nam & naturalis &c.

a Et naturalis.]Placẽ.exponit,naturalis & pro ſuo:adiecta copula.& ſecundum hoc oppo.de fructuario,qui nõ poſsidet pro ſuo, & tamen hoc interdictum habet:vt.ĩ.eo.l.iij §.vnde vi.ſed rñ. imò pſuo.ſ.iure quod habet.tu expone vt prædixi . alij non habent pro ſuo.

10 b Interdicto vti.]quàmuis contra ius ciuile poſsideat.

c Si colonus.]ſ.deijciatur,poterit interdicto vti:quia nõ poſſidet:niſi prius interuertat poſſeſsionẽ. vt in contrarijs.ĩ.eo.l.colonus.&.l.cũ fundum. 20 ſed vxor rẽ ſibi à marito donatã poſsidet: vt.ſ.de acquirẽ. poſ.l.j.§.ſi vir,licet ſit arg. cõtra.ſ.de dona.inter vi.& vxo.ſi eũ qui . in prin.ſed ibi ſol.ſed an locatori competit qui tãtum ciuiliter poſsidet ſecũdum quoſdã?

30 d Si familia mea.] me ignorante vel inuito.& ſic no.nõ fuiſſe ponẽdũ verbum niſi neceſſariũ in edicto:vt &.ſ.quod me. cau.l.j.in fine.

e Vel iuſsit.]vel ratum habuit:vt.ĩ.eo.in fi.proxi.§.

40 f Enim.]quo ad hoc edictũ:vt hîc &.ĩ.eo.l. idẽ.§.cum procu. aliâs autẽ quandoque refert:vt arg. cõtra.ĩ. de ſolu.l.fugitiuus.&. C.de theſau.l.j.§.qđ in alienis . & .ſ. de iure do.ſi mulier.§.ex aſſe. &.ſ.de acqui.hæ. Paulus rñd.per procur. 50 quæ ſunt arg.cõtra.& facit ad. §.hunc & ſequẽtem.ſ.de do.inter vi.& vxo.l.iij.§.ſed ſi debitorẽ.& derep.l.ij. §.ſiue.& de vſur.l.ſiqs ſolutioni.§.j & de iniur.l.itẽ apud.§. feciſſe.&.ſ. de eo per quem 60 fac . erit.l.j.§.j. & .ĩ. dere. iur.l.is dãnũ.&. l.hoc iure §.ij.&.ſ. qđ cuiuſque vniuerſi . l. item.§.j.

g Videor.] quadã interpretatione.

h Quoties verus] ad hoc ſpecialiter cõſtitutus.nam generali 70 mãdato non videtur mãdari illicitũ:vt.ſ.de cõdi.indebi.ſi pcurator.§.quòd ſi indebitum.aliâs aliter accipitur verus:vt.ĩ.de ſolu.l. vero.in princ.

Mãdato generali illicitum nõ cõtinetur.

i Cũ vtrolibet.]ad hoc eſt.ĩ.de iniur.l.non ſolum.§.ſi mãdato. &.§.ſeq.&.ĩ.quod vi,aut clàm.l.denique.§.fin.&.ſ.ad le.Aquil. liber homo.&.C.de act.l.non ideo.

k Eximi.]i.liberari.

l Si tamen.]i.liberatur ſi &c.vno ergo ſoluẽte alter nõ tenebit̃. ad qđ eſt.ſ.de his q de.l.j.in fi.&.l.ij.Sed op.ſ.de pe.hæ.l.etiã.§.pe. Rñ.hęc ſecũdũ illã,vt cõuẽto eo ad quẽ res puenit,alter nõ teneat̃. 80 ſecus ecõtra:vt ibi.Vel hîc ad neutrũ peruenit poſſ.Ibi alter habebat.vel ſecũdũ Io.dic ꝙ ad intereſſe datur interdictũ.vnde cũ ab vno ſit cõſecut⁹:nõ intereſt amplius.vel quo ad interdictũ liberat̃, nõ quo ad alia:quod in idẽ recidit.Itẽ op.ĩ.ſi familia fur.feciſ.di.l. quoties.vbi ſi emẽdet manumiſſus vnus de familia:nõ liberat̃ dñs familiæ noĩe.ſed dic,vt dixi quo ad interdictũ,quo intereſſe venit, hic loquit̃.& eodẽ modo rñ.ad aliam opi.ſ.de noxa.l.ij.§.is qui.Vel dic,ꝙ licet ibi tã dominus,quã ſeru⁹ manumiſſus teneat̃,vnus tamẽ

per alium exactum,imò etiam electum liberatur.vt.e.ti.l.electio.

m Non enim excuſatus].imò videtur excuſari:vt.ĩ.de reg.iu. l.is damnum.in fin.primi reſpon.ſed ibi erat non atrox, & perſona ſubiecta quæ parere neceſſe habuit,ideo excuſatur.

n Cùm autem falſus.]quod eſt etiã ſi mandatum habeat generale:vt modò dixi.

o Ratũ habuero.] Duo videntur neceſſaria.Primũ, quòd meo 10 nomine geſtũ ſit: aliâs ratũ habere non poſſum:& ſi habeã,nõ teneor:vt.ĩ. de preca. ſi ſeruus.Secũdũ,ꝙ habeã ratũ tãquã nomine meo factũ:aliâs ſecus:vt ſi audiẽs nomine meo factũ,dixi,doleo.ꝙ nomine meo eſt 20 factũ : nec ſic ratum habeo, ſed aliâs bene gaudeo. hoc enim gaudiũ nõ cõparatur mãdato.multò minus ergo teneor quãdo non meo nomĩne actũ prędicto modo gaudeo.

p Mandato.] facit C.ad Macedo.l.fi.&.ĩ. 30 de ſolu.l.vero.in fin. Itẽ hoc [a] in his maleficijs,quę per alium poſſunt explicari. ſecus ergo in adulterio: vt arg.C.de cadu.tol.l.j. §.ne autem.

q Vi deiecit.]domino ignorante vel inuito.

40 r Deiecit ipſe.] interpretatione legis: vt.ſ.e.l.proxi.§.Ac.

s Nec grauari.]vt ſuo nomine teneatur.

t Nõ grauabitur.] niſi in ſeruis.aliâs . ſine non.

v Ad eum.]non dicas domino quæri: vt 50 ſ.de acqr.poſ.qđ ſeruus.& hoc eſſe põt,vt dices.ĩ. §. ſi aduerſus.

x Erit.]aliâs eſt non erit:tunc plana . aliâs ſine nõ,& tunc dic, in dẽnis erit,vt nõ teneatur pręſtare dãni æſtimationẽ,vel reſarcire de ſuo,ſed ſeruos opor 60 tebit eum præſtare pro noxa.Azo.

y In dãno debet.] aliàs nõ debet &c . & aliàs ſine nõ:& tũc dic pro dãno.ſ.alteri dato debet cõputare quod dat, vt quaſi ipſe dãs habeat damnum.

z Hoc modo.]ſ.de 70 linquẽdo:vt pro noxa det̃.Itẽ ſe occidẽdo:vt ſ.de peculio.ſed ſi dãnũ.§.ſi ipſe ſeruus [b].& facit inſti.de noxa.§.j.an autẽ pro hac vi ſeruus poſsit accuſari?Reſpõ.vt.ĩ.de accu.l.hos.§.omnibus.

a Interdicto.]non autem aliàs:vt in contrario.ĩ.de verb . ſig . l. de teſtamento.§.vnicus.nam hoc ſpeciale.

b Seruorum.]vt libertos,vel liberos homines , vel ſeruos alienos quos pro noſtris tenemus: & etiam liberos quos tenemus vt liberos,ſed velut ſeruis vtimur.ad quod facit.ſ.de publicia.l . j.§.familię.& de ædil.edi.ædiles §.familiæ.&.ĩ.vi bo.rapt.l.ij. §. familiæ. & de verb.ſig.pronunciatio. §.familiæ.

80 c Reſtituat]ad hoc.ſ.quod me.cauſa,quod autẽ diximus §.j. &.ſ.re.amo.l.vna.&.ſ.de cõdi.fur.l.Iul.& de pec.leg.l.iij.§.ex furtiua.&.ĩ.e.ſi vi me,ſ.de do.l.ſed ſi ex dolo.§.j.

d Competit.] aduerſus patrẽ,vel dñm in quãtũ ad eos peruenit: qa de familia ſunt:vt.ſ.pxi.dictũ eſt ſcđm H & Azo Vel dic in eos.i. filios & mercenarios.& dic vtile.i.efficax.& facit.ĩ.e.l.ĩterdicto.ii. ſeqẽtib⁹.

e Si aduerſus eũ.]cui⁹ familia deiecit me:vt apparet ex ſeqẽtib⁹.

f Interdicto.]litẽ conteſtando,quod ſolum poſſum: vt. ſ.de lib. cau.l.

a Iſta gl.eſt ſingul.reputãda ad hoc propoſitũ, ꝙ maleficiũ meo nomine geſtũ poteſt ratificari per me,ſi poteſt geri per aliũ,aliâs autem non : vt in adulterio. Bolog.

* aliâs in hoc poſsit.

† Iſte text. eſt not. ad hoc ppoſitũ, ꝙ vnus tãtũ dicitur conſtituere familiã : & hoc etiã voluit Bald. in l.fi.§.finautem. C. ad Treb.Bolo.

b Aliâs eſt .l.ſequen.

deiectum: in possessionem restituar[a]. ¶ Quod seruus, vel procurator, vel colonus tenẽt: dominus videtur possidere[b]. Et ideo his deiectis, ipse deijci de possessione videtur, etiam si ignoret[c] eos deiectos, per quos possidebat. Et si qs igitur alius per quẽ possidebã, deiectus fuerit: mihi cõpetere interdictum nemini dubium est. ¶ Interdictum autem hoc nulli competit, nisi ei, qui tunc cùm deijceretur, possidebat[d]: nec alius deijci visus est, quã qui possidet. ¶ Siue autem corpore[e], siue animo[f] possidens quis deiectus est: palàm est eum vi deiectum videri. Idcircoque si quis de agro suo, vel de domo processisset nemine[g] seruorum relicto, mox reuertẽs prohibitus sit[h] ingredi in ipsum prædium, vel si quis eum in medio itinere detinuerit[i], & ipse possederit[k]: vi deiectus videtur. ademisti enim ei possessionem[l], quam animo retinebat, & si non corpore.

¶ Vbi est eadem ratio, ibi lex extendi debet ad ulteriores casus, cũ lex quãdoque utatur uocabulis exempli caussa dandi. h.d.

¶ Quod vulgò[m] dicitur, Æstiuorũ hybernorũq; saltuũ nos possessiones animo retinere: id exempli cã[n] didici proculũ dicere. nã ex omnibus prædijs ex quib⁹ nõ hac mente recedimus, vt amittere possessionem velimus, idem est.

¶ Non uidetur deijci, qui possessionem adhuc non apprehendit. h.d.

¶ Eum qui neque animo, neque corpore possidebat, ingredi autẽ, & incipere possidere[o] prohibeat: non videri vi deiectum verius est. deijcitur enim, qui omittit possessionẽ[p], non qui nõ accipit. ¶ Vim vi[†] repellere licere Cassius scribit: idque ius natura[q] cõparatur. Apparet[r] autẽ (inquit) ex eo arma armis repellere licere. ¶ Vi possidere[s] eum diffiniẽdũ est, qui expulso veteri possessore, acquisitã[t] per vim rerum possessionẽ obtinet: aut[v] qui in hoc ipsum aptatus, & præparat⁹ venit[x], vt cõtra bonos mores, auxilio, ne prohiberi possit ingrediens in possessionem, vim faciat[y]. ¶ Sed qui per

cau.l.ordinata. Accursius.

¶ Quod seruus.] CASVS. Seruus meus vel procu. vel colonus possidebat agrũ meũ: ego videor possidere. vnde si ipse deijciatẽ ego videor deiect⁹ et habeo hoc ĩterdictũ: qa hoc ĩterdictũ cõpetit ei, qui tpe deiectionis possidebat. siue possidebat aĩo & corpore, siue animo tãtũ. vnde cũ de agris Ricardiæ venissem, nõ aĩo desinẽdi possidere, sed retinendi pos. & aliquẽ ibi pro me non dimisi: nũc reuertẽs ad prædictos agros, prohibes me intrare, vel in via prohibuisti me ire: & incœpisti illos agros possidere, vi videor deiectus, licet animo possidebã, non corpore. nec obstat, quod vulgò dicitur saltuũ, æstiuorum, & hybernorum possessionẽ animo teneri, quasi in alijs agris secus sit, nã in illis dicitẽ causa exẽpli: idem tamen potest esse in omnibus alijs agris, ex quibus agris nos domini recedentes habentes animum retinẽdi poss. possidemus eos animo. si autẽ cùm vellẽ apprehendere pos. vt quia hæres sum alicuius, vel ex alia causa, me prohibes intrare: non habet locũ hoc interdictum. ¶ Vim vi.] Si vis me deijcere de fundo per vim, possum me defendere similiter p vim: & si cũ armis volebas me deijcere, cũ armis me defendã. Secundo dicit. quis dicatur vi possidere: & certè qui per vim expulit possessorem fundi de fundo, & ipse incœpit possidere. Itẽ qui venit armatus ad fundum meũ: vt si aliquis vellet eũ inde deijcere, posset se defendere, & intrauit posses. fundi mei, cũ ego eũ nõ expectassem, sed præfugiebã: & iste videtur vi possidere. & hoc etiam dicitur. j. §. idẽ Labeo &c. si autem fundi mei pos. defendo per vim: nõ dicor vi possidere. Post eà dicit: qui deiecit me de fundo per vim: si ab alio deijciatur: habet hoc interdictũ. Tandem dicit, qui deijcitur de loco quem possidebat: quicquid dãni ob hoc habet, recuperat per hoc interdictũ. pristina enim causa restituenda est, ac si nõ esset deiectus. Vltimò dicit deiectus sum de fundo, & amisi plures res, quas ibi habebam. licet mihi restituatur fundus, habeo adhuc hoc interdictum, ratione rerum quas amisi. si autem volo pro illis rebus agere ad exhibendũ: possum. Item vi bonorũ raptorũ. hoc dicit vsque ad. §. qđ aũt. Frãc.

a ¶ Restituar.] ex illa parte edicti, aut familiæ &c. & not. si restituitur possessio ergo fuit amissa: vt. j. eo. §. siue autẽ. sed domino nõ quæsita: vt. s. de acqui. pos. quod seru⁹. quod potest esse: vt. s. de vsusca. non solùm. §. si dominus.

b ¶ Possidere.] vt & . C. communia de vsusca. l. j.

c ¶ Ignoret.] vt & . s. de acqui. poss. peregrè. §. quibus. & facit. l. iij. §. quod seruus. & . l. si de eo. §. j. & . j. eo. l. fi. & . s. ea. l §. deijcitur. in fi. sed qui dicunt istos insolidum naturaliter possidere per. l. s. communi diui. l. cõmuni diuidun. §. neque: quomodo hoc intelligunt? rñ. possident: non tamen pro suo: & ideo in fructu diuersum.

d ¶ Possidebat.] sic. s. de regu. iur. l. nemo. videtur rem amittere, not. quòd per hoc apparet, quòd vsufructuarius retinet possessionem, licet non sit in conspectu, solo animo: cùm lex dicat dari ei vnde vi interdictum: vt. j. eo l. iij. §. vnde vi. quidam tamen dicunt eum habere quandam ciuilem per quam retinet illam naturalem: quod non videtur, cùm dominus ciuilem habeat: & ea insolidum penes duos esse non possit: vt suprà de acquiren. poss. l. iij. §. ex contrario. Idem dicimus in colono: vt licet non sit in fundo, tamen dominus per eum naturalem retinet. Item not. hic duo necessaria, vt competat interdictum. Primũ, quòd verè corpore vel animo possideat deiectus tempore deiectionis: vt hîc, & . j. proxi. Secundum, ꝙ vere possessionem amittat: vt. j. proxi. §. in fi. & . j. eo. l. §. non autem. Tertium autem non est necesse. s. ꝙ possessio quæratur violento: cùm etiam de eo quod non peruenit, competat intra annum: vt. s. eo. l. in prin. & sic intelligitur. s. de vsusca. l. non solùm. §. si dominus.

e ¶ Siue autem corpore.] i. iniustè: vt in re donata vxori à viro.

f ¶ Animo.] id est ciuiliter & iustè: vt. s. e. l. §. deijcitur. & . j. §. qui à me. vel dic corpore: vt quia insistat rei: animo quãdo nõ insistit. ad quod sequitur idcirco &c. & . §. quod vulgò. & no. ꝙ aliquis possidet ciuiliter & naturaliter: vt qui est in re vel in conspectu: alius ciuiliter: vt qui aliunde redit: & alius naturaliter tantũ, vt fructuarius.

Possidere potest quis tripliciter.

g ¶ Nemine.] quia aliquo ibi relicto per eũ possidet: nec amitteret possessionẽ, nisi ille expelleretur: vt. j. eo. §. non autem.

h ¶ Prohibitus sit.] an hic non admittens possideat vi? hîc innuit ꝙ sic: vt. s. de acqui. pos. l. clã. §. fi. Sed cõtrà. s. de vsusc. l. sequtur. §. idẽ si occupaueris. vbi dicitur, quòd clàm tantùm, nõ vi. Sol. vt ibi.

i ¶ Detinuerit.] sic & . C. vbi de possessione agi opor. l. j.

k ¶ Possederit.] qui eũ detinuit vel deiecit. & dic maximè. nã idẽ & si nõ acquisiuit possessio. vt modò no. prox. §. vel ideo dicit vt appareat ꝙ res vitiosa est facta. nã etiã sine hoc habet locũ in terdictũ vnde vi: vt dixi. Vel refert se ad casum, vbi sic detinuit: vbi est necesse, vt possideatur. vel dic quartò, ipse possederit scilicet qui deiectus est. & secũdũ hoc possedit in preteritum. & secũdum alios intellectus tres primos possedit, scilicet posteà.

† No. quòd vnicuiq; est licitum vim atque iniuriã propulsare. Adde tex optimũ quẽ etiã gl. hic allegat in. l. scientiã §. qui cũ aliter. j. ad legem Aquil. adde ad istud videndum ang. in l. j. j. ad le. Cor. de sicarijs.

l ¶ Possessionem.] ei ob timorem accedere nolenti: vt & . s. de acquiren. poss. sed si nolit. & . l. si id quod. §. fi. sed si te absente occupauit, & timore non redijsti, non tamen in itinere te detinuit: an habeat locũ interdictũ vnde vi? constat ꝙ amittis: vt d. l. sed si nolit. & . l. possideri. §. siquis nũciet. & . l. si id quod. §. fi. H. negauit & habet locũ. l. cùm quærebatur. secundũ eũ qui dixit vacuã, & quæ animo & ciuiliter tenetẽ. Placẽ. dicebat idẽ. s. & addebat debere eũ venire ad locũ, vt sic tũc ab ingressu repellatur, & ex tũc cõpetit ei interdictũ: vt ar. s. quod metus cau. metũ ibi, ꝙ deijci nõ expe. &c. sed hæc additio nõ põt stare. nã cũ nõ admittitur, nõ possidebat ergo nõ datur ei interdictũ: vt. s. pxi. §. amiserat enim priùs propter timorẽ: vt dixi. sed ipse respõdebat, quasi hodie, cũ nõ admittitur, videatur deiectus: vt & aliâs quis retro fingitur vsus: vt. j. de iti. actuque pri. l. j. §. si quis propter. Azo. & Io. dixit dari vtile interdictũ ad exemplum eius, quod dicitur de familia, & mercenario qui aliũ expulerũt de prædio, & prædij pos. peruenit ad dominum ex delicto eorum. tenetur enim dominus vtili interdicto ratione peruẽtionis. multò ergo magis debet teneri iste, qui deliquit, cùm ad eũ propter suspicionẽ meã peruenerit possessio: vt. s. e. l. §. si filius. & . §. siquis tamẽ neget. Itẽ pro eis quod dicitur dari ei, qui deijci non expectauit: sed vidit homines venire: & si illi veniebãt, licet nõ fuerint ingressi: vt. s. de vsuca. nõ solum. §. si dominus. & . j. eo. §. idem Labeo. Item pro hoc. j. eo. l. iij. §. qui armati.

m ¶ Quod vulgo dicitur.] vt. s. de acquir. pos. l. iij. §. saltus. & l. peregrè. §. fi. & . l. quamuis.

n ¶ Exempli caussa.] q. d. nõ est speciale in istis. Sed quã retinet animo? Azo. naturalẽ. vel dic ciuilẽ, vt not. s. de acqui. pos. l. j. in prin.

o ¶ Possidere.] veluti hæres fortè.

p ¶ Possessionem.] quã antea habebat. ad quod est. §. interdictum autem. & quod ibi no. & . j. de re. iu. non videtur rem Accur.

q ¶ Natura.] i. iure naturali: vt & . s. de iust. & iu. l. vt vim. & ad idẽ s. ad. l. Aquil. scientiã. §. qui cũ aliter. & . s. quod me cau. sed & part⁹.

r ¶ Apparet.] quia armata vis aliter nõ potest repelli, nisi cum armis. ad quod est. j. e. l. iij. §. cùm igitur. & . C. eo. l. rectè.

s ¶ Vi possidere.] subaudi etiam.

t ¶ Acquisitam.] ab expulso, non expulsore: vt. j. eo. l. cùm à te.

v ¶ Aut.] aliâs vt, & aliâs aut.

x ¶ Venit.] vt per vim possessionẽ teneat.

y ¶ Faciat.] ne prohiberi possit. Tria ergo sunt: quia inuadit & tenet per vim, vt in primo casu. aut tãtum tenet per vim, & in hoc paratus venit auxilio. s. tali, vt etiã siquis vellet eum deijcere, posset se

tueri nõ aũt inuasit ꝑ vim:q̃a dominus præfugerat,& hoc eodẽ casu Vlpia.dicit idẽ,quod Labeo:vt.ĩ.§.ꝓxi.Tertius est in eo,qui tenet suã:& tũc licet:vt subijcit,sed qui &c.C.eo.l.j.& ĩ.l.iij.§.cũ igitur.&.s̃.eo.§.vim vi.Vel dic primò casu,occupauit per vim,sed pacificè tenet.nec enim aliquẽ timet.Secũdò inuasit,& tenet ꝑ vim: & ad hæc duo paratus venit. Tertiũ nõ muto. In quarto, scilicet in.§.itẽ Labeo.idẽ dices,quãdo tãtũ tenet per vim.nã præfugerat dominus.Alij dicũt primũ loqui de eo qui inuasit possesionẽ,quã ali⁹ inuaserat: vt &.ĩ.ea.l.§.q̃ à me.

vim possessionem suam retinuit: Labeo ait nõ videri vi possidere. ¶ Idẽ Labeo ait eũ,q̃ metu turbę perterritus fugerit:vi videri deiectũ [a]. Sed Põponius ait, vim sine corpore [b] aliquo locũ nõ habere. Ergo [c] etiam eum,qui fugatus est superuenientibus quibusdã:si illi vi occupauerint [d] possessionẽ, videri vi deiectũ [e] ¶ Qui à me vi [f] possidebat:si ab alio vi deijciatur, habet hoc interdictũ [g]. ¶ Qui autem vi deiectus est:quicquid dãni senserit ob hoc,ꝙ vi deiectus est, recuperare debet. Pristina enim causa [h] restitui ei debet quam habiturus [i] erat si nõ fuisset vi deiect⁹.

¶ Non liberatur uiolentus deiector restituto fundo:nisi & restituantur alia ablata de ipso fundo.Et potest agi ad exhibendum pro rebus mobilibus,si uult ipse deiectus,uel is ad quem res pertinent.Bart.

¶ Si fund⁹,à quo vi expulsus sum mihi restitutus esset:cæteræ verò res quæ vi ablatæ sunt,non restituantur:hic dicẽdũ est interdictũ nihilominus tenere: quia verum est me vi esse deiectũ. Planè siq̃s velit de possessione quidẽ rei soli per hoc interdictum experiri [k],de rebus verò mobilibus ad exhibẽdũ actione:potest hoc in suo arbitrio habere.& ita Iulianus scribit. ¶ Idem scribit,& si quis vi bonorum raptorum de huiusmodi rebus velit experiri.

a ¶ Vi videri deiectũ.]licet alio tẽderet nec occupauit:vt bene reprehendatur ꝑ Pomponium.

b ¶ Corpore.] id est sine facto corporali, id est occupatione.

c ¶ Ergo.]aliâs ergo, aliâs ego.

d ¶ Occupauerit.] cũ dominus præfugerit, exigitᷓ occupatio. aliâs non habet locũ hoc interdictũ,vt hic dicit,&.s̃.quod metus cau.l.metũ.ij.rñ.&.ĩ.l.iij.§.proinde.Sed cõtra.s̃.de vsuca.non solũ.§.si domin⁹.vbi nõ exigitᷓ occupatio. Sol. secũdũ B.exigitur occupatio,vt habeat locũ interdictũ,vt hîc, nõ quo ad amittendã possessionẽ:vtibi.& ꝓ eo.ĩ.l.iij.§.ꝓinde. Vel dic secundũ Mar. etiã quò ad interdictũ non exigi occupationẽ, si modò illo tẽdebãt: vt in cõtrario.sec⁹ si alio vt.d.§.proinde.hîc autẽ subaudies, maximè si illi vi &c.vł etiã dicit ideo: quia sec⁹ si nõ occupassent,sed metu sibi dari fecissent:vt.ĩ.l.si rerũ.Vel tertiò, vt denotet rem vitiosam.& dicit,si illi &c.& in.l.cõtraria.in fi.& de his no.ĩ.l.iij.§ proinde.Accursius.

e ¶ Vi deiectũ.]& vi possessum.sed sine occupatione non erit vi possessum:licet posit esse vi deiectus:vt modo dixi.quid ergo si dudum possessionem occupauerit.

f ¶ Qui à me vi.]expulsiua.

g ¶ Habet hoc interdictũ.]directũ secundũ Io.vt &.ĩ.eo.l.colonus.&.l.cũ fundũ.ar.C.de præscrip.xxx.an. si quis emptionis.§.sed & siquis.&.s̃.quod me.cã,si cũ exceptiõe §.Pędius.Itẽ quid si à meipso deijciatᷓ ex interuallo?Rñ.videtur habere cõtra me,cũ tãtũ incõtinẽti mihi liceat:vt.ĩ.eo.qui in pos.non ob.exceptio per.l.j.de excep.do.l.dolo.quia illud in petitorijs.sic ergo videtur me teneri, & posteà agere.ecõtra videtur casus legis,vt non tenear:vt.s̃.quod me.causa.sed & partus.§.quæri.sed illud quo ad ac.quod me.cau.in qua dãnũ exigitᷓ:vt eo.ti.l.sed & partus.§.fi.in cõsti.si quis in tantã minus dubij est.Sed cur furi nõ datur actio furti:vt.ĩ.de fur.itaq;? Rñ.fortè ne inuitentur homines ad furãdũ:ad quod facilius inuitarentur,quàm ad inuadẽdũ.ar.s̃.de pac.do.cõuenire.quod nõ placet:vt.s̃.de pac.l.si vnus.§.pacta.quæ.sed ideo,quia & si reciperet, alij redderet id ipsum:qđ in fure nõ cõtingeret.vel iõ aliud,q̃a hic nõ potuit à vi custodire:sed fur à furto sic:vt.ĩ.de act.emp.si ea res.

h ¶ Pristina enim causa.] id est vtilitas.

i ¶ Habiturus.]Quid ergo si vsucapiebat:& pauci dies superant ad complendum?arg.ꝙ veniat.vt &.ĩ.§.non solum.& ar.s̃.de fun.dota.si fundum.Sed arg.contra.ĩ.de fur.si is cui.§.fi.

k ¶ Experiri.]Sed nunquid hoc verum est,etiam si ad violentum non perueniret?arg.ꝙ sic.s̃.ea.l.in prin.

¶ Quod aũt ait prætor.] CASVS. Nũc exponit Vlpi. q̃dã verba edicti:hęc.s.q̃q; ibi habuit.& dicit,ꝙ oẽs res cõprehẽdit:siue erãt deiectæ,siue ei cõmodatæ vel depositæ,vł obligatæ.Posteà exponit verbũ tũc,positũ in edicto.i.dicere,vt res quas habuit in fundo,tũc cũ fuit deiectus,veniat in hoc interdicto:siue tũc amisit eas: siue posteà:vt q̃a oues ibi remãserũt,& ꝑierũt:vel serui remãserũt, & ꝑierũt.nã deijciẽs noĩe oĩm tenebitᷓ.hinc est,ꝙ & si dom⁹ de qua deiectus quis est cõbusta sit:posteà tenetur deijciẽs emendare, etiã cùm semper fuerit in mora.Posteà exponit verbũ ibi,positũ in edicto:& est dicere,ꝙ res quas habebat scilicet in tota illa possesione de qua est deiectus,veniãt in hoc interdicto.Posteà exponit verbũ intra annũ positũ in edicto.nã ille annus vtilis est:ex die deiectionis vtilitas quã habuisset deiect⁹, si deiectio nõ esset facta,venit ĩ hoc interdicto,quia tenetᷓ deijciẽs quo ad æstima.etiã si desijt possidere.Posteà quæritur an hoc interdictũ detᷓ liberto contra patronũ:itẽ filio cõtra patrẽ si ab eis sint deiecti? Et dicas ꝙ non, sed in factũ detᷓ:& hoc si vis fuit sine armis. si autẽ cũ armis: tunc dabitur bene hoc interdictum, & liberto & filio cõtra patronum & patrẽ.Itẽ hoc interdictum datur hæredi,& cæteris successoribus. Itẽ datur ei,qui desijt possidere per deiectionẽ.Pone enim,ꝙ deiecisti me:nõ autẽ meã familiam. cùm adhuc possideam,non habeo hoc interdictũ. Quid autẽ si me expulisti & partẽ familię meę,partẽ in fundo ligasti:vel si totã familiam meã ligasti? bene babeo hoc interdictum, cùm desierint possidere. Sed quid si me inuenisti in fundo meo,& me ibi ligasti, & tenebas me ita ligatum? habeo hoc interdictũ cũ deiectus videar.Posteà dicit:nõ solùm deijciens tenetur hoc interdicto:sed & hæres eius tenetur act. in factum ad id,quod ad eũ peruenit ex vi defuncti siue illa vis facta fuit cum armis,siue sine armis: & perpetuò datur cõtra hæredẽ:cùm detur in id,quod ad eum peruenit. Quid autẽ cõtineatur nomine armorum,specificat.scilicet fustes, lapides & similia.Et dicitur vis armata,siue hæc arma habuerunt à principio,siue posteà cœperunt habere. Itẽ si cum armis venerunt ad deijciẽdum,licet armis nõ fuerũt vsi in deiectione armata:tamẽ vis dicitur.sufficit enim deterror armorum,aliâs terror.Sed pone, quòd aliquis existẽs in fundo suo vidẽs armatos credẽs eos ad eum venire:fugit de fundo,armati alio iuerunt?non videtur vi deiectus. idẽ si audiuit armatos venire:siue erat verum,siue non:& fugit propter hoc de fundo:illi tamen non intrauerunt:non videtur vi deiectus.Tandem dicit:cùm irem ad Ricardinam, & vellem in agros meos intrare:prohibitus fui à quibusdã armatis. videor deiectus armis.Tandem dicit:qui cum armis vult me deijcere.possum & armis resistere:& si iam me deiecit,possum eum expellere absque pœna:& hoc incontinenti,non ex interuallo. & hoc dicit hic.§.cum.l.seq.& prin.sequẽtis vsque ad.§.cùm procurator.Fran.Accur.

¶ Exponit iurisconsul. quædã uerba edicti,& est tex. satis facilis (quia plura scribere esset inutiliter membranam occupare) usque ibi, Interdictum hoc.

¶ Quod autẽ ait prætor. Quęque ibi habuit. sic accipim⁹, vt omnes res contineantur:non solum quæ propriæ illius fuerũt, verùm & si quæ apud eum depositæ sunt, vel ei commodatæ [l],vel pignoratæ, quarũque vsum, vel vsumfructũ, vel custodiam habuit, vel siquæ ei locatæ sunt. Cùm enim dicat prætor,habuit:omnia hæc habendi verbo [m] continentur. ¶ Rectissimè autem prætor addidit, tunc ibi habuit. Tunc sic accipimus, cùm deijceretur. Et ideo siquid posteà desijt illic esse, dicẽdum erit in hoc interdictũ venire.sic fit, vt etiam si homines, vel pecora demortua sint post deiectionem: interdicto locus sit. ¶ Denique Iulianus scribit eum, qui vi deiecit ex eo prædio,in quo homines fuerãt,propius esse:vt etiam sine culpa eius mortuis hominibus, æstimationem eorum per hoc interdictũ restituere debeat: sicuti fur hominis etiã mortuo eo tenetᷓ [n].

l ¶ Commodatæ.]Sed quomodo in deposito,cùm nõ teneatᷓ nisi dolum cõmiserit.& in cõmodato,cùm & ibi custodia aduersus vim parum proficiat:vt.s̃.cõmodati, ad eos?Respon. secundum quosdã culpa cõmisit,quia potuit defendere:nec fecit. Alij ꝙ peruenerat culpam post quã quis de casu tenetur:vt.s̃.cõmo.l.in rebus. Alij ꝙ per pactũ se adstrinxerat ad casum.ar.s̃.depositi.l.j.§.sæpe. quibus casibus cùm teneatur,interest eius.& ideo agit.aliâs cùm nõ teneretur,nec ageret:vt.ĩ.de fur.l.eum qui.§.is apud quem.&.§.præterea.&.§.non solum.Tu dic etiam agi si non intersit ex prædictis causis: & aliud in furto:& hoc odio inuadentis.aduersus quem non potest præuideri:vt.d.l.ad eos.&.s̃.lo.sed & de damno. & de act.emp.l.si ea res.In quo ergo dãnabitur violentus si non restituat res tales? Respon.in rerum æstimationẽ quasi tantum intersit,cùm ad eas personaliter sit adstrictus.Sed ar.cõtra.ĩ.eo.l.interdicto.sed certè vltra rei æstimationem interesse potest magis,non autẽ minus:vt ibi exponitur litera.

m ¶ Verbo.]in latissima significatione.Azo.

n ¶ Tenetur.]vt.&.s̃.de condi.fur.l.fi.& de fur.l.subtracto.&.C.de condi.

de condi. fur. ante. & quod me. cau. l. j.
a ¶ Vbi enim quis.] vbi. i. postquam, vel statim. & subaudi eum.
b ¶ Stetisse videtur.] i. semper est in mora: vt. j. e. l. pe. & de verb. obli. l. nemo. §. si. nõ ergo distinguitur: erãt perituræ penes actorem vel nõ: ô Martine: sed pro te est. s. quod me. cau. si cũ exceptione. §. quod si homo. ibi, sicuti in interdicto &c. sed expone vt ibi. Itẽ pro te s. de peti. hæ. si à domino. §. si prædio. sed rñ. vt ibi. pro nobis autẽ sunt prædictæ côcor.
c ¶ Vel locum.] in quo moratur: ad quod est. j. de ver. signi. l. locus. Accur.
d ¶ Quibus.] s. pos.
e ¶ Interdicto.] aliàs edicto, aliàs interdicto. & facit. j. de diuer. & temp. præscrip. l. j. Accur.
f ¶ Fructuum.] etiam percipiẽdorum: vt. C. eo. si de possessione.
g ¶ Interdictis.] vt & s. de interdi. l. in interdictis. & j. de precario. l. quæsitum. §. ex hoc. est ergo hoc speciale in interdicto quod vi, aut clàm: vt j. quod vi, aut clã, sem per. §. in hoc interdicto. & s. de vsu. l. videamus. §. in fauiana.
h ¶ Non solùm autem fructuum.] vt & s. §. proxi.
i ¶ Si vi.] aliàs se vi deiectum non esse. aliàs si vi deiectus nõ esset. & fa. C. e. l. si quã do actum.
k ¶ Non possidet.] deiecit tamen. Azo.
l ¶ Cogitur.] scilicet æstimationem, vt & j. eo. l. si vi me.
m ¶ Iisdem competere.] filijs vel libertis. Accur.
n ¶ Hic.] id est isto casu. Accur.
o ¶ Competit.] Non aliàs. & secundũ hanc distinctionem accipe: vt. s. de obseq. l. ij. & l. licet. quibus indistincte denegari dicitur interdictum. & facit s. de dolo. l. non debet. & de in ius vocan. l. sed si hac lege. §. pen. Accur.
p ¶ Et cæteris.] de iure prætorio. Accur.
q ¶ Competit.] vt in fi. de perpe. & tempo. act. §. sed heredibus. econtra in hæredẽ nõ datur, nisi peruenit: vt. j. §. fina.
r ¶ Possidet.] vt. j. ti. j. l. j. §. consequẽter. Accursius.
s ¶ Præbet.] aliàs præbet. & aliàs probat.
t ¶ Retineo.] hoc est planum in ea possessione quã eorũ scilicet corpore & animo possideo: vt peculiariter. si autẽ meo animo & eorum corpore. & sic ciuilem per me, naturale retineã per eos, & tũc idẽ. Nã cum retineam a naturale per colonos, & similiter etiã ciuile nõ videor amisisse, quia est mista naturali, vt pote digniori: domino er go expulso, neutra perdit: vt hîc: sed colono expulso tunc vtraque perditur quasi ciuilis cõcomitetur naturalem amissam: vel quia in coloni persona repræsentatur dominus: vt. s. de acqui. poss. peregre §. quibus. & s. eod. l. quod seruus. Sed licet domino solo deiecto non perdat dominus: secus tamen si sua voluntate spontanea alij tra-

a Singu est ista glo. ad hoc quod vbi dominus deijcitur de possessione: tamẽ adhuc eã retinet per colonũ sui ibi exi stẽ: secus autẽ si spõ tanea volũ tate posses. sione trade ret alteri: quia tũc esset perditio domino nec eam retineret per colonũ existẽ tẽ in eo fun do. Bolo.

Huic consequens esse ait vt villæ quoque & ædium incẽdio cõsum ptarum pretiũ restituere cõpellatur. Vbi enim quis a (inquit) vi deiecit, per eũ stetisse videtur b, quo minus restitueret: & idcirco constare ait eũ, qui vi deiecerit, quiuis dolo malo desierit possidere, hoc interdicto teneri. ¶ Ibi autem ait prætor, vt ne quis & ea, quæ illic non habuit, cõplectat. Sanè quod ait prætor, ibi: quomodo accipimus? vtrùm in eo loco vnde vi deiectus est? an verò in omni possessione? Et melius dicetur nõ ad angulum vnum referendum, vel locum c in quo fuerit: verum ad omnes partes possessiõis, qua qs d caruit cùm deieceretur. ¶ Annus in hoc interdicto e vtilis est. ¶ Ex die quo qs deiectus est, fructuũ f ratio habetur: quãuis in cæteris interdictis g ex quo edicta sunt, nõ retro cõputetur. Idẽ est & in rebus mobilibus quæ ibi erant. nam & earum fructus cõputandi sunt ex quo quis vi deiectus est. ¶ Nõ solũ autẽ fructuũ h in hoc interdicto ratio habetur: verũ cæterarũ etiã vtilitatũ habẽda est. nã & Iu. refert in hoc interdicto omnia q̃cũq; habiturus vel assecuturus is erat, qui vi deiectus est, si vi i deiectus nõ esset: restitui. Eorum autẽ litẽ à iudice æstimari debere: eũq; tãtũ cõsecuturũ, quãti sua interesset, si vi deiectus nõ esset. ¶ Ex interdicto Vnde vi etiã is: qui non possidet k, restituere cogitur l.

¶ *Hoc interdictũ denegatur liberis & libertis aduersus parentes & patronos: nisi ui armata expulsi sint liberi uel liberti: & datur eis loco interdicti denegati actio in factum. h. d.*

¶ Interdictũ hoc quia atrocitatẽ facinoris in se cõtinet: quæsitum est an liberto in patronũ, vel liberis aduersus parentes cõpetat. Et verius est, nec liberto in patronũ, nec in parẽtes liberis dãdũ esse. meliusq; erit in factũ actionẽ ijsdẽ cõpetere m: aliteratq; si vi armata vsus sit aduersus libertum patronus, vel aduersus liberos parens. Nam & hic n hoc interdictum cõpetit o. ¶ Hoc interdictum hæredi & cæteris p successoribus competit q.

¶ *Retinenti possessionem per suos, licet ipse deiectus sit: non datur hoc interdictum, nisi forte hi, qui remanserunt in fundo, & ceperint à deijciente possideri. h. d. cum. §. seq.*

¶ Non alij autẽ quã ei qui nõ possidet r, interdictũ Vnde vi competere, argumentũ præbet s qđ apud Iulianũ relatum est: si quis me vi deiecerit, meos autem non deiecerit: nõ posse me hoc interdicto experiri, quia per eos retineo t possessionẽ q vi deiecti nõ sunt. ¶ Idem Iuli. refert, si seruos quosdã vi repulerit, alios retinenuerit, & vinxerit, aut etiã eis imperauerit v, vi te deiectũ intelligi: desijsse enim possidere x: cũ serui ab alio possideãtur. Et quod in parte y seruorũ dictũ est, idẽ in omnibus dici ait, si forte nemo depulsus esset, sed possideri ab eo cœpisset qui ingressus in possessionem esset. ¶ Quid dicturi essemus tractat, si alio possidente z ego quoque ingressus sim in possessionem, & non deijciam possessorem, sed victum opus facere cogam: quatenus (inquit) res erit a? ego verius puto eum quoque deiectum videri, qui illic vinctus est b.

¶ *Hoc interdictum inquantum est rei persecutorium: datur etiam in hæredes in id quod ad eos peruenit, & datur perpetuo. h. d.*

¶ Ex causa huius interdicti in hæredem, & bonorum possessorem, cæterosque successores in factũ c actio competit in id quod ad eos peruenit d.

Paulus li. 65. ad edict. LEX II.

Dolóve malo eorum factum est quò minus perueniret.

Vlpianus li. 69. LEX III.

Idem est & si quis armis deiectus est: quia ex facinoribus defunctorum de eo quod ad hæredem...

dat: licet colonus nõ eius sed velit meo nomine retinere. Itẽ & ideo retineo ego deiectus per colonũ: qui a si perdo per eũ deiectũ, multò magis retineo per eũ nõ deiectum: vt arg. C. de vsufru. l. antepe. Itẽ facit. j. de verbo. obliga. si ita stipulatus fuero per te.
v ¶ Imperauerit.] pro suo commodo, vel etiam vt exirent.
x ¶ Possidere.] s. te intelligendũ est, & sic interdictũ datur. Sed opponitur: quia hoc eodẽ casu videtur dari quod metus cã: vt. s. quod me. cau. l. metũ. §. idẽ ait, & si forte. er go hoc cessat: vt. j. e. l. si metu. Sed hic priuatur pessessor possessione: & recedit deijciẽs: sed in. l. metum. nõ: sed tantũ vt patiatur ædificare. Itẽ oppo. quia videtur vis turbatiua & sicuti posside. dari. ergo nõ hoc: vt. j. eo. vim facit. Sed rñd. vt modò dixi: quia hæc & si non expulsiua: tamen priuatiua est vis. eo enim quod ligat possidẽtẽ, videtur eũ priuare possessione. ad qđ est. j. de libe. ho. exhi. l. ij. at in turbatiua nõ eũ deijcio: sed tãtũ turbo: nõ permittẽdo eũ arare & colere: vt dicta. l. vim facit. Accu.
y ¶ In parte.] seruorum. No. quod dixi. s. de vsur. q scit. in prin.
z ¶ Si alio possidẽte.] libero s. hoĩe.
a ¶ Esset.] id est quid iuris sit.
b ¶ Vinctus est.] qa non distat à seruo &c. qui vinctus detinetur vt. j. de libe. ho. exhi. l. ij. & oppo. & respõ. vt modò dixi. Item quid si imperaui colono tuo, vt pro me possideat & facit timorẽ: videtur te vi deijci: vt hîc dicitur.
c ¶ In factum.] quæ in locũ interdicti dat: instit. de inrerdi. §. fin. & nihilominus hic datur interdictũ. ar. j. eo. l. idem. §. hoc inter. dictum.
d ¶ Peruenit.] & perpetuo: vt & j. l. idẽ est. §. j. & s. qđ metus cau. quod autẽ. & l. seq. & de dolo. l. quod in hæredẽ. & l. seq. & C. ex deli. def. l. j. & C. eo. vi pulsos. & j. de reg. iur. l. sicuti. Nam turpia & c. vt. s. de calũ. l. hæredem. Accursius.
Idem.] Casus in hac lege vsq; ad. §. cũ procurator. continuatur. l. præced.

¶ Cũ procurator.] Si procurator meus deiecit aliquẽ de fundi possessione cũ armis me iubẽte, vel ratũ habẽte: teneor, quia ego vi deor deiecisse. idẽ in familia. Itẽ tenet cuius instigatu familia mea deiecit aliquẽ. Itẽ hoc interdictũ dat post annũ in id qđ peruenit ad deijciẽtẽ. ¶ Vnde vi.] Si prohibet fructuari° vti frui fundo in quo habebat vsumfru. habet hoc interdictũ. prohiberi autẽ dicitur fructuarius siue existẽs in fundo in quo habebat vsumfru. deijciatur, siue cũ exisset spõte de fundo, nũc volẽs redire non fuit admissus. sed si ab initio velit incipere vti frui, & fuerit prohibitus. nõ habet locũ hoc interdictũ: sed rei vẽdi. agat. quod expone vt in gloss. & prædicta habent locum in vsufructuario domus siue fundi. in fructuario

vero rei mobilis secus est:nisi res prædictæ mobiles solo cedant,vt sunt tigna,quæ sunt in domo & q̃ dixi in fructuario:& ex quacunq; causa sit cõstitutus vsus vel vsusfru.i.siue inter viuos,siue in testamẽto:idẽ est.Et vt breuiter dicã qualitercunq; fructuarius possidẽs deiectus sit habet hoc interdictũ,& durat ei etiã si postea capite sit minutus,& sic amisit vsumfr.& hoc casu da bitur pro preterito dã no,non vt pro futuro 10 tẽpore cõstituat vsus fru.& dabit etiã hære dib⁹ & in hæredes deijciẽtes datur in factũ in id quod ad eos peruenit.Fran.

dem peruenit,actio [a] datur. Sufficit enim nõ in lucro versari eum heredem:non etiã damnum subire. ¶ Hęc actio,quę aduersus heredem,cęterosq; successores pertinet,perpetuò [b] competit: quia in ea rei psecutio continet̃. ¶ Armis [†] deiectum quomodo accipimus Arma sunt oĩa tela : hoc est & fustes & lapides:nõ solũ gladij, hastæ,& frameę id est rõpheæ [c]. Planè & si vn⁹,vel alter fustẽ vel gladiũ tenuit [d]:armis possessor deiectus videt̃.Plus dicit̃ & si inermes venerũt:si in ipsa cõcertatio ne [e] q̃ inermes venerãt,eo processerũt,vt fustes [f] aut lapides sumerent,vis erit armata. ¶ Qui armati venerũt,& si nõ armis vsi sunt ad deijciẽdum, sed deiecerunt [g] : armata vis facta esse videtur.Sufficit enim terror armorum [h] .vt videantur armis deiecisse.

¶ *Fugienti & relinquendi possessionem suam uano metu, non succurritur hoc interdicto. Bartolus.*

¶ Siquis aũt visis armatis qui alio tendebant,metu hoc deterritus profugerit, non videtur vi deiectus [i] :quia non hoc animo fuerũt qui armati erant,sed alio tendebant. Proinde & si cum armatos [k] audisset venire, metu discesserit [l] de possessione: siue verũ,siue falsum audisset, dicendum est nõ armis eum esse deiectum [m],nisi possessio ab his fuerit occupata. ¶ Si autem cùm dominus veniret in possessionem, armati eum pro hibuerunt,qui inuaserant possessionem : videri eum armis deiectum [n].

¶ *Vim ui repellere licet incontinenti, non autem ex interuallo.h.d.Bar.*

¶ Eum [†] igitur [o] ,qui cum armis venit,possumus armis repellere: sed hoc confestim , non ex interuallo:dummodo sciamus non solùm resistere [p] permissum ne deijciatur:sed & si deiectus quis fuerit,eumdem deijcere,no ex interuallo,sed ex continenti [q].

¶ *Imputatur domino si procurator deiecit aliquem,scilicet si dominus mãdauit, uel ratum habuit quod procurator fecit. Idem dicendum est in familia domini. Bart.*

a ¶ Actio datur.] Vi debat̃ q̃ nõ cũ armis facta est, non deberet dari in heredes,etiam 20 de eo qđ ad hæredes peruenit:qa acrius pu nit̃ criminaliter deijciẽs quã cũ vis facta est sine armis:sed tamẽ cõtra est,quia datur. vel dic ecõtra videba tur dari etiã si nõ peruenit propter immani tatẽ criminis , sed ta- 30 mẽ non datur nisi in id qđ puenit,vt subijcit:sufficit enim &c.

b ¶ Perpetuò.] ad qđ faciunt cõcor. positæ. s.l.j.§.fin.

c ¶ Romphœæ.] lanceæ quæ habẽt rostrũ vel rãponã ad homines capiẽdos.Alij hñt 40 rãbolas.& facit.j.de verbo.sig.l.armorũ.& insti.de interdi.§.qui autẽ.Idẽ in telo:vt.j. de fur.si pignore.§.ij.

d ¶ Retinuit.] ne cũ eo percuteret.H. vel dic,vnus vel alter,quasi non omnes.

e ¶ Concertatione.] aliàs concertatione,& aliàs deiectione, & aliàs certamine.

50 f ¶ Vt fustes.] ex eo q̃ non inspecto prin.sed fine dicitur hic vis: sume arg.q̃ si alio tendentes cùm viderent me fugisse,mutato proposito ingrediantur,q̃ videar vi deiectus inspecto fine.

g ¶ Sed deiecerunt.] s.sine armis:qa forte armatis visis fugerũt: aut cũ venissent armati,eis depositis deiecerunt possidentes.Acc.

h ¶ Armorum.] Arg.ad quæstionem quæritur an oporteat aliquẽ expectare primo se percuti.s.q̃ non:vt no.C.vnde vi.l.j.& fa.ad.§.s. de cal.l.& generaliter.ij.rñ.& quod quisque iur.l.iij.ij.rñ. &.C.de fur.l.si quis.&.s.deposi.l.j.§.itẽ senatus.& facit.s.ad legem Aquil. sed & si quæcunque.&.C.de sica.l.ij.&.iij.

60 i ¶ Vi deiectus.] imò videtur vi deiectus:vt.s.de vsufca.l. non solùm.§.si dominus.Sol.non videtur vi deiectus vt habeat interdictum,vt hîc:sed quo ad hoc vt amittat possessionem,sic:vt ibi secundum Azo. Alij q̃ hic alio ibant:ibi illud.quod non placet, quia quo ad admittedã possessionem non referet ibant illud,vel non: vel etiam in nullo loco.nam semper amittitur :vt ibi.

p ¶ Vtrobi.] i. apud quē. & ex duobus cōponitur: quod est vtrum, & vbi. & sic vtrum pro a pud, & vbi, pro quem. Is autem, ex duobus potior erat, in hoc interdicto, qui maiore parte anni possederat: sed hodie tempore litis contest. vt hîc, in fin. & instit. eo. §. sed hodie. & supra, de interdi. l. j. §. interdictorum quædam. & C. eod. l. j. Sed quare diuersa nomina dantur his interdictis? Respon. quia immobilia proprie dicuntur possideri. dicitur enim possessio, quasi pedum positio. & est argumen. suprà, de acquir. possess. l. j. in princip. meritò ergo, ibi datur vti pos. quod ad mobilia aptari non potest: cùm non possideantur propriè: sed apud aliquem sunt: sed abusiuè etiam mobilia dicuntur hodie possideri, in vsu loquendi. Item quare reseruauit hunc titu. & non posuit suprà, iuxta illum ti. vti pos? Respond. quia tractaturus erat de interdictis quibusdam circa mobilia, vt superioribus titu. ideo hunc ti. cum illis reseruauit.

q ¶ Maiore.] hoc expone vt infra de verborum significatio. l. maiorem.
r ¶ Interdicto.] datiui casus.
s ¶ Rebus soli.] vt. s. vti pos. l. j. §. ij.

¶ DE MIGRANDO. ¶ id est de recedendo.

PRætor ait.] CASVS. Ponitur edictū cuius sensus est. Si domum tuam cōduxi sub certa pēsione, & in eam indux seruū & eum volo extra domū abducere, prætor phibet mihi fieri vim in tribus casibus. Primus, si non eram obligatus pro pēsione: sol ueram tñ pēsionē. Secundus, si meo nomine tibi satisfactū est. Tertius si paratus eram soluere, & per te stabat. Postea loquit vlpia. & dicit: hoc interdictum datur inquilino, nō colono. subueniatur tñ colono extra ordinē. Itē vtile hoc interdictum, datur inquilino, qui gratis habitabat, & si nondum debebam pensionē soluere: quia nō venerat tempus quo eam debebam soluere: & interim volo agere hoc interdicto, vt possim extra here res: nō audior. Itē si cōducam domū tuam pluribus annis: & soluta pēsione vnius anni, volo agere hoc interdicto, & aducere res, quas adduxeram in domum tuam, non audior: nec est visquā tum ad hoc, vt compe tat mihi hoc interdictum, siue res, quas volo abducere, sint meæ, siue nō. Itē siue sint obligatæ, siue nō, pignoris tñ noīe erāt ibi. si autē pignoris nomine ibi fiut īducta: adhuc habet locū hoc interdictū, vt possint extra hi. Item hoc interdictū perpetuū est: & hęredibus, & in heredes datur. Itē datur hoc interdictū, pro rebus cōmodatis inquilino, vel depositis, quas in domum cōductam induxerat: & h. d. hæc. l. & seq. cum gl. Fran.

TITVLVS XXXI.
✱ De migrando.

✱ In hunc titulum de migrando vide Ant. Augu. li. emendat. cap. 14.

Vlpianus. LEX I.

PRætor ait, Si is homo, quo de agit, non est ex ijs rebᵘˢ de quibᵘˢ inter te[t] & actorem[v] conuenit[x], vt quæ in eam habitationem, de qua agitur introducta, importata, ibi nata, factave essent, ea pignori tibi p mercede eius habitationis essent: siue ex his rebus esset, & ea merces tibi soluta, eove nomine satisfactum est, aut per te stat[y], quo minus soluatur ita: quo minus ei, qui pignoris nomine eum induxit inde abducere liceat, vim fieri veto. ¶ Hoc interdictum proponitur inquilino qui soluta pēsione vult migrare[z]. nā colono non competit, cui rei[a] etiam extra ordinē subueniri potest. ergo infrequens[b] est hoc interdictum. Si tamē gratuitā quis habitationē habet, hoc interdictū vtile ei competit. ¶ Si pensio nondum debeatur[c], ait Labeo interdictum hoc cessare: nisi paratus sit eam pensionem[d] soluere. Proinde si sæmestrem soluerit[e], & se-

t ¶ Inter te.] & locatorem domus.
v ¶ Et actorem.] inquilinum qui agit hoc interdicto. aliâs auctorem.
x ¶ Conuenit.] tacitè. vel expressè. & facit. s. quib. cau. pig. ta. cōtra. l. si non inducta. hoc autem intellige, si portatur vt perpetuò ibi sit: vt. s. de pig. l. debitor.
y ¶ Per te stat.] facit. C. de vsu. l. acceptam. & de operis noui nūcia. l. prætor. §. deinde.
z ¶ Migrare.] i. exire, vel recedere cum rebus suis.
a ¶ Cui rei.] s. in colono, non dico migranti, sed recedenti. vel dic in colono, & in quilino. ad qđ est. s. ne vis fiat ei, si quis missus. sic aliâs differentia est, inter colonum & inquilinum: vt. C. locati. l. certi iuris. Accursius.
b ¶ Infrequens.] i. valde freques: cū & detur vtile colono etiā. sic. s. de liberis & posthu. gallus. §. ille. vel id est minus frequens: cū nunquàm detur colono, & inquilino interdum non detur: sed extra ordinem subueniatur. Accur.
c ¶ Nondum debeatur.] quia tempus in conuentione expressum, nondum præterijt.
d ¶ Eam pensionem.] totam etiam futuri temporis.
e ¶ Soluerit.] ratione præteriti. non enim efficaciter pro futuro debetur.

betur:nisi elapso tempore:arg.✝.solu.ma.l.diuortio.§.respon. Azo.

a ¶ Debeatur.] conuentionis iure:non quia tanto tempore fit vsus habitatione. Item hoc intellige, cùm conduxit in singulis sex mensibus, secundum Hug. vel etiam dic, quod in annum:& tunc erit argumẽ tum quod in medio anni est soluenda pensio.sic.C.de aduoca.diuer. iudi.per hanc.§.sexcenti autem. Accursius.

b ¶ Ita tamen.] ergo à contrario, si hoc modo specialiter nõ est actum, licet migrare etiam non soluta pensione futuri temporis: & sic est contra.✝. loc. l.si in lege.§.si domus. Solu. hîc de necessaria migratione:ibi de voluntaria. Ir. vel solue, vt ibi, vel hîc sunt plures conductiones, scilicet singulis sex mensib. vel annis:ibi vna. & facit.✝.loc. l. dominus hor.§.si. & de dã. infec.vti que.

c ¶ Nõ exegisse.] quã tum ad hoc, vt competat hoc interdictum.

d ¶ Pignori res.] qua aliena.

e ¶ Non possint.] veluti si res tales sunt quarum commercium est interdictum:vt homo liber.

f ¶ Nec retineri.] cõpetit enim & si nõ sint obligatæ:nec pignoris nomine inductæ: nec ex verbis edicti apparet:vt.✝.ea.l.in prin. & l.proxi.

g ¶ Hoc ĩterdictũ] Vtile.id est efficax:vt.✝.l.j.in prĩ. vel propriè illud in rebus inquilini, licet obligatis. & facit.✝.l.proxi. §.illud.

¶ DE SALVIANO INTERDICTO.

SI colonus] CASVS. Ego Franciscus, locaui titio fundum pro pensione certa. in hunc fundũ induxit ancillam nomine pignoris, & eam vẽdidit, & peperit penes emptorem. dicitur, quod habeo hoc interdictum, etiã ad partum recuperãdũ. Secundò dicit: si fundũ duorum Titius conduxit, & insolidũ cuiq; res Titij in fundum adductæ sint obligatæ:dicitur, quòd si tertius has res incipit possidere, quilibet istorum poterit agere insolidum hoc interdicto:si aũt alter eorũ possidet: potior est possessor. si autem erat actum, vt pro partibus cuique sint obligatæ, tunc quilibet eorum in parte poterit agere hoc interdicto, & contra extraneum, & inter se. Idem est, si habes rem communem cum aliquo colono, & tu meum fundum conduxisti, & causa pignoris hanc rem induxisti: nam pro parte erit mihi obligata, & competit mihi hoc interdictum. Vltimò dicit. Conduxit Titius fundum duorum, & induxit in eum fundum res causa pignoris : si agatur hoc interdicto inter eos, obtinet possessor: si autem tertius possidet has res, agitur Seruiano iudicio : & hoc dicit hæc lex & sequens. Franciscus.

h ¶ Vtile interdictum.] apparet partum apud emptorem natum obligatum esse:vt supra, de pign.act.l.si conuenerit.§. si fundus. sed contrà supra, de pigno. paulus.§.j. Solu. ibi concepit apud emptorem, & peperit mater:hîc nata tantum :sed apud debitorem concepta. Alij dicunt etiam hîc nata apud debitorem. Item in eo, quod dicit emptorem teneri:& sic datur contra extraneum : vt hîc, & infrà l.proxi.§.j.est contrà.C.eo.l.j. vbi dicit non dari in extraneum. sed dic directum non dari, vtile sic:vt hîc, &.✝.l.proxi.§.j. vel dic, vt ibi.& quere, vt ibi.

i ¶ Essent.] quod in dubio præsumitur:vt.✝.eo.l.fi. Accur.

k ¶ Extraneos.] i. colonum, qui est extraneus respectu creditorũ: vel dic propriè:& hoc ne ob.C.eo.l.j.quæ est contrà sed sol.✝.j.rñ.l.j. Item, quod dicit aduersus, &c.s.in solidum:& sic est occupãtis cõditio melior. Idẽ in hypothecaria, per omnia, qd in hoc interdicto:v.✝.de pig.si debitor. sed secus in quasi Seruiana:vt.✝.l.fin. in fi. vel dic veri' idem in quasi Seruiana? & illam ex pone vt ibi iã dices. & adde quod not. in.l.illa, si debitor. Item facit. ✝.de publi.l.siue. §.si duobus.

l ¶ IN saluiano.] Possessor vincet. Collige ergo, quod cũ quis rem obligat duobus simpliciter: quod insolidũ cuilibet pro suo debito obliget: vt &.✝.de pign.l.si fundus.§.si duo.

l ¶ Ad Seruianum.] in quo id veniet, vt si possidentis conditio melior:vt.✝.de pigno.l. si debitor. & sic idẽ iuris est in hypothecaria & quasi Seruiana & interdicto Saluiano: & ex quo insolidum res tenetur duob' quod potior sit occupãtis conditio & possessoris. Sed Secundum H. quare hîc dicit:& erit descẽdendũ.i. decurrendũ ad Seruianã. Rñ. quia interdictum cessabat cũ contra extraneũ ageretur. vt hîc erat vt.C. eodem. l. prima. Sed quidam dicũt, quòd quasi Seruiana differt in hoc, ab hypothecaria & interdicto: quasi in ista quasi Seruiana:nec sit possidentis nec occupantis conditio melior. & l.illam, si debitor. in hypothecaria tantum, & non in quasi Seruiana intelligunt.

mestris debeatur [a], inutiliter interdicet, nisi soluerit & sequentis semestris: ita tamen [b], si conuẽtio specialis facta est in conductione domus, vt non liceat ante finitum annum, vel certum tempus migrare. Idem est, & si quis in plures annos conduxerit, & nondum præterierit tempus. Nam cum in vniuersam conductionẽ pignora sint obligata: consequens erit dicere, interdicto locum non fore, nisi liberata fuerint. ¶ Illud notandum est, prætorem hic non exegisse [c] vt in bonis fuerit cõductoris: nec vt esset pignori res [d] illata, sed vt pignoris nomine inducta sit. Proinde & si aliena sint, & sint talia, quæ pignori teneri non possint [e], pignoris tñ nomine inducta sint: interdicto huic locus erit. Quòd si nec pignoris nomine inducta sint, nec retineri [f] poterunt à locatore. ¶ Hoc interdictum perpetuũ est, & in successores, & successoribus dabitur.

✝ Caius. LEX II.

HOc interdictũ inqlino etiã de illis rebus, quę non ipsius sunt, sed fortè commodatæ ei, vel locatæ, vel apud eũ depositæ sunt, vtile esse, [g] non dubitatur.

Totũ hoc à quibusdã nõ habetur.

✝ al. Pau. & incipit Titul. De Saluiano interdicto.

TITVLVS XXXII.

De Saluiano interdicto.

✝ Caius. & est secunda. l. istius tit.

✝ Iulianus. LEX I.

SI colonus ancillã in fundũ pignoris nomine iduxerit, & eã vendiderit: qđ apud emptorem ex ea natum est, eius apprehendendi gratia vtile [h] interdictum reddi oportet. ¶ Si colonus res in fundum duorũ pignoris noĩe intulerit, ita vt vtrisq; insolidum obligatæ essent [i]: singuli aduersus extraneos Saluiano interdicto rectè experientur: inter ipsos verò si reddatur hoc interdictum: ✝ propter parem scilicet causam, ✝ possidẽtis conditio melior erit. At si id actum fuerit, vt pro partibus res obligaretur: vtilis actio & aduersus extraneos [k], & inter ipsos dari debebit per quam dimidias partes possessionis singuli apprehendant. Idem seruari cõuenit & si colonus rem, quam cũ alio colono communem habeat pignoris nomine induxerit: scilicet, vt pro parte dimidia, pignoris persecutio detur.

Vlpianus. LEX II.

IN Saluiano interdicto, si in fundum communem duorum pignora sunt ab aliquo inuecta: possessor vincet [l], & erit eis descendendum ad Seruianum [m] ✝ iudicium.

✝ interdictum.

Digestorum, seu PANDECTARVM LIBER XLIIII.



TITVLVS I.

De exceptionibus, seu præscriptionibus, & præiudiciis [n].

¶ *Sicut actor tenetur probare suam intentionem: ita reus suam exceptionem. Pau. de cast.*

Vlpianus. LEX I.

¶ DE EXCEPTIONIBVS. ¶ *Quid sit exceptio, & unde dicatur: quæ sit earum diuisio quibus & quando earum detur auxilium, & de præiudicialibus excep, ubi locum habeant, dicitur.✝.e.l.j.& l.ij.& l.si post.& l.fundum.& insti.de actio.§.præiudiciales. Item de præiudicialibus actionibus.secundum Accur.*

ADDITIO. Cõtinuat Bar. sic. Dictum est.✝.de pluribus partibus iuris, & de actionibus, & suprà proxi. de interdi. quæ sunt arma actoris. sequitur de exceptionibus, quæ sunt arma rei: & quia nom en exceptionis est generale, & quædam sunt præscriptiones, & quæ dam exceptiones præiudiciales : ideo subijcit de præiudicialibus.

n ¶ Præiudiciis.] præiudicium dicitur, siue præiudicialis actio siue præiudicialis exceptio. secundum Io.

Agere etiam.] CASVS. In exceptionib⁹,qui eas opponit,actoris partibus fungitur:quia debet eas probare: & largè intellige excep.vt cõprehendat replica.& duplicat.Item reus excipiendo fungitur partibus actoris: qa debet probare excep.Franciscus Accur.

a ¶ Videtur.] tùm qa factũ ponit, vt actor, ex quo petit absolui: tũ quia onere proba-10 tiõis grauatur:vt.s. de prob.l.in exceptionibus.dic ergo agere &c.i.actoris officium exercere.nõ aũt est a ctor:vt.j.de verb. sig. verbum oportebit. §. actiõis.quę est cõtrà. Cũ verò nõ ponit, sed positũ negat, vt in ex 20 cep.de non nu.pe.nõ probat:vt. C. de non num.pe.l.si ex cautione.idem & sisit pro eo præsumptio,quæ trãsfert onus in actorem: vt.C.de pa.l.ij.Acc.

b ¶ Exceptione.] ponitur nomẽ exceptionis,p omni exceptione,& duplicatiõe, & replicatione.vt &.j.e. l.ij.§.j.& inst.de repli. §.j.Sed certe de his exceptionibus,quæ actori cõpetunt,nõ est dubiũ,sed de ijs quæ reo competunt dubiũ est. & ideo supponit.nam reus &c. quasi dubiũ 40 remouendo: & nam ponitur,pro certe.Nã si redderet rationem idẽ esset positũ, & id quod pro ratione poneretur. quod esse nõ debet.

c ¶ Actor est.] non prius tamen de calumnia iurat, quã actor: 50 vt.C.de iuramen.calum.l.ij.§.j.&.s.de iudi.l.in tribus. Accur.

Exceptio.] CASVS Exceptio est exclusio ei⁹ quòd petitur:siue petatur aliquid ex forma actionis,vt regulariter hîc fit.siue ex for 60 ma condẽnatiõis:vt cũ agitur contra filiũ cõdẽnatum ex cã mutui:& ipse excipiat de Macedoniano.Secundò dicit,quid sit replicatio.Tertiò dicit,exceptio & replicatio exclusoriæ sunt.Quartò dicit,de natura excep.& replicat.& triplicat.& de similibus. Quintò dicit.quædam excep.sunt dilatoriæ:vt tu nõ potes esse procu.vt qa miles vel fœmina,vel quia qui te fecit,non potuit:vt quia minor erat.& quædam sunt peremptoriæ:& de his plenius habebis in.l.sequenti.Franciscus.

Agere etiã is videt^a, qui exceptione^b vtit. Nã reus, in exceptione actor est^c.

¶ Exceptio est actionis exclusio:sed replicatio est exclusio exceptionis.Itẽ exceptio datur reo: replicatio datur actori.tamen etiam replicatio dicitur exceptio Pau.

Idem. LEX II.

Exceptio^d dicta est,quasi q̃dam exclusio, quæ interponi actioni cuiusq; rei solet ad excludendum id,quod in intẽtionem^e condemnationemve^f deductum est. ¶ Replicationes^g nihil aliud sunt quã exceptiones: & à parte actoris veniunt,quæ quidem ideo necessariæ sunt,vt exceptiones excludant. Semper enim replicatio idcirco obijcitur, vt exceptionem oppugnet. ¶ Illud tenendum est, omnem exceptionem,vel replicationem exclusoriã esse. Exceptio actorẽ excludit^h replicatio reũ:* sed contra replicationem solet dari duplicatio:& contra duplicationem* triplicatio:& contra triplicationẽ rursus quadruplicatio* & deinceps multiplicantur nomina dum aut reus,aut actor obijcit.

solet dari triplicatio. — * *& ita.*

¶ Nota distinctionem duplicem:quia quædam exceptiones sunt dilatoriæ: quædam peremptoriæ.Item dilatoriæ,quædam sunt dilatoriæ iudicij:quia quædam differunt iudicium:ut sunt illæ, quæ opponuntur contra personas in iudicio consistentes: puta contra procuratorem, quod non est procurator, uel legitime constitutus:uel quòd non potest esse.uel contra actorem: puta, quòd est excommunicatus uel bannitus:uel contra iudicem,quòd non habet iurisdictionem. & ista exceptio dicitur declinatoria: quæ debet ante alias proponi.Pau.

¶ Sanè solemus dicere, quasdam exceptiones esse dilatorias,quasdã peremptorias:vtputa dilatoria est exceptio,quæ differt actionẽ: veluti procuratoria exceptio dilatoria est.Nam qui dicit nõ licere^i pcuratorio nomine agi:nõ prorsus litem inficiatur,sed personã euitat.

Caius. LEX III.

Exceptiones^k aut ppetuæ & peremptoriæ sunt: aut temporales & dilatoriæ.Perpetuæ atque perẽptoriæ sunt, q̃ semper^l locũ habent,nec euitari possunt:qualis est doli mali,rei iudicatæ: & si qd cõtra leges^m senatúsve consulta^n factũ esse dicetur. Item pacti conuẽti perpetui,id est,ne omnino pecunia petatur. ¶ Temporales atq; dilatoriæ sunt,quæ nõ semper locum habent, sed quæ euitari possunt:qualis est pacti conuẽti tẽporalis,id est ne fortè intra quinquẽnium ageretur. ¶ Procuratoriæ^o quoq; exceptiões dilatoriæ sunt: quæ* nõ semper locũ habent, sed interdum* euitari possunt^p.

¶ Cùm quæritur an agens sit effectus locupletior:inspicitur tempus litis contestatæ.Pau.

Paulus. LEX IIII.

In pupillo,cui soluta est debita pecunia sine tutoris authoritate,si quæratur an doli exceptione submoueri debeat, illud tẽpus inspicietur* an pecuniã,vel ex ea aliquid aliud habeat,quo petit^q.

hec à quibusdam nõ habentur. — * *an pecuniam aliquis, vel. &c.*

70 d ¶ Stricte.] accipe cũ statim de replicatione subijciatur & de alijs:licet quidã largè hîc accipiãt:ar.j.eo.§.illud.Accur.

e ¶ Intentionem.] intentio vel ipso iure tenet & tunc dicit exceptio actionis:vel ipso iure non tenet:& tunc dicitur exceptio intẽtionis:vt hîc innuit.& hoc est,quod dicunt exceptio facti.

f ¶ Condemnationemve.] hoc in casibus:vt.s.ad maced.l.tamets. & de re iudi.l.nesennius.§.fi.&.j.de fideiuss.l.si fideiussores.§.idem rñ.&.C.de iur.& facti igno.l.j.vt &.s.sol.ma.l.ex diuerso.§.fi. aliàs non:vt.C.sen.rescin.non posse.l.peremptorias.Põt etiã dici intẽtione.s.facti:cõdẽnatione.i.qñ tenet cõdẽnatio de iure:& tunc dic con-80 dẽnatione.s.faciendam:id est dicere:cedẽnationis petitionem.sic. s.de admi.tu.l.j.& secundũ hoc nõ dicit aliquid de ijs,quæ post sententiam opponuntur.Accursius.

g ¶ Replicationes.] replicationes ab exceptione eatenus differre dicimus,q replicationes quandoq; vltra biennium non extẽduntur vt.s.de pec.quæsitum.§.in dolo.exceptiones autem vltra biennium sine temporis præfinitione extenduntur: vt infrà de exception. do. l.purè.§.finali.

h ¶ Excludit.] excludit enim exceptio actionem : replicatio verò exceptionem.ad quod est instit.e.in princi.& de replica.in princip. &.C.e.l.non exceptionibus.

i ¶ Non licere.] hoc expone vt.j.l.proxi.

Exceptiones.] CASVS. Excep.quædã sunt perpetuæ,& peremptoriæ:quędam tẽporales & dilatorię. & de omnibus dat exẽpla.Franc.

10 k ¶ Exceptiones.] generali⁹ accipit hîc, quàm.s.proxi.§.

l ¶ Semper.] i.in quacunq; parte iudicij opponi possunt. Accur.

m ¶ Contra leges.] vt iuliam fundi dotalis:vt insti.qui.alie.li. in prin.Azo.

20 n ¶ Consultum.] Velleianum: vt.C.ad Velleia.l.ij.Accur.

o ¶ Procuratoriæ.] vel quia dicit aduersariũ non posse dari,vel fieri procuratorẽ, vel quia non est: vt.s.de proba.l.in exceptionibus.§.sed & si procu-30 ratoria.&.s.de dam. infect.l.inter. §. cauere. & facit.s.l. proxi. in.fi.Accur.

p ¶ Possunt.] Item exceptiones fori:vt.C.e. l.fi.Itẽ vt repellatur, qui non satisdat rem ra.hab.vel iudicatum solui : vt.s.de procur. 40 Põpo. §.rati. Sed de quibusdam dubitatur sint tẽporales, an etiã perpetuę ratione futuri facti, vel accidẽtię: vt.s.de condi.inde.l.sufficit. Itẽ de ea, qua gs damnatur inquantum facere potest : quã Io. dixit peremptoriã:qa 50 nõ multum refert to tum perimatur, an nõ totum. Item pro eo,q post litem contest.potest opponi:sed secundum Hug.eadẽ ratione posset dici nõ peremptoria, quia etiam post sententiã opponitur.vnde dicit eam tẽ 60 poralẽ,quia & si solvatur,repeti non pot: vt.s.de cõdi.inde.l.nã & si maritus.quod fieret si esset perpetua, cum sit fauorabilis : vt.s. de condi.indebi.qui excep.Item quia potest ad meliorem fortunam peruenire ipse,vel hæres eius,vel hæres hæredis,nec enim est verisimile,q omnes eius successores sint ægeni arg.C.arbit.tute. si defunctus.Item dubitatur de excep.non nu.pecu.item dotis. & quia quidam dicunt anomalas:quod non est verum,quo ad hoc,vt sint temporales,vel perpetuæ.nam prima est temporalis, scilicet.xxx.dierum 70 vel biennij:vt.C.de non nu.pecu.l.in contractibus.in prin.§ j.& in dote idem,q est temporalis:vt.C.de dote cau.non nu.l.fin.& aut.ibi posita.sed quo ad onus probandi potest dici anomala, cum non sequatur regulam aliarum exceptionum:vt no.s.e.l.j. Item dubitatur de illa,quam opponit fideiussor,vt primò cõueniatur reus:& quam opponit extraneus possessor, vt primò agatur personali:vt in aut. de fideiuss.§.j.&.§.sed neq;.sed dic anomalas.nam potest esse & erunt temporales.Item & q perpetuæ,si ab illis satisfiat : vt in dicto corpore authenticorum.§.j.& hoc respectu dicimus opponi,post lit.contest.&c.ad instar peremptoriarum:vt.C.sen.rescind. non post.l.per-80 emptorias. & facit.s.l.proxi. & instit. eo.§. appellantur. &.C.e.l.si pactum.Accursius.

In peculio.] CASVS. Dedi decem quæ debebã pupillo: & sine tutoris authoritate solui: nunc ipse pupillus candem pecuniam à me petit.obijciam ei excep.doli.& inspicitur tẽpus,quo nũc agit:vt si nunc est locupletior,ex ea pecunia:obijciatur ei prædicta excep.cum effectu.Fran.Accur.

q ¶ Quo petit.] facit.j.de excep.do.l.apud.§.si quis pupillo.& insti. qui.alie.

qui.alie.li.§.si autem.Sed contrà.ff.de peti.hæred'.l.si à patre.§.pe. Sol.aliud ibi:cum nec metu facilitatis debeat ius suum inconcussum relinquere:nec debeat teneri,nisi inquantum locupletior est:vel ve rius vtrunque inspiciatur:vt ibi Item quandoque sufficit, si non est pauperior:vt.j.de solu.l.in pupillo.& facit.ff.de nego.gest.litis. & de condi.indebi. interdũ. Accursius.

m Idem dicitur.]s.vt possit vti excep.indulta in integ.resti.do-lo aduersarij interueniente,in circũscriptione:secus si sui facilitate: vt.ff.de mino.in causæ.&.C.de fideius.mi.l.ij.quæ sunt contrà. & facit.ff.de procu.l.minor.Accur.

Iulianus. LEX V.

IS qui dicit se iurasse, potest & alijs exceptionibus vti cum exceptione iurisiurandi,vel alijs solis[a] .Pluribus enim defensionibus vti permittitur[b] .

Contra legatarium petentem rem legatam, à tertio possessore, potest excipi de dolo defuncti. Paulus de castro.

Idem. LEX VI.

SI rem[c] legatam petat legatarius:de dolo testatoris excipitur. Nam sicut hæres, qui in vniuersum ius succedit, submouetur exceptione: ita & legatarius debet submoueri , quasi vnius rei successor.

Exceptiones merè personales,non transeunt in fideiussorem:secus in merè realibus,& etiam in mistis,in quibus habetur respectus ad personam,& etiam læsionem:ut est exceptio Velleiani,uel Macedoniani:& illa quæ competit minori circumuento.Pau.de cast.

Idem. LEX VII.

EXceptiones, quæ personæ cuiusq; cohærent,nõ trãseũt ad alios:veluti[d] quã soci⁹ habet exceptionem in id,quod facere possit, vel parens,patronúsve,non competit fideiussori[e] .Sic mariti fideiussor post solutum matrimoniũ[f] datus,insolidum dotis nomine cõdemnatur. Rei autem cohærentes exceptiones,etiam fideiussoribus competunt:vt rei iudicatæ[g] , doli mali, iurisiurandi, quod metus causa factum est. Igitur & si reus pactus sit in rem: omnino[h] cõpetit exceptio fideiussori. In tercessionis[k] quoque exceptio,itẽ quod libertatis oneradæ causa petitur[l] ,etiam fideiussori competit. Idem dicitur[m] & si pro filiofamiliâs[n] contra senatusconsultum quis fideiusserit,aut pro minore viginti quinq; annis circũscripto[o] .* Quod si deceptus nõ sit[p] :iure tũc nec ipse ante habet auxilium , quã restitutus fuerit,nec fideiussori dã da est exceptio.

Ista lex procedit secundum omnes,quando exceptiones non sunt inter se cõtrariæ,sed possunt se adinuicem compati,puta,exceptio pacti.Pau.

Idem. LEX VIII.

NEmo prohibetur pluribus exceptionibus vti,quamuis diuersæ[q] sint.

Qui excipit:non uidetur cõfiteri,quod actor proponit in libello.Fran.

Marcellus. LEX IX.

NOn vtique existimatur confiteri de intentione aduersarij cum quo[r] agitur[s] ,qui exceptione vtitur.

Sententia lata contra unum,non præiudicat alteri:cui si succedit ille,contra quem lata est,potest ea non obstante prosequi hæreditariam causam.Pau.

Modestinus. LEX X.

MOdestinus respondi[t] : Res inter alios iudicata, alijs * non obest[v] .Nec si is[x] contra quẽ iudicatum est,hæres extiterit ei[y] , contra quem nihil pronunciatum est,hæreditariam litem ei inferenti præscribi ex ea sententia posse, quam proprio nomine disceptans ante, quàm hæres extiterit, exceperit[z] .

Qui per errorem approbat instrumenta falsa,uel sententiam latam ipsorum pretextu: non prohibetur de falso accusare,& sententiam petere rescindi, per in integrum restitutionẽ. Pau.

* Idem. LEX XI.

QVi agnitis[a] instrumẽtis,qua si vera essent,soluerit post sententiam iudicis : quæro , si postea cognita rei veritate, & re pertis falsis instrumentis accusare

---

IS qui.] CASVS. Exceptio iu 10 risiurandi, cum alijs except. potest opponi: vt si iuraui me non debere tibi.x.te deferente,item fecisti mihi pactum de non petendo: has duas possum obijcere.& alia exẽpla possunt dari.Fran.Acc.

a Vel alijs solis.] 20 scilicet potest vti.Accursius.

b Permittitur.] vt j.l.nemo.&.j.de regu. iur.l.nemo. Sed argu. contra.ff.de iudi.sed & si susceperit.in princi. &.ff.de lega.commis. si per emptorem.&.ff.de trib.l.quod in hæredẽ. 30 §.eligere.

c SI rem.] Pone casum: vt.j.de doli excep.l.apud. §. siquis autem.& contrarium, quod ibi est de.l. an vitium.quæ est.j.de diuer.præscrip.& hic dicere potes. & facit.ff. de acquir.pos.pompo-40 nius.§.sed & legatario.& de pu. ac. l. eum qui.§.in hac. & distingue hoc vt dixi.j. de reg.iur.quod ipsis.Ac.

EXceptiones.] CASVS. Exceptiones, quæ cohærent personæ,non trãseunt ad alios : vt ecce 50 patronus & parẽs, & socius & maritus habent excep. vt non teneantur,nisi in quantũ facere possunt.hæc exceptio non competit fideiussoribus eorum. illæ autẽ excep.quæ cohærent rei, bene dantur fideiussoribus:vt 60 est except.doli mali. rei iudicatæ. iurisiurã di. quod metus causa. Item pacti de non petendo. Item exceptio, quæ competit mulieri intercedenti,datur & eius fideiussori.Item exceptio Macedoniani,quæ datur filiofa.datur & eius fideiussori. Itẽ exceptio,quæ datur minori læso dolo aduersarij:competit & eius fideiussori.Fran.Accursius.

d Veluti.]ea scilicet exceptio quam. Accursius.

70 e Non competit fideiussori]scilicet si conueniatur quasi fideiussor, non quasi defensor : vt supra,pro socio.l. verum. in principio.&.§.j.

f Post solutum matrimonium.]nam antè, prohibitũ est fideiussorem nomine dotis dari:vt.C.ne fideius.do.den.l.j.& facit. ff. de re iudi.sed hoc ita.&.l.si cum.

g Rei iudicatæ.]Sed nonne in his casibus reus remanet naturaliter obligatus?ergo fideiussor non erit liberatus:vt.j.de fideius.l. vbi cunque.sed intellige eam,vt ibi nota.Accur.

h Omnino.]interdum aliter:vt.ff.de pact.l.quod dictum.& de li-80 be.lega.l.iiij.§.j.

i Fideiussori.]facit.j.de reg.iur.l.in omnibus.&.j.de fideius.l. ex persona.&.j.de censi.l.forma.§.quanquam.&.C. co. titu. l. defensiones.sed fideiussoris ad fideiussorem non datur: vt infrà, de fideiussoribus.l.amissi.§.j.

k Intercessionis.]veluti si mulier intercedens dederit fideiussorem:vt.ff.ad vell.l.si mulier contra senatuscon.§.j.

l Petitur.]vt infrà, quarum re.ac.non datur.l.j.§. quæ onerandæ.

n Pro filiofami.] vt.ff.ad mace.sed si pater.§.non solum.

o Circunscripto.] 10 dolo aduersarij:vt di xi.Accur.

p Non sit.]s.dolo aduersarij:sed sui facilitate.Accur.

Quod si exceptus sit in re, tunc nec &c.

q NEmo.]Diuersæ & etiam contrariæ secundum Ioan.vt quia soluisse, & se tutũ præscriptione dice 20 ret:vt.ff.c.is qui.&.j. de reg.iur. l. nemo ex his.in prin . sed aliud in actionib⁹:vt.e.l. nemo.§.quoties. Accur.

r NOn vtique.] Quo.reus supple quo &c.

s Qui.] reus : quia non cogitur statim probare:vt.C.de proba. 30 l.exceptionẽ.nam ponit eam sub conditione:id est,si actor fundauerit intentionem suã:vt.C.de except . si quidem . vel ponitur nomen exceptionis,pro qualibet defensiõe cõtra intẽtionem:vt opponitur pactũ tẽporale,& si verè deberet 40 quod tamen negat. & facit.ff.fami. ercisc.l. qui familiæ.&.C. de pscript.lon.tẽ.l.emptor &.j.de regu.iur.l. qui tacet.vel dic loqui in excep.non nume. pec. & similibus.

non obest.

50 MOdestinus.] CASVS. Res inter alios acta, a his non præiudicat. hinc est, quod si petij à te fundum,& succubui: tãdem successi Titio: & tãquam hæres eius hunc fundum à te peto:non obstat mihi ex 60 cep.quasi alia persona,nũc sim in hac causa.Fran.

Iulian⁹.

t Modestinus respondi.]aliàs ĩcepit res inter alios &c.R.

v Non obest.]vt &.ff.de re iudica.sæpe.in principio.&.C. res inter alios actas.l.inter.&.C. quibus res iudic.non nocet.l.j.& secunda.Accursius.

x Nec si is.]duo hæredes creditoris:quorum vnus agendo pro 70 sua parte succubuit.Item vnus de duobus reis stipulandi agendo succubuit.Sed quid,si tecum rei vendi.egi nomine meo,vel agendo vel defendendo:& pronunciatum est rem tuam esse:deinde successi Titio,quia agere posset except.non obstante:nunquid ergo hæreditariam causam peragẽdo nocebit mihi exceptio?R ñ.non:per.l.istã. Item quid si egi nomine eius,cuius erat,cũ tamen mandatum nõ habebam:nunc cũ ei successi,volo agere ex meo?Rñd.secundũ quosdã obstat mihi exceptio.Accur.

y Ei.]s.socio puta,vel cohæredi.

z Exceperit.]quia ex alia causa agit:& ideo non ob.except.vt.j. 80 ti j.& an eadem.secundũ quosdam.imò persona alia videtur:vt ea l.&.eo.ti.l.si is.§.si te.Accur.

QVi agnitis.] CASVS.Cõuictus ex falsis instrumentis,quod cõfessaui esse vera:si conueniar ex snia,possum obijcere except.quia ex falsis instrumentis conuictus sum:& hoc continet prĩcipalibus consti.nec præscriptio mihi obstat,vt dicas , snia lata est, nã non valet talis præscriptio siue allegatio.Fran.

a Qui agnitis.]id est non reprobatis.Accur.

a ¶ Velit.] de falso.idem si ciuiliter,de falso velit agere,secundu Io.vt &.C.de transac.l.si ex falsis.licet ex hac.l.& ex ea, quæ est in C.de fide instru.l.ij.§.contrarium innuatur,scilicet φ non possit agi ciuiliter,donec viuit delinquens qui possit criminaliter accusari: quod plenè dixi.C.de fide instru.l.fi.

b ¶ Subscripserat.] confitendo esse vera.

c ¶ Ex præcepto.] vtrunque pro eodem.s 10 ꝑ interlocutoria.vel dic pro præcepto in definitione sententiæ appositio.

d ¶ Cōstitutiōibus.] vt.C.de proba.l.cum precibus.&.C.si ex falso instru.l.j.

e ¶ Præscriptionē.] id est exceptionē reo 20 absoluto,ex falso instru.idē & econtrà reo damnato.nā actor nō excipit si reus repetat, quod soluit per condictionem sine causa: vt C.si ex fal.instru.l.j.& l.pe.& hoc petita[a] pri[o] in integ.restit.vt.ꝭ.de re iudi.l.diuus. licet 30 hīc innuat ipso iure. Accursius.

f ¶ Præscriptioni.] aut dicet præscriptioni locum non esse s.falsorum instrumentorū: vt sic.s.teneatur stare instrumento:licet falso. & hoc non placet: quia esset contrà.ꝭ.de 40 re iudi.l.diu[o]. aut dicet,præscriptioni locū non esse,scilicet rei iudi.quo minus etiam solutum repetat. & hoc placet & tunc est contrà C.de fide instru.l. fi.§.fi.solu.ibi à princ. sciuerat instrumēta falsa reus,& scripta fue- 50 rat questio falsi:& tādem expectauit:hīc autem credidit vera, vt in prin.huius.l.dic ergo exceptioni locum non esse,sed potius repetitioni,si soluit. Accursius.

a Bal.in l. querelam. C.de falci. Imo.& Alexan.in.l.diuus ꝭ de re iud.istā gl. reputāt singul.ad hoc, φ replicatio,seu exceptio falsi, & quòd sententia lata fuit propter falsas ꝓbationes,quæ datur cōtra sententiam, quādo eius petitur executio: non cōpetit.nisi petat prius rest.in inte. ante quadriēniū iux ta.l.fi.C.de tēpo.in in te rest.quæ gl.benè pōderata in suis vlt. verbis, sentit cōtrarium. Bolog.

✱ Alphenus.l. Iulianus.

velit[a],& probare falsa esse instrumenta, ex quibus conueniebatur, cum instrumentis subscripserat[b] ex præcepto[c],siue interlocutione iudicis:an præscriptio ei opponi possit,cùm principalibus constitutiōibus[d] manifestè caueatur, si res iudicata esset ex falsis instrumētis, si postea falsa inueniantur, nec rei iudicatæ præscriptionem[e] opponi.Modestinus respondi ob hoc,φ per errorem solutio facta est, vel cautio de soluēdo interposita proponitur ex ijs instrumentis, quæ nunc falsa dicuntur: præscriptioni[f] locum non esse.

¶ *In præiudicialibus actionibus,uel exceptionibus, ille habet necesse probare, qui asserit. Paulus.*

Vlpianus. LEX XII.

Generaliter[g] in præiudicijs actoris partes sustinet, habet intentionem secundū id, quod intendit[h].

¶ *Post finitum iudicium uniuersale, non prohibentur moueri singularia iudicia, uel inter eosdem,uel inter alios.hoc dicit.Pau.*

Vlpianus. LEX XIII.

Si post litē[i] de hæreditate contestatam,res singulæ petant[k]: placet,nō obstare exceptionem[l], quòd præiudicium hæreditati nō fiat.Futuri enim iudicij[m],non facti[n] nomine huiusmodi exceptiones comparatæ sunt.

¶ *Si pater agit ex contractu filij: potest sibi obijci exceptio de facto eiusdem filij.hoc dicit. Paulus.*

✱ Alphenus. LEX XIIII.

Filiusfamiliàs peculiarem seruum vendidit, & pretium stipulatus est.is homo redhibitus[o], & postea mortu[o] est:& pater eius pecuniā ab emptore petebat, quā filius stipulat[o] erat.Placuit æquū esse,in factum exceptionem[p] eum obijcere,quòd pecunia ob hominē illum expromissa est,qui redhibitus est[q].

¶ *Contra exceptionem iusiurandi,non admittitur replicatio,de periurio.Pau.*

✱ Iulianus li.4. LEX XV.

Aduersus exceptionē iurisiurandi replicatio[r] ✱ doli mali non debet[s] dari:cùm prætor id agere debeat,ne de iureiurando[t] cuiusquam quæratur.

¶ *Quādo duo iudicia sic se habent,quòd absolutoria lata in primo,parit exceptionem rei iudicatæ in secundo, & condemnatoria lata in secundo, parit reo præiudicium in primo:concursus non admittitur:alias secus.h.d. cum duabus.ll.seq.Bar.*

Africanus. LEX XVI.

Fundum Titianum possides, de cuius proprietate inter me & te controuersia est[v]:& dico ꝓterea viam ad eum per fundū Sempronianum,quē tuū esse cōstat deberi.Si à te viā petā:exceptionem: Quod præiudiciū[x] ꝑdio non fiat[y] vtilē tibi fore putaui: videlicet φ

g ¶ Generaliter.] In præiudicialibus actionibus ille ꝓbare debet, qui intēdit:puta siquis proclamat de seruitutis possessiōe in libertatem,ipse probare debet se liberū:& econtrà si petatur de posses- 60 sione libertatis in seruitutē,dominus onere probationis fungitur, secundū R.vt.ꝭ.de lib cau.liberis.§.fi.vel dic in præiudicialibus excē.& pone exēplū ꝭ.e.fundū titianū.φ ei dicit nō potest petere viā, quia non primò vendicasti:licet reus sit.in rei ven. tamen actor est, s.cundū id,quod intendit.s.remouere actorē ab intētione sua.vnde oportet vt probet rei vendi.primò institutam:vel instituat eā prius.

h ¶ Intendit.] id est asserit,siue agendo,siue excipiendo,vt dixi casum.intendit enim agendo vincere reum.item excipiendo intendit remouere actorem à petitione sua.secus autem si excipiens non intendat:sed negat intentionem actoris:vt not.ꝭ.eo.l.j.

70 i ¶ Si post litem.] Quidā ponūt casum:si ego possideo hæreditatem,& spes est,vt mihi moueatur peti.hære.vel mota est per lit.cōtest.& aliquis alius,vel etiā vniuersalis petitor velit me cōuenire ante sentētiā,pro legato,vel alia personali,vel reali:possum eū remouere exceptione,ne fiat præiudiciū peti.hære.vt.C.de pe.hære. l.fi.in prin.&.ꝭ.de peti.hæ.siquis liber.post sententiā autē latā in peti.hæ.non ob.illi exceptio:vt hīc,& secundū hoc intelligas,post litē de hæreditate cōtestatā,& terminatā.& secūdū hāc positionē dicunt corrigi hodie hanc legē,per.l.fi.§.j.ij.&.iij.C.de pe.hære. l. vbi. nec ante sententiā obstat hodie exceptio.vel si velis tueri hāc positionē: 80 dic,φ ibi loquis,qn cōuenitur ex cōtractibus defuncti depositi vel cōmodati,vel pro legatis:hīc rei ven.vel aliter hīc petitor hæreditatis agebat aliqua singulari:ibi extraneus agebat cōtra possessorem, vel petitorem hæreditatis.sed Io.aliter ponit huius.l.casum.s.si ego possideo hæreditatē,& ante lit.contest.mecū de hæreditate:velim cō uenire debitores hæreditarios,vel possessorem rei hæreditariæ, nō possum:ne fiat præiudicium petitioni hæreditatis.Post litē autē contestatam,nō obstat mihi exceptio illa:nam postea potero conuenire debitores illius,siue possessores:si actio est peritura tempore. Item si negligā hoc facere:actor qui me conuenit peti hære.poterit prædictos conuenire:vt.&.ꝭ.de peti.hæ.l.si bonæfidei.&.l.diuus pius.ecōtrā si tractes,de eis conueniendis.s.possessoribus hæ.tunc loquitur. C.de peti.hære.l.fi.per totum.& no.φ in duobus differūt hæ positiones casuum.Primò est conuenitur possessor. Secundò agit.Itē primò demū post sniam. 10 Secundò post litem contestatam.& secundum vtrūq;nō obstat ꝭ.de peti.hæ.si quis liber.§.illa demū.quæ signatur contrà. Pro prima positione est.ꝭ. eo.l.fundum.Accur.

k ¶ Petantur.] per extraneos,vel per vni- 20 uersalem petitorē hæreditatis agentem cōtra possessorem hæreditatis rei vendicatione,vel alia singulari personali,vel reali actione secundū primū casum. Vel econtrà petātur per possessorem vel petitorem hæredi 30 tatis agentē contra extraneos reali, vel personali, secundum alium. Accur.

l ¶ Non obstare exceptionem.] ob.tñ exceptio rei iudi.si ex eadē causa res singulas peteret ex qua hæreditatē petijt:secus 40 si ex alia:vt.ꝭ.tit.j.l. si quis.§.si &.l.iul.secundū illā sententiam quādo lis finita erat.

m ¶ Iudicii.] in spē sc rendæ secundum primum casum. vel.i.litis contestandæ.secundum Io.

n ¶ Non facti.] sc secundū 50 primum casum,vel li. contest.secundum. Io annem.

✱ Papinianus.

✱ Vlpianus.

✱ dolo malo.

Filiusfamiliàs.] CASVS. Filiusfa.seruū peculiarē vendidit Titio pro.x.& stipulatus est pretium dari.tandē quia erat vitiosus,redditus est filio:& postea decessit hic seruus.pater huius filij vult petere prędicta.x.à Titio.dicitur φ repellitur excep.in factum.Fran.

60 o ¶ Redhibitus.] ipsi filio etiam extra ius.Accur.

p ¶ Exceptionem.] nam & eum repetere posset si soluisset:vt.ꝭ.de ædil.edic.quod si nolit.§.in factum.multo fortius excipit,si non soluit. Accursius.

q ¶ Qui redhibitus est.] hoc ita,si redhibendus erat aliter non: vt.C.de pac.l.filius.Accur.

Aduersus.] CASVS. Detuli tibi iuramentum:& iurasti te non debere mihi.x.nunc adhuc ago.contra te,ad illa.x. tu excipis de iuramento.ego replico,φ dolo iurasti:& sic falsum dicitur, φ non audior.Fran.

70 r ¶ Replicatio.] ei qui detulit,vel eius successori.ceterùm creditori in cuius fraudē dicitur delatū,datur:vt.ꝭ.de iureiur.nā postea.§.sed & si quis.Accur.

s ¶ Non debet.] eo solo,φ periurium cōmisit.

t ¶ Ne de iureiurando.] iustè necne iuratū sit:sed hoc solū an iuratum sit:nisi in casibus in quibus quæritur iustè necne iuratum sit vt.ꝭ.de iureiur.admonēdi.&.ꝭ.de crimine stellio.l.fi.&.C.de iureiur.l.fina.& facit.ꝭ.de iureiur.in litem.l.fi.& de dolo.l.quod si deferente.

Fundum Titianum.] CASVS. Petebā à te fundū Titia- 80 num:hac causa pendente peto à te viam mihi deberi,per fundū tuū Sēpronianū,ad istū Titianū.dicis,φ nō audior:ne ꝑ hāc secūdā cām fiat pīudiciū primę.secus ecōtrà vt in.l.seq.& sic ratio sit diuersitatis,dicitur in gl.l.seq.quæ gl.incipit.i.res.&.h.d.hæc.l.& seq.Fran.

v ¶ Controuersia est.] ergo superius in.l.si post.intelligendum est post litem contest.& finitam secundum quosdam.

x ¶ Præiudicium.] qualecunque.

y ¶ Non fiat.] id est non fieri debeat.

Viam

a Viam.]hoc exceptionem recipit.ſ.de ſerui.l.ei qui pignori.
b Meum.]& ideo ſi ſuccubui in petitione fundi,remouebor à petitione viæ,ſed ſi ante viam &c.
c Ed ſi ante.]Titianum.ſ.iudicio iam cœpto in via.
d Corpora ſunt.]i.res.nã nulla ſeruitus eſt corporea. Itẽ videtur hæc mala ratio: nam idẽ videtur poſſe ſignari in ſuperiori caſu:ſed alia eſt rõ di 10 uerſitatis,quia ĩ iſto caſu per ſecundã quæſtionem,non poteſt fieri p̃iudicium primę q̃ſtiõi,qa maior res vertitur in.j.quã in ſecunda:cũ ex prima fiat p̃iudiciũ ad ſecundam: ſed non ecõtrà.ſed in ſuperiori caſu ecõtrà: 20 & ideo fieret præiudicium priori per poſteriorem:vt.j.e.l. rei &.ſ.de iudi.l.per minorem.Itẽ alia ratione,quia in primo caſu ſi pronuncietur mihi viam deberi præſumitur qualitercunque, ꝙ fundus ſit me⁹: alio 30 quin via mihi nõ debetur.ſed in iſto licet pnuncietur me⁹ fundus, non præſumitur debita via. ſed certe ambæ iſtę rationes ad idẽ tẽdunt.Sed oppo. ſi primo petij viam: & poſtea fundum & ſuccũbam in fundo: non 40 ne fit mihi præiudiciũ in via?Rñ.nõ reo ſed vtilitas fit reo: & rei fauore, hoc dicit. & facit.ſ.de ſer.vrb.p̃di.l.iij.§.qui habet.& j.eo.l.fundi.

non aliter mihi viam [a] deberi probaturus ſim,quã ſi prius probauerim fundum Titianum meũ [b] eſſe.

Paulus li.50.ad edic. LEX XVII.

SEd ſi ante viam deinde fundũ Titianum [c] petam:quia:& diuerſa corpora ſunt [d],& cauſæ reſtitutionum [e] diſpares ſunt,nõ nocebit exceptio [f].

Africanus. LEX XVIII.

FVndi,quem tuum propriũ eſſe dicis,partem [g] à te peto : & volo ſimul iudicio quoq; communi diuidundo agere ſub eodem iudice. Item ſi eiuſdem fundi,quẽ tu poſſideas,& ego propriũ meum [h] eſſe dicam,fructus cõdicere tibi velim:q̃ſitũ eſt [i],an exceptio, Quod præiudiciũ fundo partive eius nõ fiat,obſtet,an deneganda ſit.Et vtobique putat interuenire prætorem debere,nec permittere petitori priuſquàm de proprietate conſtet [k],huiuſmodi [l] iudicijs experiri [m].

*Vtrubi que.

*Marcellus. LEX XIX.

OMnes exceptiões [n],quæ reo competunt,fideiuſſori quoque etiam inuito reo competũt [o].

*Martia nus.

Paulus li.de conceptione formularum. LEX XX.

EXceptiones opponuntur,aut quia factum ſit, quod fieri oportuit:aut quia factum ſit, quod fieri non oportuit:aut quia factũ non ſit, quod fieri debuit [p].Quia factum ſit,quod fieri oportuit: datur exceptio [q] rei venditæ & traditę [r] & rei iudicatæ [s].Quia factũ eſt,quod fieri non oportuit: datur exceptio doli mali. Quia [t] non factum eſt , quod fieri debuit, vt bonorum poſſeſsionis [v] non datæ.

*Neratius. LEX XXI.

REi maioris pecuniæ præiudicium fieri videtur,cũ ea quæſtio in iudicium deducitur,quę vel tota [x] vel ex aliqua parte communis eſt quæſtioni de re maiori.

Paulus. LEX XXII.

EXceptio eſt contradictio [y] quę modo eximit [z] reum à damnatione:modò minuit [a] damnationem. Replicatio [b] eſt contraria exceptioni & quaſi exceptionis exceptio.

*Hermo genianus

Labeo li.6. LEX XXIII.

PAulus [c] ait †. Siquis ſtatuam in municipio ea mente poſuit vt ea municipij eſſet:& eam petere vult:excludi eum oportet præſcriptione in factum data.

†Aliâs incipit,ſiqui ſtatuam.

Hermogenianus. LEX XXIIII.

e Reſtitutionum.] i.ipſe reſtitutiones,qa altera per patientiam 50 altera per corporalẽ traditionem:vt.j.ſ.de ſerui.vr.prædi.l.j.§.fi.Vel dic,ꝙ ex alia cã.nam fundus vt meus, ſeruitus vt debita:vt no.C.de vſufr.l.corruptionem.Quid ergo,ſi ſimiliter intentet vtrãque?Rñdeo primo fundum debes petere:cũ altera ſit prę iudicialis,ar.C.de adul.l.quoniam.
f Non nocebit exceptio.]ſcilicet hæc quòd præiudiciũ petitioni viæ non fiat.
FVndi.] CASVS.Cũ peterẽ à te partẽ certã fundi,quẽ tu tuum totũ dicebas:hac cã pendẽte volo agere cõi diui.nõ audior. 60 Item ſi à te petã totum fundũ:& hac cã pendente petã eius fructus, per conditionem:dicitur ꝙ non audior.Fran.
g Partem.]pro indiuiſo.
h Proprium meum.]prius petij fundum tuum rei vendica.nunc per condictionem fructus peto.
i Quæſitum eſt.]in ſuperiori caſu.
k Conſtet.]& ſic obtineã.& ſic facit contra nos:qa & ſi nõ obtineã deberẽ agere publiciana,& ſic cõi diui.& ſicut denegatur cõi diui. vt hîc:ſic etiã denegabit publiciana,ſed dic,ꝙ hîc volebã agere cõi diui.ex eadẽ cã:dicẽs me directè dñm ꝑ parte.& plenè dic,vt not.ſ. 70 de euic.l.minor.& facit.l.ſi venditor.&.l.ſi mancipiũ.eo.ti.&.ſ.fa. ercif.l.j.&.l.fundus. Accur.
l Huiuſmodi.]i.communi diuidundo vel condictione. Sed nonne cotidie fit contra in fructibus?Rñ.hîc primitus principaliter petuntur,quod non licet:ſed vt acceſſoriè. Accur.
m Experiri.]quæſtiones iſte,& quæ fiunt ſuprá eodem.l.fundum contingentes ſunt.& hoc eſt quod dicitur.ſ.de iudic. per minorem. Ioannes.
n OMnes exceptiones.]cohærentes rei:& in integro ſtatu rei: vt.C.eo.l.defenſiones.&.C.de non nu.pe.l.tam mandatori. Et 80 no.quòd hæc eſt huius.l.ſententia,ꝙ ſi qua exceptio competit reo eadem & fideiuſſori datur:fideiuſſor etiam inuito reo eam opponat. ſub hoc enim prætextu,quia lex aliud ſonare videtur,quã velit, & magiſtri & ſcholares ſæpe decipiuntur.& ſecundum hoc non obſtat ſ.eo.l.exceptiones.&.C.de non nu.pecu.l ſi cui.&.ſ.de do.ſi fideiuſſori.&.ſ.de lib.leg.l.ſi quis reum. &.j.de fideiuſ.l.ex perſona.&.l.ſi teſtamento.&.l.ſi ſtipulatus.
o Competunt.]reo manẽte in integro ſtatu:vt.C.eo.defenſiones.

Accurſius.
EXceptiones.] CASVS. Exceptio competit ob id quod factũ eſt,& fieri debuit:vt ſi vendis mihi rẽ,& tradis.Itẽ except. rei iudicatæ,qñ à me eã petis,repello te p̃ exce.qñq; ob id qđ eſt factũ,qđ fieri non debuit:vt doli mali exce.qñq; ob id qđ nõ eſt factũ. quod dic vt in gl.fi.
p Quod fieri debuit.] poteſt adijci quartus modus, quia 10 non fit quod fieri nõ oportet:qđ potes habere per multa exempla,vt in omni exceptione intentionis maximè:vt.ſ.eo.l.ii. Ac.
q Exceptio.]puta rei quã vendidiſti mihi,dominus non eras: poſtea factus domin⁹ 20 eius vendices.Acc.
r Et traditæ.]vt.ſ. de excep. rei vendi.l. j.Accur.
s Iudicatæ.] quia iudicatũ eſt, pro reo, qui ius habebat idem econtrà ſi contra eũ: & ſoluit:vt.j. tit.j.l.ſi quis cũ totũ.§. planè. 30 ſi autẽ eſt dãnatus, & non ſoluit:non habet locum exceptio hæc.
t Quia.] veluti ſi patronum in ius vocauit.
v Poſſeſsionis.]veluti ſi emancipatus à debitore hæreditario 40 petat nondum petita bonorum poſſeſsione repellitur except. non petitę bon.poſ. & not. ꝙ impropriè ponitur hæc excep. cum non data bo.poſ.nulla ſit actio cõtra hęreditariũ debitorẽ. vel dic,ꝙ fuit petita bon. 50 poſ.& ita agnita, vnde competit actio.ſed obſtat exceptio,quia data non fuit à prætore viuo ſecundum Io.ſed hodie fortè non obſtat:vt.C.qui admit.ad bo.poſ.l.fi.Item in bonorum poſſeſſoria hæreditatis pe.põt poni q̃ nõ competit non habita bono poſ.vel etiam rei vendi.contra ſingularem poſſeſſorem rei hæreditatis.
REi maioris.] CASVS.Si moui litẽ cõtra te:& hac pendẽte moueam tibi aliã litem,quæ in totum tangit primam:obijcit mihi excep.quaſi hæc cauſa præiudicaret primæ:quod eſſe nõ debet 60 de quo da exẽplum.ſ.eo.l.fundum.&.l.fundi.idem ſi in aliquo tangeret primam : vt quando moui quæſtionem hæredi.interim volo agere contra debitores hæredi. petendo debita tanquam hæres. nam per hoc fieret præiudicium primæ:quod eſſe non debet.Franciſcus.Accurſius.
x Vel tota.]de tota pone exemplum ſuprà eodem fundum .&.l. fundi. De parte, vt quando ante litem conteſtatam in pe. hæredi. agit petitor contra debitores hæreditarios : vt dixi ſurpà eodem ſi poſt.alia exempla da,quæ nota.ſuprà de iudic.l.per minorem. Accurſius.
70 EXceptio.] CASVS. Dicitur ꝙ exceptio eſt contradictio per quã quis qñq; cõſequitur abſolui in totum:vt exceptio rei iudi.& ſimiles.qñq; conſequitur vt in minus condemnetur:vt exce. quam opponit vir,vt dotem reddere non teneatur,niſi inquantum facere poteſt.idem in patrono,& ſimilibus. Replicatio autem eſt exceptionis excluſio.Franciſcus.
y Contradictio.]aliâs condictio,& aliâs contradictio. qualiter in victo.exemp.legitur.
z Eximit.]vt rei iudi.& ſimiles.
a Minuit.]vt ea,quæ facit damnari inquantum facere poteſt: vt. 80 ſ.eo.l. exceptiones,quæ perſonæ.
b Replicatio.]facit.ſ.eo.l.ij.
PAulus.] CASVS.Poſui ſtatuam in ciui.bon.eo animo , vt ſit huius ciuitatis,ſi ammodo volo eam tollere,opponitur mihi except.in factum.Fran.
c Paulus.] facit. ſ.de acqui.re.do.ſtatuas.&.ſ.de priui.cre.l.furius &.ſ.quod vi aut clam.is qui in puteũ.§.j.& ſuprà de pu.lo.fru. concedi.Accurſius.

Filiusfa.] CASVS. Filius iurauit patrē suum nō teneri ad decē, quæ Titius petebat à patre. & hoc iuramētū pstitit deferē te Titio. dicitur ꝙ per hoc iuramentum acquiritur exceptio patri, si amodo conueniatur. Fran. Accur.

a Filiusfa.] fa. ff. de iureiu. l. quanto magis. & . j. quarum re. ac. non da. l. si filio.

b Quærit] est enī pmissum ei patris cōditione meliorē facere, 10 deteriorē nō ita azo.

DE EXCEPTIONE rei iudi. ¶ Cui detur victori in quā, & nō victo & quando: hic recita di stin. quā habes. j. eo. si mater. §. ij ad quos transeat ut. j. eo. si à te. § iul. & l. 20 ité. & l. si mater. §. hoc iure. & l. si cū testamento. §. fi. supple per similitudinē pacti, quod est. ff. de pac. & hæredi. §. fin. & l. fideiussoris. & C. si unus ex pluribus. l. j. & ff. de inoffi. testa. post humus. §. si quis. & j. de dol. l. denunciasse. §. quæ 30 ritur inter quos. & j. e. l. si mater. §. hoc iure. in fi. & §. si ego. & §. fi. & j. eo. l. exceptio rei iu. & l. iudicatæ. j. rū. & §. fin. & ff. de re iudi. l. sæpe. & ff. de inoff. testa. l. papi. §. si ex causa. & de statu homi. ingenuū. & de lib. 40 agno. l. j. in fi. & l. si nō secundum Io. Accur.

Filiusfami.[a] exceptionem iurisiurandi patri quærit[b], si eum dare non oportere iurauerit.

TITVLVS II. De exceptione rei iudicatæ.

¶ *Sententia lata contra unum, super una re, nō parit exceptionem rei iudicatæ, contra alterum super alia re. hoc primo. nec etiam contra eundē & super eadem re, si causa, propter quam fuit lata, cessat. hoc secundo. si verò non cessat, tunc bene parit contra eundem, & etiam cōtra aliū, qui reputatur eadem persona, si iterum agat, pro eadem re, & ex eadem causa: licet intentet actionē diuersam. h. d. Pau.*

Vlpianus li. 2. ad edict. LEX I.

Cum res inter alios iudicatæ nullū alijs præiudicium[c] faciāt: ex eo testamēto vbi libertas data est, vel legatum agi potest[d], licet ruptū[e] vel irritum[f], vel non iustum[g] dicatur testamentum: nec si superatus fuerit legatarius, pīudiciū[h] libertati fit.

Idem. LEX II.

Qui cū hærede eius egit,[i] qui filium præterierat, & exceptionē submotus est, Si non[k] in ea causa sint tabulæ testamenti, vt cō tra eas[l] bonorū possessio dari possit[m] * omittente[n] emancipato, filio[o] bonorum possessionem, nō iniquè restituetur[p], vt agat cum hærede. & ita Iulianus li. iiij. Digesto. scribit.

Idem. LEX III.

Iulianus * lib. iij. Digesto respōdit exceptionē rei iudicatæ obstare, quoties eadem quæstio inter easdē personas reuocatur. & ideo, & si singulis rebus petitis[q] hæreditatem petat[r], vel contrà: exceptione submouebitur.

Idem. LEX IIII.

Rei iudicatæ exceptio tacitè continere videtur omnes personas, quæ rem in iudicium deducere solent[s].

Idem. LEX V.

quid pignoris ius extinctũ sit dominio acquisito. neq; enim potest pignus perseuerare domino constituto [a] creditore: actio tamen pignoratitia [b] cõpetit. verũ est enim & pignori datum, & satisfactum non esse [c]: quare puto non obstare rei iudicatæ [d] exceptionem.

Qui egit rei uendicatione, & succubuit: non prohibetur eandem rem petere actione personali. Paulus.

Idem lib. 4. LEX XXXI.

PAulus respondi ei, qui in rem egisset, nec obtinuisset [e]: posteà condicenti [f] non obstare [g] exceptionem rei iudicatæ.

a Constituto.] quia res sua non potest esse sibi obligata: vt hîc, & ;.de reg. iur. l. neque pignus. & ;. de pig. act. l. ij. hoc tamen quandoque fallit: vt. C. de iure do. l. in rebus. sed ibi non erat plenè domina. Item contrà ;. ad Trebel. l. debitor. sed ibi non durauit dominus. Itẽ in præsenti casu. sed potest dici quòd hîc non fuit dominus cùm tradẽs dederit quasi rem accipiẽtis, & accipiẽs eodem animo accepit, credens esse hæreditatis: vt. ;. de condic. ob cau. l. iij. §. subtilius. & facit. ;. de le. iij. l. senatuscon. & de acqui. hære. l. si seruum quis. in princi. Quid ergo si fuit factus dominus: vt quia sciens dantis accepit? fortè adhuc videtur idem arg. huius literæ: verũ est enim &c. sed non aperit an sit res obligata licet competat hypothecaria. Accur.

b Pignoratitia.] i. hypothecaria, qa non fuit Mæuius domin⁹.

c Non esse.] Ergo hypothecaria durat, ꝗ talem condictionem habet: nisi soluta pecunia: vt hîc, & ;. ad Velleia. l. aliquando. §. de pignoribus. & de pig. l. grege. §. etiam. & de pig. act. si rem alienã. §. omnis.

d Iudicatæ.] caussa enim dominij, scilicet exceptio, de qua magis dubitatur, non nocet: nec hæc ergo nocere debet, de qua min⁹ videtur. sed certè etsi dominij noceret, non tamen sententiæ, scilicet exceptio noceret, cùm non de iure possessoris fuit quæsitum primo iudicio: vt &. ;. eo. l. duobus.

al. Iulianus.

PAulus.] CASVS. Egi cõtra te rei vendi. ad fundũ, & succubui: nunc eandem rem peto à te certi cõdi. ex stipu. vel simili. dicitur quòd non obstat mihi prima sententia. Fran. Accur.

e Nec obtinuisset.] id est non obtinuit. imò succubuit.

f Condicenti.] id est in personam actione agenti.

g Non obstare.] quia condicere potest etiã qui dominus non est. Sed quid si restitutionẽ rei ideo, quia mea erat, stipulatus sum: deinde egi rei vendi. & succubui: si agam ex dicta stipulatione, an repellar? Respon. non, per legem istam. nam potest esse mea: non tamen tenuit stipulatio. & econtrà licet sit absolutus, tamẽ adhuc est mea: vt &. ;. eo. l. exceptio.

TITVLVS III.

De diuersis & temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum.

Ad hoc ut utilia currant tempora requiritur quòd non sit impedimentum agendi nec ex parte actoris, nec rei, nec iudicis. Diuiditur in duas partes. Primo, ponit causam legis cõdendæ. Secundo, ponit statutum suum. secunda ibi, Et quidem. Barto.

Vlpianus lib. 74. ad edic. LEX I.

QVia tractatus de vtilib⁹ dieb⁹ frequẽs est [h], videamus, quid sit experiũdi [i] potestatem habere. Et quidẽ in primis exigendum est, vt sit facultas agendi [k]. neq; sufficit reo experiundi secum potestatẽ facere, vel habere eũ [l], qui se idoneè defendat: nisi actor [m] quoq; nulla idonea caussa impediatur experiri. Proinde siue apud hostes sit [n], siue reipublicæ caussa absit, siue in vinculis sit, aut sic tempestate in aliquo loco vel regione detineatur, vt neq; experiri, neq; mandare [o] posſit: in ea caussa est, vt experiundi potestatẽ [p] non habeat. Planè is, qui ea valetudine impeditur, vt mandare posſit, in ea caussa est, vt experiundi potestatẽ habeat. ¶ Illud vtiq; neminẽ fugit, experiundi potestatem non habere eum, qui prętoris [q] copiã nõ habuit. Proinde ij dies [r] cedunt, quibus ius prætor reddit [s].

Marcellus. LEX II.

Cõtinuatio Bart.

DE DIVERSIS ET TEMPORALIBVS PRAESCRIPTIONIBVS &c.

Dictum est suprà de excep. in genere, item de exceptione rei iudic. uerum quia est quædam exceptio cum tempore: ideo ponitur ista rubrica. Itẽ quia in præscribendis rebus datur acceßio poßeßionum: ideo ponitur de acceßione poßeßionum. Barto.

Præscriptionum alia vnius diei: alia duorum: vt. ;. de appel. à sententia. §. fi. & quando appellandum sit. l. j. §. biduum. quãdoq; trium: vt. C. de iudic. l. fi. & hoc non prosequor, quia magis est laboriosum quàm subtile. de vsuscapi. tamẽ triẽnij dic quòd per eam quæritur dominium: vt. C. de pact. l. traditionibus. dummodo quatuor interueniant: scilicet bona fides: & titulus. & quòd res non sit vitiosa: & quòd possesſio sit continua vsque ad vltimam diem, quam tetigisse sufficit. & idem in præscriptione decem vel viginti annorum: vt. ;. e. l. in vsuscapione. secus in præscriptione personalium actionum: vt ;. de act. & obli. l. in omnibus. Item per præscriptio. x. vel. xx. an. non quæritur dominium. quod dic vt not. C. de bon. mater. aut. ibi posita super. l. j. Item vsuscapio non interrumpitur lit. contest. quod secus est in præscri. quod dic vt no. ;. de rei ven. si post acceptũ. Itẽ per præscriptionẽ. xxx. anno. nõ inducitur nisi exceptio qa tẽpus &c. vt. ;. de act. & obl. l. obligationũ ferè. §. placet. sunt & aliæ præscript. diuersæ. Sed hîc notãdum est, ꝙ quædã præscriptiones habent continua tẽpora: & hoc regulariter omnes: nisi specialiter inueniamus lege cautum cõtrà. s. quod sit vtile. Aliæ vtilia: & hæ subdiuiduntur, quia quædam ad sui principiũ & processum: ad quod sunt tria necessaria: vt. ;. l. j. Aliæ ad sui principium tantum: vt. ;. de calum. l. annus. & ;. de ædil. edic. l. cùm sex. & ;. de adulte. quinquennium.

QVia tractatus.] CASVS. Cùm tractatus vtilium dierum sit frequens: videndum est quid sit experiũdi potestatem habere, id est qui dies dicantur vtiles: nam paria sunt ambo prædicta. & certè tria sunt necessaria, vt experiundi potestatem quis dicatur habere, & sic dies vtiles cedãt. Primum, vt actor per se, vel per alium potuerit agere. Itẽ ꝙ re⁹ potuerit se defendere ꝑ se vel ꝑ aliũ. Itẽ, ꝙ sit copia iudicis. Frã. Ac.

h Frequens est.] bona ratio, quare sit videndum: vt. ;. de lib. lega. l. legaui.

i Experiundi.] Sed quomodo per hoc sciemus vtiles dies? Rñ. quia hæc duo paria sunt: scilicet habere potestatem experiundi: & diem vtilem cedere: vt hîc patet.

k Agendi.] hæc ergo tria sunt necessaria, vt experiundi potestatem quis habeat id est facultatem agẽdi per se, vel per aliũ: item, potestatem conueniendi eum per se, vel per alium respondentem: & ius reddentis copiam.

l Eum.] s. reum.

m Nisi actor.] quod de actore dicit, non videtur necesse: quia & si actor impeditur, cedit vtilis dies: vt. ;. e. l. si seruus. quæ est cõtrà. Solu. currit de iure cõmuni, vt ibi: sed actor restituitur in integrum ex clausula generali. ;. ex quib. cau. ma. l. j. Vel dic de vtili ob. loquitur: ibi de continuis. vel hîc post obligationem commissam vel contractã intercesſit idonea caussa, quæ abstulit copiam agendi. Ibi autem nil post satisdationem acceptam contingit. Vel hîc contraxit liber [a], ibi seruus. vel ibi erat, qui poterat agere nomine domini, vt seruus in iudicio momentaneæ possessio. nec obst. quod ibi dicit, non an is agere &c. quia de stipu. dicit, nõ de iudicio principali. hoc non placet.

a Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. in pe col. ;. de dam. infect. hanc gl. singu. reputat ad hoc ꝙ per lit. contesta. inducitur quasi cõtractus non autẽ ex sententia inducitur. Bolo.

n Apud hostes sit.] & facit. ;. de stipu. ser. si seruus.

o Mandare.] alij caussam agendam.

p Potestatem.] Hîc quæritur, si citatus ad sententiam, vel ad veniendum ad ius, cùm satisdederit iudicio sisti, impeditus iusta caussa non venit, mittere tamen potuit, an sit contumax, vel incidit in stipula. videtur quòd sic per. l. istam, & suprà de mi. l. Papinianus. & qui. ex cau. ma. sed & si per. §. aduersus. sed in illis duabus ex iniusta caussa abest, ex qua pœnam non præmium debet habere: vt suprà de nego. gest. siue hæreditaria. Item ista loquitur in actore, sed tu quæsiuisti in re: quia actor potest præuidere quando agat: vt. ;. titu. j. purè. §. fin. Item vnum pro eo. aliud sit igitur contra eum, vt satis sit si posſit mittere procuratorem: vt suprà de iureiur. l. eum qui. Item quò ad aliud, non quò ad contumaciam præsumendam. dic ergo quòd procuratorem mittere non tenetur. aliâs parum prodesset sibi relaxatio: vt. ;. si quis cau. l. ij. §. si quis iudicio. & . ;. de re iudic. l. quæsitum.

q Prætoris.] i. nullius notionem.

r Dies.] scilicet tantum. & intellige quæ hic dicuntur, in diebus, qui sunt vtiles quò ad sui initium, & progressum: secus in ijs, qui ad sui initium sunt vtiles tantùm: sed post continui: vt infrà quando appellã. sit. l. j. §. dies. & suprà de redhi. l. cùm sex. & infra de adulte. l. quinquennium. & suprà de calum. l. annus Item facit infrà de adult. l. miles. § sexaginta. & suprà de ædil. edic. sciendum. §. fina. & . l. quod si nolit. §. si quis ita. Item quæro an hodie corrigantur huiusmodi vtiles dies vel anni? Respon. non: nisi circa tractatum de rest. in integ. vt. C. de temp. in integ rest. pe. l. fi. quod enim nõ mutatur, stet: vt. C. de app. præcipimus. in fi. & de testa. sancimus. Item etiã in vsusca. triennij & . x. & . xx. & . xxx. & . xl. an. & alijs constat tempus esse cõtinuum. vt. ;. de vsusca. l. nunquam. §. in vsucapionibus. Accursius.

s Reddit.] sed nonne omni die reddit, præter feriatos: vt. C. de feri. l. omnes? Respon. idem & si quocunque modo impeditus non reddat, vel non impeditus: cùm & in continuis daretur restitutio: vt suprà ex quibus causis ma. l. j. & . l. sed & si per prætorem. §. ij. Accursius.

In tempore.] CASVS. Cùm certum tẽpus sit constitutum iudicatis, intra quod potest appellari, item, intra quod cõdemnatio debet solui, item, intra quod instãtia litis perit: dicitur ꝙ in hoc tempore dies intercalaris non computatur. i. bissextilis: sicut nec in vsucapionibus, nec in actionibus, quæ certo tẽpore finiuntur: vt in ædilitijs pluribus. secus si vẽdo tibi fundũ pro centum & nisi intra. xxx. dies soluas 10 pretiũ, sit ineptus. nã in his. xxx. diebus computatur dies bissextilis: licet quidam contrà, & male. Francisc. Accur.

In tempore constituto iudicatis, an intercalaris dies proficere iudicato necne, debeat: quæritur. item de tẽpore quo lis perit. Sic sine dubio existimãdum est. vt auctum tẽpus litis intercalari die existimetur: veluti si de vsucapione sit quæstio, quæ tempore cõstituto expleri solet: aut de actionibus, quæ certo tẽpore finiũtur: (vt ædilitiæ pleræq; actiões: & si quis fundum ea lege vendiderit, vt nisi in diebus .xxx. pretiũ esset solutum, inemptus esset fundus,) dies intercalaris ꝓficiet emptori. Mihi contrà videtur.

Modestinus. LEX III.

Longæ possessionis præscriptioné tam in prædijs, quàm in mãcipijs quæ in prædijs morãtur, quæ partes fundi sunt, locum habere manifestum est.

Seruus hæreditarius, uel capti ab hostibus, potest satis accipere. in iudicio momentaneæ pos. ab aduersario de iudicio sisti, & statim tempora triennij incipiunt currere. h. d.

Labeo. LEX IIII.

Si seruus hæreditarius, aut eiꝰ, qui in hostium potestate sit, satis acceperit: cõtinuo dies satisdationis cedere incipiet. intueri enim debemus, an experiundi potestas fuerit aduersus eum, qui obligatus est: non an is agere poterit, qui rem in obligationem deduxit. alioquin erit iniquissimum, ex conditione actorum obligationes reorum extendi, per quos nihil factum erit, quò minus cum his agi possit.

Vlpianus li. 3. LEX V.

An vitium auctoris, vel donatoris, eiúsve, qui mihi rẽ legauit, mihi noceat: si fortè auctor meus iustum initiũ possidendi nõ habuit, videndũ est. Et puto, neq; nocere, neq; prodesse. nã deniq; & vsucapere possum, qđ auctor meus vsucapere nõ potuit. Ex facto propositũ est, quendã cùm rem pignori dedisset, eandẽ distraxisse, hæredéq; eius redemisse. quærebatur, an hæres aduersus pignoris persecutionem exceptione lõgæ possessionis vti possit? Dicebã hũc hæredẽ, qui pignus ab extraneo redemit, posse exceptione vti: quia in extranei locum successit, non in eius, qui pignori dederat: quemadmodum si ante redemisset, & sic deinde hæres extitisset.

Accessio possessionis procedit de possidente

a In tempore constituto.] vel ad appellationem interponendam, vel de tẽpore ad 20 executionem sententię dato. s. quatuor mẽsium. Accursius.

b Intercalaris.] id est bissextilis: q qualiter colligitur, dic vt s. de mino. l. iij. §. minorem. & j. de verbo. sig. l. cùm bissextus.

c De tẽpore.] triennij anni vel bieñij ad 30 appellationem exercendam.

d Sic sine.] nunc respondet. Accur.

e Vt auctum.] si sic, cum interpellat, dies intercalaris ꝓdest actori appellanti. Acc.

f Veluti.] i. sicut est 40 in vsucapio. nã ibi non quæritur tempus de momẽto ad momẽtum, & sic prodest domino rei, nõ vsucapiẽti ꝓdest: vt. s. de vsuca. l. in vsucapionibꝰ.

g Solet.] s. triennio. nã & hæc dies intercalaris non cõputatur, 50 quo quod prodest domino rei.

h Pleræque.] nam in redhibitoria, quia tollitur vtili, non ita de leui fieret computatio anni intercalaris, & ideo non computatur.

i Videtur.] vel lege sine interrogatione proficiat emptori, & sic dic in omnibus esse correctum. vel cum interrogatione: & tũc mihi contra videtur, scilicet in hoc casu posteriori. sed secundum hoc, cur aliter in hoc casu: cùm aliàs dicatur diem intercalarem non computari in diebus anni, vt. s. de mino. l. iij. §. minorem? Respon. aliud est vbi dilatio indulgetur temporis per species, vt ita dicam, vt annua vel menstrua, vel anni vel mensis. aliud si per indiuidua, vt horum 60 dierum, quo casu dies intercalaris computatur: quia dies intercalaris dies est, & enumeratio dierum hoc facit, & sæpe expressa nocent, quia dixit triginta dies, secus si menses, secundum H. vel secundum Ioan. & Bul. aliud vbi dilatio indulgetur à lege, & aliud vbi tempus statuitur à partibus. vbi à partibus, obtinet quod dicitur in fin. l. Vbi à lege, obtinet quod in superiori parte. l. vt suprà de mino. l. iij. §. minorem. & j. de verborum significa. cùm bissextus. sic & aliàs. s. de arbi. Celsus.

k Longæ.] id est. x. vel. xx. ann. hodie: vt. C. de vsucap. transfor. l. j. olim biennio in Italia, sed in prouincia. x. vel. xx. fortè: vt in- 70 stit. de vsucap. in princi.

l In mancipiis.] si dicas præscribi cum prædijs, planum est. si dicas sine prædijs, quod verum puto per. l. istam, & per. l. C. de ser. fugiti. l. j. sumpto ibi argu. à contrario, scilicet in non fugitiuo, tunc obstat. C. de agri. & censi. l. quemadmodum. sed ibi fraudulenter sibat. Item obstat. s. de lega. j. si quis inquilinos. & de fundo instru. & instru. leg. l. si fundum. & j. de verborum significatio. l. alienationis. Respon. hic est quædam exceptio, non potest alienari sine prædio, ergo nec vsucapi. Item contrà. C. in quibus cau. cessat long. temp. præscript. l. in seruorum. sed ibi in simplici seruo, hic in seruo glebæ. Itẽ 80 quòd aliquid possit tempore fieri, quod non pacto: not. suprà quẽadmo. serui. amit. l. nam satis. §. si verò per latitudinem. & facit infrà de furt. l. ancilla.

Si seruus.] CASVS. Seruus hæreditatis iacentis, vel seruus capti ab hostibus, in casu quo poterat esse in iudicio, vt in momentanea possess. accepit satisdat. ab aduersario iudicio sisti. quæritur an statim incipit currere tempus huic satisdationi, cùm durare debeat triennio hæc satisdatio? & dicitur quòd statim incipit currere tempus triennij, non inspecto quòd seruus non possit agere ex hac stipulatione, sed solummodo inspecto quòd reus potest conueniri. aliàs esset iniquum ꝙ ex conditione actorum rei obligatio extendatur. Franc. Accur.

m Satis acceperit.] iudicio sisti. Accursius.

n Incipiet.] quo ad actionem excludendam. & sic est contrà j. de stipu. ser. si seruus 10 hæreditarius. Sol. hic stipulatus fuit iudicio sisti in talem casum vbi agere poterat, vt in momentanea possess. vel in possess. absentis turbata. in quibus casibus seruo agere permittitur. nec obstat quod innuitur quòd 20 seruus agere non potest: quia verum est ex hac stipulatione, sed de primo iudicio bene potest agere, vt dictum est. quo ad hoc autem vt incipiat deberi, idem est: quia ex vtraq; incipit deberi. Sed quanto tempore 30 tollitur hæc stipulatio iudicio sisti? Rñd. quanto principalis: vt s. si quis cau. si eum. §. si. vel ad plus triẽnio, nisi in scriptis, & nisi in caussa publica: vt C. de fideius. l. pe.

o Fuerit.] qui ita adesse videtur, si tria 40 adsunt: vt not. s. l. j. Accursius.

p Non an is.] s. l. j. contrà. solu. vt ibi. Itẽ facit. s. de nau. fœno. l. fina. & de vsur. l. pecuniæ. §. j. & de constitu. pecu. l. hactenus. Sed argu. contrà. s. de dã. infec. si finita. §. elegãter. Accursius.

50 An vitium.] CASVS. Titius non dominus vendidit mihi fundum vel donauit vel legauit, quem fundum mala fide possidebat, vel sine titulo. quæritur, an ego possim præscribere istũ fundum non obstante mala fide actoris? & dicitur ꝙ bene possum præscribere. Idem in vsucapi. rei mobilis seruatur. Ex facto.] Obligaui Titio domum meam: postea eam Sempronio vẽdidi, & decessi. hæres meus eam domum emit à Sempronio prædicto. quæritur, an hæres meus possit hanc domum præscribere longo tempore contra Titium creditorem? & dicitur ꝙ sic. successit enim hæres meus in hunc 60 fundum loco Sempronij. Fran.

q An vitium.] personale. secus in reali: vt. C. de acqui. possess. l. vitia. loquitur ergo hĩc, cùm vitium personæ cohæret: vt dolus: vt. C. de rescin. ven. dolus. & s. quæ in frau. credi. qui à debitore. ita tamẽ, si ipse noluit accessione sui auctoris vti: vt. s. de acquir. pos. Pompo. in fi. si enim vtitur accessione sui auctoris, debet vti cum sua caussa & vitijs: vt. s. de acquir. pos. l. Pomponius. §. cùm quis. & j. titu. j. l. a- pud. §. de auctoris. si verò sit rei cohærens vitium, vt furtum, empto ri quoq; nocere constat, & omni, qui quoquo modo rem acceperit: vt. j. titu. j. apud. §. de auctoris dolo. & §. si quis autem. & C. de acqui. 70 poss. vitia.

r Non habuit.] quia fortè habuerit rei alienæ scientiam, vel non habuit titulum.

s Neque nocere.] cùm contra me agitur, sed cum eo ago, obest si habeo lucratiuam caussam, vt in contrarijs. j. tit. j. apud. §. si quis autem. & s. de exceptio. si rem. Item non nocet mihi, nisi velim vti accessione: quod possum ad præscript. xxx. annorum. Item etiam iure veteri ad præscrip. x. vel. xx. ann. vt. s. de acqui. possess. l. Pomponius. §. cùm quis. & §. fin. sic. C. de præscript. long. temp. l. j. sed hodie secus in hac, scilicet. x. vel. xx. ann. vt in authenti. ibi posita. & adde quod 80 no. infrà de regu. iur. l. quod ipsis. & facit suprà de publ. l. eum qui. §. prætor.

t Vsucapere.] facit. s. pro emp. qui fundum. §. procurator. & instit. de vsucap. §. quod autem.

v Pignori.] scilicet in illa. Accursius.

x Si ante.] scilicet quam esset hæres.

y Extitisset.] no. ergo quòd plus iuris habet hæres, quam defunctus: vt. s. de peti. hære. & non tantum. §. veniũt. & sic est arg. cõtra. j. de reg.

(margin) hæc à quibusdam nõ habentur.

(margin) Bald. in. l. cũ qui. §. in hac. & ibi Ange. in. §. prætor ait s. de publi. in rem act. & aret. in. l. pompo. §. cũ quis. s. de acquir. pos. omnes reputant istum text. singul. ad hoc ꝙ licet aliàs malafides auctoris noceat hæredi etiã nõ posit præscribere ex persona sua p scriben. casu. no. in ca. si diligẽti. ex trà de præscr. tamen vbi hæres ante mortẽ defuncti vel post acquisiuit aliquẽ titulũ particularem in re, ex quo etiam si nõ esset hæres posset rem illã præscribere: nõ nocet sibi vitium defuncti. Bolog.

ʃ.de reg.iur.qui in ius.&.l.aliud.§.fi.quidam tamẽ dicunt ꝙ hîc replicatur contra hæredem de æquitate.arg.ʃ.quibus mo.pig.vel hypo.sol.sicut.§.illud.& pro eis est arg.contrà.s̃.tit.j.l.penul.§.fi. in eo quod durat.& ibi hypothecaria dominio acquisito creditori sic:hîc durat dominio acquisito hæredi ex alia causa.

ad secũdum, uel tertium poßidentem, non ab eo, qui titulum habet, & tamen non poßidet. h.d.

Africanus. LEX VI.

SI duobus eandem rem separatim [a] vendiderim: ea possessio, quæ vtráq; vẽditionem [b] præcesserit, soli priori emptori, cui et tradita sit, proficit. Deniq; & si quam rem tibi vendiderim, rursus à te emam, & Titio vẽdam: omnem [c] & meam & tuam possessionẽ Titio accessuram, videlicet quòd & tu mihi, & ego illi possessionem præstare debeamus. ¶ Vendidi tibi seruum, & conuenit, vt nisi certa die pecunia soluta esset, inemptus esset. qđ cùm euenerit [d], quæsitum est, quid de accessione tui [e] temporis putarem? Respõdi id seruari, quod seruatur cùm redhibitio [f] sit facta. hunc enim perinde haberi [g], ac si retrorsum homo mihi væniset: vt scilicet si venditor possessionem posteà nactus sit, & hoc ipsum tempus [h], & quod venditionem præcesserit, & amplius accessio hæc [i] ei detur, cum eo [k], quo apud eum fuit à quo homo redhibitus [l] sit.

*Martianus. LEX VII.

SI quisquam in fluminis publici diuerticulo [m] solus pluribus annis piscatus sit: alterum eodem iure vti prohibet [n].

Vlpianus. LEX VIII.

IN accessione tẽporis & id tempus, quo in fuga sit seruus [o] domino [p] eius procedere, verum est.

SI duobus] CASVS. Vendidi fundũ Titio, & tradidi ei: eundẽ fundũ vendidi Sẽpronio. dicitˀ ꝙ tẽpus quo possedi, ꝓderit Titio ad præscri. cõplendã. Sed pone, ꝙ vẽdidi fundum Sempronio & tradidi: eundẽ redimo ab eodẽ, & vẽdidi Titio. dicitur ꝙ tẽpus quo ego possedi, & Sẽpronius possedit, proderit Titio. ¶ Vẽdidi.] Seruũ alienũ, quẽ bona fide possidebã, vẽdidi tibi pro cẽtũ hoc acto, vt si nõ soluas prædictum pretiũ vsq; ad annum, sit inemptus. euenit, ꝙ nõ soluisti pretiũ tempore statuto: & sic fundus reuertitˀ ad me. quæritˀ, an tẽpus, quo tu possedisti ꝓsit mihi ad vsuscap. eius serui cõplendã. & dicitur ꝙ idem esse debet in hoc casu, quod seruatˀ cùm ex causa redhibit. rehabuissem seruũ: vel quia eũdem emissem à te. & sic tam primũ tẽpus, quo possedi seruum antè quàm vẽderem, & tẽpus quo emptor eum possedit: & hoc quo nunc possidebo: coniungũtur simul ad vsuscap. complendam. Fran.

*Marcellus. li. 3.

a ¶ Separatim.] Primo vni, secundo alij.

b ¶ Vẽditionem.] facit. C. de rei ven. quoties. et. s̃. de pub. l. fine. & quod ibi no.

c ¶ Omnem.] i. priorem & posteriorem.

d ¶ Euenerit.] i. quia pecunia non fuit soluta intra tempus conuentum: & sic emptor tenebatur rem reddere venditori. Accur.

e ¶ Tui.] emptoris.

f ¶ Redhibitio.] per actionem redhibitoriam. Accur.

g ¶ Haberi.] nisi agatur vt sub conditione vẽditio contrahatur. tũc enim non vsucapit emptor: vt. s̃. pro emptore. l. ij. §. sub conditione. ideoq; eius non vtetur accessione: vt. s̃. de acqui. poss. pomponius. §. si is. Item contrà. s̃. titu. j. l. si à te. §. fina. solu. aliud in illa exceptione. vel sol. vt ibi. Accursius.

h ¶ Ipsum tẽpus.] qa possidet posteà, quàm redhibitus est homo.

i ¶ Accessio hæc.] scilicet dicta.

k ¶ Cùm eo.] s. tempore, quasi dicat, accessio dicti temporis.

l ¶ Redhibitus sit.] largè dic redhibitum, cùm referatur ad hæc tria responsa, scilicet ad pactum legis cõ. vel addictionis in diem. Item ad redhibitoriam, & ad secũdam emptionem, de quibus tribus tangit hic. §. & facit. s̃. de vsuscap. si hominem. & de acquiren. posseſſ. pomponius. §. præterea.

SI quisquàm.] Pone casum secundum Io. In parte fluminis piscatus sum pluribus annis: & cum nunc essem in actu piscãdi, quendam ibi ad piscandum venientem prohibere volo. dicitur quòd possum. Vel aliter pone casum vt in gloss. domini mei Accursij quæ incipit. s̃. de vsuscap. & c. Fran. Accur.

m ¶ Diuerticulo.] id est in parte fluminis.

n ¶ Prohibet.] s̃. de vsuscap. l. fi. contrà. sol. hîc piscatus est spatio xxx. vel. xl. ann. ibi, spatio minori vel hîc sine incommodo vicinorum, ibi, cum incommodo. vel secundum Io. hîc in quasi possessione piscandi fuerat, ibi non. & secundum hoc non est contrà. ʃ. de iniur. l. iniuriarum. §. fi. vbi dicitur teneri iniuriarũ: quia hic in possessione piscandi, ibi non. vel dic quòd rescriptum præcesserat. sed tunc obijcitur: si rescriptum ex hoc habuit, nullo tempore prǽscrip. opus est. sed respon. quia & aliâs præcedente rescripto opus est præscriptione: vt. C. de fun. pa. l. fi. Item videtur contrà, scilicet ꝙ rescriptũ cũ præscriptione simul non habeant locũ, extra de rescrip. c. veniẽs.

IN accessione.] CASVS. Cùm seruum alienum vsucaperem: seruus fugit. dicitur ꝙ tempus, quo fuit in fuga, computatur in vsuscapione complenda. & ita loquitur prin. glo. hic positæ, quæ incipit, putatiuo &c. Vel aliter pone casum vt in eadem glo. Fran. Accursius.

¶ Res soli, id est res immobiles præscribuntur longo tempore. de quo etiam habuisti suprà eodem. l. longe. Franc. Accur.

*Martianus. LEX IX.

REscriptis quibusdã diui magni Antonini cauetur, vt in rebus * soli locus sit præscriptioni diutinæ [q] possessionis.

Papinianus. LEX X.

INtra * quatuor [r] annos vacantium bonorum delator [s] facta denunciatione [t] destitit. post quatuor annos secundo delatori venienti prior nũciatio, quò minus præscriptione temporis [v] submoueatur, non proderit: nisi prioris præuaricatio [x] detegatur. quo declarato: non solum præscriptio, sed & negotij quæstio perimetˀ [y]. ¶ Quadriennij tempus, quod bonis vacantibus nũciandis præscriptum est [z], non ex opinione hominum, sed ex substantia vacantium bonorum dinumerabitur. ¶ Quatuor autem anni post irritum testamentũ factum, & intestati possessionem [a] ab omnibus repudiatam, qui gradatim [b] petere debuerunt: vel post temporis finẽ, quod singulis præstitutum est [c], computabuntur [d].

¶ Quod defunctus non potuit usucapere, nec hæres poterit, licet ignoret uitium defuncti. hoc dicit.

*Idem li. 2. LEX XI.

o ¶ Seruus.] nisi diu steterit in possessione libertatis paratus suscipere iudiciũ liberale, vel nisi in medio tẽpore fuerit ab alio possessus: vt s̃. de acquiren. pos. l. j. §. per seruũ. & l. possideri. §. si seruus. & l. per eum. §. fi. & s̃. de vsuca. l. is qui. §. si seruus.

p ¶ Domino.] putatiuo. sic. C. de præscript. lon. tẽp. l. j. & s̃. de cõdic. inde. seruo. si enim esset dominns, nõ vsucaperet: vt. s̃. de vsuscap. sequitur. §. lana. vel dic ꝙ verus dominus erat: sed præscribit contra act. Quod metus caussa: & cõtra vtilẽ in rẽ: vt. C. quod me. cau. l. iiij. vel erat is qui dominus factus cõtra creditores præscribit: vt. C. si aduer. credito. l. j. & ij. & facit. ʃ. de fur. l. serui & filij. §. fi. Accursius.

q REscriptis.] Diutinæ. i. lõgæ. quod dic vt. s̃. eo. l. lõgæ. Accursius.

INtra quatuor.] CASVS. In hoc princi. dic casum vt in gloss. domini mei Accur. quæ incipit, bona vacantia fisco &c. ¶ Quadriennij.] Quadriennium quo præscribitur nunciatio vacan. bonorum, non incipit currere ex opinione hominum id est extunc, quando credunt bona esse vacantia: sed extunc, quando nemo vult succedere ex testamento vel ab intestato: vt quia omnes repudiauerant. Fran. Accur.

r ¶ Intra quatuor.] bona vacantia fisco quidam sine titu. possidebat. detuli fisco. extunc præscribit quadriennio. sed si ego desistã, interim non prodest secundo agenti mea nũciatio. ad hoc. C. de quadri. præscrip. l. j. & suprà de vsucap. l. quamuis. & infrà de iure fisci. l. j. §. fi.

s ¶ Delator.] i. denunciator [a].

t ¶ Denunciatione.] simpliciter, non per contestationem vel iudiciariam conuentionem. aliâs contrà: vt. C. de præscrip. xxx. ann. sicut. & l. cùm notissimi. in princi. vel dic per contestationem. sed ipsa non egredietur personam, cùm ciuilis interruptio sit: vt. C. de nõ nume. pecu. si cui. & . s̃. ne de sta. defun. l. ij. §. præscriptio. Sed quomodo potest illud dici, cùm primus & secundus defert nomine fisci: ergo non debet obstare secunda exceptio: cùm ipse deferat gerendo negotium fisco? sed fortè hoc accidit ideo, quia primus delator destit: vel fiscus intra quadriennium ratum non habuit: arg. ʃ. rem ra. ha. l. bonorum. Accursius.

v ¶ Temporis.] quadriennij.

x ¶ Præuaricatio.] facit. C. de sen. aduer fis. l. j. & de præuari. l. ij.

y ¶ Perimetur.] corruptore habito pro confesso: vt. ʃ. de iure fisci. l. eius qui. Accursius.

z ¶ Præscriptum est.] vt intra hoc tempus nuncietur.

a ¶ Et intestati possessionem.] i. bonorum possessionem.

b ¶ Gradatim.] colligitur ergo ꝙ tunc demum sunt vacantia, cum priuatus non habet ius petendi: vt. C. de cadu. tol. l. j. §. fi. & . C. de bo. vacan. l. vacantia. Accursius.

c ¶ Præstitutum est.] ad deliberandũ. & facit institu. de vsuca. §. fi.

d ¶ Computabuntur.] & post denunciationem fisco factam. quod dic vt not. C. de quadri. præscrip. l. j. Accursius.

*Marcellus.

* mobilibus.

* *Hac. l. turbatum se cõqueritur Zas. primum, quod à gl. malè explicetur. tum deinde, quod doctores in eam mira sint parsimonia usi in scribendo, quam obrẽ tu uideto quid ipse sentiat.*

*Iulian⁹.

a Delatores qui dicãtur, pulchrè Bud. s̃. l. plurimum. de iur. & facti igno.

Cum hæres.] CASVS. Si testator rem quandam mobilem habebat precario,& decessit relicto hærede: dicitur quòd hæres hanc rem non potest vsucapere,licet ignoret eam rem precariò fuisse defuncto concessam.nam cùm hęres in ius omne defuncti succedit,ignorantia hæredis vitia defuncti non excludit,& sic non potest vsucapere hæres quod defunctus nõ potuit vsucapere.idẽ est in præscriptiõe rei im 10 mobilis concessæ defuncto precariò,vt hęres eius nõ possit vsucapere. Francisc. Accursius.

Ignorãtione.

Cum hæres in ius omne defuncti succedit ignorantia sua defuncti vitia [a] non excludit: veluti cùm sciens [b] alienum vel precariò possedit. Quamuis enim precarium hæredem ignorantem non teneat, nec interdicto rectè conueniatur [c]: tamen vsucapere non poterit [d], quod defunctus nõ potuit. Idem iuris est,cum de longa possessione [e] quæritur. nec enim rectè defendetur [f], cum exordium rei [g] bonæ fidei ratio non tueatur.

Paulus. LEX XII.

Creditor, qui præscriptione longæ possessionis à possessore pignoris submoueri posset, pignus distraxit. quæro, an possessori salua sit exceptio aduersus emptorem? Paulus respondi etiã aduersus emptorem eandem exceptionem [h] competere.

Hermogenianus. LEX XIII.

In omnibus [i] fisci quæstionibus: exceptis causis, in quibus minora tempora [k] seruari specialiter constitutũ est, viginti annorum præscriptio custodit. Reipublicæ rationes subscriptę & expunctę [l]: aduersus eum quidẽ, qui administrauerit, vltra viginti: aduersus verò hæredẽ, vltra.x. annos retractari non possunt.

Scæuola. LEX XIIII.

De accessionibus possessionum nihil in perpetuum, neq; generaliter [m] definire possumus [n]. consistunt enim in sola æquitate. Planè tribuũtur ijs, qui in locum aliorum succedunt, siue ex contractu, siue ex volũtate [o]. hæredibus enim,& ijs, qui loco successorum habentur, datur accessio testatoris [p]. Itaq; si mihi vendideris seruum, vtar accessione [q] tua. & si mihi pignori dederis, & ego eandem rem alij pignoraui: meus creditor vtetur accessione tui temporis, tam aduersus extraneum quã aduersus teipsum, quandiu pecuniam mihi nõ exolueris [r]. Nam qui me potior est, cũ ego te superatur [s] sim, multò magis aduersus te obtinere debet [t].

a Vitia.] scilicet personalia: qa hîc de personalibus loquitur: vt suprà de acquiren. possessio. l. Pomponius. §. 20 is qui. &. §. fina. Accursius.

b Sciens.] scilicet defunctus.

c Conueniatur.] vt. s. de preca. l. cùm precario. §. fi. Sed contrà in eodẽ titu. quæsitum. §. final. Solu. non tenet, vt hîc, nisi pos- 30 sideat, vel dolo desierit possidere, vt ibi. sed certè hîc videtur loqui de possidente. vel non tenetur hęres sicut defunctus: quia non tenetur nisi possideat vel dolo desierit possidere. vel aliter non tenetur ab initio, 40 cùm sit ignorans, & desineret possidere: cũ putat suum esse: quia re sua abuti putat: vt s. de petitio. hæredita. si quid possessor. §. ficut. sed ex post facto, id est postquàm fuit certioratus: & sic iam tenetur. & licet desinat possidere: tenebitur. argumen. infrà titul. j. l. ij. §. circa. &. §. generaliter. Vel dic, tenetur interdicto propter possessionem defuncti: vt ibi. de precario non tenetur, propter suã pos- 50 sessionem: quia ad hæredem nõ transmisit. vel hîc de directo, ibi de vtili. vel hîc ignorans tenuit, ibi sciens.

d Non poterit.] quia hæres sciebat rem alienam.

e Possessione.] alia quàm precaria, & dic possessione, id est præscriptione, quæ venit ex possessione.

f Defendetur.] scilicet hæres qui possedit longo tempore, computato illo testatoris vel non computato.

g Rei.] est enim intuendum exordium in persona testatoris, quia ista eadem persona intelligitur: vt in principio huius legis. &. C. de fruct. & lit. expen. l. secunda. &. C. de acquirenda possessio. l. vitia. & 60 suprà de vsucap. sequitur. §. hæres. &. l. si is. §. Marcellus. secus in singulari successore: vt suprà. l. an vitium. & adde hic quod no. s. de publi. si ego. §. paratus. & C. pro hære. l. nihil.

Creditor.] CASVS. Fundum obligaui Titio. eundem Sempronio vendidi, vel ex alia simili causa tradidi. Sempronius tenuit illum fundum decem vel viginti annis, & sic est tutus except. præscript. contra hypothecariam. posteà Sempronius istum eundem fundum vendidit Ciceroni. dicitur quòd hæc eadem exceptio. quæ competebat Sempronio, competit Ciceroni cõtra Titium hypothe. agentem. Francis.

70 h Eandem exceptionem.] facit C. si aduersus credi. l. j. &. ij. &. s. tit. j. l. exceptio. Accursius.

In omnibus.] CASVS. In bonis delatis fisco si fiscus non petat, & stet per viginti ann. repellitur deinceps excep. rescript. nisi in casibus quibusdam, in quibus minora tempora statuuntur: vt est in bonis vacantibus, de quibus habuisti. suprà hoc eodem titu. Item in alio casu, quem dic vt in gloss. hîc posita, quæ incipit, minora tempora &c. Reipublicæ.] Administrator reipublicæ rationes reddidit, & subscriptæ & expunctæ, id est cancellatę sunt vsque ad viginti ann. viuente administratore, & eo mortuo vsque ad 80 decem annos poterit venire contra illam computa. vltra illud tempus non. Francis.

Præscriptio an & qualis possit in fiscũ per priuatum seu priuilegiatum obijci.

i In omnibus.] vbi fiscus actor est.

k Tempora.] minora tempora statuuntur in bonis vacantibus: vt suprà. l. intra. Item in bonis in fiscum commissis ob vectigal non solutum: vt. C. de vectiga. l. ij. Item in alio casu: vt suprà ad Sylla. l. in cognitione. aliàs ergo contra fiscum currit præscriptio. xx. ann. vt hîc, & infrà de requiren. re. l. ij. iij. &. iiij. Sed contrà. C. de præscript. xxx. ann. l. omnes. &. l. competit. &. C. de sacr. sancta eccle. l. fina. Solu. quidam dicunt, quòd hîc dicat de præscriptione, quam fiscus obijcit alij. non quam alius fisco. quod non placet: imò de vtraq;, siue vtrisq;. Alij dicunt quòd fisco obijcitur præscriptio triginta ann. in casibus illis: scilicet vbi minora tempora sunt statuta, & verba illa casibus exceptis, possunt ponere iuxta verbum illud constitutum est. Sed nec hoc 10 placet. Alij dicunt ꝙ hîc loquitur quando quis administrauit rationes fisci, ibi in alijs personalibus. pro quibus est infrà proximo. §. Alij dicunt, & bene, in delatis nondum quæsitis, hîc loquitur, quæ fi- 20 sco deferuntur varijs ex caussis: vt infrà de iure fisci. l. j. illa, omnes. & illa, competit. in quæsitis. & illa: vt inter diuinum. in rebus ciuitatum aliarum, non romanæ: & in speciali bus quatuor casibus 30 loquitur, & secundum hoc nil est contrà. Vel dic quòd generaliter loquatur in quæsitis & quærendis, & illas tres solue vt in qualibet earum not. Item contrà. C. de fundis reipubli. l. cum. vbi. xxx. 40 ann. præscribitur seruus publi. sed ibi de seruo principis dicit. præterea est ibi fauor curiæ præscribentis, quæ etiam naturales filios facit legitimos: vt institu. de nuptijs. §. finali. Item fallit hæc lex. C. de fund. patri. l. fina. Penultimam solutionem approbo.

l Expunctæ.] id est cancellatæ: & pone erratum fuisse in com- 50 putatione. sic infrà de re mili. l. ex caussa. sed quid sit propriè dispungere, legitur infrà de verborum significat. l. cognoscere. §. j. Accursius.

De accessionibus.] CASVS. Quando possessio vnius accedat alij, non potest generaliter de hoc doctrina tradi: cùm in sola æquitate consistat. sciens tamen quòd possessio alicuius prodest ei, qui in locum eius succedit, siue ex caussa contractus succedat: vt ex venditione vel simili. siue ex vltima voluntate, vt hæres. item legatarius & similes. hinc est, quòd possessio venditoris prodest emptori. item possessio debitoris prodest 60 creditori, cui dictam rem obligat. Item si creditor obligat eam alij: prodest huic secundo creditori possess. primo obligantis: vt sic completa vsucap. habeat directam hypothecariam donec soluatur debitum primo creditori. Item si gestor negotiorum tuorum obligauit mihi rem, quam possidebas & vsucapiebas: & tu postea habuisti ratum: proderit mihi possessio tua vt compleam vsucap. prædictæ rei. Item si obligasti mihi rem, quam vsucapiebas, hoc pacto apposito, vt si non luas vsque ad carnisprivium, possim eam vendere: si eam vendo ex forma pacti, emptori proderit possessio tua ad complendam vsucapionem. 70 Franciscus.

m Generaliter.] expositio perpetui.

n Possumus.] Sic. s. de legi. & senatuscon. l. neq;. le. &. s. de vsur. l. mora. Accursius.

o Ex voluntate.] scilicet vltima.

p Accessio testatoris.] vt. s. pro emptore. l. ij. §. etiam.

q Accessione.] vt. s. de contrahend. emp. l. dolia. §. cum qui. &. s. quorum lega. l. j. § illud. &. s. de vsuca. l. id tempus. &. s. de excep. rei iudi. l. fina. Accursius.

r Non exolueris.] ad quod est. s. de pig. grege. §. cum pignori. & 80 de pigno. act. l. petenti. Accursius.

s Superaturus.] qui me superaturus est: multò magis te superabit, cùm ego te superaturus essem. Accursius.

t Debet.] vt habeat directã hypothecariã cõpleta vsucapio. quasi à domino res obligata videatur: alioquin vtilem haberet, vt. s. de pigno. si ab eo. sed fallit hæc regula: vt. s. qui po in pigno. l. claudius. Item. s. ad Tertullia. l. ij. §. obijcitur. &. l. æquissimum. §. si ex filio. & institu. ad Tertul. §. pater. scilicet in matre defuncti & auo. Item in authent.

aut.quibus mo.nat.effi.sui.§.discretis.&.ſ.ad Trebel.ex facto. ſ. in muliere,quæ excludit naturales filios excludentes cognatos.Itē ſal lit in muliere,quæ præfertur his,quorum pecunia res refertæ ſunt: non tamen habentibus expreſſas hypothecas:vt in aut.de æqua.do. §.his conſequens.&.ſ.qui po.in pig.l.interdum.item.ſ. de iniuſto te ſta.l.pe. Item ſi diligo te,tu illū, non ſequitur,ꝙ ego diligam illum. Item ſi ego ſum 10 tuus vaſallus, & tu alterius: nō ſequitur, ergo ego ſum illius, poſſet tamen dici ꝙ in turbatione in. l. allegata claudius. nō fallit,quia ibi non ex natura contractus, ſed propter rem iudicatam,id eſt ne præiudi- 20 cet inter alias. Item in ſecundo caſu nō fallit,quia ibi pater non poterat excludere matrem,& ita non procedit arg.quid enim ad rem ſi alibi excludit? Idem reſpon.in patre. nam pater non excludit auum:vnde nō po- 30 teſt procedi.

a ¶ Conceſsiſſe venditionem]& ſic ſufficit ſemel velle.ſic. ſ. de aqua plu. ar. l. in diem.&.ſ.de acqui.hęre.ſiquis mihi bona.§. fi.Accurſius.

¶ Sed ſi pecuniam mihi ſolueris, hoc caſu acceſsione tua non vtetur. ¶ Itē ſi abſente te is,qui negotia tua videbaꝰ adminiſtrare, ſeruum mihi vēdiderit:tuq; reuerſus ratū habueris:omnino acceſsione tua vtar. Itē ſi mihi pignus dederis,& cōuenerit,niſi pecuniā mihi ſoluiſſes,licere ex pacto pignus vēdere,idq; vendiderim, emptori acceſsio tui tēporis dari debebit, licet inuito te pignora diſtracta ſint.iam eñ illo tēpore quo cōtrahebas,videris conceſsiſſe vēditionem [a] ,ſi pecuniam nō intuliſſes.

Venuleius. LEX XV.

IN vſuſcapione [b] ita ſeruatur vt etiā ſi minimo momēto nouiſsimæ diei poſſeſſa ſit res ,nihilominus * expleatur [c] vſucapio: nec totus dies exigitur ad explendum cōſtitutū tēpus. ¶ Acceſsio poſſeſsionis fit non ſolū tēporis, quo apud eum fuerit vnde quis [d] emit: ſed & eius, qui ei vendidit, vnde tu emiſti. Sed ſi medius aliquis ex auctoribus nō poſſederit: pręcedentiū auctorū poſſeſsio nō proderit [e] ,quia cōiuncta non eſt: ſicut nec ei,qui nō poſsidet,auctoris poſſeſsio accedere poteſt [f] . ¶ Item adijciendū eſt [g] :vnde emiſti,aut vnde is emit, cui tu emēdū mandaueras:& ꝙ apud eū,qui vēdendum mandauerat. Quod ſi is quoq; cui mandatū erat [h] ,alij vendendū mandauerit:non aliter huius,qui poſtea mandauerit, dandā acceſsionē Labeo ait, quā ſi idipſum dominus ei permiſerit [i] . ¶ Sed & ſi à filio vel ſeruo rem emero,acceſsio tēporis , quo apud patrē aut dominū fuit,ita dāda eſt mihi,ſi aut volūtate patris dominive,aut cùm adminiſtrationē peculij haberet,vēdiderit [k] . ¶ Item danda eſt acceſsio cum eo tēpore, quo apud pupillū fuit:à cuius tutore,cùm is tutelā eius adminiſtraret [l] ,emiſti. Idēq; in eo, qui à curatore pupilli furioſive emerit, ſeruandū eſt:& ſi vētris nomine, aut eius,qui rei ſeruādæ cauſſa in poſſeſsione eſſet,dotisve nomine diminutio facta ſit. nam id quoq; tēporis accedit [m] . ¶ Hæ autē acceſsiones non tam latè accipiēdæ ſunt,quā verba earū patēt:vt etiā ſi poſt venditionē traditionēq; rei * traditæ apud venditorem res fuerit [n] ,proficiat id tēpus emptori:ſed illud ſolū,quod ante fuit,licet venditionis tempore eam rem venditor non * habuerit [o] . ¶ Ei, cui hæres rem hæreditariam vendidit:& hæredis tempus , & defuncti debet accedere.

Paulus. LEX XVI.

ACceſsio ſine noſtro tempore [p] nobis prodeſſe non pōt.

TITVLVS IIII.

De doli mali & metus exceptione.

¶ *More prudentis philoſophi ponit diuiſionē ſuam,dicens.Primo,uidēdum eſſe qua de cauſſa hæc doli exceptio ſit inuenta. Secundo, quomodo fiat dolus. Tertio,contra quas perſonas datur. Quarto, quanto tempore duret: poſtea proſequitur membra ſua declarando.*

Paulus. LEX I.

QVo [q] * dilucidius intelligi poſsit hæc exceptio : prius * de ea videamus, quare ꝓpoſita [r] ſit:dein-

IN vſuſcapione.] CASVS. In vſuſcapione complēda ſufficit tangi vltimam diem triennij vt habeatur pro completa. ¶ Acceſsio.] Si rē alienam quam bona fide poſsidebas , mihi vēdidiſti:proderit mihi tempus quo tu eam poſſediſti.Itē tempus, 50 quo auctor tuus poſſedit, vt ſic citius cōpleam vſucapi. Secundo di.medius auctorū meorum non poſſedit rem,vtputa venditor venditoris mei. præcedentiū poſſeſsio non proderit mihi:ſed auctoris mei poſſeſsio. 60 Scias ergo ꝙ poſſeſsio eius à quo emi,vel à quo emit procurator meus pro me:prodeſt mihi.Itē ſi emi à procuratore Titij rē à Titio poſſeſſam: & Titio hoc volēte:prodeſt mihi poſſeſsio Titij.Sed pone ꝙ Titius Sēpronio mādauit vt vēdat quandā rem à Titio poſſeſſam : & Sēpronius hoc idē mandauit Cornelio.dicitur ꝙ non aliter poſ.prodeſt mi- 70 hi niſi voluntate Titij hoc eſſet factū.quod expone vt in glo.domini mei Accur . Sed pone quòd emi quandā rem à filio tuo, vel ſeruo tuo:an tēpus quo tu pater poſſediſti,proſit mihi? Dicitur ꝙ non:niſi tua volūtate vendidit,vel niſi habuerit liberā adminiſtrationem peculij.Item ſi emi rem pupilli,vel adulti vel furioſi à tutore eius , vel curatore:poſſeſsio pupilli,vel adulti proderit mihi. Itē ſi vētris nomine aut cauſſa rei ſeruādæ in poſſeſ.quis fuerit miſſus rei quā tu poſsidebas,& eam rem à te emi,etiā hoc tēpus quo alius eam detinuit,proderit mihi. ¶ Hæ autē.]Quod dictū eſt poſ.vēditoris prodeſſe emptori:intelligendū eſt de poſſ.quā habuit antè, quā vende- 80 ret:non de ea,quā poſteā,quā vendidit habuit.& licet tēpore, quo vendidit,non poſsidebat rem quā vendidit,ſed emptor eam poſſidebat ex cauſſa depoſiti vel ſimili:tamen tempus quo vēditor poſſedit, proderit emptori.Item ſi hæres rem hæreditariam vendidit:tempus quo teſtator poſſedit:item tempus,quo hæres poſſedit,proderit emptori.Franc.

b ¶ In vſuſcapione.]triennij.&.x.vel.xx.an.vt &. ſ. de vſuſca.l. in vſuca ſecus * in præſcrip.xxx.an.vt.j.de act.& obli.l.in omnibus, quæ eſt contrà.& eſt ratio:vt.ſ.de libe.& poſthu.l.cùm quidam. vel hîc cōtra reales,ibi,cōtra perſonales.prima placet.&facit.j.de verbo.ſig.anniculus.Sed arg.cōtra.ſ.de auro & argē.leg.& ſi non ſint. §.quid ergo.&.ſ.de mino.l.deniq;.§.minorem.

c ¶ Expleatur.]id eſt compleatur.

d ¶ Vnde quis.]id eſt a quo.Accurſius.

e ¶ Non proderit.] vt hîc,&.ſ.de acquir. 10 poſ. l. Pomponius. §. quæſitum.

f ¶ Poteſt.]vt &.j. de acquir.poſ.l. Pomponius.in fine.

g ¶ Item adiiciendū eſt.] caſibus ꝑdictis.

h ¶ Erat.] ſcilicet vt venderet.

i ¶ Permiſerit.]ſem- 20 per autē cōceſſum intelligiꝰ niſi ſit prohibitum:vt.ſ.māda. ſi pro curatorē.§. j. ſed quidam dicūt hic eſſe ſpeciale vt exigaꝰ permiſſio ſpecialis.Accur.

k ¶ Vendiderit.] vt ſ.de vſucap. ſi ſeruus.

l ¶ Adminiſtraret.] 30 ſunt enim quidā, qui nō adminiſtrāt: & de his dic vt.ſ.de autho. tu.& ſi pluribus.

m ¶ Accedit.]i. dāda ſit acceſsio.ad quod facit.ſ.vt in poſ.leg.l. is cui.§.qui legatorū. & l.quæ legatorū. &.ſ. de ven.in poſſ.mit.l. j. 40 §.diminutio.&.ſ. de acqui.poſ.l. poſsideri. §.fi.Itē facit ad ſuperius rñ.ſ.de iure do. l. ſiue generaliter &. C. de nup.l.furioſi.

n ¶ Res fuerit.]qui redemit quoquo modo.ad qđ eſt.ſ.de vſu. l.id tēpus.in princi. & 50 §.in re.Accurſius.

o ¶ Non habuerit.] ſed erat apud emptorē,vel vt depoſita,vel vt commodata, vel vt pignorata.aliud ſi eſſet apud aliū : vt.ſ.c.l. §.j.ibi,ſed & ſi &c.j.e. l.fi.&.ſ.de acqui. poſ. Pōponius. § . quæſitū. 60 Vel dic ꝙ nō erat tēpore venditionis , ſed tempore traditionis.

ACceſsio] CASVS. Si emi à te rem alienā bona fide : tēpus quo tu eam poſſediſti,proderit ita demum mihi,ſi ego incipiam poſsidere illam rem.hoc autem fallit:quod dic vt in glo.Fran.Accur.

p ¶ Noſtro tempore.]hoc fallit in hærede,cui procedit vſuſcapio 70 ſine poſſ.vt.ſ.de vſuſca.l.cœptam.&.l.nūquam.§.vacuum.&.l.iuſto.§.nondum.Item facit ſuprà de acquirend.poſſeſſ. l. Pomponius, §.fina.

¶ DE DOLI MALI ET METVS EXCEPTIONE.

QVo dilucidius.] CASVS. Vt hæc exceptio doli rectè intelligatur,eſt primo vidēdum qua de cauſſa fuit inuenta.Secundo,quomodo fiat dolus:& ſic per hoc ſciemus quando obſtat exceptio doli . Tertio dicit , videndum eſt contra quas perſonas obijci poſsit hæc exceptio. Vltimo,videndum erit quanto tempore duret hæc exceptio. Et certè ſcias , ꝙ 80 hæc exceptio eſt inuēta ideo,ne dolus alicuius ei quod ius ciuile admittebat , contra naturalem æquitatem proſit . quod dic vt in glo.hîc poſita.Item ſciendum eſt,ꝙ ex eo quod fit , præſumitur dolus quandoq; in contractibus,quandoq; in teſtamentis: quādoq; in legibus.& da exempla vt in glo.Fran.Accur.

q ¶ Quo dilucidius.]quò,pro vt.Et no.ꝙ quælibet res diuiſa melius intelligitur:vt inſtit.de leg.§.ſed non vſq;.

r ¶ Propoſita.]de hoc dicet ſtatim. §.ideo. &.j. l. proxi. in princi.

Marginal notes: * repleatur. — * vēditæ. — * habuerat. — * lucidius. — * de cauſa — eſt ſing. ad hoc quòd in præſcriptiōe. xxx. vel.xl. annorū requiritur totum tempus eſſe cōpletū adeò quòd ſi vna dies vel etiā momētū vltimi diei ſuperesset : nihil eſſet:ſecus in præſcriptiōe.x. vel.xx. annorū Bolo. — Res quælibet diuiſa melius intelligitur.

&.§.circa.
a ¶ Dolo.]de hoc dicet.ỿ.ea.l.§.sed an dolo.Accursius.
b ¶ Quando obstet.]i.quibus casibus.quod dic vt.ỿ.l.proxi.§.j.& idem dicit proxi.dictum.§.contra quas personas detur.
c ¶ Inspiciemus.]vt.ỿ.eo.l.purè.§.fi.
d ¶ Ciuilis.] nam tenet obligatio de iure ciuili: sed opponitur exceptio de iure prætorio:vt.C. de inuti. stipu.l.dolo.
e ¶ Ex facto.] i. ex qualitate facti: vt C. de rescin. ven. dolus. vel aliter.i. ex eo qđ factum est,vel cōmissum, dolus præsumitur:vt.š.man.l.dolus. &.l.si procuratorem. §.dolo.&.§.si ignorantes. Sed oppono. quod aliàs dicitur ex perspicuis indicijs debere probari:vt.C. de dolo.l.dolum? Rñd.& tunc illum[a] admissum probat cum ex qualitate facti perspicuè ostendit.Item oppo.qui dolum dicit &c.vt.š. de probat. quoties. §. qui dolū.Rñ.satis probatur dolus si qualitas facti,in qua est dolus,probatur.
f ¶ In cōtractibus.] da exemplū de incidenti,& de eo,q dat caussam cōtractui:vt.š.de act. empt. Iulia. §. si venditor. &.§.seq. & de dolo.l. & elegāter. in princip.& infrà eodem per multas leges.

a No. glo. ad hoc ꝙ dolus probat͂ si qualitas facti in quo consistit probat͂ hoc addito ꝙ dol͂ quādoque probatur etiā ex cōiectu ris per glo. in c.fin. de renuncia. li.vj. Bolo.

✱ ex qua. caussa,

de quemadmodum dolo[a] fiat.per quæ intelligemus,quādo obstet[b] hæc exceptio. deinde aduersus quas personas locum habeat. nouissimè inspiciemus[c], intra quæ tempora competat hæc exceptio. ¶ Ideo autē hanc exceptionē prætor proposuit, ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis[d] contra naturalem æquitatem prosit. ¶ Sed an dolo quid factum sit, ex facto[e] intelligitur. Et quidem dolo fit tam in cōtractibus[f], quàm in testamentis[g], quanquam in legibus[h].

Vlpianus. LEX II.

PAlam autem est hanc exceptionem ex eadem caussa[i] propositam ✱ex qua proposita est de dolo malo actio.

¶ *Exceptio doli aduersus eum contra quem proponitur,non est in rem, sed ex parte eius, qui eam proposuit sic.h.d.*

¶ Sequitur, vt videamus in quibus caussis locū habeat exceptio, & quibus personis obijciatur. Et quidem illud annotandum est[k], quòd specialiter exprimendum est,de cuius dolo quis[l] quæratur: non in rem[m], Si in ea re[n] nihil dolo malo factum est: sed sic, Si in ea re nihil dolo malo actoris factum est. igitur docere debet is,qui[o] obijcit exceptionem,dolo malo actoris factum esse: nec sufficit ei, ostēdere in rem dolum esse: aut si alterius[p] dicat dolo malo factum, eorum personas specialiter debebit enumerare: dummodo eæ sint, quarum dolus noceat[q]. ¶ Planè ex persona eius,qui exceptionem obijcit: in rem opponitur[r] exceptio. neq; enim quęritur aduersus quem dolus commissus sit: sed an in ea re[s] dolo malo factum sit à parte actoris[t].

¶ *Qui perseuerat petere usq; ad litem contestatam quod sine caussa stipulatus est, uidetur dolo petere. h.d.*

¶ Circa primā speciē, quibus ex caussis exceptio hęc locū habeat, hæc sunt, quæ tractari possunt:

g ¶ In testamentis.]edendis vel supprimendis:vt.C.si quis ali.test. prohi.l.j.&.ij.C.ad.l.cornel.de falsis.l eum.C.de inoffi.test.l.fratris. in fi.&.š.de leg.ij.cùm pater.§.Titio Accursius.
h ¶ In legibus.]condendis vel interpretandis,non cancellādis: vt faciebat quidam valicosius papiensis.nam iudici interdum interpretari permittitur:vt.ỿ.de appel.ab executione.Accursius.

r ¶ Præſentem.] vt puta ſi corrupit iudicem: vt. C. de pœna iudi. l. j. & hoc poſt lit. conteſt. non ante: vt. ĩ. e. l. ſi procurator. in prin. & . §. ſi poſt litem. vel etiam da exem. vt. ĩ. e. l. purè. §. actoris. & hoc in iudicijs. Ad contractus autem dic vt. ĩ. proxi. §.

s ¶ In exceptione.] etiam contra dominũ.

t ¶ Conceſſa.] id eſt libera.

v ¶ Poſſe.] vt & . ſ. de tribut. l. procuratoris. in prin.

x ¶ Eſt.] dolo inducẽdo te ad promittendũ ipſe Seius vel ego. ſed nũquid & dolo Titij, ſi ei actio cedatur? Dicam ſic ſi in rem ſuã: vt. ſ. prox. §. ſecus ſi vt ſimplex procurator Seij vel metus interueniat: quia tantum de præſenti dolo excipitur.

y ¶ Edidit.] petendo id quod erat ſtipulatus.

z ¶ Eſſe.] contra Seiũ, & cõtra me ſi ceſſa actione agam, quaſi ego videar Seiũ procuratorẽ conſtituiſſe, cũ ipſum conſtituit procurator meus: vt. ſ. de exerci. l. j. §. magiſtrũ. & ideo excipitur de dolo in ſtipulãdo commiſſo: licet fuerit ſimplex procurator. i. ad vnum negotiũ ordinatus. ſed vbi ad litẽ ordinatur, non nocet eius dolus, licet poſt litem conteſta. admittatur. i. recipiatur vt noceat: vt. ſ. proxi. §. vel dic ꝙ ſi ego feci pactũ de non petendo, nocet Seio, vel ſi Seius fecit, nocet mihi: argu. ſ. e. l. ij. §. item quæritur. & . ĩ. e. l. §. apud Iulianum. Accurſius.

a ¶ Circumueniebat.] inducendo te dolo vt patiaris te delegari mihi.

b ¶ Obſtet.] mihi. Accurſius.

c ¶ Experiri.] vt te liberet: vel ſi pecuniã ſoluiſti, reſtituat: & hoc cõdictione certi vel incerti: vt ſuprà de condi. cau. da. ſi donaturus. §. ſiquis indebitum. & ſuprà de donatio. ſi quis delegauerit. & infrà eodem purè. §. ſi eum.

d ¶ Dolum.] ad inducendum debitorem ſibi mulieri promittere.

e ¶ Indotata.] vt & ſuprà de condict. cau. da. ſi donaturus. §. fina. & infrà eodem. purè. §. ſi eum. Sed contrà infrà proxi. §. in prin. Sol. vt ibi. Accurſius.

f ¶ De dolo.] cõmiſſo in ſtipulãdo dotẽ, vel etiã poſtea paciſcendo de non petendo: vt arg. ſ. e. §. mandaui. Sed ſi maritus pepigit, licet non agat: vt. ĩ. proxi. ver. illud non explicat: tenetur tamen mulieri: vt. ſ. de iure dot. ſi extraneus. & . l. cùm vir.

g ¶ Cui.] ſcilicet mulieri.

h ¶ Acquireretur.] ſi dos ſit data. Accurſius.

i ¶ Obſtare.] ſ. proxi. §. ſed & ſi mulier. cõtra. Sol. ibi loquitur cùm nondũ erat ſolutũ matrimoniũ. vnde dos intelligebatur debitũ viri. hîc, cùm ſolutum erat, & ſtatim eſt peruentura ad mulierem dos. quod colligi poteſt. ĩ. e. purè. § ſi eum. ſic ergo refert, agat vir conſtãte matrimonio, vel eo ſoluto. vel poſſumus dicere ꝙ hîc loquitur in eo caſu, in quo maritus fraudem participauit.

k ¶ Quæri.] ſi opponatᷣ exceptio marito: & ſic erit indotata: per qđ

videbatur maritum non repellli:vt.s.proxi.§.sed & si mulier.sed ta men contrarium est.Accursius.

a Cum eo.]alio modo:vt permutando fortè,non donando:vt. C. de admini.tut.l.non omni.

b Factus est.]vt si dolo vel metu me induxit vt emerem rem pupilli:inquantū sibi datur actio,intantū mihi competit exceptio. vel si tutor dolo per-10 suasit alicui vt hære ditatem repudiet pupillo ab intestato obuenientē.& facit.s. de do.si ex dolo.& de acti.emp.Iul.§.sed cum ex facto.Accursius.

c Distinguendū.] esse.]quantum ad id, in quo locupletatꝰ est 20 pupillus:sed ad id,in quo locupletatus non est,habet actionē con tra tutorē in id, quod ad eū ex suo dolo peruenit,vel distingui po test:sit tutor soluēdo, vel non:alioquin con trà:vt.s.de admini. tu to.l.si.j.rñ.&.s.de tri-30 bu.l.iij.§.si seruus pu pilli & de pecu.l.summa.§.j.item. s. ne vis fiat ei.l.j.§.hoc edicto. contrà.in fi.&.s.quan do ex fac.tu.l.j.&. iiij. Sol. ibi extra contra-ctum dolum cōmisit: hîc in contractu. vel ibi non fuit locuple-40 tior ex dolo tutoris. Accursius.

men dicendum esse,siue quis eme rit à tutore rem pupilli, siue con-tractum sit cum eo[a] in rem pupil li,siue dolo quid tutor fecerit, & ex eo pupillus locupletior factus est[b] ,pupillo nocere debere:nec il-lud distinguēdum esse[c] , cautum sit ei[d] ,an non:soluēdo sit tutor, an non[e] :dummodo rem admini-stret[f] . Num enim diuinat[g] is, qui cum tutore contrahit?Planè si mi hi proponas collusisse aliquē cum tutore[h] :factum suum ei nocebit. ¶ Siquis non tutor,sed pro tuto. re negotia gerat: an dolus ipsius noceat pupillo, videamus. Et puto non nocere[i] . Nam & si is qui pro tutore negotia gerebat, rem vendiderit[k] ,& vsucapta sit[l] :ex-ceptionem non nocere[m] pupillo rem suam[n] persequenti[o] ,etiam si ei cautum sit:quia huic rerum pupilli administratio cōcessa non fuerit. secundum hoc magis[p] opi-nor de dolo tutoris[q] exceptionē

pupillo esse obijciendā. ¶ Quæ in tutore[r] diximus,eadē in curato-re quoq; furiosi dicēda erunt: sed & in prodigi , vel minoris vigin-tiquinq; annis. de dolo autem i-psius minoris vigintiquinq; an-nis exceptio vtiq; locum habebit. Nam & de pupilli dolo interdum esse excipiendū,nequaquā ambi-gendum est,ex ea ætate,quæ dolo non careat. Deniq; Iulianus quo-q; sæpissime scripsit,doli pupillos qui prope pubertatem sunt, capa-ces esse[s] . Quid enim, si debitor ex delegatione pupilli pecuniam creditori eius[t] soluat,fingentis se (inquit)pubescere[v] ? Ne propter malitiæ ignorantiam bis eandem pecuniam consequatur[x] . Idem seruandum in furioso ait, si cùm existimaretur compos mentis es-se, iusserit debitorem creditori soluere:vel si,quod exegerit ,do-mi habeat[y] . ¶ De auctoris dolo[z] exceptio emptori non obijcitur.

desij postea possidere:dicitur quòd si volo eum vendicare quasi vsu ceperim:obstat mihi excep.doli ex persona auctoris mei,cum lucra tiuam habeam caussam.idem si habebam eum in pignus,& desij pos sidere,& petam eum in hypothecaria:nam obstat mihi dolus aucto ris mei.nam si possem eum petere,esset reuersurus ad dolosum.secus autem est in emptore, cui dolus auctoris nō nocet, si vsucepit ex suo tantum tempore, 10 nō auctoris. Idem in eo,qui ex caussa per-mut.vel in solu.vel ex simili caussa habuit à doloso.nam dolus auctoris non nocet prædictis si nolunt vti ac-cessione sui auctoris. secus si ex caussa noxæ equum habui à do 20 loso. Idem si modico pretio emi rem à dolo so.nam nocet mihi do lus auctoris mei si de-sij possidere prædictā rem,etiam si nolui vti tēpore auctoris mei. emptori autem,qui e-mit iusto pretio, vel aliquo dato loco pre-30 tij : non nocet dolus auctoris.sed non vult vti accessione aucto-ris,nisi ipse emptor sit in dolo.nam si dolum commisisset: suus do-lus ei noceret. ¶ Si à Titio.] Emi fundum Sempronij à Titio, & traditus est mihi. post 40 ea Titius Sempro-nio successit: & nunc eundem fundum vendidit Mæuio & tradidit.dicitur quòd istum fundum possum petere à Mæuio.nam & si Titius factus dominus prædicto modo eum à me peteret,defenderem me per excep.in factum.vel doli. Item si Titius inciperet eum possidere:possem ab eo eum petere per publicianam: non obstante quòd dominus erat rei. ¶ Metus caussa.] De except. metus non est dictum:quasi sufficiat excepti.doli vbicunq;,cùm sit generalis.vtilius tamen est vt dicamus de excep.metus. scias enim 50 quòd excep.metus distat ab excep.doli.nam excep.doli obstat tan-tum ei, qui dolum commisit in re quam petit.at excep.metus obstat cuicunq; qui petat illam rem , in qua est commissus metus ab ali-quo.Item excep.metus competit cuicunque passo metum , præter-quàm si à patre patiatur metum,& hoc viuente patre.post mortem enim patris si filius passus metum à patre abstineat se à patris hære di.potest vti excep.metus contra hæredes patris,prout aliæ perso-næ maiores.xxv.ann.metum passe.hoc dicit vsque in finem legis. Fran.Accur.

d Ei.]s.pupillo.

e An non.]cautum sit rem pupilli saluam fore.

f Administret.]quia ex qua persona lucrū capit,ex eadē & dam num sentire debet:vt.j.de reg.iur.l.ex qua.Sed videtur ecōtra indi-stinctè nō nocere dolū tutoris pupillo:siue sit soluēdo,siue nō:vt.j. de reg.iur.l.neq; ex interdicto.quæ est contrà.Sed ibi loquitur quā do tutor aliquid facit vel contrahit in rebus suis,non pupilli.

Dolus tutoris an & quā do noceat pupillo.

g Diuinat.]sic.s.mandati.l.si fideiussor.

50 h Cum tutore.]& non sit pupillus locupletior.

¶ Siquis non tutor.] CASVS. Quæritur, an dolus protuto ris noceat pupillo.& dicitur ꝙ non.& ponitur exēplum,protutor. i. qui se tutorē pupilli credebat,vendidit rem à pupillo possessam , vt noceret in hoc pupillo.emptor eam suscepit. dicitur ꝙ pupillus pe-tita in integrū restitutione recuperabit illā rem:& sic dolus protu-toris non nocet pupillo.secus autē est in dolo veri tutoris.nam eius dolus nocet pupillo:vt sic exceptio doli cōtra pupillū possit oppo-ni.Itē curatoris dolus nocet furioso.item prodigo.item adulto.item ex dolo minoris.xxv.an.obijcitur excep.doli cōtra ipsum minorē. 60 Item ex dolo pupilli capacis doli,vt quia sit prope pubertatē, ob-ijcitur excep.doli in ipsum pupillū:vt si debitorē suū delegauit cre-ditori suo.nam amodò agere vult contra debitorē suū delegatum. Idem si furiosus tunc temporis cùm sanæ mentis videretur, delegat debitorē suum creditori suo.nam amodo si agat furiosus contra de-legatum:obijcitur sibi excep.doli.Idem si debitor furiosi soluat fu-rioso quod ei debet:& hanc pecuniā habeat saluā.nā si amodo vult agere contra debitorē suum,obstat sibi exceptio doli. ¶ De aucto-ris.]Dolo induxisti quendā vt vēderet tibi quandā rem puta equū: & vendidit tibi & tradidit:& non vidisti eum aliquo tēpore.& cum 70 mihi vendidisti & tradidisti:& vsucepi eum.nunc desij possidere. volo eum vendicare à possessore,quia eum vsucepi.quæritur an ob-stet mihi excepti.doli ex persona auctoris,qui eum per dolum ha-buerat & distinguitur.si enim equum vsucepi ex meo tempore tan-tum:tunc dolus auctoris mei non nocet mihi.si autē in vsuca. præ-dicta vsus sum tēpore auctoris mei:tunc nocet mihi except . doli ex dolo auctoris mei.sic ergo patet,ꝙ vitiū personale auctoris mei , id est ,dolus nocet mihi si volo vti accessione sui tēporis.aliàs non. se-cus est in vitio reali:vt quia res sit furtiua quam emi.nam nocet mi-hi hoc vitium velim nolim,vt non possim eam rem vsucapere. ¶ Si 80 cum legitima.]Agnatus tuus instituerat me hæredem persuasisti. mihi dolo malo vt illam hæreditatem repudiem.repudiaui.& sic ab intestato habuisti illam hæreditatem,& eam vendidisti Sempronio. Sempronius agit contra me peti.hæredi.ex iure cesso ex caussa ven-di.ad rem hæreditariam quam possideo . dicitur quòd potest : nec possum ei obijcere dolum ex persona auctoris sui. ¶ Siquis autē.] Titius equum quendam sibi acquisiuit per dolum. eum equum mihi donauit,vel legauit,& traditus est mihi, & eum tenui triennio, &

i Non nocere.] vt & suprà de publicia. l. quæcunque. §. finali. 60 Accursius.

k Vendiderit.]dolo vt noceret pupillo.

l Vsucapta sit.]idem & si nō vsucapta est:vt suprà de eo qui pro tuto.l.ij.

m Non nocere.]fortè nisi inquantum peruenit ad eum,ne locu-pletetur cum aliena iactura.

n Suam.]quo ad opinionem.si enim sua esset,non vsucaperetur : vt.s.de acquir.rerum do.bonæfidei.

o Persequenti.]per in integrum resti.nam vendicare nō posset, cùm sit facta illius per vsusca.

70 p Magis.] quàm eius,qui pro tutore gessit. vel electiue po-natur.

q Tutoris.]veri.

r Quæ in tutore.]vero.

s Esse.]vt &.s.de dolo,hæredibus.in fi.

t Eius.]s.pupilli.

v Pubescere]quasi dicat agens amodò repellitur ne &c. vel lege cum præcedentibus.& facit.s.de dolo.l quid enim.Accursius.

x Consequatur.]quod bona fides non patitur:vt infrà de regu. iur.l.bona fides.& facit ad idem.C.de vsuca.pro emp.l.eum.

80 y Habeat.]hic autem inspicitur tempus,quo agitur:vt.j. de so lu.in pupillo.

z De auctoris dolo.] auctor meus suum venditorem dolo in-duxit ad vendendum. si ego à possessione cado, & vendico di-cens me vsucepisse: si quidem ex meo tempore tantum , nocet mihi dolus auctoris : vt hîc, &.C. de præscript. longi temporis.l. j. hodie nocet: vt in authenti.ibi posita. & sic hîc, primum respon. corrigitur.

Auctoris.

si autem auctoris [a] accessione vtitur [b]: æquissimum visum est, eũ, qui ex persona auctoris vtitur [c] accessione, pati dolum auctoris [d]. Et per hoc æquè [e] traditur [f], rei quidem coherentem [g] exceptionẽ etiam emptori nocere: eam autẽ, quæ ex delicto personæ [h] oriatur, nocere non oportere [i]. ¶ Si cùm legitima hæreditas Caij Seij ad te pertineret [k], & ego essem hæres institutus, persuaseris mihi per dolum malum, ne adeam hæreditatem: & posteàquàm ego repudiauerim hæreditatem, tu eam Sempronio cesseris pretio accepto [l], isque à me petat hæreditatem [m]: exceptionem [n] doli mali eius, qui ei cessit, non potest [o] pati.

¶ Obstat exceptio auctoris ei, qui causam lucratiuam habet. idem si quis habeat pignus, & desijt possidere: & petat illud hypothecaria. nam obstat dolus auctoris secus autẽ est in causa non lucratiua ubi dolus auctoris non nocet. hoc dicit usque ad. §. si à titio.

¶ Siquis autem ex causa legati vendicet, aut si is, cui ex causa donationis res præstita est, vendicet: an de dolo exceptionem patiatur ex causa eius, in cuius locum successerit [p]? Et magis putat Pomponius, summouendum: & ego puto exceptione eos esse repellendos [q], cùm lucratiuã causam sint nacti. Aliud est enim emere: aliud ex his causis succedere. ¶ Idẽ tractat Pomponius & in eo, qui pignori accepit, si Seruiana vel hypothecaria actione experiatur. Nam & hunc putat Pomponius summouẽdum, quia res ad eum [r], q dolo fecerit, reuersura est. ¶ Auctoris autẽ dolus (sicut diximus) emptori non obijcietur. sed hoc in emptore solo [s] seruauimus: itẽ in eo, qui permutauerit, vel in solutum acceperit: item in similibus, qui vicem emptorum [t] obtinent. Cæterùm si noxę [v] deditus quis sit. Pomponius putat passurum exceptionem quam ille pateretur, qui noxæ dediderit. Proinde ex quacunque alia causa [x] quæ prope lucratiuam habet acquisitionẽ. quæsisse quis videatur: patietur exceptionem doli ex persona eius, in cuius locum successit. Sufficit enim si is, qui pretium dederit, vel vicem pretij (cum sit bonæ fidei emptor) vt non patiatur doli exceptionem, ex persona auctoris vtique, si ipse dolo caret [y]. alioquin si dolo nõ careat, peruenietur ad exceptionem doli, & patietur de dolo suo [z] exceptionem. ¶ Si à Titio fundum emeris qui Sempronij erat, isque tibi traditus fuerit pretio soluto [a]: deinde Titius Sempronio hæres extiterit, & eundem fundum Mæuio vendiderit, & tradiderit. Iulianus ait, æquius esse prætorem te tueri [b]: quia & si ipse Titius fundum à te peteret, & exceptione in factũ cõparata, vel doli mali summoueretur. & si ipse eum possideret, & Publiciana peteres: aduersus excipientem, si non suus [c] esset, replicatione vtereris: ac per hoc intelligeretur [d], eum fundum rursus vendidisse, quem in bonis nõ haberet.

¶ Vtilius est singulas res singulis uerbis exprimere. Et est differentia inter exceptionem doli, & exceptionem metus: quia prima complectitur tantum personam eius qui dolo fecit. secunda uero est scripta in rẽ. & sufficit in aliqua re metum commissum esse adhoc ut competat. Item secunda non competit filio contra parentem eo uiuo: secus eo mortuo. hoc dicit usque ad. l. seq.

¶ Metus causa exceptionem Cassius non proposuerat [e], cõtentus doli exceptione, quæ est generalis [f]. sed vtilius visum est, etiam de metu opponere exceptionem. etenim distat aliquid à doli exceptione: q [g] exceptio doli [h] perso

a ¶ Auctoris.] id est venditoris.

b ¶ Vtitur.] i. vti vult. sic ponitur. j. de verb. obli. si stipulatus sum. nõ enim vitiosa possessio potest adiũgi nõ vitiosæ: vt hîc, &. s. de ac. pos. l. põponius. §. cũ quis. &. §. fi. nisi secundũ iura noua ad prescrip. xxx. vel. xl. anno. vt in aut. vt spon. larg. §. rursus. Accursius.

Possessio vitiosa an nõ vitiosæ possit adiũgi.

c ¶ Vtitur.] id est vti vult: vt dixi.

d ¶ Auctoris.] agẽdo in rẽ quasi vsuscepit.

10 e ¶ Aeque.] aliâs deest æquè.

f ¶ Traditur.] quia tũc oportet ipsum vti adminiculo sui auctoris, cũ vitium comitetur rem sicut lepra: vt insti. de vsuca. §. furtiuæ.

g ¶ Cohærentẽ exce 20 ptionẽ.] vt quia furtiua: vel vi possessa. aliâs aliter accipitur: vt. s. de excep. l. exceptiones. §. rei.

h ¶ Personæ.] hic collige vitiũ personæ vel personale: vt dolus auctoris dans cõtractui causam: vel incidens. 30 Itẽ mala fides: quia credidit vendentẽ nõ habere ius vendendi. Item scientia rei alienæ, vt in commodatario & similibus. Item collige aliud reale, qđ dicitur cohærẽs rei: vt hîc dicit: vt si est furtiua, vel vi possessa: vel 40 data præsidi contra legẽ iul. repetundarũ. Sunt & alia vitia nec personalia, nec realia: sed quasi realia dicimus: vt res pupillaris: vt liber homo. quæ omnia dic vt C. de acq. pos. l. vitia. & facit ad. §. istum. s. de diuer. & 50 tem. præ. an vitium. & l. de accessionibus. & s. quæ in frau. cre. quæ à debitore. Acc.

i ¶ Non oportere.] nisi velit vti accessiõe auctoris. sed & hoc cor rigit: vt in prin. §. dixi.

k ¶ Pertineret.] ab intestato. Accursius.

60 l ¶ Pretio accepto] igitũ fuit vẽditio.

m ¶ Hæreditatẽ.] agẽdo petitione hæreditatis ex iure cesso, vel actionibus hæreditarijs ex iure cesso: cũ hæreditatẽ, vel rẽ hæreditariã possideã, vł teneã hæreditati.

70 n ¶ Exceptionẽ.] ex hoc. §. videtur probari q qui actionem emit à doloso, non debeat summoueri exceptione, licet summoueretur dolosus: posset tamẽ quis contradicere fortè. hîc enĩ nõ actionẽ, sed hæreditatẽ emit: & vtiles intẽdit noĩe suo: vel directas noĩe cedẽtis: in qb' quærẽdis, puta adeũdo hæreditatẽ, cedẽs nõ adhibuit dolũ sed adhibuit ĩ pcedẽti, id est, ĩ repudiatione. Itẽ & si dolo me induxit vt traderẽ, & tradidi possessionẽ: & 80 tu vẽdis emptori: nõ obijcit doli exceptio: quia rei vẽdicationẽ habet ex traditione sibi facta: licet dolus præcesserat in alia traditione. sed vbi me induxisti dolo vt pmitterẽ, & eã actionẽ vendis emptori: obijcitur doli exceptio: quia eadẽ actione vtitur, in qua dolus est commissus, & quasi adminiculo auctoris vtatur repelletur secundum Azo. & ita quod primò sub fortè dixerat. posteà indubitanter dicit. Accursius.

o ¶ Non potest.] sed de dolo datur contra dolosum: vt. s. de dolo, siquis affirmauerit. j. respõ. &. C. de dolo. l. si maior. & facit. j. de ver. sign. l. lege. &. C. de peri. & cõmo. rei vendi. l. dolum.

p ¶ Successerit.] prædicto singulari titulo. & dic q auctor dolo induxerit eum à quo habuerit.

q ¶ Repellendos.] etiã si noluerit vti accessione auctoris. Sed cõtrà. s. ti. j. l. an vitium. Solu. mala quidem fides auctorum ex lucratiua causa tradentiũ 10 successoribus eorum nõ nocet, nisi eorum velint cõtinuare tẽpora, & sic eorũ vti accessione: vt. s. Dolus autẽ eorum auctorum semper nocet: vt hîc. vel aliter possidẽti non nocet, vt ibi. sed non possidenti & agẽ 20 ti sic: vt hîc.

r ¶ Ad eum.] scilicet debitorem, qui dolo inducendo suum autorem habuit rẽ. Accursius.

s ¶ Solo.] hæc dictio, solo, excludit illos tantũ, qui habent causam lucratiuam: & sic lar 30 gè dicitur: vt & aliâs s. de statu liberis. l. statuliberi. §. quintus.

t ¶ Emptorum.] in quibus est eadẽ æquitas, vt & C. de peri. & cõmo. rei vendi. dolũ. Accur.

v ¶ Noxæ.] hîc habet quasi lucratiua causa.

40 x ¶ Causa.] vt si res digna magno pretio, modico sit empta secũdũ Io. & s. s. quæ in frau. cre. l. qui autẽ § hoc edictum. &. §. similimodo.

y ¶ Caret.] quia etiã ipse sciuit aliená quando emit, vel suum ven 50 ditorem induxit dolo. Accur.

z ¶ Suo.] Duobus ergò casibus tantum repellitur successor rei singularis: propter dolum auctoris. scilicet quando vtitur adminiculo. Itẽ & quando habet causam lucrati 60 uam vel quasi. Item tertio pro suo, scilicet dolo: vt hîc. Accur.

Successor rei singularis quando quęrpropter dolum auctoris repellitur.

a ¶ Soluto.] maxime. vt. s. de pub. l. de pretio. vel dic vt s. de rei ven. si à titio. Accursius.

b ¶ Tueri.] petẽdo & defendendo: quia & c. 70 & est bona ratio: vt j. de re. iu. l. nemo plus iuris &c.

c ¶ Non suus.] verba exceptionis.

d ¶ Intelligeretur.] præsumptione iuris: cũ in ea causa sit, vt possit auocari à Titio, qui factus est dominus. sic enim dominiũ habet, vt non sibi sed alij prodesse conseruarique debeat ab ipsa. ar. C. communia de leg. l. fin. §. sed quia. & facit de verbo ad verbũ. s. de rei vẽ. l. si à titio. & plenè expõe vt ibi. Itẽ facit. s. de exce. rei vẽ. l. si à titio. 80 Sed cõtrà. s. de actione emp. si ea res. §. fi. Sed ibi à diuersis emimus vt vnus à domino: alius à non domino. hîc autẽ ambo ab vno prius nõ domino, postea domino. Itẽ est hîc casus, vbi publi. datur contra dominũ. Sunt & alij quos dic vt no. s. de pup. l. pe. & l. fina. Accur.

Publiciana contra dominũ dat.

e ¶ Proposuerat.] in tractatu suo cũm tractaret de hac actione.

f ¶ Generalis.] vt. s. l. ij. §. & generaliter.

g ¶ Quod.] id est quia.

h ¶ Exceptio doli.] prima differentia.

a ¶ Complectitur.] scilicet tantum.
b ¶ Dolo.] vt. s. l. ij. §. & quidem. &. §. planè. &. §. docere. Accur.
c ¶ Causa.] & est ratio in promptu: quia cũ contra quemlibet detur actio quod metus causa: vt. s. quod metus causa, si cũ. §. in hac. ergo & contra quemlibet datur exceptio: vt. j. de reg. iur. l. inuitus. §. sicui. & hoc, cũ dominus rei per metum tradiderit. si verò tradidit eam non dominus: õ iniquũ esset si diceremus eũ habere, exceptionẽ, vel etiã actionẽ contra verũ dñm: vt. s. de pu. l. penul. Intelligitur ergo. l. ista in cæteris personis, q̃ nullã habent causam ab eo, qui metum adhibuit. Accur.

nam complectitur [a] eius, qui dolo [b] fecit: enimuero metus causa [c] exceptio in rem scripta est, & si in ea re nihil metus causa factũ est: vt nõ inspiciamus, an is, qui agit, metus causa fecerit aliquid, sed an omnino metus causa factum est in hac re à quocunque, non tantũ ab eo, qui agit. Et quãuis [d] de dolo auctoris exceptio doli non obijciatur: verumtamen hoc iure vtimur, vt de metu non tantum ab auctore, verum à quocunque adhibito: exceptio obijci possit [e].

¶ Illud sciendum est, hanc exceptionem de metu eum obijcere debere, qui metum non à parente passus est, cuius in potestate [f] fuerit, cæterùm [g] parenti licere deteriorem condititionem liberorũ [h] in rebus peculiaribus [i] facere. Sed si se abstinuerit hæreditate paterna: succurendum ei erit, vt alioquin [k] succurritur [l].

¶ *Si hæres petat id, quod sibi purè debetur, & ipse illud idem debeat sub conditione: non summouetur doli exceptione si paratus est satisdare de reddendo conditione adueniente: aliàs secus h.d. Paragraphorum sequentium quidam breues sunt: ideo summant seipsos: quidam casum ponunt in terminis, §. uerò actoris, gloss. ponit casum.*

Paulus LEX V.

PVrè mihi decem debes, ea tibi sub conditione legaui: interim hæres meus, si petat, doli exceptione non est sub mouẽdus [m]: cùm possit etiam deficere conditio [n]. itaque legatorum stipulationem interponere [o] debebit. sed si non caueat hæres: doli exceptione submouebitur † expedit enim legatario retinere [p] summam magis quam mitti in possessionẽ rerum hæreditariam. ¶ Sicui legata sit via, & is lege Falcidia locũ habente, totam eam * vendicet non oblata æstimatiõe quartæ partis [q] summoueri eum doli exceptione Marcellus ait: quoniam suo commodo hæres consuluit. ¶ Si donaui alicui rem, nec tradidero: & ille cui donaui, non tradita possessione, in eo loco ædificauerit me sciẽte [r]: & cùm ædificauerit, nactus sim ego eam possessionem, & petat à me rem donatam: & ego excipiam, quòd supra legitimũ modum [s] facta est [t]: de dolo replicandum est. dolo enim feci, quia passus sum eum ędificare, & non reddo impensas. ¶ Actoris [v], qui † exigendis pecunijs præpositus est, etiam posterior dolus [x] domino nocebit. ¶ Si seruus venijt ab eo [y], qui hoc dominus permisit, & redhibitus sit domino: agenti venditori de pretio [z]: exceptio opponitur redhibitoria, licet etiam is qui vendidit, domino pretium soluerit [a]. Etiam [b] mercis non traditę [c] exceptione submouebitũ [d]

d ¶ Et quãuis.] secunda differentia.
e ¶ Possit.] nã & metus habet in se ignorãtiam: vt. s. quod metus causa, si cum. §. in hac & facit. s. vti possi. l. j. in fi. & l. seq. & de dãno infec. l. qui bona. §. cum inter.
f ¶ Potestate.] tũc: sed nunc non est cum conuenitur.
g ¶ Cæterum.] pro, quia: vel cæterum pro alioquin: vel cæterũ, pro sed.
h ¶ Liberorum.] existentium in potestate: si dicas eum conueniri à patre. & facit. C. de annali excep. l. j. §. si.
i ¶ Peculiaribus.] profectitij vel aduentitij: inter quæ nõ erat differẽtia iure isto: sed tunc quomodo retinet hoc peculium si ab hæreditate abstinet: vt. C. de col. si donatione. in fi.? Respõ. quia vt bene merito erat ei cõcessum, vel dimissum: vel vt conferens pater in eum filium supremũ iudiciũ: vt no. d. l. si in donatione. hodie in aduentitio planum est: cùm mortuo patre filius debeat id habere vt. C. de bo. que libe. cum oportet. circa prin.
k ¶ Alioquin.] id est aliàs.
l ¶ Succurritur.] maioribus. xxv. an. metũ passis: secus in hærede patroni; vt. s. eo. §. aduersus. ibi, libertum &c. vel dic hic dari excep. in factum vel actio. in factum filio contra hæredem patris.

PVre.] CASVS. Decem quæ mihi debebas purè, ea tibi sub cõditio. legaui hæres meus poterit interim ea petere: dũ tamen caueat de. x. dandis legatario veniente condi. si autẽ nõ vult cauere hæres, repellitũ à peti. excep. doli. ¶ Si cui.] Legata est tibi via per quendã fundum. legantis hæres vtitur falcidia in legatis. dicitur q̃ nisi offeras æstimationẽ quartæ partis viæ: obstat tibi exceptio doli si petas viam. ¶ Si donaui.] Donaui tibi fundum: & antè quàm traderem eum tibi, ædificasti in eo me sciente, & non contradicente. & sic per hoc desij possidere. & postea cœpi possidere illũ fundum cũ ædificio. tu petis à me fundum: quia tibi donatum. ego excipio: quia vltra modũ fuit donatio: & sic non valuit. dicitur, q̃ tu replicabis de dolo: quia dolo facio cũ retineo fundum cũ ædificio, nec reddo impẽsas, quas feceras me sciente & patiente. ¶ Actoris.] Dic casum vt in glossa quæ incipit: feci te actorem &c. ¶ Si seruus.] Mandato meo vẽdidisti seruum meum vitiosum pro. x. emptor videt eũ vitiosum. reddidit seruum mihi. si procurator meus petat à te pretium: obstat sibi excep. doli etiam si de suo soluerat mihi procurator meus: sed repetet à me pretium actio. mandati vel sine causa. Eadem seruantur, si sine mandato gerens negotium meum, seruum meum vendidit: & postea habui ratum: & prædicta contigerunt, quæ suprà. ¶ Si eum qui.] Si cùm velles mihi donare mille, delegaui te vt ea promitteres creditori meo, & promisisti: si ab eo conueniaris, non potest obijcere excep doli. petit enim quod sibi debetur. idem est si mulier eum, qui sibi mille donare volebat, delegauit eũ mihi, vt promitteret mihi illa mille pro ea: ı ! otem. nam t enetur. Idem si dolo induxit Titium vt mihi. c. pro ea promitteret in dotem dare. nam tenetur: nec habet except. doli. poterit tamen agere contra eam vt liberetur ab illa promissione. vel si iam soluit, petat ab ea id, quod pro ea soluit. idem in primo casu. nam donans aget contra me delegantem vt faciam eum liberari in eo, quod promisit vltra modum. vel si iam soluit, à me repetet. ¶ Non sicut.] Actio de dolo est temporalis. finitur enim hodie biennio. sed exceptio doli est perpetua. & quæ sit ratio diuersitatis, redditur in litera. Fran.

m ¶ Summouẽdus.] vt &. s. de libe. legat. l. non solum. §. fina. sed contra. s. si cer. pet. l. pecuniam. Sol. vt ibi.
n ¶ Conditio.] aliud si omnino est extitura: vt. s de cond. inde. l. quòd si ea.
o ¶ Interponere debebit.] scilicet hæres promittit legatario de tanta pecunia danda, si conditio extiterit: vt &. s. vt lega. no. ca. l. j.
p ¶ Retinere.] scilicet magis quàm &c.
q ¶ Quartæ partis.] scilicet loci, per quem via debebitur secundum Ir. quia seruitus non habet partes. Tu dic, id est iuris, quod est via: arg. s. si seruit. vend. loci. in prin. & de leg. ij. cùm filius. in prin. & s. ad le. falc. l. lege fal. interueniente. Accursius. Vel dic melius, non oblata quarta parte totius æstimationis meæ: & ita exponitur. s. de legat. ij. cùm filius. in prin.
r ¶ Sciente.] & non cõtradicen, quod pro traditione est: vt. C. de acquirend. possess. l. j. Accur.

† Expedit enim legatario potius retinere summã quàm mitti in possessionem rerum hæreditariũ.
* uindicet

† Iste text. est not. ad hoc q̃ procurator cõstitutus ad promittendum potest etiã pœnã apponere in ea promisione sic da per eum. Dolog.

s ¶ Modum.] cc. aureorum olim quingentorum hodie: vt. C. de donatio. l. penult.
t ¶ Facta est.] & vtique replicandum. dolo enim &c. facit. s. de dolo. l. si cum & mihi. Accursius.
v ¶ Actoris.] feci te actorem generalem ad mutuas pecunias exigendas, tuque cùm hoc tibi nominatim mandaui, transactionem cum Titio fecisti: & ob eam tibi decem promisit: & secum pactus es, vt si contra transactionem feceris, non liceret tibi decem petere. porrò contra transactionem fecisti. si ego à Titio decem petiero, quæ tibi promisit, repellor: vt suprà. l. apud. §. quæsitum. vel secundum H: gon m dic quòd erat generalis procurator & specialis ad causam agendum. & est ei solutum pendente lite: postea ipse, vel dominus petit, cùm fortè non restituit chirographum: vt. d. §. quæsitum. in fin. & secundum hoc non obstat. §. in hac: vt ibi dixi. Dic ergo secundum primum casum actoris: id est administratoris. secundum alium id est agentis. vel si dicas partem solutam pendente lite & postea petit, totum amittit: quia petit plus: vt insti. de actionibus. §. siquis agens.
x ¶ Dolus.] post transactionem commissus secundum primum casum: vel post solutionem commissus secundum alium.
y ¶ Ab eo.] procuratore.
z ¶ De pretio.] scilicet contra emptorem.
a ¶ Soluerit.] de suo.
b ¶ Etiam.] hic est. §. secundum quosdam. vel non est: & sic melius legitur: & secundum hoc dic mercis: id est serui: & impropriè seruus dicitur merx: vt suprà de tributoria, lege prima. Accursius.
c ¶ Non traditæ.] suprà quando tradidit. hîc, quando non fuit traditus. Accursius.
d ¶ Submouebitur.] si petit pretium ab emptore procurator. & facit. s. de pactis, si cum emptore. §. fin. Accur.

Soluit.

a Soluit.] de suo Accur.
b Aduersus dominū.] actiōe mādati: vel dic fine cā vł indebiti.
c Nostrum.] fine mandato.
d Vendidit.] & ratum habuimus.
e Modum.] quingentorum sol. hodie.
f Suum.] id est sibi debitū. q. d. non habet causam lucratiuā: al's secus: vt. j. e. iul. Acc.
10 g Maritus.] cui mulier delegauit volentem sibi donare.
h Mulieris.] quę do lo aliquem ad promit tendū induxit marito.
i Accepisset.] vtiq; non: vt. s. apud. §. sed & si mulier.
k Diuerterit.] & 20 nūc petit maritus vt mulier reddat: & sic loquitur suprà ea. l. §. apud iul.
l Condictione.] certi, vel incerti.
m Debitorem.] in eo, quod est vltra legi timū modum. & facit s. mādati, si mandato. 30 §. si iudicio. & §. quo ties. Item facit ad tota lem. §. j. de noua. l. siqs delegauerit. §. fin. & l. doli. & s. de do. l. q id quod. in fi. & l. vt mihi & C. de noua. l. si pater. & j. tit. j. l. j. §. q si patronus. & s. de re iu dicata. l. nec lennius. in 40 prin. & j. de reg. iur. l. nihil dolo. & C. de cōdi. indebi. l. si citra. & s. de condi. cau. data. l. si donaturus. §. si quis indebitā. & §. fin. & s. e. l. apud celsum. §. item quæritur. & s. de iure do. cùm in fun do. §. si. Accur.
50 n Certo tempo re.] anno olim: sed ho die biennio: vt. C. de dolo. l. fi.
o Competit.] s. de pecul. l. quæsitum. §. in dolo contra. Sol. hîc, in exceptiōe: ibi, in repli catione. & per hoc est huius. l. ratio. nā actor 60 qui replicat, habet in sua potestate, quādo agat, & sic quādo replicet secundum Io. & Azo. vel ibi in alienato vel manumisso seruo post annū: quod etiā olim erat tempore actionis de dolo: vnde nō competit actio vel replicatio, quod in idem recidit. vel dic vt ibi. Sed opp. nōne etiā reus habet in sua potestate: vt. C. de inge. ma. l. diffamari. & C. de remis. pig. l. si eo? Sed respon. quicquid dicāt alij: tene & c. vt. s. de iure dotium. l. cū in fundo. §. q si mulier. Item oppo. C. de non nume. pec. l. si intra. & l. si quasi. sed speciale est ibi. & sic est etiā speciale. C. de dote cau. non nume. authen. quod locum. & potest esse ratio quia rele 70 uatur approbando. & sic in hoc grauetur: argu. s. de iureiuran. l. cum qui. In alijs excipientibus non sic: vt. s. de excep. l. j. & facit. C. de excep. l. si pactum.
p Conueniatur.] & facit. C. de dil. l. si quando. & authen. quod fiori. & de anna. excep. l. j. §. fina.
S I opera.] CASVS. Obtuli tibi. x. quæ debebā. tu noluisti. illa. x. amisi sine perdidi. ammodo si petas ea decem à me, obstat tibi doli exceptio. Idem est, si creditori tuo solui, & non habes ratū. nam si petas ammodo à me: obstat tibi exceptio doli. Franc.
q Si opera.] quia oblatā non recipit: vt. j. de solu. l. qui. x. in prin 80 ci. quæ scilicet non recipere dicitur opera: vt. C. de ope. lib. l. liber ti. & facit suprà de fideicommis. liber. l. si filius. §. fi. & j. de verb. obligatio. l. in executione. §. si.
r Idem est.] vt debitor habeat excep. licet creditor non habeat ratum: quia cogitur ratum habere: vt. s. de nego. gest. pomponius. & l. soluendo. & l. si liber. & de pignora. actio. solutum. §. solutam. ibi, vnde si domum & c. vbi & de hoc dixi. si vero creditore præsente, & contradicente soluerit creditori eius, non liberaretur: vt. C.

& qui pecuniam iam domino sol uit[a]: & ideo is, qui vendidit, aget aduersus[b] dominum. Eandē causam esse Pædius ait eius, qui nego tium nostrum[c] gerēs vendidit[d]. ¶ Si eum, qui volebat mihi dona re supra legitimum modum[e]: delegauero creditori meo: non pote rit aduersus petentem vti exceptione: quoniam creditor suū[f] re petet. In eadē causa est maritus[g]. necenim hic debet exceptiōe sum moueri, qui suo nomine agit. Nū quid ergo nec de dolo mulieris[h] excipiendum sit aduersus maritum, qui dotem petit, non ducturus vxorem nisi dotem accepisset[i] nisi iam diuerterit[k]? Itaque conditione[l] tenetur debitor, qui delegauit, vel mulier: vt vel liberet debitorē[m], vel si soluit, vt pecunia ei reddatur.

¶ *Liberalior est lex cum eo qui ignorat quan do sit inuadendus, quàm cum eo qui potestatem habet agendi quando uult. hoc dicit.*

¶ Non sicut de dolo actiò certo tempore[n] finitur, ita etiam exceptio eodem tempore danda est. Nam hæc perpetuò cōpetit[o], cū actor quidem in sua potestate habeat, quando vtatur suo iure: is au tē, cū quo agitur, non habeat pote statem, quando conueniatur[p].

¶ *Damnum quod quis sua culpa sentit, sentire uidetur.*

Caius LEX VI.

SI opera[q] creditoris acciderit, vt debitor pecuniam, quam soluturus erat, perderet: exceptio ne doli mali creditor remouebitur. Idem est,[r] & si creditori eius numeratam pecuniam ratam cre ditor non habeat.

Vlpianus. LEX VII.

IVlianus ait. Si pecuniam, quā me tibi debere existimabam, iussu tuo spoponderim ei, cui donare[s] volebas: exceptione doli mali potero me tueri, & præterea conditio[t] mihi aduersus stipulatorem cōpetit, vt me liberet. ¶ Idē Iulianus ait. si ei[v], quem creditorē tuum esse putabas[x], iusso tuo pecuniam, quam me tibi debere existimabam, promisero, petentem, doli mali exceptione submoueri debere: & amplius, agendo cum stipulatore consequar, vt mi hi acceptam faciat stipulationem. & habet hæc sententia Iuliani humanitatem[y]. vt etiam aduersus hunc vtar exceptione & condictione, cui sum obligatus[z].

Paulus. LEX VIII.

DOlo facit, qui petit quod redditurus est[a]. sic si hæres damnatus sit non petere à debitore: potest vti exceptione[b] doli mali debitor, & agere ex testamento.

¶ *In pari causa turpitudinis potior est condi tio possidentis. h. d.*

Idem LEX IX.

SI procurator rei pecunia accepta donari se passus sit, & cùm domino iudicati[c] agatur: tuebitur[d] se doli mali exceptione nec quod accepit procurator, auferri ab eo potest[e]. Nam turpi-

de soluto. l. inuito. & facit. j. de nouatio. l. si Stichum. §. fina. & C. de exc. l. j. Item si ratum haberet spontè liberaretur ipso iure: vt. j. de so lu. l. solutam.

IVlianus ait.] CASVS. Credens me tibi debere. c. cū in veri tate non deberem, ea centum promisi Titio pro te, cui donare volebas. si Titius ea. c. à me petat, obstat sibi exceptio doli. Item & condi. sine caussa pos10 sum agere contra eū vt me liberet à promis sione, quā ei feci. Idem & si ea. c. promisi Titio pro te, cui credebā te tātum debere, cum nihil deberes. Franci. Accur.
s Donare.] sic. s. de dona. l. ij. §. cùm verò. 20 secus si tuo creditori: vt. s. e. purè. §. si cū. Accursius.
t Condictio.] sine causa: vt. s. de condictio. sine caussa. l. j. §. qui autem. & l. qui sine. Accur.
v Si ei.] aliàs, & aliàs. §. idem Iulianus.
30 x Putabas.] aliud si in veritate deberes: vt. s. purè. §. si eum. & facit. s. de dona. l. ij. §. item si ei. Ac.
y Humanitatem.] facit. s. l. j. §. ideo.
z Obligatus.] sine iusta causa: vt. s. de cō di. sine cau. l. qui sine. 40 & facit. s. de pactis, si cum.

DOlo facit.] CASVS. Po nitur regula: & est talis. Dolo facit, qui petit, qđ redditurus est. & subijcitur exēplū. hæres grauatus nō petere à debitore hære50 ditario, si petat: obstat ei exceptio doli. Itē debitor potest agere ex testamento contra hæredem vt liberetur. Fran.
a Redditurus est.] eidem: secus si alij: vt s. so. matrimo. l. si socer. §. j. Item procurator 60 domino. Item hoc verum, si clarum & liquidum sit quod debet ei reddi. aliquin nō: vt. s. quorum legatorū. l. j. §. rediguntur. quæ est cōtrà. Itē secus in al o casu: vt. C. qui po. in pig. ha. authen. item possessor. quę est cōtrà. sed illud speciale propter suum mēdaciū. sic & s. de rei ven. l. fi. quæ est contrà. Alij dicunt hæc in petitorijs: sed prędicta in possessorijs. sed hoc reprobo: quia idem in possessorijs: vt. s. de Carbo. edi. l. iij. §. sum matim. vel dic q paratus incontinenti est probare, obtinet quod dicitur hîc: aliàs obtinet. d. l. quorum legatorū. argu. s. ad exhiben. l. iij. §. ibidem. & s. vt in pos. lega. si is à quo. & dixi de hoc. §. locati. si 70 quis conductionis. quæ est similiter contrà: sed solue vt ibi not. Itē not. hîc de dolo prę sumpto: vt. s. mandati. l. dolus.
b Vti exceptione.] vt & j. de fideiuß. l. si ex testamento. in princi. nisi ratione ignorantiæ: vt. s. l. ij. §. & generaliter vel ratione affectionis, vel reuerentiæ. vt. s. apud celsum. §. aduersus.
SI procurator rei] CASVS. Reus passus est se cōdēnari pecunia corruptus, si ex hac sententia cōtrà dominū agatur, habet dominus excep. doli. & qui pecuniam dedit procuratori causa corruptelæ: nō repetit ab eo, cui dedit. Fran.
c Iudicati.] i. actione in factum de re iudi. Accur.
80 d Tuebitur.] cōtrà. s. de dolo. l. & eleganter. §. si dolo. Sol. ibi procurator actoris: hîc rei. vnde ibi non cōueniebatur dominus sed agebat. & ideo ibi non datur de dolo, nisi spontanea oblatio profit: vt. s. de ali. iudi. mu. causa fa. l. iij in fi. & quia facilius per actionem primam, quā per actionem de dolo consequitur actor. Item ibi de actione de dolo deneganda: hîc de exceptione concedenda. & facit. s. de r iudi. l. iiij. §. condemnatum.
e Ab eo potest.] procuratore scilicet per dantem. nā in pari cau-

al. Iulianus.

ſa potior &c.vt ſuprà de condi.ob turpem cau.l.ſi op.turpem.& hîc ſubijcit:nam &c.

Malum minus de duobus eligendum eſt.

a ¶ Accepta.]ab actore.

b ¶ Iuſtius.]id eſt minus iniuſte:nam neutrum iuſtum.Et ſic not.ꝙ de duobus malis minus malum eſt eligendum:vt.j.de re.iur. quoties.&.ſ.l.apud §.mar cellus . Sed an dominus,cuius procurator eſt,poſsit repetere?vi-10 detur ꝙ ſic : vt.ſ. de procu.qui ꝓpri §.pro curator vt in cæteris. de neg.geſt.l.fin autẽ. §.item ſi fundum.&.l. liberto .§. j . Et quod ſubijcit deceptus eſt, ſcilicet procurator.& decipit ſcilicet actor qui mutuam pecuniã 20 dedit,impropriè tamen:vt.C.de tranſac. l.cùm donationis.&.j. de reg.iur.l.nemo videtur fraudare.vel vere decipitur qui ſe cor rumpi patitur.& facit ad primum reſpon.ſ. ſi ſer.ver.ſi de communi.Accurſius.

ter accepta [a] pecunia iuſtius [b] pœnes eum eſt,qui deceptus [c] eſt,quã qui decepit [d].

Martianus LEX X.

CVm vir aut vxor in area ſibi donata aliqd edificaſſet: plerîſque placet, doli mali exceptiõe oppoſita rẽ ſeruari poſſe [e].

¶ *Dolus procuratoris commiſſus ante litem conteſtatam non nocet domino:ſed poſt litem conteſtatam dolus commiſſus à procuratore nocet domino.Item tutoris dolus nocet pupillo. item dolus procuratoris poſt litem conteſtatam commiſſus puniendus eſt.nocet ergo committenti:id eſt domino: qui reputatur eadem perſona cum procuratore.Bar.*

Neratius LEX XI.

SI procurator [f] agit, de dolo eius excipi non debet,quia aliena lis eſt:iſque [g] à re [h] extraneus eſt neque alienus dolus nocere alteri [i] debet. ¶ Si poſt litem conteſtatam dolo quid fecerit [k]:an exceptio eo nomine in iudiciũ obijcienda ſit, dubitari poteſt: quia litis conteſtatione res [l] procuratoris fit,eamq́ue ſuo iam quodãmodo nomine exequitur. Et placet,de procuratoris dolo excipiẽdum eſſe.Idẽ de tutore [m],qui pupilli nomine ageret,dicendum eſt. ¶ In vniuerſum autem hæc in ea re [n] regula ſequenda eſt,vt dolus [o] omnino puniatur,&ſi nõ alicui [p], ſed ipſi,qui eum admiſit [q],dãnoſus futurus erit.

30 c ¶ Deceptus ſit.] ſcilicet ꝓcurator.Accurſius.

d ¶ Decepit.]ſcilicet actor.Accurſius.

CVm vir.] CASVS. Donauit vir vxori aream : & vxor in ea ædificauit. ſi vir repetit,quod do 40 nauit.obſtat ſibi doli exceptio.Fran.

e ¶ Rem ſeruari poſſe.] id eſt impenſam: vt &.ſ.de rei vendi.l. ſin autem.§.in re petita.&.ſ.de dona. inter virum & vxo.ſed ſi vir lanam.§.ſi vir vxori.& hoc ſi fuit bonæ 50 fidei, credens donationem valere . Quid ergo ſi credidit nõ valere:& ſic eſt prædo: vt.ſ.de acquir.poſ.qđ vir?Reſpõ.adhuc idẽ: licet quidam contrà:vt no.ſ.de dona.inter virum & vxo.l.ſi vxor filio.in fi.& facit.j.eo.paulus.

SI procurator.] CASVS. Dolus procuratoris ad vnam cauſam conſtituti commiſſus ante litem conteſta.non nocet do 60 mino.& da exemplum vt in gloſ.quæ incipit,ad vnam rem datus &c.ſed ſi commiſit dolum procurator poſt lit.conteſt.vt quia iudicem corrupit:hîc dolus nocet domino:vt ſi ammodo agat dominus vel procurator,obſtet ei exceptio doli.Item tutoris dolus nocet pupillo.In fine dicit regulam.dolus procuratoris poſt lit . conteſt. commiſſus puniendus eſt.nocet ergo committenti,id eſt domino, qui reputatur eadem perſona cum procuratore.Fran.Accur.

f ¶ Si procurator.]ad vnam rem datus:ſecus ſi eſſet generalis,& haberet liberam.Item ſecus ſi in rem ſuam:vt ſuprà.l.apud.§.quæſitum.& dic,emi rem à Sempronio dolo Titij interueniente. nunc 70 autem conſtitui Titium procuratorem meum ad rem exequendã vel ſuo nomine rem meam doloſè ſciens meam alienauit:& nũc nomine meo vendicat.non quidem obeſt ei dolus ſuus ante litem conteſta.commiſſus.& ſic eſt arg.pro prælato vendicante rem eccleſiæ quam ipſe alienauit:quod nõ excipiatur de dolo ſuo:cum agat nunc nomine eccleſiæ.licet poſſet dici,quòd & tunc erat prælatus cùm vendidit:ſed hîc non erat procurator.Accur.

g ¶ Iſque.]ſcilicet dolus.Accurſius.

h ¶ A re.]ſcilicet quæ petitur.

i ¶ Alteri.]ad quod ſuprà de acquiren.rerum domi.per ſeruum.§. 80 fin.& de reg.iur.l.non debet.ſ.de procur.l.ignorantis. Accurſius.

k ¶ Fecerit.]puta iudicem corrupit:vt.ſ.apud.§.quæſitum.

l ¶ Res.]i.inſtantia:vt &.C.de procu.l.nulla.

m ¶ Idem de tutore.]& plus:quia de omni dolo eius pupillus tenetur.quod dic vt.ſ.apud.§.illa etiam quæſtio.Accur.

n ¶ In ea re.]id eſt in dolo à procuratore commiſſo.

o ¶ Dolus.]poſt litem conteſtatam commiſſus.

p ¶ Non alicui.]ſcilicet alteri noceat.

q ¶ Admiſit.]ſcilicet procuratorem, cum duo eſſent rei credendi, vel domini rei, quam tertius poſsidebat ad quam petendam vnus eorum conſtituit procuratorem,qui poſt litem conteſtatam corrupit iudicem,nocet danti:nõ autem eius ſocio.vel dic eum ſcilicet dolum:ac ſi dicat,dolus debet nocere committendi.ſatis autem dominus committere præſumitur,cùm eius procurator poſt litẽ conteſta.cõmittat:cũ vna 10 perſona reputentur.

¶ *Qui habet aliquam exceptionẽ contra actorem,ut pacti de non petendo, uel iuriſiurandi, uel ſimilem:habet etiam exceptionem doli.h.d. Franc.*

Papinianus li.4. LEX XII.

QVi æquitate defenſionis [r] infringere actionem poteſt: doli exceptione tutus eſt [s].

Paulus. LEX XIII.

LIberis exhæredatis qui nihil [t] ex patris iudicio meruerunt, rupto teſtamento [v] ius ſuum conſeruandum eſt [x] : nec opponetur doli mali exceptio.quod non ſolùm in perſona eorum [y],ſed in hæredibus [z], & in perſona liberorum quoque eorum obtinendum eſt.

*Iulianus. LEX XIIII.

*Paulus lib 4.

PAulus reſpon [a].eum,qui in alieno ſolo ædificium extruxerit, non aliàs ſumptus conſequi poſſe,quã ſi poſsideat,& ab eo dominus ſoli rẽ vendicet:ſcilicet oppoſita doli mali exceptione.

Scæuola. LEX XV.

FIdeiuſſor euictionis nomine condemnatus, id prædium, quod euictum eſt,&omnia præſtare paratus eſt, quæ iure empti cõtinentur.quæro,an agentẽ emptorem ex cauſa iudicati exceptione doli mali ſubmouere poteſt?Reſpon. exceptionẽ quidem oponi poſſe [b] :iudicem autẽ æſti-

r QVi æquitate defenſionis] id eſt exceptione aliqua:quia omnis venit ex æquitate.

s ¶ Tutus eſt.]niſi ratione perſonarũ &c. vt.ſ.e.apud. §. aduerſus.&.l.ij.§.& genera 20 liter.

LIberis.] CASVS. Pater exhæredauerat filios ſuos,& extraneũ inſtituit tandem ruptum eſt teſtamentum natiuitate poſthumi.dicitur ꝙ filij exhæredati & poſthumus habe- 30 bunt bona patris eorum ab inteſtato: nec poteſt opponi eis agẽtibus ad bona exce.doli . & hæc bona tranſmittent filij ad hæredes ſuos etiam extraneos.Fran.

t ¶ Qui nihil.] quia vere fuerunt ingrati. 40 ſed & ſi aliquid habuiſſent iure inſtitutiõis ex teſtamẽto rupto teſtamẽto ꝑderẽt.

v ¶ Rupto teſtamento.] agnatione poſthumi.

x ¶ Conſeruandum eſt.]vt ſcilicet ab inteſtato ſuccedere poſ- 50 ſint : vt.ſ . de contra tabula. l . filium.circa prin.&.ſ.de inoffi. teſta.l.mater.

y ¶ In perſona eorum.] ſcilicet filium.

z ¶ In hæredibus.]id eſt non ſolùm ipſis liberis,ſed etiam hæredibus extraneis ipſorum:& etiam ab inteſtato venientibus:& in filijs eorum ſcilicet liberorum obtinet. & quod de extraneis dixi: dic, ſi prius adierunt liberi ab inteſtato.aliâs enim nõ adita non tranſmit 60 tit:niſi liberis:vt.C.de cadu.tol.l .j.§.in nouiſsimo.&.ſ.de act.em. l.idemq́ue.Accur.

PAulus.] CASVS. Qui in alieno ſoli credẽs ſuum ædificat: non poteſt repetere impenſas à domino ſoli niſi poſsideat ſolũ. & tunc ope except.doli conſequetur impenſas à domino ſoli vendicante ſolum.Fran.

a ¶ Paulus reſpon.]facit ſuprà ad Trebel. l.hæres. & inſtitu .de rerum diui.§.ex diuerſo.& ſupra communi diuid.l.in hoc iudicio. &.C.de ſeruitu.& aqua.l. ſecunda & ſuprà de conditione indebiti, ſi in area . & plenè nota ſuprà de rei venditio. l. in fundo Ac- 70 curſius.

FIdeiuſſor.] CASVS. Vendidi fundum,& de euictio. promiſit:& dedi fideiuſſorẽ de hoc euicto fundo emptori . emptor egit contra fideiuſſorem,quẽ ei dederam nomine euictionis: & condemnatus eſt fideiuſſor ad intereſſe.offert fundum emptori: & quicquid plus eius intereſt. ſi ammodo fideiuſſor conueniatur ex ſententia:habet except. doli . iudex autem æſtimabit impenſas factas ab emptore in cauſa euicti. & in his condẽnabit fideiuſſorem emptori.Fran.Accur.

b ¶ Poſſe.]Bul.diſtinguit an ſtatim poſt condemnationem offerat 80 fideiuſſor rem euictam,& totum intereſſe.an non:vt primo audiatur:ſecundo non:argumẽ.j.de verborum obligatione. ſi ita.§.Sciatur. Sed videtur quòd etiam ſtatim reſtituendo non euitet condemnationẽ:vt.ſ.de euictio.l.emptori.quę eſt contra.Sol.hîc petebat intereſſe , quod in condemnatione venerat:& damnatus ei ſoluebat dando fundum:& quicquid plus intereſt: ibi ſolummodo ſeruum.Item contra in eodem tit.l.habere licere.in fi.Solu.ibi ex ſtipulatu ad duplum fuit actum : hîc ad intereſſe. quod ſatis habet,ſi prædium & quicquid

quicquid plus interest, ei det. cōtra hanc tamē solutionem est in eodem tit. l. euictus. vbi dicit idem in stipulatione duplæ: sed ibi non erat adhuc res restituta actori. & secundum hoc dic fideiussorem damnatum ad interesse ex promissione quā fecit de euictione. sed quidam dixerunt eum condemnatum ad duplū: & tunc dices in. l. emptori. & in. l. habere licere. ꝙ principalis fuit qui offerebat: hic autē fideiussor, qui facilius auditur. & facit. s. de pignoribus, si fundū. §. si plures. & .s. mādati. l. si verò nō remunerādi. §. fi. Accur.

a Pro dānis.] quæ passus est in iudicio. Accursius.

SI debitor.] CAIVS. Cū. x. debe bā cuidā furioso: eo delegāte me cū creditorem cum sanæ mētis: creditori eius solui. si ammodo curator eius à me petat prædicta. x. habeo exce. doli in eo quod de istis. x. in vtilitatē furiosi processit. Fran. Accur.

b Si debitor.] furiosi. Azo.

c A furioso.] creditore.

d Eius.] furiosi scilicet. secus ergo si non creditori: quia nulla esset delegatio: nec in eius re procederet. qđ hic dicit fore necesse: licet debitor prætēdat iustam ignorātiā: vt in arg. contra. j. de sol. l. vero. §. j. & insti. mandati. §. item si adduc. Accursius.

e Existimabat.] debitor delegatus. Acc.

f Cum eo.] s. debitore furiosi: & agebat curator furiosi. Acc.

g Furiosi.] facit. s. co. l. si operā. in fi. Ac.

PAter pro filia.] CAIVS. Sempronius maritauit filiā suā Titio: & c. dare in dotē conuenit. fecit tamē pactū cū Titio vt ipse aleret ei filiā, eiusque seruos. postea Sempronius do nec dos solueret man dauit literas Titio, in quibus cōtinebatur se præstaturū vsuras Titio pro emptore dotis non solutæ. dicitur ꝙ si conueniatur ex ista promissione: habet excep. doli: quasi per errorē facta fuerit, ex quo alebat filiam & eius seruos.

Auus.] Quidam habebat nepotes ex filia: legauit cuilibet eorū. c. & dixit sic, ignoscite mihi, quia tā parum vobis lego. nā vobis potuissem magis relinquere nisi quia à patre vestro. xv. que sibi mutuaui, non potui recuperare. item quia ferè omnē substantiā meam amisi. nūc hæredes testatoris petūt. xv. prædicta ab illis nepotibus hæredibus debitoris. dicitur ꝙ repellun tur excep. doli: quasi testator videat remisisse ea per verba quæ dixit in testamento.

Ex quadrante.] Cū essem hæres cuiusdā in tribus vncijs, & tu in nouē: emi à te illas nouē vncias certo pretio: & promisi tibi ꝙ cuidā creditori hæreditario puta Titio soluā ex istis nouem vncijs quod ei delegaui. te postea defuncto Titius accusat de falso testamentum, in quo ego & tu eramus instituti: & se debe re prædicta bona habere ab intestato dicit: & sic denunciatum est mihi ne minuam de prædictis bonis pendente quæstione falsi. dicitur ꝙ si interim hæredes venditoris petant à me pretium prædictū: habeo excep. doli.

Marito.] Berta ex viro primo habuit filiam puta agnesiam: tutelam cuius agnesiæ gessit pater bertæ qui est auus ad agnesiam pupillam: & malè gessit: qui tutor decessit relicta filia sua berta hærede, & quibusdam alijs. tandem berta habens secundum virum, & ex eo filium, condidit testamentum: in quo instituit virum, & filium quem ex eo habebat, in dimidiam omnium bonorum: & filiam suam Agnesiam in alia dimidia sub hac conditione, si Agnesia nō conueniat alios hæredes bertæ. quæ berta successit patri in eo, ꝙ pater bertę malè gessit tutelam eius: reliquit etiam legata prędictæ agnesiæ. nunc agnesia repudiat hęreditatem bertę: & vult habere legata, & agere act. tutelæ cōtra hæredes bertæ. dicitur ꝙ nō potest. quia & legata sub prędicta condi. relicta finguntur: vnde obstat exce. doli. Fran.

maturum, vt pro damnis[a] emptoris satisfiat.

Hermogenianus LEX XVI.

SI debitor[b] à furioso[c] delegatus, creditori eius[d] soluat, quē compotem mentis esse existimabat[e]: & ita iterum cum eo[f] agatur: exceptione doli mali in id, quod in rem furiosi[g] processit, defenditur.

Alens filiam suam, quam nuptui tradidit: nō tenetur ad vsuras dotis tardius solute: licet per errorem promiserit. b. d.

Scæuola LEX XVII.

PAter[h] pro filia dotem promiserat, & pactus erat, vt ipse aleret filiam suam, eiusque homines. Idem homo rusticanus genero scripsit quasi vsuras præteritas† ex dotis promissione[i], quæsitū est cum ipse filiā suam exhibuerit, & maritus nullam impensam fecerit, an ex chirographo ex stipulatu agēti genero exceptio obstare debeat? Rńd. si, (vt proponitur) pater cum eam exhiberet, per errorem[k] promisisset[l]: locum fore doli mali exceptioni.

Verba enunciatiua in modum causæ prolata, exceptionem inducunt. Bart.

Auus† nepotibus ex filia legauit singulis cētena: & adiecit hęc verba, ignoscite: nam potueram vobis amplius relinquere nisi me Fronto pater vester malè accepisset, cui dederā mutua quindecim, quæ ab eo recuperare non potui: postremo hostes mihi ferè omnem substantiam abstulerūt. Quæsitum est, an si aui hæres ab his nepotibus patris sui hæredibus petat quindecim, contra voluntatē defuncti facere videatur, & an doli mali exceptione submoueatur. Respondi, exceptionē obstaturam[m].

Pendente lite de re empta, non potest cogi emptor ad pretium soluendum. Bart.

Ex quadrante hæres scriptus, à cohærede ex dodrante instituto emit portionem[n] certa quantitate: ex qua[o] aliquam summam[p] in nominibus[q] ex calēdario[r] vti daret[s], stipulanti spopondit. defuncto[t] venditore hæreditatis, testamentum falsum Septitius accusare cœpit, & hæreditatem ab emptore petijt: & ne quid ex ea minueret, impetrauit[v]. quæsitū est cognitione falsi pendente, an hæredes[x] ex stipulatu petentes[y], doli exceptione submouerentur. Respondi hæredes venditoris, si ante euentum cognitionis pergant, petere exceptione doli mali posse submoueri[z].

Conditio apposita in institutione, in legatis ex fideicommissis intelligitur repetita. Bar.

Marito & filio cōmuni ex parte dimidia[a] scriptis hæredibus, filiam suam ex priori matrimonio natam, ita hæredem instituit: Mæuia filia mea ex sex vncijs mihi hæres esto, si cum cohæredibus tuis parem rationem[b] feceris pro mea portione[c] in diem mortis[d] meæ eius actus qui pendet ex tutela tua, quā Titius pater meus[e], auus tuus administrauit. quæsitū est, an quia sub conditione instituta filia esset, si omitteret hæreditatem, vti s[ua]luam tutelæ actionem haberet, legata quoque sibi à matre data cōsequi posset. Respōdi secūdū ea, quę proponerentur, eam, de qua quæritur, contra

h Pater.] scilicet rusticus.

i Promissione.] scilicet se præstaturum. & ad hoc facit. s. mandati. l. si creditor. §. si in ter. & de iure dot. cū post. §. vsuras. & .s. solu. matri. l. in insulam. §. vsuras.

k Per errorē.] quod præsumitur, quia fuit rusticanus: vt. s. de proba. l. cum de indebito. & in hoc facit. s. de iure do. l. iure succursum. §. fi.

l Promisisset.] i. tractasset. Accur.

m Obstaturam.] quia videtur voluisse eos consequi liberationem: quia dixit, recuperare non potui. ad quod facit. s. de rei vē di. l. emptor. §. ancillā & .s. de proba. l. procula. & .s. famil. erci. l. ex patre. §. intestato. & .s. de leg. ij. l. lucius §. fi. & .s. de leg. iij. l. fideicō. §. hæc verba. & ad trebel. l. qui filium. & de do. l. ex hac Accursius.

n Portionem.] i. dodrantem. Accur.

o Ex qua.] id est ex quo dodrante.

p Summam.] id est quantitatem.

q In nominibus.] consistente.

r Ex calendario.] hoc enim & vēditori: quia liberatur à creditore hæreditario: & debitori eidēque emptori ꝓficiebat. & facit. s. de le. iij. l. qui filium.

s Daret.] creditori hæreditario, cuius erat calendarium. vel dic, ꝙ erat hæreditarium, in quo continebatur etiam debitum à defuncto. vel dic quòd dicit se soluturum de debito, quod debet debitor hęreditarius scriptus in calendario defuncti. & secundum hoc concordat inferior glos. Accursius.

t Defuncto.] hoc si contingit.

v Impetrauit.] quod faciendum fuit: vt. s. de peti. hære. diuus. Accursius.

x Hæredes.] scilicet venditoris. Accursius.

y Petentes.] scilicet pretium. Accur.

z Submoueri.] nisi dent fideiussores de euictione: vt. s. de peric. & commo. rei ven. l. pe. §. j. & .C. de euic. l. si post. hic enim non dabat: & ideo emptor non debet nomina cedere. sed certè neque potuit: quia impetratum fuit, vt non diminueret aliquid ex hæreditate. & hoc secundum tertiam expositionem superiorem.

a Dimidia.] id est sex vncijs. Accur.

b Ratione.] i. eos nō cōuenias act. tutelæ pro parte qua hæredes sunt. nā pro tua parte extiguit actio: vt. C. de hęre. act. si adulta. Ac.

c Portione.] fuerunt enim & alij hæredes aui præter hanc, quorum parte non curauit liberari. Accur.

d Mortis.] id est cūm fuero mortua. Accur.

e Meus.] cuius hæres sum. Accursius.

† al. præstā das. al. qua si vs. præteritas debe ret. alias, quasi vsuras per singulos an. nos præstādas. &c.

† Ludouicus Ro. in suis singul. fo. xix. singu. dxxix. dicit hic casum esse singularem ad hoc, vt si le gatum sit factum filio debitoris cum his verbis, & plus tibi reliquissem si pater tuus mihi soluisset id quo mihi tenetur: per hoc inducitur liberatio debiti patemi ipso existente hærede. ad quę nostrū textum est tamē aduertendū dili geter: put aliquādo vl dere potestis hic in [illegible] Bolo. cuius verba pos sent adduci pro declaratione text. sed causa breuitatis supprimitur.

a ¶ Voluntatem.] quia etiam in legato videtur repetita cōditio: & sic non obstat. ʃ. de lega. j. qui filiabus. quæ est contra. & pro hoc. ʃ. de cōdi. & demōstra. auia. itē eadē ratione nō ob. ʃ. de leg. j. l. filio.
b ¶ Exceptionem.] sed videtur q cōditione defecta, ipso iure deficit actio. sed hoc vbi est expressa conditio: secus si tacita. vel forte vtrobique eadem est ratio: & hic, dic exceptione, scilicet doli de facto. vel refert inter 10 cōditiones negatiuè positas, in quibus mutiana cautio, scilicet de restituendo legato si contra cōditionē fecerit, solebat interponi, vt etiam interposita cautioē obstet exceptio petenti, si velit contra conditionē venire: vt hic. talis enim erat hæc cōditio, si nō egeris actione tutelæ. qualiacunque igitur verba fuerint: hic cōsonāt. & facit. ʃ. de cōditio. & demonstra. si cui.

voluntatem[a] petere, & ideo exceptionem[b] doli obstaturam.

TITVLVS V.

Quarum rerū actio non datur: & de exceptione iurisiurandi.

Vlpianus LEX I.

Iusiurandum vicē rei iudicatæ[c] obtinet, non immerito: cum ipse quis iudicē[d] aduersarium suū de causa sua fecerit, deferendo ei iusiurandum. ¶ Si pupillus sine tutoris authoritate detulerit iusiurandum, dicemus non obstare[e] exceptionē istam[f]: nisi tutore auctore in iudicio[g] delatio facta sit. ¶ Si petitor fundi iusiurādū detulerit aduersario, vt si auctor eius iurasset suum fundum se tradidisse, ab ea controuersia discessurus[h]: exceptio possessori[i] fundi dabitur.

¶ *Pro se tantum iurans, sibi tantum parit exceptionem: secus si in rem iuret. h. d.*

¶ Si fideiussor iurauerit, si quidē de persona sua tantum iurauerit, quasi se non esse obligatum[k]: nihil reo proderit. si verò in rem[l] iurauerit: dabitur exceptio reo quoque.

¶ *Dominus seruum qui negotia sua gessit manumittens potest à libero facto stipulari, quæ sibi debet ipse seruus de negotijs gestis. h. d.*

¶ Si manumisero eū seruum, qui negotia mea gesserat in seruitute: deinde stipulatus ab eo fuero, qui negotia mea gesserat, quicquid ob eam rem[m], si tunc[n] liber fuisset, eū mihi dare oporteret, id dari: deinde ex stipulatu agam: non submoueri me exceptione. neque enim oneratum se hoc nomine potest quæri libert⁹, si lucrū abruptum[o] ex re patroni non faciat.

¶ *Imposita à patrono liberto causa onerandæ libertatis, peti non possunt, siue statim, siue ex interuallo imposita sunt: & declarat dictum suum dilucide usque ad finem legis per diuersos casus: & in. §. si seruus. in. l. sequen.*

¶ Quæ onerandæ† libertatis causa stipulatus sum, à liberto, exigere non possum[p]. Onerandæ autem libertatis causa facta, bellissimè[q] ita definiuntur, quę ita imponūtur liberto, vt si libertus patronū offenderit, petātur ab eo, semperque sit metu exactionis ei subiectus[r]: propter quem metū quiduis sustineat patrono præcipiente. In summa, si incontinenti[s] im

¶ QVARVM RERVM ACTIO 30 non datur. ¶ Quandoque à prin. non nascitur actio, ut in turpibus: ut infra de uerbo. oblig. generaliter. & l. sequen. quandoque nascitur, sed inefficax: ut cum dolus uel metus interuenit: ut. C. de inutilibus stipula. dolo. quandoque efficax, 40 sed postea fit inefficax, ut per pactum uel similem causam: ut ʃ. ti. j. & ij. & iij. & iiij. non ergo de omnibus hic tit. dicit: sed de quibusdam & inordinatè.

Iusiurandū.] CASVS. Iusiurandum habet similitudinē cum sententia. nam qui defert iusiurandum aduersario, facit eum iudicem in causa sua. Secundo dicit. pupillus detulit iusiurādum aduersario: & iurauit se non debere. si agat pupillus tutore auctore ad illa. x. non obstat ei exceptio iurisiurandi, nisi illud iusiurandum detulisset tutore auctore. Tertio dicit. cùm peterem à te fundū quē possides, & dicis te emisse à Titio domino fundi: & tale pactū tecū feci q discedā à petitione fundi si Titius iuret suum fundum tibi vendidisse, & tradidisse: si hoc iurat Titius, & petā ammodo à te fundū: 60 opponitur mihi exceptio. Quarto dicit. aut fideiussor meus de se tātū iurauit se nō esse obligatū. i. non fideiussisse: & hoc nō prodest mihi. si autē iurauit pecuniā nō fuisse numeratam, vel iurauit solutā fuisse: tunc prodest mihi: & dabitur mihi exceptio ex iuramento eius. ¶ Si manumisero.] Stichus seruus meus gessit negotia mea, & malè. eū manumisi. postea stipulatus sum ab eo mihi dari tantū, inquātū teneret si liber existēs gessisset bona mea prædicto modo. dicit q ex hac ꝑmissione tenetur, nec videor causa libertatis onerandę prædicta stipulatus, cùm velim eum lucrari de meo. ¶ Quæ onerādæ.] Quæ stipulat patronus à liberto causa libertatis onerā70 dæ, nō potest petere: vt si promisit libertus patrono dare. x. pro qualibet vice qua eū offendet, & sic propter hoc libertus semper sit in metu, & quicqd mali facit sibi patron⁹, sustineat libertus. & hoc est verū, qū iuxta manumissionē patronus stipuletur prædicta, vel similia pacta fiāt. si autē ex interuallo. i. dudū post manumissionem prædicta stipulet patronus à liberto, bene tenet libertus: cū spontè videatur promisisse: nisi nimia patroni reuerentia ductus, vel metu hoc promisit. nam & hoc casu habet libertus excep. ¶ Si onerādę.] Cū manumitterē Stichū, feci secū tale pactū stipu. vallatū: vt quā docūque ipse libertus offenderet in aliquo me patronum, sim socius 80 eius in bonis suis. i. bona sua sint mihi & sibi cōia. dicit q si agā cōtra eū ex prædicta cōuentione ad bona sua cōmunicāda: habet excep. Secundò dicit. exceptio, quę dat liberto, de eo, qd ꝑmisit onerādæ libertatis causa: cōpetit & eius fideiussori. itē ei, q pro liberto se principaliter obligauit. itē defensori liberti. itē hæredi eius. nec est vis siue fuerit promissum patrono, siue alij volūtate patroni. si autē patron⁹ delegauit libertū creditori suo in eo, qd libert⁹ debebat ex promissione libertatis causa facta: tūc debitor delegatus tenet cū effectu: sed libertus per condi. hoc repetet à patrono. Vltimo dicit, hæc exceptio de eo quod libertatis onerādæ causa promissum est, cō petit liberto. item eius hæredi. item competit contra patronum, & eius hæredem. Fran.

c ¶ Iudicatæ.] hoc dicit vt. ʃ. de iureiuran. l. ij.
d ¶ Iudicem.] impropriè: & sic supple quasi sic. C. de fidei. l. quęstionem. & sic non ob10 stat. C. ne quis in sua causa. l. j. vel illud in cōtentiosis iurisdictionibus: hoc in voluntarijs. ar. ʃ. de adop. l. iij. & fac. ʃ. de confes. l. j. prima placet.
e ¶ Non obstare.] qa replicatur etiam sine restitutione: vt. ʃ. de 20 iureiuran. l. iusiurandum. §. j. quę est cōtra. & fa. ʃ. de pactis. l. contra iuris. in prin. Ac.
f ¶ Istam.] scilicet iurisiuran.
g ¶ In iudicio.] idem si extra: vt. ʃ. de iureiur. l. tutor. & argu. ʃ. de adminiʃt. tuto. quo 30 ties. §. nec vtique. & arg. ʃ. manda. l. idemque. §. fideiussores.
h ¶ Discessurus.] fuit ergo pactū de non agē do sub cōditione, si talis iurauerit: quod valet existēte cōditione: vt. ʃ. de iureiuran. l. si quis cum debitore: & 40 sic non obstat argu. contra. ʃ. de diuer. & tempo. præscript. l. pe. §. penul.
i ¶ Possessori.] dubitatio erat, an idem in reali actione quod in personali, vt possit iusiurandum deferri, vel an iusiuran. alterius 50 alteri prosit: sed & pacti dari potest: vt. ʃ. de pac. si tibi. §. pactum.
k ¶ Non esse obligatum.] id est se non fideiussisse. Accur.
l ¶ In rem.] s. pecuniam non esse numeratā, vel solutam fuisse: cū sic ei defertur: vt. ʃ. de iureiuran. duobus. §. ij. & l. fi. §. si fideiussor. secus si pactum sit fideiussori: quia tunc demū reo prodest, si hoc agatur. vt. ʃ. de pact. l. fideiussoris. & l. videlicet. Sed quid in dubio? Rn. de toto iurasse videtur. vt. ʃ. de iureiuran. l. fi. circa prin. cū locum solutionis obtineat: vt. eo. titu. l. duobus.
m ¶ Ob eam rem.] id est ob gestionem.
60 n ¶ Si tunc.] scilicet cum gereret.
o ¶ Abruptum.] i. surreptum à liberto ipsi patrono, vel ecōtrà, ipsi liberto ereptum per stipu. patroni: & ad hoc. ʃ. quę in frau. cre. quæ autem. §. simili. & l. fi. circa princ. Item idem intelligo secundū Azo. si non fieret lucrum: sed malè administrauit dolo vel culpa: argu. ʃ. de nego. gest. cum actum. & l. at qui. & facit. ʃ. de manu. testa. l. seruum. & C. de li. cau. l. fi. & C. an seruus ex suo facto. l. promisisse. Sed quæ erat dubitatio? Respon. secundum Io. & quia causa onerandæ libertatis, & quia sicut de nego. gest. non tenetur, ita nec de stipu. sed per eo interposita. venit ergo in hanc stipulationem quantum eum 70 ex bona fide pręstare oportet. & hoc videtur promittere: vt & alias. ʃ. loca. l. quæro. circa prin.
p ¶ Non possum.] vt & C. de ope. liber. l. si qua. in fi. Accur.
q ¶ Bellissimè.] i. pulchrè. & bene differentia assignatur: sed certè imò non bene aperit: dic ergo: aut stipulatur aliquid simpliciter patronus incontinenti: vel ex interuallo annuum vel menstruū vel semel pręstandū: & tunc potest peti quasi donum, vel munus, vel opera. Si autem non simpliciter, ne animo exigendi simpliciter, sed si patronum in aliquo offenderit: tunc demum exigat, non aliàs. tunc dicitur causa libertatis onerandæ imponi: vt hic subijcit, & j. e. l. fi. in 80 fi. hoc tamen distincto: quia si incontinenti hoc modo stipuletur, præsumitur satis causa onerandæ libertatis promissum. si autē ex interuallo promittitur, eodem modo imputet sibi libertus, nisi probet quòd nimia reuerentia, & amore, quem habuerat in patronum, sic promisit, vt hic subijcit: & ita ex eo, quod ex interuallo fit, transfertur onus probandi in libertum. Accur.
r ¶ Subiectus.] scilicet patrono. Accur.
s ¶ Incontinenti.] id est tempore, quo manumittitur.

† Iste. §. facit in ar. ad id quod no. in ꝓemio prag. sanc. glos. super verbo Carolus. citra. medium. ubi loquitur de possessione violenta.

Liberto.

positũ quid sit liberto[a] quod ἀπε-ωρούμενου† oneret eius libertatem. dicendum est exceptioni locũ fore. Sed si post interuallum, habet quidem dubitationẽ (quia nemo cogebat eum[b] hoc promittere) sed idem erit probandum: & hoc tamen causa cognita, si liquido appareat libertũ metu solo[c], vel nimia patroni reuerentia ita se subiecisse, ✳ vt vel pœnali quædã stipulatione se subijceret. ✳ ¶ Si onerandæ libertatis[d] causa societatem libertus cum patrono coierit, & patronus cum liberto pro socio[e] agat: an hæc exceptio sit necessaria? Et puto ipso iure tutũ esse libertum[f] aduersus exactionẽ patroni. ¶ Exceptiones onerandæ libertatis causa, sicut & cæteras[g] exceptiones, fideiussori non esse denegandas, sciendum est: nec ei[h] quidem qui rogatu liberti reus factus[i] est: sed nec ipsi liberto[k], siue procurator ad defendẽdum à reo[l] datus fuerit, siue ei[m] hæres extiterit[n]. Cùm enim id propositum sit prætoris, in huiusmodi obligationibus reo[o] succurrere: non seruaturum propositũ suum nisi fideiussorem quoque, & eum, qui rogatu liberti reus factus fuerit[p], aduersus patronum defenderit. Etenim parui refert, protinus libertus patrono cogatur dare: an per interpositam fideiussoris vel rei[q] personam. ¶ Siue autem ipsi patrono sit promissum, siue alij voluntate patroni: onerandæ libertatis causa videtur factum: & ideo hæc exceptio locũ habebit[r]. Quod si patronus libertum[s] suum protinus† delegauerit creditori: an aduersus creditorem cui delegatus promisit libertatis onerãdæ causa, exceptione ista vti possit, videamus. Et Cassius existimasse Vrseium refert, creditorem quidem minimè esse submouendum exceptione, quia suum receperit: veruntamẽ libertum à patrono posse condicere, si non transigendæ controuersiæ gratia id fecerit[t]. ¶ Item si libertus[v] debitorem suum patrono delegauerit: nulla exceptione submouendus patronus[x] est: sed libertus à patrono per conditionem[y] hoc repetet. ¶ Hæc exceptio non tantùm ipsi liberto, verùm successoribus[z] quoque liberti danda est: & versa vice hæredem[a] patroni submouendum, si hoc persequatur, sciendum.

✳Paulus. LEX II.

SI filiofamiliàs delatum sit iusiurandum, & iurauerit patrem suum dare non oportere: danda est patri exceptio[b]. ¶ Si in alea[c] rem † vendam[d] aut ludam[e]: si euincatur, de euictione teneri non debebo: & si euicta re conueniar, exceptione submouebitur emptor. ¶ Si seruus promittat domino pecuniam, vt manumittatur, cùm aliàs non esset[f] manumissurus dominus: eamque liber factus spondeat[g]: dicitur non obstare exceptionem patrono, si eam petat. non enim onerandæ libertatis caussa hæc pecunia promissa est: alioquin iniquum esset[h]: dominum seruo carere, & pretio eius. Toties ergo onerandę libertatis caussa pecunia videtur promitti, quoties sua sponte domin⁹ manumiserit, & propter eã velit libertum pecuniam promittere, non vt exigat[i] eam, sed vt libertus eum timeat, & obtemperet ei.

✳ al. Iuli.

a ¶ Liberto.] promittenti prædicto modo.
b ¶ Eum.] scilicet libertum. Accursius.
c ¶ Metu solo.] aliter accipitur hîc metus quàm. C. de transac. interpositas. & not.[a] hîc arg. quòd mulier quæ rem suam vẽdidit, vel hypothecauit: si renunciauit metu, vel reuerẽtia, quòd possit reuocare. Idem de clerico, qui metu & reuerentia episcopi renunciauit præbendę, licet nõ 10 interueniat corporis cruciatus. Accur.
d ¶ Libertatis.] puta si in aliquo me offenderis, ero socius tibi in bonis tuis. i. mihi & tibi sint cõmunia: vt arg. j. de bonis lib. l. j. §. fi. vel dic, erimus socij te ponente cen-20 tum in societate: & ego ponam tandundẽ: cum hoc patrono expediebat: quia libert⁹ bene scit negotiari.
e ¶ Pro socio.] ad cõmunicanda bona secũdum primum casum: vel ad conferendum secundum alium, cum 30 offenderit in aliquo libertus patronum: sic enim agitur ꝑ socio: vt not. s. communi diui. l. j. Accur.
f ¶ Libertũ.] quia cõtractus est bonæ fidei: sed in cõtractibus stricti iuris, vt in stipulatione obligatur, sed 40 excep. habet: vt. s. §. quæ onerãdæ. & infrà prox. §. & fa. s. de ope. lib. l. labeo ait. Accur.
g ¶ Cæteras.] rei cohærentes: vt. s. de excep. l. exceptiones. §. j. & C. de exceptio. l. defensiones. & ad velleia. l. mulierem.
50 h ¶ Nec ei.] scilicet denegandas. Accur.
i ¶ Reus factus.] est transferẽdo in se obligationem vel totam, vel eius partem: qui dicitur expromissor vt. s. de dolo. l. & eleganter. §. seruus. Accur.
k ¶ Liberto.] scilicet 60 non esse denegãdas.
l ¶ A reo.] id est exꝓmissore. Accursius.
m ¶ Siue ei.] scilicet expromissori.
n ¶ Extiterit.] libertus.
o ¶ Reo.] id est liberto. Accursius.
p ¶ Factus fuerit.] 70 trãsferẽdo in se obligationem: vt. s. dixi.
q ¶ Vel rei.] qui rogatu liberti principaliter se obligauit. vt. C. de vsu rei iudi. l. fi. §. fi. & s. de pac. l. quod dictum. Accursius.
r ¶ Habebit.] s. de condi. inde. si non sortem. §. libertus. contra. Sol. ibi debebantur patrono siue officiales, siue artificiales. hîc non cum effectu.
s ¶ Libertum.] facit. s. ti. j. purè. §. si cum. & quod ibi not.
t ¶ Id fecerit.] i. quod promiserat creditori patroni.
v ¶ Itẽ si libertus.] conuersus casus ad superiorem: sed tamen idẽ 80 iuris est.
x ¶ Patronus.] sed cur secus in fideiussore & expromissore: vt suprà. §. exceptiones. qui excipiunt: vt ibi. sed hîc, debitor delegatus non excipit: quia huius non interest, cùm cuicunque soluat, liberatur: at illi aliâs non tenentur, & interest eorum potius non soluere, quàm solutum patrono à liberto repetere: vt. j. de fideiusso. si stipulatus esses. in prin.
y ¶ Per cõdictionẽ.] sine cã, vel certi: vt ar. s. si cer. pet. l. si & me.
z ¶ Successoribus.] in vniuersum ius: secus in singulari: vt. s. j. rñ.
a ¶ Hæredem.] secus in successore singulari: vt. s. §. siue aut m. in fine.

SI filiofa.] CASVS. Filius iurauit deferente aduersario patris patrem non debere. x. quæ ab eo petebantur. dicitur ꝙ hæc except. prodest patri. ¶ Si in alia.] Pone casum vt in gloss. quæ incipit, puta &c. ¶ Si 10 seruus.] Seruus promisit mihi. x. vt eã manumittã. & manumisi. & liber factus eadẽ x. mihi ꝓmisit. Dicit ꝙ tenet. nec videtur libertatis onerandæ causa promisisse. tunc enim videtur promissum causa libertatis 20 onerandæ, quando aliquid stipulatur patronus non animo exigendi, sed vt libertus eum timeat, & optemperet ei. Francis. Accursius.
b ¶ Exceptio.] vt. s. de except. l. fina. & s. de iureiuran. l. quan-30 to magis. Quid autem econtrà, si pater iurat filium dare non oportere? Respon. forte datur exceptio filio, argumen. j. de verborum obligat. quodcunque. §. si ita quis. secundum Hugo. imò sine fortè: vt. s. de iure 40 iuran. qui iurasse. §. pater. Accur.
c ¶ Si in alea.] intelligo aleam esse ludum. Sunt enim quidam cõcessi. vt. s. de ale. l. antepe. & penul. & fi. vn de cũ non cõmittitur iuribus fortunæ: non habet locum quod hîc 50 dicitur de venditione secũdum Hu. Item & cùm committitur, & nõ est prohibitum, vt ad vnum caponem. non habet similiter locum. & facit. s. de proba. l. in exceptiõibus. in fi. Accur.
d ¶ Vendam.] puta si 60 vicero, vendas mihi fundum Titianum: & si viceris vẽdam Sempronianum pro decẽ tibi. vel ipsam rem tibi vendidi: & pretium lusi, vel ipsam æstimatam lusi. vel dic venturo filio principis, cùm putarem ab eo proijci 70 in vulgus, vendidisti mihi quasi in aleam fortunæ illud quod eras accepturus: & quod posteà accepisti, mihi dedisti, & est euictum: non teneris: argu. s. de contrahen. empti. l. nec emptio. & de act. emp. l. ex empto. §. fi. ibi, quemadmodum &c. vel secundum R. vendo ego ludens, & pretium mihi ludenti soluis: quod perdo. de euic. non teneor: sicut nec tu vsucapis: vt. s. pro empto. l. siquis cùm sciret. & intelligebat etiam in ludo permisso.
e ¶ Aut ludam.] ipsam rẽ: vel æstimationẽ: vel inæstimatã: & intelligo hoc casu quãdo inæstimatã etiã in ludo permisso secũdũ Ro.
80 f ¶ Non esset.] maximè. Accur.
g ¶ Spondeat.] idẽ si non spopondisset. nam hoc casu etiam ex promissione in seruitute facta tenet: vt. C. an seruus ex suo facto. l. iij. qđ est speciale cõtra regulã primę. l. in eo. ti. & facit. s. de li. cau. l. fi.
h ¶ Alioquin iniquum esset.] Not. sic. s. de act. em. l. ex empto. §. ibidẽ. & s. de cõd. cau. data, si pecuniã. §. quod distracturus. Accur.
i ¶ Non exigat.] purè, & non expectata conditione: vt. hîc fuit. & facit. e. l. j. §. quæ onerandæ. & quod ibi not.

a Bald. in l. j C. de bo. ma. in vlti. col. & Alc. hîc ĩ apost. ad Bart. istã gl. singu. reputarũt ad hoc ꝙ silentiũ propter patris reuerentiam interueniens censetur traditio. & nimia reuerẽtia & metus æquiparantur. sed glo. secũdũ eos est nimis restricta: quia nõ magis loquitur in patre vel filio quã in alijs quos timere oportet. Bolo.

† id est imminens.

✳ totũ hoc in exem. germanico nõ habetur.

† in scriptis multis exẽ. nõ habetur vox protinus.

† Iste est casus sing. secũdũ Bart. in cuius intellectu ipse multum ac multum laborat circa vnum: vtrũ venditio rei facta in ludo valeat vel non: de quo te remitto ad eũ & ad dicta hîc in interpreta. Bol.

TITVLVS VI.

De litigiosis.

Vlpianus LEX I.

Litigiosam rem non facit denunciatio [a] quæ impediendæ venditionis causa fit.

Lis duorum primi & secundi non facit rem litigiosam: quæ uenditur ab eo, qui litẽ pro ea re nõ patiebatur. h. d.

Si inter primum & secundum lis contestata sit [b], & ego à tertio emero, qui nullam controuersiã patiebatur: videamus an exceptioni [c] locus sit. Et putem subueniẽdum mihi: quia is, qui mihi vendidit, nullam litem habuit: & quia [d] potest fieri vt duo in necem eius litẽ inter se iungant [e], qui cũ ipso litigare non poterant [f]. Si tamen cum procuratore, tutore, curatoréve alicuius acceptum iudicium sit: consequens erit dicere, quasi cum ipso [g] litigetur, ita ad eum exceptionem pertinere [h].

Ad hoc ut res fiat litigiosa. inspicitur scientia siue ignorantia eius, qui emit, & non eius, cui acquiritur. h. d.

* Iulianus LEX II.

Si seruus, cum emeret [i], sciuit, ignorauit autem dominus: vel contrà: videndum est, cuius potius spectanda sit scientia. Et magis est vt scientia inspicienda sit eius, qui comparauit: nõ eius, cui acquiritur: & ideo pœna litigiosi [k] competit: sic tamen, si non mãdato domini emit. nã si mãdato [l], etiam si sciuit seruus, dominus autem ignorauit, scientia nõ nocet: vt & Iulian⁹ in re litigiosa scribit.

Patitur pœnam dupli, qui rem litigiosam consecrat, uel dedicari facit. Item æquũ est eum commodum percipere pœnæ cõmissæ, qui damnum substinuit. h. d.

Paulus. LEX III.

Rem de qua controuersia est, prohibemur in sacrum dedicare: alioquin dupli pœnã [m] patimur, nec immeritò [n]: ne liceat quoquo modo duriorem aduersarij conditionem facere [o]. Sed duplum, vtrum fisco, an aduersario præstandũ sit, nihil exprimitur. Fortassis autem magis aduersario præstandũ sit: vt id veluti solatium habeat pro eo, quòd potentiori aduersario traditus est [p].

TITVLVS VII.

De actionibus & obligationibus.

Hæc lex multum artificialiter procedit per diuisiones obligationum. & diuiditur cum duabus. ll. seq. & prin. quartæ in sex partes. In prima, ponit primam diuisionem obligationum. In secunda, subdiuisionem. In tertia, declarat quomodo contrahitur obligatio re. In quarta, quomodo cõtrahitur uerbis. Quinto, quomodo consensu. Sexto, ponit & declarat quomodo contrahitur obligatio ex maleficijs. secunda ibi, Obligationes. tertia ibi, Re contrahitur. quarta ibi, Verbis autem. quinta in. l. sequen. sexta in principio. l. quartæ, usque ad. §. siquis absentis. & textus est planus.

* Paulus. LEX I.

Obligationes aut ex contractu nascunt̃, aut ex maleficio, aut proprio quodam iure [q] ex varijs causarum figuris [r]. ¶ Obliga-

DE LITIGIOSIS. *Quia & hæc est exceptio: ideo iste tit. hic ponitur post alias exceptiones.*

Litigiosam.] CASVS. Eoipso ꝙ denuncio Titio ne Stichũ seruum, quẽ possidet vendat: licet posteà vẽdat, non fit res illa litigiosa. Secundo dicit. primus petebat à secundo Stichum seruũ, & lis est de hoc contestata. emi istũ Stichũ à quodã Titio. c. est mihi traditus: & postea eũ desij possidere: nunc eũ petere volo à possessore. Dicitur ꝙ non obstat mihi exceptio litigiosi. & redditur ratio in littera. Tertio dicit. emi Stichũ ab eo cum cuius tutore vel curatore vel procuratore agebatur ad illum Stichũ. & est mihi tradit⁹ ille stichus. & postea desij possidere eũ dicitur ꝙ si volo petere illũ stichũ, repellar excep. litigiosi si sciẽs litigiosum eũ emi. Frã.

Denunciatio an inducat malam fidem.

a Denunciatio.] facta fuit venditori: vt hîc, &. C. e. l. j. in fi. idẽ si emptori: vt. C. de rescin. vẽdi. l. si maior. Sed an inducat malã fidẽ? Rñ. sic, si cœperit habere malã fidem, aliâs nõ: vt. ff. de mino. l. tutor. &. ff. qđ fal. tut. autho. l. si id inquit. & secundũ hoc intelligitur. C. de rei vendi. l. si fundũ. In casu fortè p̃sumit̃ mala fides: vt. ff. quæ in frau. credi. ait p̃tor. §. ita demũ. Acc.

* Vlpia. lib. 7.

b Contestata sit.] hodie nõ est opus contestatiõe: vt in authẽ. de lit. in prin. nisi personali actione fortè: vt. C. eo. l. ij.

c Exceptioni.] exceptionẽ patitur, qui rem litigiosam emit: quia si cecidit à possessione, & petit eam ab aliquo, obstat exceptio rei litigiosæ. & facit. ff. quæ res pig. ob. pos. l. j. §. eam rem.

d Quia.] aliâs ꝙ id est quia.

e Iungant.] fortè etiam simulatè: arg. suprà de transac. cùm hi. §. si cum is. Accur.

Litigiosi vitiũ nõ afficitur.

f Non poterant.] id est difficile erat. Et not. hîc, quòd vitium litigiosi non afficit rem. aliâs noceret cuilibet: vt furti vitium. Acc.

g Cum ipso.] minore, vel domino: vel furioso. Accur.

h Pertinere.] emi ergo ab eo, cum cuius tutore vel cura. vel procura. agebatur. repellar exceptione si sciens emi rem litigiosam: vt infrà. l. proxi. & agam nunc contra aliquem possidentem: & sic est in rem ex parte opponentis hæc exceptio: sicut exceptio doli: vt suprà de doli excep. l. ij. §. j.

Si seruus.] CASVS. Seruus meus emit rem litigiosam: & ipse sciebat rem litigiosam, ego non. vel econtra. dicitur ꝙ sciẽtia serui inspicitur, non mea domini: vt si sciuit noceat mihi vitium litigiosi. & hæc sunt vera, quando sine meo mandato emit. si autem meo mandato emit: hoc casu inspicitur mea scientia, vel ignorãtia, non serui. Fran. Accur.

i Cum emerit.] rem litigiosam, & nomine peculiari: vel domini eo sine mandato domini Accur.

k Pœna litigiosi.] id est repellitur exceptio. qui emit: si à possessione cadat, & vendicet. non enim erat illa pœna statuta per leges istas: sed hodie statuitur: vt. C. eodem. l. fi. & facit. ff. de publi. l. eum qui. §. in hac. in fi. & suprà de contrahen. emp. l. in huiusmodi. &. ff. de vsucap. sequitur. §. labeo.

l Si mandato.] imò & si mandatũ interuenit, debet inspici serui scientia: vt. ff. de ædil. edic. l. cũ mancipiũ. ibi, & certũ incertũve. quę est contra Sol. hîc, de certo emendo mandauit, puta Sticho: quo casu ipse dominus videtur emisse. ibi mãdauit in genere. puta emas quẽdam talem seruum ad tale opus faciendum. Alij dicunt hîc, domino præsente, ibi absente. & facit. ff. de iur. & fac igno. l. iniquissimũ. &. ff. quod vi aut clam, si opus. §. j. &. ff. de cõtrahen. emp. sed & si seruus. &. ff. de lib. cau. l. imò Accur.

Rem de qua.] CASVS. Si de re aliqua est tibi mota lis à me, & tu eã dedices, teneris in duplum. nam iniquũ esset per te fieri duriorẽ mihi aduersarium sine pœna. & hoc duplum mihi dabitur. & redditur ratio. Fran. Accur.

m Pœnam.] non inuenio in alio casu pœnam statutam: nisi quæ statuitur hodie. C. e. l. fi. quæ est cõtra.

n Nec immeritò.] scilicet statuimus pœnam dupli: vt sic terreantur homines à talibus. Sed quæritur an fiat religiosa? Respon. nõ, si aliena erat: & hoc innuit in fine huius. l. sicut nec religiosam facit quis rem alienam: vt insti. de rerum diui. §. religiosam.

o Facere.] fit deterior si fiat religiosa, vel si fiat sacra, quantum in eo est: si etiam adiungeretur ædibus cùm esset tignum. vt. ff. de rei vendi. in rem. §. tignum. Item si fiat alienatio in potentiorem, arg. ff. si ex noxa. causa. l. j. §. j. non tamẽ hîc dupli pœna locum habet, nisi in casu quem hæc lex ponit. Accur.

p Traditus est.] s. actor. Accur.

* Caius li. 2. Aureorum.

DE ACTIONIbus & obligationibus.

Obligationes.] CASVS. Obligationes quędam nascũtur ex contractu: quædam ex maleficio: quædam ex varijs figuris causarum. quod vltimum expone, vt in glos. hîc posita. quæ incipit quæri consueuit &c. Secũdo dicit, ꝙ oblig. quę nascuntur ex cõtractu, quędam fiunt re, quædã verbis: quædã literis: quædã consensu: De obliga. quæ fiũt re, dat quatuor exempla. s. in mutuo. item in commodato. item in deposito. item in pignore, quod datur creditori: nam est obligatus ad rem reddendam soluto debito. Sequitur de obliga. quę fit verbis: & primo qualiter fiat. nam fit ex interrogatione & responsione cũ quid dari fieriúe nobis stipulamur: & quãdoque quis obligatur suo nomine: quàdoque alieno, & iste vocatur fideiussor. Posteà dicit ꝙ cũ stipulor aliquid dari quod dari nõ potest: vt liberũ hominem, vel rẽ sacrã, nõ valet stipulatio. itẽ si rem meam stipulor mihi dari. idem si sub impossibili condi. stipulor: nã non valet stipulatio. Item furiosus non potest stipulari, vel promittere. item puer, qui est talis ætatis vt non intelligat quid agat, non potest stipulari vel promittere, nisi sit talis ætatis, vt possit loqui, & habeat aliquẽ intellectũ. itẽ mutus, itẽ surdus nõ possunt stipulari vel promittere. & redditur ratio in litera. Sequitur de obliga. quæ fiunt cõsensu: vt est venditio, locatio & similes: & ideo dicũtur cõsensu, quia nõ est opus scriptura, neque literis, neque verbis. hinc est, ꝙ inter absentes possunt fieri. itẽ in eis veniunt ea, de quibus nõ est actum: vt vsuræ ex mora: & alia, de quib⁹ dic vt in gl. & hoc dicit hęc lex & seq. Frã.

Quæ sunt obligationes quæ oriuntur ex varijs figuris causarũ.

q Iure.] subaudi scilicet. Accur.

r Figuris.] Quæri cõsueuit, quæ sunt istæ obligationes quæ oriũtur ex variis figuris causarum? Respõ. quidam. illæ quę sunt ex quasi contractu, & ex quasi maleficio: & talem dicunt conditionem furtiuam

furtiuā:scilicet ex quasi cōtractu,& ex quasi maleficio: & secundū hoc sunt tm̄ tria mēbra. Alij dicunt vt H. hoc esse dictū propter cō dictionē furtiuā. quæ habet insignia cōtractuū & maleficiorū, non tamen est ex maleficio,quia datur in hæredē,vt instit. de obli. quæ ex delic. in fi. Itē nō ex cōtractu:quia nō daretur inquātū est locupletatū peculiū tantū, sed insolidū,quatenus peculiū insolidū pateret:vt.s. de pecu.l.iij. 10 §.ex causa.& secūdū H dic.s.ex cōtractu.s. vel quasi. Itē ex maleficio,supple,vel quasi: vt sit argumentatio à sufficienti partiū enumeratione:& secundū hoc sunt quinque mēbra. Vel intelligendū est de obligationibus, 20 quæ non sunt iure.s. ordinario: sed magis proprio quodā iure.i. extraordinario separato à contractu vel quasi:& maleficio vel quasi:vt actiones,quę dātur loco interdictorū:vt in interdicto qđ vi aut clam:& eo casu 30 cū datur cōtra eū,q non fecit.sed ratū habet:vel de noxa.quib^9^ conuenit dominus ex delicto serui: vel de pauperie: vel de act. quod met.cau.quæ datur contra bonæ fidei possessorē,& in similibus.de vtilibus autē 40 dico per prætores dari,nō oriri ex cōtractu,ex quo directa,vt alio facto,ex quo dat directa:vt ex albo prętoris corrupto. nā cū quis vendit actionem suā:emptori datur vtilis,non nascit.vel dic, datur vtilis nō ex illa 50 vēditiōe: sed potius ex ipso veteri cōtractu:vt no. C. de leg. ex legato,de act. in rē dic q nō nascit ex obligatione:vt insti. de act. §.j. vñ nec propriè dicitur actio,vt.j.co. actio. Itē stipulationes prætorie & interdicta 60 nō sunt ꝓpriè actiones:vt.j.co.l. actionis verbo. De actionibus quæ oriunt ex pactis incōtinenti appositis: dicūt quidā q sunt ex varijs figuris causarū: sed potest dici ex contractu,cùm sint obligatoria talia pacta, 70 vel conuentiones. Nam [a] & ipsum pactū est contractus. Accursius.

a Ista glos. est sing. secūdū Bald. in.c. quinta uallis. extrà de iureiur. ad hoc q pactū nudū est contractus innominatus. eā etiam dicit sing. pau. in l. legem C. de pac. de quo etiā vide p in con si xliiij. vbi dicit q appellatione pacti nō venit cōtractus nominatus ex cōmuni vsu loquendi.

tiones ex contractu [a], aut re contrahuntur, aut verbis, aut cōsensu [b]. ¶ Re contrahitur [c] obligatio, veluti mutui datione. ¶ Mutui autem datio consistit in ijs rebus, quæ pondere, numero, mensuráve [d] constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata: quas res in hoc damus [e], vt accipientis fiant, postea alias recepturi eiusdem generis & qualitatis. ¶ Is quoque, cui rem aliquam commodamus, re nobis obligatur: sed is de ea ipsa re [f], quam accepit restituenda tenetur. & ille [g] quidem, qui mutuum accepit, si quolibet casu, quod accepit, amiserit: nihilominus obligatus permanet [h]. Is verò qui vtēdum accepit, si maiore [i] casu, cui infirmitas humana resistere non potest (veluti incendio, ruina, naufragio) rem, quam accepit, amiserit: securus est: aliàs tamen exactissimam diligentiam [k] custodiendæ rei præstare compellitur: nec ei sufficit eam diligētiam adhibere, quam suis rebus adhibet, si alius diligentior custodire potuerit. Sed & in maioribus [l] casibus, si culpa eius interuenerit [m], tenetur: veluti si quasi amicos ad cœnam inuitaturus, argentum, quod in eam rem vtendum acceperit, peregre proficiscens secum portare voluerit & id aut naufragio, aut prædonum hostiúmve incursu amiserit. ¶ Is quoque [n] apud quem rem aliquā deponimus, re nobis tenetur [o]: qui & ipse de ea re quam accepit restituenda tenetur, Sed is etiam si rem negligenter custoditam amiserit, securus est. Quia enim nō sui gratia accepit, sed eius, à quo accepit: in eo solo tenetur, si quid dolo perierit. negligentiæ verò nomine ideo non tenetur, quia qui negligenti amico rem custodiendam committit: de se queri [p] debet. magnam tamen negligentiam [q] placuit in doli crimen cadere. ¶ Creditor quoq;, qui pignus accepit, re tenetur [r]: quia & ipse de ea re quam accepit restituenda tenetur. ¶ Verbis [s] autem obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cùm quid dari, fierive nobis stipulamur.

¶ Sed aut proprio nomine quisq; obligatur, aut alieno. Qui autem alieno nomine obligatur, fideiussor vocatur [t]. & plerunque ab eo quē proprio nomine obligamus, alios accipimus, qui eadem obligatione [v] teneantur: dum curamus, vt quod in obligationem deduximus, tutius nobis debeatur. ¶ Si id, quod dari stipulemur [x], tale sit vt dari non possit [y]: palàm est, naturali ratione inutilem [z] esse stipulationem: veluti si de homine libero, aut iam mortuo vel ædibus deustis facta sit stipulatio inter eos, qui ignorauerint [a] eum hominem liberum esse, vel mortuum esse, vel ædes deustas esse. ¶ Idem iuris est, si quis locum sacrum, aut religiosum dari sibi stipulatus fuerit. Nec minus inutilis est stipulatio, si quis rem suam, ignorās suam esse stipulatus fuerit. Item sub impossibili conditione [b] factam stipulationem constat inutilem esse. ¶ Furiosum (siue stipuletur, siue promittat) nihil agere, natura [c] manifestū est. Huic proximus est, qui eius ætatis est, vt nondum intelligat [d] quid agatur. sed quo [e] ad hunc, benigniùs acceptum est. Nam qui loqui potest, creditur [f] & stipulari, & ꝓmitte-

a ¶ Obligationes ex contractu.] impropriè ponitur: vt.j. de verbo signi.l. labeo. Accursius.

b ¶ Consensu.] quartū membrū, scilicet literis, nō ponitur: quia iure ciuili fuit introductus: & sic per has leges incognitus: vel q. non est frequens: vel dic q sub hoc verbo.s. verbis, cōtinetur. nā verborū obligatio aliàs enunciatiuorū.i. sine literis. aliàs in scriptis. sed instit. eo. ponitur hoc membrum. Accur.

80 c ¶ Re contrahitur.] hæc & sequētia expone: vt insti. qui. mo. re contrahi. ob. per totum. & caue tibi: quia hîc nō ponit de indebito inter obligationes ex cōtractu: licet in insti. ponat: sed inter eas, quæ sunt ex quasi contractu: vt.j.l. ex maleficio. §. is quoque. Acc.

d ¶ Mensurave.] de his dixi.s. si certum peta.l.ij.§.j. Accur.

e ¶ Damus.] ex proposito. tamen sæpe easdem res recipimus etiam ignorantes. Accursius.

f ¶ Ipsa re.] in hoc differt à mutuo: & dic vt instit. eo. §.ij. Accur.

g ¶ Et ille.] secunda differentia.

h ¶ Permanet.] vt & C. si cert. pet.l. incendium. præterquā traiectitia: vt.s. de nauti. fœ.l. nautica. sed hoc nō est ex natura mutui: sed pacti: vt.s. de nauti. fœ.l.j. Item excipe.s ti.iij. si opera. Accur.

i ¶ Si maiore casu.] id est fortuito. Accur.

k ¶ Diligentiā.] hoc distingue vt.s. cōmo.l. si vt certo. §. interdū. & facit lex, in rebus.

10 l ¶ In maioribus] scilicet fortuitis. Acc.

m ¶ Interuenerit.] scilicet casus.

n ¶ Is quoque.] dic vt insti. eo. §. pręterea.

o ¶ Tenetur.] nisi ita posita sit, vt certa quātitas reddat: tūc egreditur suos terminos: 20 vt.s. depo.l. lucius.

p ¶ Queri.] i. sibi imputare debet: vt insti. eo. §. penul. Accur.

q ¶ Negligentiam.] i. latā culpā: vt.s. depositi.l. qđ nerua. & facit.s. ad treb.l. mulier. §. sed enim. & .s. de suspec. tut.l. impuberi- 30 bus. §.j. &.j. de verb. signi.l. magna. sed in casibus tenetur de fortuito casu. quod dic vt s. depositi.l.j.§. sæpe euenit. Accur.

r ¶ Tenetur.] quo ad pignora: sed quo ad hypothecariam secus. nam illa cōtrahitur so 40 lo cōsensu: vt.s de pigno. act.l.j. & de hoc dic vt nota. insti. qui. mo. re cōtrahi. obli. §. fi. Accursius.

s ¶ Verbis.] hucusq; de his quæ re contrahūtur: nūc de his quæ verbis. quod dic vt in sti. de verb. ob.i. prin.

50 t ¶ Vocatur.] largissimè acceptus etiā pro expromissore quādo liberatur reus, accipitur: quia fidem suā ponit pro alio. strictè aliter: vt instit. de fideiusso. & dic vt ibi. Accursius.

v ¶ Obligatione.] 60 quantū ad rem, quæ vna est: & quia vna solutio vtranque tollit. alia est tamen vnius, & alia est alteri^9^ obligatio. & sic quo ad formam diuersæ sunt, vt in duobus reis promittendi. vt.j. de duobus reis.l.iii.§. fi. Accur.

70 x ¶ Stipulemur.] als stipulef, passiuè.

y ¶ Non possit.] vel quia non est, nec esse potest: vt chimera vel quia stipulator non habet cōmerciū propter religionis diuersitatem, vt iudeus mácipij christiani. vel ratione delicti, vt hæreticus. quibus casibus inutilis est stipulatio. aliter si promissor non habet rei comercium, stipulator habet: vt.j. ti.j.l. multum.

z ¶ Inutilem esse.] indiget enim stipulatio naturali & ciuili rōne.

a ¶ Ignorauerint.] per quod videbatur valere: sicut emptio liberi hominis valet inter ignorantes: vt.s. de cōtrahē. emp. qui officij. 80 §.j. &.l. liberi. &.l. domum. &.j. ti.j.l. nemo. & institu. de inuti. stip. §. si impossibilis. Accursius.

b ¶ Conditione.] natura scilicet vel iure. quod dic vt instit. de inuti. stipu. §. si impossibilis. Accur.

c ¶ Natura.] quia consentire impeditur.

d ¶ Intelligat.] scilicet plenissimè. Accur.

e ¶ Quo.] id est quantum. Accur.

f ¶ Creditur.] dummodo aliquem sensum habeat: & nō sit infans:

vt.j.ti.j.l.j.&.l.mulier.nisi in casu:vt.j.rem pupil.sal.fo.l.seruum.& de his duob' dixi insti.de inuti.stip.§.furiosus.&.§.pupill'.& facit. s.q.ex cau.in pos.eat,fulcini'.§.planè interdictũ.&.j.ti.j.l.fi.§.j.Ac.

a ❡ Posse.]tutore authore,vt opus est.Accur.

b ❡ Mutum.]de hoc dic vt instit.de inuti.stipu.§.mutuum.Accur.

c ❡ Qui etiã.]s.surd'.

d ❡ Posit.]qđ quandoque cõtingit,qñq; non:vt.C.qui testa.fa. 10 pos.l.discretis.

e Consensu.]dic vt institu.de ob. ex cõsensu.Accur.

f ❡ Ideo autẽ.]prima ratio.

g ❡ Proprietas.] id est qualitas.Accur.

h ❡ Consentire.]i.simul & presentialiter 20 sentire.secus si dicã, vellẽ rẽ meam vẽdere ei,q est absens.quo audito.ille dicat ꝙ vellet emere.vel velit. nam semp cũ dicit lex inter absentes cõtrahi, subijcit per nũciũ, vel epĩam.Itẽ ꝙ dicit obligationẽ verbis cõtra-30 hi: non ideo dicit, ꝙ non exigatur cnosensus:sed quia non sufficit.at in his,quæ consensu cõtrahũtur,sufficit,& nõ exigit verborũ solennitas:vt.j.l. proxi.§.pe.&.§.fi. Itẽ no.*distinctionẽ ex vi nominis.nã vbi distin 40 cta sunt nomina vt emptor & vẽditor:nascũtur duę actiões,& vtraq; directa.Idẽ est vbi idẽ nomẽ est,vt socius.porrò vbi nomen à nomine descẽdit, vt mandatarius à mãdatore:duæ sunt actiones:vna directa,& a-50 lia contraria.

i ❡ Item in his contractibus.] secunda ratio.Accur.

k ❡ Præstare oportet.]nõ de eo solo, qđ dictum est:vt ecce de vsuris ex mora:& circa partus & fructus. sed in stipu.aliud est: 60 vt insti.de obl.ex cõ sensu.in fine.Accursius.

re rectè posse[a]. ❡ Mutum[b] nihil pertinere ad obligationẽ verborũ natura manifestum est. ❡ Sed & de surdo idẽ dicitur:qui etiã[c] si loqui posit[d],siue promittat, verba stipulantis exaudire debet:siue stipuletur,debet exaudire verba ꝓmittẽtis. Vnde apparet,non de eo surdo nos loqui qui tardius exaudit,sed qui omnino non exaudit.

*Vlpia. alias Paulus lib. 3.

*Iulianus **LEX II.**

Consensu[e] fiunt obligationes in emptionibus,vẽditionibus,locationibus,conductionibus,societatibus, mandatis. Ideo autem[f] istis modis consensu dicimus obligationem contrahi:quia neque verborum, neque scripturæ vlla proprietas[g] desyderatur, sed sufficit eos,qui negotia gerũt, consentire[h]. Vnde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur: veluti per epistolam vel per nuncium. Item in his contractibus[i] alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet[k].

a Ista glo. est not. & singu. nor. ꝙ aliquãdo actiones directæ nascãtur ex vtraque parte. Bologni.

Paulus **LEX III.**

Obligationum substantia[l] non in eo consistit,vt aliqđ corpus nostrum, aut seruitutem nostram faciat:sed vt alium nobis obstringat ad dandum aliquid,vel faciẽdum,vel præstandum. ❡ Nõ satis autem est dantis esse nũmos, & fieri accipientis, vt obligatio nascatur[m]:sed etiam hoc animo dari & accipi oportet[n],vt obligatio constituatur. Itaque si quis pecuniam suam donandi causa dederit mihi: quanquàm & donantis fuerit,& mea fiat,tamen nõ obligor[o] ei:quia nõ hoc inter nos est actum[p]. ❡ Verborũ quoque obligatio constat,si inter contrahentes id agatur[q]. Nec enim si per iocum puta,vel demonstrandi intellectus[r] causa ego dixero tibi,spõdes?& tu respõdeas,spondeo: nascetur obligatio.

Obligationum.] CASVS. Natura obligationũ ex cõtractu vel quasi descendẽtium non est,vt aliquid fiat nostrũ: sed vt aliquis obligetur dare, vel facere vel præstare. Secundo dicit: ad hoc vt aliquis obligetur mihi ex mutuo non sufficit vt de meo suũ fiat:sed vt eo animo dem & ipse accipiat vt obligetur tantundẽ reddere. pone enim ꝙ do tibi.x.animo donãdi.certè non obligàris. Tertio dicit:ex stip.tunc oritur obligatio, quando id agitur inter 70 cõtrahentes.quid enim si per iocum,vel causa docendi magister discipulo promittat decem, vt cùm discipulus quæreret à magistro quomodo mihi fieret stipulatio,certè non oritur obligatio. Franci.

l ❡ Obligationum substãtia.]id est esse & natura proficiscens ex contractu:vel quasi:nisi stipulatio sit inita cum ecclesia:quo casu transfertur dominium ex obliga.vt.C.de sac.san.eccle.l.fi.secus si obligatio oriatur ex maleficio:vt.s.de publi.l.commissa.Idem est in tacitis fideicõmissi.tacitè relictis nõ capacibus:vt.j.de iure fisci, imperator.& facit.C.de pactis.l.traditionibus.Accursius.

m ❡ Nascatur.]ex mutuo.Accur.

80 n ❡ Accipi.]supple oportet.Accur.

o ❡ Obligor.]ei.ciuiliter:sed naturaliter ad antidora:vt.s.de pe. hæ.l.sed & si le: e.§.consuluit.Accur.

p ❡ Est actum.]vt.s.si certum pet.l.non omnis.l.& si ego.Accur.

q ❡ Id agatur.]facit ad hoc & superius.s.de contrahen.emp. nuda.&.j.de accepti.l.an inutilis.&.j.de iniurijs.l.illud.&.s.de pact. l.j.§.fi.& de alie.iu.l.quia redhibita &.s.de arbi.diem.§.penul.&.s. de præscriptis verbis,si tibi rem.&.j.de fur.si quid fur.Accur.

r ❡ Intellectus.]i.si velim demonstrare quomodo fiat verborum obligatio:& ideo dicam hæc verba.Accur.

Ex maleficiis.] CASVS. Sequitur videre de oblig.ex maleficio:& certè oriũtur ex furto,ex rapina,ex iniuria,& ex similibus. ❡ Si quis absentis.]Nunc vult dicere de obli.ex quasi cõtractu.& ecce.si gessi negotia aliena:si quidem cum mandato,oritur obligatio ex cõ 10 tractu, ex quo nascitur actio mandati. si sine mandato, oritur obligatio ex quasi cõtractu, ex quo nascitur actio neg.gest. & redditur ratio in litera. Item actio tutelæ est ex quasi cõtractu: & cõpetit pupillo con 20 tra tutorem in eo, quod de suo tutor soluerat. Item hæres dicĩt obligatus ex quasi contractu ad soluenda legata legatarijs. Item is, qui indebitũ accepit, dicitur obligatus ex quasi contractu ad reddendum 30 ea act.puta certi condi.generali,qua tenetur accipiens mutuũ. ❡ Si iudex.] Nunc dicit de obligatio. ex quasi maleficio.itẽ is, ex cuius cœnaculo, siue suo.siue conducto, siue gratis habitauerit, est deiectum, vel 40 effusum aliquid, ita quòd alicui transeunti nocuit: tenetur ex quasi maleficio. Item is, qui habet aliquid positum supra locum quo vulgo iter fit, qđ si caderet, posset alicui nocere:tenetur ex quasi maleficio. hinc 50 est,quòd si filius seorsum à patre habitauerit,& ex domo in qua habitauerit, aliquid est deiectum, vel aliquid teneat appensum cuius casus posset nocere, tenetur ipse filius ex quasi maleficio: non pater eius. 60 Item exercitor nauis,aut cauponæ, aut stabul.tenetur ex quasi maleficio de damno, quod dederunt in mercibus mercatorum, & hospitantium nautæ, vel alij,quorum opera vtitur in naui caupona,vel stabulo.& redditur ratio in litera. Fran.

Caius lib.4.rerum quotidian.siue aureorum. **LEX IIII.**

Ex maleficijs[s] nascũtur obligationes,veluti ex furto, ex damno[t], ex rapina,ex iniuria: quæ omnia vnius generis sunt. nam hæ tantũ ex re consistunt[v]: id est ex ipso maleficio[x]:cum alioquin ex contractu obligationes non tantùm re consistant,sed etiam verbis,& consensu.

Q Vi seruum alienum iniuriosè[g] verberat: ex vno facto incidit & in Aquiliam, & in actionem iniuriarũ. Iniuria enim ex affectu fit: damnum ex culpa: & ideo possunt vtræque competere. Sed quidam aiunt, altera electa alteram consumi[h]. Alij per legem Aquiliam actionem iniuriarum consumi: quoniam desijt bonum & æquum esse iniuriarum condamnari eum qui æstimationem præstitit. sed si ante iniuriarum actum esset, teneri eum ex lege Aquilia. Sed hæc[i] sententia[k] per prætorem inhibenda est: nisi in id, quod amplius ex lege Aquilia cõpetit, agatur. Ratiõabilius[l] itaque est eam admitti sententiã, vt liceat ei, quam voluerit actionem prius exercere[m]. quod autẽ amplius in altera est, etiã hoc consequi. ¶ Si is, cui rem commodauero, eam surripuerit:[n] tenebitur quidem ex cõmodati actione, & cõdictione[o]: sed altera actio alteram perimit, aut ipso iure, aut per exceptionem, quod est tutius: ¶ Hinc[p] de colono respõsum est, si aliquid ex fundo tuo subtraxerit, teneri eum & conditione[q], & furti, quin etiã ex locato. Et pœna quidẽ furti non cõfunditur[r]: illę autem inter se miscentur[s]. & hoc in legis Aquiliæ[t] actione dicitur, si tibi commodauero vestimenta, & tu ea ruperis. vtræque[v] enim actiones rei persecutionem cõtinẽt. Et quidẽ post legis Aquiliæ actionẽ vtiq; cõmodati finietur: post commodati autem an Aquilia remaneat in eo, quod in repetitione triginta dierum amplius est, dubitat. Sed verius est remanere[x]: qa simplo accedit[y], & simplo subducto locũ non habet.

¶ *Primò ponit unam regulam, in actionibus prætorijs persecutorijs. Secundò ponit unam regulam in actionibus pœnalibus. Tertiò ponit unam regulam qualiter transeunt actiones contra hæredes. Quartò ponit exemplum de actio-*

d ¶ Cæsæ dicuntur.] vt.ʒ.arb.fur.cæsa.l.j.&.l.facienda.&.l.sed si de arboribus.

e ¶ Obtinuit.] Ad id, quod minus in vna, quàm in altera continetur: vt.ʒ.vi bo.rap.l.j.& arg.infrà arborum fur.cæsa.l.j.& sic non 70 obstat.ʒ.eo l.pe.& facit ʒ.de priua.delic.l.pe.

C Onstitutionibus.]

f ¶ Quasi.] expressiuum est veritatis.& sic plana est hæc: nec obstat.s.de eo per quem fac.est.l.fi. quæ est contrà.& facit.s.eo.l.omnes. vel dic, q non perpetuatur cõuentio sola, sed trãsire facit, ad hæredes: & sic non obstat dictum contrariũ. vel dic, loquitur in annali & petitoria, & libellus est principi datus: vt.C.quãdo lib.prin. da.l.j.&.ij. vel dic vt.s.si quis cau.si eum.§.qui iniuriarum.ibi, si nõ &c.& facit.s.de inoffi.testa.l.posthumus.in fi.&.l.sequen.

Q Vi seruum.] CASVS. Seruum meum iniuriosè verbe- 80 rasti, ita q ei rupisti brachiũ. Dicitur, q teneris iniuriarũ act. & aquil. & vtraque potest intẽtari contra te. sed alij dicunt, q vna electa, alia tollitur. Alij dicũt, q si agatur aquil. tollitur act. iniuriarũ, aut ecõtrà. verius autẽ est, q & si agatur vna, altera possit intentari in id quod plus sit in ea. Si is cui.] Cõmodaui scholari librũ: & eũ cõtrectat ad aliũ vsum. Dicitur, q tenetur cõmodati. item condict. furtiua. & vna intẽtata, altera tollitur. Secundò dicit colonus subtraxit arbores fundi mei, vel ali quid aliud. Dicitur, q tenetur condict. furtiua. itẽ act. furti. itẽ ex locato. & si agatur vna istarum, non tollitur act. furti, sed inter se bene tolluntur. Itẽ aquil. tollitur, per act. locati, in hoc casu. Tertiò dicit. Commodaui tibi vestimenta, & tu ea fregisti. teneris cõmodati act. item aquil. & si agatur aquil. tollitur act. cõmodati. secus econtrà. nã in eo, quod vltra est in aquil. remanet post act. commodati. Franciscus.

g ¶ Iniuriosè.] ita q 10 rũpit brachium. Accursius.

h ¶ Consumi.] dicũt quidam, & male.

i ¶ Et hæc.] non solũ aliæ superiores.

k ¶ Sententia.] q teneatur Aquilia primò conuentus iniuriarũ.

l ¶ Rationabilius.] 20 nunc soluit.

m ¶ Exercere.] Sed nonne ad aliud & aliud dantur, cum vna ad contumeliam, alia ad damnum datur? ergo vna alteram tollere non debet: cum nec possit in vna venire, quod in altera continetur: vt suprà ad.l. 30 aquil. sed & fi.§.j.&.ʒ. de iniur. item apud.§. si quis verberato? Respondeo, imo potest. Nam agendo iniuriarum, & iuramento pro quanto vellet &c. potest etiã damni rationem petere. argu.s. de vi & vi ar.l.j.§.illud 40 vtique.&.§ planè. sed & lex expressa est: quæ venit in iniuriarum actione, & damnum: vt.C.de iniur.l.dominũ. sed aliud in actione de peculio & tribu. quia tolluntur de ctione non consydera 50 to, quantum per alia exegit: vt.s. de tribu. quod in hæredẽ.§. eligere. cum ibi ex contractu, hic ex maleficio loquatur. & facit suprà loca.l.si vulnera ueris.& suprà cõmo. vnde quæritur in fin. Item not. hic quòd l 60 terã nõ exercet, nisi in id quod excedit: vt s.de actio. emp.l.ædia. Sed contrà infra de priua delic.l.pen. Sol. hic loquitur, cum ex

Actio de peculio & tributoria an tollantur electione.

vno facto plures procedũt actiones: ibi ex diuersis: vt ibi diximus.

n ¶ Surripuerit.] vtendo ad alium vsum.

o ¶ Condictione.] furtiua: vt.s.de condi.fur.l.qui furtum. Accur.

p ¶ Hinc.] id est, ex supradicto responso.

70 q ¶ Condictione.] furtiua.

r ¶ Non confunditur.] id est non tollitur: vt.s.pro socio.l.rei cõmunis. Sed contrà.ʒ.de fur.l.si is cuius. Sol vt ibi. Accur.

s ¶ Miscentur.] id est vna per alteram tollitur: & sic intelligitur. d.l.is cuius.

t ¶ Aquiliæ.] vt tollatur per locati: & econtra: vt suprà loca.si vulneraueris.

v ¶ Vtræque.] commodati & aquil. Accur.

x ¶ Remanere.] aliàs sine non: & aliàs non remanere. si habes sine non, nil est contrà: & tunc, q subijcit simplo subducto, locum nõ ha 80 bet scilicet petitio simpli, sed huius actionis sic. & sic est argu. q iure actio. veniat. argu.C.de iudi.l.j. si verò habeas cum non, quasi dicat, non remanet petitio simpli: tũc bene stat litera sequens: & inuit peti offi.iudi. pro quo est etiam.C.de posi.l.iiij. sed tunc est contrà.s.cõmo. vnde quæritur. in fi. Sol, hic de stricto iure, ibi de æquitate, quæ præualet: vt.C.de iudi.placuit. Item cotrà.s.ad leg.aquil. item mela.§.si plures.in fi.Sol.vt ibi. Accur.

y ¶ Accedit.] repetitio triginta dierum.

In honora

nibus p̄secutorijs,q̄ dantur cōtra ius ciuile.secū da ibi,cæteræ.tertia ibi,Honorariæ autē. quarta ibi,Ille autem.quinta ibi,Sed cum rescissa.Barto.

Idem LEX XXXIIII.

IN honorarijs [a] actionibus sic esse definiendum Cassius ait, vt quæ rei persecutionem habent,hę etiam post annum [b] darentur: cęteræ [c] intra annum. Honorariæ autem,quæ post annum non dantur [d],nec in hæredem dandę sunt: vt tamen lucrum ei [e] extorqueaẽ, sicut fit in actione doli mali, & in interdicto Vnde vi,& similibus. Illæ autem rei persecutionem continent,quibus persequimur, quod ex patrimonio [f] nobis abest: vt cū agim⁹ cū bonorū possessore debitoris nr̄i:item Publiciana [g],q̄ ad exēplum vendicationis datur [h]. Sed cum rescissa vsucapione reddiẽ [i], anno finitur: quia contra ius ciuile datur. ¶ In duumuiros [k] & in rempublicam etiam post annum actio datur, ex contractu magistratum municipalium.

*Idem. LEX XXXV.

CEssat ignominia [l] in condictionibus,quamuis ex famosis causis pendeant [m].

Vlpianus lib.3. LEX XXXVI.

ACtionis verbo [n] continetur in rem,in personā,directa [o], vtilis [p],prēiudicium [q]:sicut ait Pōponius. Stipulationes etiam quæ prætoriæ sunt:quia actionum instar obtinent [r]: vt damni infecti legatorum,& siquæ sunt similes. Interdicta [s] quoque actionis verbo cōtinētur. ¶ Mistæ sunt actiones, in quibus vterque actor est: vt puta Finium regundorum, Familiæ erciscundæ, Communi diuidundo,interdictum Vti possidetis, & *Vtrobi [t].

Idem lib.3. LEX XXXVII.

NOn figura [v] literarum, sed oratione [x], quam exprimūt literę,obligamur:quatenus [y] pla-

Aliâs Vlpianus lib.ij.

Vtrubi.

IN honorariis.] CASVS. Actiones honorariæ,item prætoriæ,quę habent rei persecut.cōpetūt,& post annū.cæteræ ītra annū & da exēplū.vt in glo.hîc posita.Secūdò dicit.act. p̄torię q̄ post annū nō danẽ,nec in hæredē danẽ,nisi vt lucrū si qđ est, ab hærede extorqueaẽ:vt est ī act.de dolo & ī interdicto vñ vi & ī sĩlib⁹.Tertiò dicit.illę act.continẽt rei persecut. quibus prosequimur, quod ex patrimonio nobis 10 abest.& da exemplū vt in gl.Acc. quę incipit:vt &c.Quartò dicit,quod act. rescissoria, id est antiqua act. in rem vel in personā quæ redditur ope restit.vsusca. rescissa anno finitur: quia cōtra ius ciuile competit. 20 Quintò dicit.cū duūuiri accipiunt pecuniam mutuo nomine ciuitatis & nō est versa in vtilitatē ciuitatis tenẽtur ipsi duūuiri etiā post annū. si aūt esset versa pecunia in vtilitatem ciuitatis: tunc tenetur ciuitas etiam 30 post annū,ad illā pecuniam reddēdā.Frā.

a ¶ In honorariis.] id est in prętorijs.Hîc not.duas regulas.Prima,quod prętorię rei persecutoriæ sunt p̄petuæ,vt quorum bonorum: pub. & similes:vt.j.eo.§. ille aūt. 40 sed hoc fallit in ædilitijs,vt redhibiẽ. quę sex mensibus:& quanto mi. quę anno durat:vt.§.de ędil.edi. sciendū est.§.fi.& l.si vēditor.& l.ꝑ si nolit.§.si qs.sed illud ideo,qa cōtra ius ciuile danẽ.Itē eodē modo rñdetur.j.ea.l.§.sed cū:recissa.Itē fallit hęc regula.§.qđ fal.tut.auth.l.huius actionis.§.his actiones.sed rñdeo:illa in dolo cōcipiẽ qđ est delictum:& sic patet,ꝑ illa regula habet locum in illis persecutorijs tantū quę non sunt ex maleficio. Item eodem modo responderi potest.§. quę in frau. credito .l. qui autem.§.fi.& l.ait pretor.§.annus.licet alij respondeant,quod illud 50 in eo,quod non peruenit,per.l.eandem, ait prætor.§.penul. Item fallit.C.de dolo.l.fi.sed ibi est delictum. Item fallit.§.de eo per quē fac.erit.l.j.§.pe.Sol.vt ibi.Item fallit.C.vnde vi.l. vi pulsos.&.§.de vi & vi ar.l.j.ī prin.sed & ibi est delictū.Itē fallit.§.de alie.iudi.mu. cau.fac.non solum.§.fi.sed ibi vertitur delictum.sic & fallit in omnibus alijs p̄secutorijs p̄torijs,qbus vertiẽ delictū sicq; regula remanet ī his,in qbus delictū nō vertiẽ.vt in p̄dictis legib⁹ patet.&.j.e.l. §.ille.Secūda regula est,ꝑ cætere pretoriæ.i.pœnales,vel etiam nō pœnales,dūmodo ex delicto,sint anna.qa & tm̄ durabat pretoris imperiū:vt hîc,& inst.de p̄pe.act.in prī.& sunt exēpla ī albo cor. vt.§. 60 de iud.om.iu l.l.si quis id.item.§.de in ius voc.l.penulti.item.j.de popu.act.l.fi.&.§.de deiec.& effu.si vero.§.pretor.&.§.fi.sed & hoc fallit.vt in act.furti manifesti:qa licet sit pretoria, nō tñ tollitur anno:sed perpetuo durat,de eo,ꝑ peruenit:quia absurdū &c. vt insti. de perpe.& tēp.acti.circa prin.& est forte ratio frequētia furtorū: vt arg.j.de pœnis,aut facta.§.fi.Adijciẽ tertia regula,qa illaque sub secunda regula continentur,non dantur in hæredem:vt eisdē exemplis probatur:nisi ad hæredem peruenit:vt exemplificat in acti. de dolo:vt hîc,&.§.de dolo,itaque. & in interdicto vnde vi:vt hîc,&. d.l.vi pulsos.sunt enim turpia lucra hæredibus extorquenda: vt.§. 70 de calū.l.in hæredē.Item quod subijcit de similibus,da exemplū, ex edicto de calū.vt.§.de calū.l.j.&.l.in hæredem.& alia multa,quę magis laboriosum quam subtile est inuenire:in casu tamen ad hæredem peruenit:& tamen non tenetur:vt.j.vi bo.rap.l.ij.§.fi. item in alio:vt.§.de calum.hæc actio.

Actiones prętorię rei persecutoriæ regulariter sunt perpetuæ: pœnales vero annales sunt.

b ¶ Post annum.] vt in actio.de nego.gest.& de peculio.Accur.

c ¶ Ceteræ.] prætoriæ.Accursius.

d ¶ Non dantur.] vt pœnales.Accursius.

e ¶ Ei.] id est ab hærede.

f ¶ Ex patrimonio.] vt quia promisit mihi decem defunctus,cui 80 succedit aliquis de iure pretorio.nam rei persecutionem cōtinet, non pœne,secūdum Io.Sed quid ad rhombum,cum de pretorijs hîc dicat?Respon.Io.quia qualitas actionis variatur,ex variatione debitoris:vt.§. de noxa.electio.§. item si ex pluribus. Item quid de actio.iniuria?videtur non pœnalis:quia nec in duplum vel in triplū, vel quadruplum datur,vel dic dupliciter dici pœnalē: primò quia tibi non adest:secundò quia mihi non abest ex patrimonio. Accur.

Actio iniuriarū an sit pœnalis.

g ¶ Publiciana.] ista prætoria & rei persecutoria.

h ¶ Vendicationis datur.] vt.§.de pbli.l.eum.§.publicana.

i ¶ Redditur.] actio in rem vel personalis:prout erat prius,quæ dicitur rescissoria: de qua dicitur insti.de actio.§.sed iste.&.C. ex quibus cau.ma.l.fi.melius dixisset,de peti.in integ. rest.quā de actio.rescissoria:sed & hoc admitto:qa statim post reuersionē habeat ipsam: sed inefficacem, nisi petat in integ.rest.intra annum.si verò petierit, anno finiẽ. vel 10 dic, qđ habeat eam petita resti.sed nisi lis super ea contestetur, tollitur anno, & hodie quadriennio: vt. C. de temp. in integ. resti.l.fin.

k ¶ In duumuiros.] id est magistratus municipales, vel magi- 20 stratus ciuitatis: vt C.de iudi.l.fi Hi enim tenentur etiā post annum:licet officium eorum anno finiatur:qđ accipe, quando non est versa in vtilitatem ciuitatis:aliâs nō ipse, sed ciuitas,vt subijcit vt.§. si cer.pe.l. ciui- 30 tas,& si quis cau.l.fi. & hoc ad instar tutoris & pupilli: vt.C. de iure reipublic.l. rempublicam.nam & iste necessario subit munus, vt tutor:vt in aut. de defen. ciui. §. penul. Est tamen arg. contrâ.quòd etiā fini 40 to officio teneatur: vt infra de admi.re ad ciui.perti.l.iij.§.in eum.sed ex eodem.§.in fi.dico.contrà. & ibi in prin.animo nouandi promiserat & animo liberandi ciuitatem.item Impropriè ponitur res publi.vt.j.de verb.sig.l.eum qui vectigal.& §.ex quibus cau.ma.sed & si per prætorem.§.itē inquit.nam de alia quam Romana habes necesse dicere,per id quod dicit duumuiros.

CEssat.] CASVS. Condemnatus in condict.furtiua,vel simili non infamatur.Fran.Accursius.

l ¶ Cessat ignominia.] id est est infamia.

50 m ¶ Pendeant.] vt condictio furtiua:sed tamen grauatur eius opinio:vt.§.de obsequijs.l.honori.& facit.§.vnde vi.l.neque.& nota quod omnes sunt personales:vt inst.de actio.§.appellamus.

ACtionis verbo.] CASVS. Hoc vocabulum actio,largissimè acceptum comprehendit act.in rem.i.act.in personam directas & vtiles & præiudiciales.itē stipulationes pretorias, vt dāni infecti.Item stipul.legatorum & similes.item interdicta.Secundò dicit.quedam act.sunt mistę,in quibus quilibet est actor & reus:vt est actio finium regundorum,& similes.Fran.

n ¶ Actionis verbo.] largissimè accepto.sic.§.de dolo.l.& elegā- 60 ter.in princi.&.j.de verbo.signi.pecunię.§.actionis.& facit.§.eo. l.actio.Accursius.

Actiones famosę p̄sonales sunt

o ¶ Directa.] que ex mente,& verbis legis:vtilis,quæ ex mēte tantum:vt.§.si qua.pau.fe.di.l.j.in prin.&.l.fi.Item exemplum.C.de hære.ven.l.emptor.

p ¶ Vtilis.] actio.

q ¶ Præiudicium.] id est,præiudicialis actio:vt institut.de act.§. præiudiciales.

r ¶ Obtinent.] & sic nota,quod nihil est id,cui idipsum simile est:vt j.rem ra.habe.non solum.&.j.de præto.stipu.l.j.§.j.

70 s ¶ Similes.] vt de dupla:vt.j.de euic.l.ij.

t ¶ Interdicta.] quæ non sunt actiones,sed vim actionum habẽt: & dicuntur interdicta, id est inter duos reddita : vt .§.vti posi.l.j. Accursius.

v ¶ Et vtrobi.] aliâs dicūtur mistæ.id est ī rem,& in personā:vt īsti. eo.§.mistæ.& facit ad.§.§.fami.er.inter cohæredes.&.§.de interdi. l.interdictorum.&.§.de iudi.l.in tribus.&.§.vti posi.si duo.§.j.

NOn figura] De obligatione literarum dicit hæc lex, vt ipsa contrahatur, non figura scilicet sola:nam & figura, & oratio quam exprimit figura literarum,inducit hanc obligationem : imo 80 magis ibi operatur figura,cùm ex ea dicatur obligatio literarum. Alij dicunt,quod figura nil operatur.quod non placet:quia eadem ratione habent necesse dicere,quod verba non obligent,sed intellectus verborum tantum:quod non est verum.nam quod ibi scilicet in stipulatione,verba:hîc scriptura debet operari.

x ¶ Sed oratione.] nec oratione sola sine literis.hæc enim duo faciunt eam efficacem.

y ¶ Quatenus.] id est quia.

a Quod.] lapso biennio: vt insti. de lit. obli.
b Scriptura.] regulariter, vel quantum ad officium.
c Vocibus.] quibus fit stipulatio. Accursius.

Filiusfamiliâs.] CASVS. Filiusfa. obligatur ex omnibus cōtractibus, tāquā homo sui iuris: & ob id cū eo potestagi. Frā.

d Ex omnibus.] descēdentibus. ex cō tractibus, vel ex male ficio vel quasi.

cuit non minus valere quod [a] scriptura [b], quam quod vocibus [c] lingua figuratis significaretur.

Caius. LEX XXXVIII.

Filiusfamiliâs ex omnibus [d] causis tanquam paterfamiliâs obligatur [e]: & ob id agi [f] cum eo, tanquā cū patrefamiliâs [g] potest [h].

Paulus. LEX XXXIX.

Hæreditariarum [i] [†] actionum loco [k] habentur & legata [l], quamuis ab hærede cœperint [m].

Idem. LEX XL.

Voties [n] lex [o] obligationem introducit: nisi nominatim cauerit, vt sola ea [p] actione [q] vtamur, etiam veteres [r] eo nomine actiones competere [s]. Si ex eodem facto [t] duæ competant [v] actiones: postea [x] iudicis potius [y] partes esse, vt quod plus sit in reliqua actione, id actor ferat, si tantundem, aut minus [z], id cōsequatur [a].

Vlpianus. LEX XLI.

IS, cui sub conditione legatum est, pendente conditione non est creditor: sed tūc cū extiterit cōditio: quamuis eum qui stipulatus est sub conditione, placet etiam pendente conditione creditorem esse [b]. Creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionem [c] vel ciuilem habent (sic tamen, ne exceptione submoueantur) vel honorariam actionem, vel in factum [d].

Paulus. LEX XLII.

OBligari potest paterfamiliâs [e] suæ potestatis, pubes, compos mentis. pupillus sine tutoris authoritate non obligatur [f] iure ciuili. Seruus autem ex contractibus non obligatur [g].

Ponit quatuor modos obligatorios. Primum declarat ibi, Circa diem. Secundum ibi, Conditio uero. Tertium ibi, Modus autem. Quartum ibi Accessio uero.

Idem. LEX XLIII.

OBligationum fere [h] quatuor causæ sunt. aut enim dies in his est, aut conditio, aut modus [i], aut accessio [k]. Circa diem duplex inspectio est. nā vel ex die incipit obligatio, aut confertur in diem. Ex die: veluti, Calendis Martijs dare spōdes? cuius natura est hæc, vt ante diē nō exigatur [l]. Ad diem

10 e Obligatur.] insolidum.

f Ob id agi.] vt. s. de noxa. quoties. & l. seq. & s. de iudi. l. tam ex. & de ædendo, prætor. §. sed & si filius. & s. de peculio, si quis cum filio. & l. & ideo. sed fallit. j. de polli. si 20 quis rem. §. voto. Itē. s. ad maced. per totū: quæ sunt contrà. sed hodie ad exercitium patri competit: vt. C. de bo. mater. l. j. & de bo. que libe. l. fi.

g Cum patrefamiliâs.] vt puta insolidum viuente patre.

30 h Potest.] an econtrà agat, dic vt. s. eo. filius.

Haereditariarum.] CASVS. Legatarij dicūtur creditores hæreditarij: & act. eis cō petentes hæreditariæ dicuntur. Fran.

40 i Hæreditariarū.] hæreditariam vocat, qua tenetur hæreditas.

k Loco.] legatarij ergo & fideicommissa. creditores dici possunt hæreditarij, si inter eos controuersia sit de legatis soluendis si bi. si autem inter creditores & eos potiores sunt creditores: vt. s. de separa. l. creditoribus. & l. quoties. & C. de iure delib. l. fi. sed & si 50 legatarij.

l Et legata.] pura, non conditionalia: vt. j. is cui.

m Cœperint.] hoc faciebat dubium: sed vtrobiq; hæres ex causa hæreditatis tenetur.

n Voties.] Exemplum: si quis à non domino emerit bona fide, & per traditionem accepit, & nōdum sit vsucaptum: si cadat à possessione, habet pub. aliud exemplum. ait prætor: si quid do lo malo factum esse dicetur: si alia actio non sit, de dolo dabo. sed illud vbi lex inducit nouam, & non remouet veterem: vtraque agi potest: vt. C. de peti. hære. l. fi. in fine. Accursius.

60 o Lex.] siue vetus siue noua.

p Ea.] de qua in lege continetur.

q Actiōe.] quā ītroduxit: vt patet ī cōstituta reiecta receptitia: vt C. de cōst. pe. l. ij. itē ī ac. ex stip. reiecta rei vxo. act. vt. C. de rei vxo. act. l. j. in prin. item obtinet hoc qn̄ ex vno facto: vt. s. e. l. cū ex vno.

r Veteres.] si tale sit negotium, vbi & veteres competūt: vt. C. de sepul. viol. l qui sepulchū. in fin. & j. de reg. iur. quoties duplici. & s. de con. ex leg. l. j. Item est exemplum de condi. ex. l. noua & antiqua & hypotecaria, quæ datur creditoribus ad reuocandas res datas in solutum ab hærede: vt. C. de iure deli. l. fi. §. licentia. Item exemplum est. C. de peti. hære. l. fin. vbi est nego. gest. & ex. l. condictio. 70 Item de act. arb. fur. cæs. noua in locum aquil. antiquæ.

s Actiones competere.] dicebant.

t Si ex eodem facto.] id est delicto.

v Competant.] veluti aq. & iniu. vt. s. eo. cū ex vno. & l. q seruū.

x Postea.] Quia vna fit actum, cum iam alia esset actum: vel postea in sequenti iudicio.

y Potius.] scilicet quam contrarium.

z Minus est.] in posteriori. Azo.

a Consequatur.] scilicet, quod tantum venit in priori. & facit. j. 80 vi. bo. ra. l. j. Accursius.

IS cui.] CASVS. Legatarius conditionalis non dicitur creditor nisi prius existat conditio, sed ille qui stipulatur sibi decem dari sub condit. creditor dicitur etiam interim. Vltimò dicit. Creditor ille dicitur, qui habet aliquam act. saltē ciuilē, vel honorariam, quæ excep. non possit tolli: vel honorariam: vel in factum extraordinariam, de qua habes. C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. Franciscus.

b Creditorem esse.] quantum ad hoc creditoris locum obtinet, vt in possessionem mittatur, item vt ei caueatur, item vt in Falcidiæ ratione debitū deducatur: vt supra ex qui. cau. in pos. ea. l. in possessione. & de iudi. in omnibus. & supra ad le. falci. in quantitate. §. magna. Item quo ad hoc vt spem trāsmittat: vt instit. de verbo. obliga. §. ex conditionali. In legato secus: vt. C. de cad. tollend. §. sin autem. nisi in persona liberorum [a] vt. §. in nouissimo. Accurs.

c Actionem.] scilicet habeant.

d Vel in factum.] extraordinariam: vt. C. de sac. san. eccles. l. sancimus. & facit. j. de verb. sign. creditores. & l. creditorum. & l. si cui. Accur.

OBligari.] CASVS. Paterfa. 20 mil. suę potestatis pubes pōt obligari. pupillus autem sine tutoris authoritate, non potest obligari. seruus non obligatur ex con tractibus. Franc.

e Obligari potest paterfamiliâs.] naturaliter & ciuiliter.

30 f Non obligatur.] ciuiliter, sed naturaliter: vt instit. de fideiuss. in princ. & s. e. serui. nisi in casu: vt. C. an seruus ex suo fac. l. iij. & facit. j. eo. pupillus. & s. eo. l. j. §. furiosum. & j. titu. j. l. pubes. & j. de noua. si pu 40 pillus. & l. j. §. j. & s. de nego. gest. ait prætor. §. pupill. & s. de pecu. l. nec seruus. & instit. de inuti. stipula. §. furiosus.

g Non obligatur.] sed ex delictis sic: vt. s. eo. l. serui. Accur.

OBligationum.] CASVS. Obligationum, id est, cōuentionum ex quibus oritur obligatio, quatuor sunt causæ. aut enim 50 dies imponitur in eis: aut conditio: aut modus: aut exceptio: & de his per ordinem exempla dat. tunc circa diem. quandoq; enim ponitur dies, vt obligatio ex die incipiat: vt promittis. x. ex calendis Martij. nam ante calendas non possum exigere. quandoque ponitur dies, vt vsq; ad eam debeas: vt si promisisti. x. vsq; ad calēdas Martij. & hoc casu elapsis calendis adhuc teneris. idem in legato. tamen si agam, opponis mihi except. vel pacti, vel doli. sic & cum trado solū sine superficie. nam superficies ipso iure sequitur solū, & sic ad te venit: tamē ope excep. retineo superficiē. Sequitur de condi. videre. & conditio ponitur quandoq;, antequā sit cōpletus contractus: vt promisisti mihi. x. si nauis veniat ex Asia. & hoc casu ante cōdi. nō pos60 sum agere. quandoque apponitur conditio finito contractu. vt si promiseras mihi centū pure: & hoc pacto facto apposita fuit conditio, quod tenearis si nauis venerit ex Asia. nam ante condit. possum agere cum effectu. sed postquam aduenit condit. si agam: obstat mihi exceptio. Sequitur videre de modo. & modus apponitur obligationi, hoc modo: promittis mihi decem aut Stichum: nam vno de his soluto, promissio alterius tollitur: nec vnum tantum de his possum petere, sed est in electione tua quoduis soluere, donec vtrumque extat. Sequitur de accessione videre. & certe accessio quandoq; fit rei, quā70 doque personæ. personæ hoc modo. promittis mihi decē aut Titio dare. vel hoc modo: promittis mihi decem aut Stichum sertium Titio dare. & homine, scilicet Sticho soluto Titio, liberaris à me ope except. Si ita.] Si non dederis mihi talem fundum, promisisti mihi centum dare. Dicitur quod centum possum, & debeo petere: liberaris tamen dando fundum. Secundò dicit. promisisti mihi te facturum nauem mihi. & si non feceris: promisisti mihi centum dare. Dicitur qđ prima obligatio videtur nouata, per secundam. & sic ad centum agam. & hoc intelligas cum tantum tempus præterijt, quo nauis potuerit fieri, & non fuit facta. Fran.

80 Obligationum.] id est cōuentionū ex qbus oritur obligatio.

h Ferè.] philosophicū tēperamētū. vel dic propter locū qui etiā apponi potest: vt insti. de verb. obli. §. loca. itē. ppter purā obligationem. Item & duæ, de his possunt aggregari, scilicet dies & modus.

i Aut modus.] vt illud aut illud.

k Accessio.] vt si stipulor mihi aut Titio. Accurs.

l Non exigatur.] vt instit. de verbo. obli. §. omnis. & s. de manda. l. si mandato Titij. §. Paulus.

[Marginal notes:]

* Aliâs Sceuola.

† Iste tex. est singu. & vnic^9 in iure, ad hoc quòd hæreditas videt grauari, qñ hæres grauat suo no mine appellatiuo: vnde omnis succedēs in hæreditate videtur, ex hoc grauatus. Bolog.

a Alexā. in l. cū ex fi. lio. de vul. ga. & pup. sub. s. in j. col. & in l. cum quidā. C. de imp. & alijs sub stit. hāc gl. extollit pro singul. ad hoc, qđ licet legatū conditionale, aliâs non transmittatur ad hęredes mortuo legatario, añ mortem testatoris, vel euētum conditionis: tamē hoc fallit in legato facto liberis. Bolog.

Dare

autem, Vsque ad calēdas dare spōdes [a]. ¶ Placet [b] autem ad tempus obligationem constitui nō posse [c]: non magis, quàm legatum [d]. nam quod alicui deberi [e] cœperit: certis modis deberi [f] desinit. Planè post tempus stipulator vel pacti cōuenti, vel doli mali exceptione submoueri poterit. Sic & in tradendo [g] si quis dixerit, se solū sine superficie tradere: nihil [h] proficit quò minus & superficies [i] transeat, quæ natura [k] solo cohæret. ¶ Cōditio verò efficax est, quæ in constituenda obligatione inseritur, non quę post perfectam eam ponitur: veluti [l], Centum dare spōdes, nisi nauis ex Asia venerit? Sed hoc casu [m], existente conditione, locus erit exceptioni pacti conuenti, vel doli mali. ¶ Modus autem obligationis est, cum stipulamur decem, aut hominem. nam alterius solutio totá obligationem interimit: nec alterum peti potest [n], vtique, quandiu vtrunque est. ¶ Accessio verò in obligatione, aut personæ, aut rei fit. Personæ, cùm mihi aut Titio stipulor. Rei, cum [o] mihi decem, aut Titio hominem stipulor. vbi quæritur, an ipso iure fiat liberatio, homine soluto Titio [p]. ¶ Si ita stipulatus sim à te, Si fundum non dederis [q], centum mihi dare spondes? sola centum in stipulatione sunt, in exolutione [r], fundus. ¶ Sed si nauē fieri stipulatus sim, & si non feceris, centum: videndū, vtrum duæ stipulationes sint, pura [s], & conditionalis: & existens sequens conditio non tollat priorem: an verò transferat in se, & quasi nouatio prioris fiat. quod magis verum [t] est.

Idem lib. 5. LEX XLIIII.

IS, qui ex stipulatu Stichum debet, si eum ante moram manumiserit: isque [v] priusquam super eo promissor conueniretur [x], decesserit: non tenetur. non enim per eum [y] stetisse videtur, quò minus eum præstaret.

Idem lib. 17. LEX XLV.

FVriosus & pupillus, vbi ex

a ¶ Dare spondes.] vt postea non tenearis: vt. ȷ̃. tit. j. l. eum qui. §. qui ita. & . ſ. manda. l. si fideiussor. in fi.

Qualiter intelligantur istæ obligationes, ex die, & ad diem.

b ¶ Placet.] his verbis, promitto tibi libram ceræ vsque ad decem annos: vel lego tibi tale quid dandum vsque ad decem. an. abinde in antea nolo teneri. Et not. ꝙ stipul. nō potest ita cōtrahi vsque ad tempus: puta decem annos, vt post tēpus desinat ipso iure teneri. Itē in legato: vt in exēplo supra posito: & est ratio: quia obligationes debent esse perpetuæ. vt. ſ. de serui. l. iiij. & ita non ipso iure post tempus tolluntur, sed exceptione: quia tempus non est modus & c. sed solútione, pacto, nouatione tolluntur: in casibus nudo pacto: vt in iuriarum & furti.

b ¶ Placet.] No. diligenter differentias inter has obligationes: quia ex die, etiam ante diem tenetur, licet non cum effectu: ad diem etiam postea tenetur, licet sine effectu.

c ¶ Non posse.] scilicet vt ipso iure definat teneri post tēpus: scilicet per excep. vt sequitur: aliâs cōtradiceret superioribus: & quod aliâs dicitur præscrip. xx. an. tolli actionē, intellige per excep. remanet cū naturalis, & ciuilis tollitur.

d ¶ Quàm legatū.] sed in vsufr. ad tēpus legato dubitari potest: vt. ſ. de vsufr. leg. l. iiij. licet secus esset in alia seruitute: vt. ſ. de serui. l. iiij. sed & ibidem respon quod licet ad tempus constituatur, tamen etiam post tempus duret: sed exceptione repellatur actor. & sic etiam intellige. ſ. vsufru. quemad. ca. l. si vsufruct. nomine. §. plane. item cōtrà. C. de leg. l. fi. Sol. vt ibi. Item facit. ſ. de leg. j. l. nemo potest.

e ¶ Deberi.] inter quos non est dies vel tempus. sunt autem illi modi insti. qui. mo. tol. obli. per totum.

f ¶ Deberi.] scilicet nouatione, solutione, & pacto.

g ¶ Sic & in tradendo.] talis est similitudo: sicut naturale est obligationis vt non regatur tempore: & sic impossibile, vt eo regatur: nec de tempore curemus. sic naturale est huius traditionis soli vt nō curetur de pacto superficiei, quasi impossibili, nec eo regatur: sed sic, vt in obligatione exceptio habet locum: sic & in hac traditione exceptio locū habet, vt cōcedatur huic, qui excipit habitare exceptione opposita: vt arg. ſ. de le. j. l. si fundum sub cōditione. §. qui fundum. & est hîc arg. optimum in quęstione sabbatina. si excepi arborem cum vēdebam fundum, & eandem decidi, & postea radices eius pullos vel pullones emiserunt quos mihi vendicare volo, quia nomine arboris radices continentur. vt. ȷ̃. arb. fur. cę. l. vitem. & solo cohęrent, vt hîc. ergo quod ex re mea superest, iure vendico: vt. ſ. de rei ven. l. nō solum. §. j. vt sequatur matris conditionem: vt. C. de rei ven. l. partum. vel vicem primæ arboris, in cuius locum natura eius posuit. ar. ſ. de iudi. proponebatur. Itē vt superficies non separatur à solo, sic nec arbor à radicibus: vt hîc dicitur. econtrà de pręsenti arbore videtur cogitatum. arg. ſ. de auro & argen. leg. si ita. Item licet nomine arboris contineātur radices: non tamen continētur nisi propter arborem tunc stantem: sed illa desijt esse: ergo & hoc desijt competere, quod inerat tacitæ: vt lego vsumfruct. & inest in legato iter. perit vsusfructus. nemo dicet remanere iter: licet aliâs non periret iter capitis diminutione. Sol. potest distingui, nascantur hi pullones viuente prima arbore, an non. arg. ſ. vnde cog. l. j. §. si quis. vel an nascantur super terram super truncum primæ arboris, an sub terra. argu. ȷ̃. arb. fur. cæ. l. antepe.

Arboris nomine radices cōtinentur.

h ¶ Nihil proficit.] de rigore iuris: secus de æquitate.

i ¶ Et superficies transeat.] hîc est contrà. ſ. de superfi. l. j. §. j. Solu. speciale ibi. vel dic, vt ibi dixi.

k ¶ Natura.] superficiei.

l ¶ Veluti.] Exemplum secundi casus. duos ergo casus ponit: quia si sub conditione, nec cessit nec venit dies, vnde ipso iure peti non potest: sic non est necessaria exceptio: vt. ȷ̃. de verb. sig. l. cædere. Secundus, quando pura fuit, sed postea vtroq; consentiente apposita est conditio. quo casu statim potest agi ex pura: sed exceptio conditione non existente opponitur.

m ¶ Sed & hoc casu.] scilicet, secūdo cū post ponitur cōditio vtroque volente, sic. illū excōmunico nisi satisfecerit intra. x. dies. nā interim est excōmunicatus, vt quidā dicūt. secus si pręponatur cōdi. sed his aperte cōtrarium est, quod dicitur. ſ. de cōd. & demō. quibus. §. quidam. sed illud in legatis habet locum. vt. & . ȷ̃. de adi. leg. si legatum. item contrarium his. ſ. de in diem addic. l. ij. Sol. vt ibi plenè dixi. Accursius.

n ¶ Peti potest.] solum vel pręcise: vt. ȷ̃. de sol. qui hominem. §. stipulatus. & . ſ. de re iudi. l. miles. §. j. nisi alterū desit: vt hîc, & . ſ. de eo quod cer. lo. l. iij. §. qui stichum. & . ſ. de cōtrahē. emp. si in emptione. §. pen. vel si alterum factum sit stipulatoris: vt. ȷ̃. ti. j. si stichū. sed si alter præsens sit, alter absens: tunc vel præsentis debetur, vel absentis æstimatio, nisi fuerit in mora promissor: vt. ſ. de leg. j. l. cū res. §. sed si stichum.

o ¶ Rei, cum.] Exemplum accessionis rei, & personæ. Accur.

p ¶ Soluto Titio.] & determinatur, ꝙ nō ipso iure: sed per excep. ȷ̃. tit. j. l. fi. §. cum mihi. licet Azo & Hug. hîc scripserint cōtrarium. sed prima quæstio huius. §. est in stit. de inuti. stipul. §. si quis alij. & . ȷ̃. ti. j. cū qui. §. q ita. & hæc est secūda pars, permista accessio rei, & personæ. sic. ſ. de eo quod cer. lo. l. ij. §. proinde mista.

q ¶ Non dederis.] quæ cū incipit à conditione, committitur quādo desijt posse dari fundus. qđ dic vt. ȷ̃. tit. j. ita stipulatus. facit. ſ. ad legē fal. l. j. §. item si ita. & . ſ. manda. l. si quis pro eo. & . ſ. de pe. le. l. j.

r ¶ Exolutione.] quia cœpit à conditione, non à pactione.

s ¶ Pura.] vt nauem fieri.

t ¶ Quod magis verum est.] vt fiat nouatio, & prima in secundā trāsferatur: qđ est verum tunc demū, cū extiterit cōditio, nō prius: vt hîc, & . ȷ̃. de noua. l. quoties quæ extitit cùm potuerit facere nauē, & non fecerit: vt. ȷ̃. ti. j. l. ita stipulatus. Interim ergo non est nouatio, vt. ȷ̃. ti. j. l. ita stipulatus. in fine. olim ergo fiebat nouatio cùm hoc agebatur expressè, vel tacitè: vt hîc, & . ȷ̃. de noua. l. omnes & . C. de noua l. fi. hodie secus: vt. C. eo. l. fi. an autē interim ante cōmissionē pœnæ possit fieri nouatio? Rñ. sic, cū pura fuerit stipulatio: nec est similis ei, quādo idem purè, & postea sub cōditione promittatur: vt. ſ. de cōdi. inde. Iul. §. vbi autē: quia ibi idem, hîc diuersum debebitur in conditionis euentū. Itē not. ꝙ lit. cōtest. in nouatione * cōmittitur pœna si ante cōmissa nō est: & si iam nō habeo ius in nouatione * secundū hæc iura: sed debeo petere pœnā: vt arg. ȷ̃. ti. j. si titius. Itē videtur cōtra. ſ. de excep. do. apud celsum. §. labeo. quia etiam veteri iure hęc nouatio non fieret iure ipso hoc casu: sed dic, vt ibi. Itē videtur contrà. ȷ̃. ti. j. qui romæ. §. flauius. quia & ibi post nouationem talem petitur vt fiat quod iam videbatur nouatū: sed ibi fauor libertatis. Itē cōtrà. ſ. de actionibus empt. l. prædia. sed ibi est exceptio facti, non actionis: vt ibi diximus. Item ad idem contrà. ȷ̃. de stipu. seruo. l. j. §. fi. Solu. vt ibi. & facit. C. de pact. l. si pacto. & . ſ. pro socio, duo. & . ſ. quando dies leg. ce. l. si pænum. quando autem huiusmodi stipulationes committantur, plenius dices. ȷ̃. titu. j. ita stipulatus. hîc enim solum effectum nouatione expedimus. Accursius.

* Aliâs in naui.
* Aliâs in naui.

IS qui.] CASVS. Promiseras mihi stichum dare: & antequā esses in mora stichum manumisisti. & antequam conueniaris super eo, stichus decessit. Dicitur, quod non teneris. Fran. Accursius.

v ¶ Isque.] scilicet stichus. Accursius.

x ¶ Conueniretur.] ante moram. Accursius.

y ¶ Per eum.] quia decessit ante moram. & facit. ſ. de noxa. electio. §. si is. & . ȷ̃. titu. j. si seruum. §. j. & . l. is qui. & . ſ. de peti. hæred. si à patre. §. si possessor.

FVriosus.] CASVS. In obliga. quæ descendunt ex re, id est sine consensu partium: obligari potest pupillus & furiosus etiā sine authoritate tutoris, vel curatoris. & da exēpla. in fundo quem habebam communem cum pupillo vel furioso, impendi aliquid de meo. nā obligatur mihi pupill' p hoc, vt reddat mihi partē expensarū.

si pupill' doli capax dat mihi dãnũ ĩ fundo cõi.nã tenet mihi.Fran.

a Ex re.] id est cum facti sunt locupletiores.H.vel dic ex re,id est sine consensu partium,etiam si non sit locupletior:vt patet in exemplo quando damnum dat.

b Dederit.] cum est capax doli:vt.j.de reg.iur.l.pupillũ.&.s.de rei vẽ.l. quod infans. &facit ad.l.s.cõmuni diui.l. si quis cum.§. deniq;.& de neg.gest. 10.l.iij.§.& si furiosi.&. s.de contra.act.tu.l.j. in pri.&.s.exqui.cau. in pos.ca.l.iij.&.s.pro socio.l.vt in conditio nibus.in fin.

re actio venit,obligantur etiam sine curatore,vel tutoris authoritate:veluti si cõmunem fundum habeo cum his, & aliquid in eum impendero, vel damnum in eo pupillus dederit [b] .nam iudicio communi diuidundo obligabuntur.

Rrian'.] CASVS. Cum tractatur siue quæritur de aliquo obligando: 20 multum,si possumus, curamus vt non obligetur . at cum tractamus,de aliquo liberãdo:omnes sumus proni in hoc. & da exempla vt in gl.quæ incipit,exemplũ &c.Frã.

c Propensiores.] i.fauorabiliores. Ac.

Promptiores debemus esse ad liberandum, quàm ad obligandum.h.d.

Idem lib.4. LEX XLVI.

ARrianus ait,multum interesse, quæras, vtrum aliquis obligetur, an aliquis liberet. Vbi de obligando quæritur: propẽsiores [c] esse debere nos si habeamus occasionem, ad negandum. Vbi de liberando, ex diuerso, vt faciliores [d] simus ad liberationem.

30 d Vt faciliores simus] exemplũ. pactum de non petendo,ipso iure tollit naturalem obligationẽ, & elidit ciuilẽ:sed pactũ de petẽdo,nõ tollit primum de non petendo ipso iure, sed ope replicationis.Itẽ 40 exemplum.j.de reg. iur.l. fauorabiliores. item.j.tit.j.stipulatio ista.§.in stipulationibus.item.s.de iureiu. l.fi.§. sed cũ aliquid.

Concor. text. in ca no. veniam nunc.& ibi glos.xxxv. q.ix.

Intelligere & consentio.

Idem. LEX XLVII.

IN quibuscunque [e] negotijs sermone opus non est, sufficiente consensu: in his etiam surdus interuenire potest:quia potest intelligere: veluti in locationibus, conductionibus,emptionibus, & cæteris.

IN quibuscun-que] CASVS. In cõtractibus in quibus solus consensus 50 sufficit,nec est opus loquela siue verbis,vt est in vendi.& loca.& in similibus:in illis potest interuenire surdus,& obligatur.Fran.

Idem libr.8. LEX XLVIII.

EX contractibus [f] venientes actiones,in hæredes dantur, licet delictum [g] quoque versetur: veluti cùm tutor in tutela gerenda dolo fecerit,aut is apud quẽ depositum sibi debetur,sed cuilibet de populo.

e In quibuscunque.] & cæteris similibus,quę fiunt cõsensu:vt.s.eodẽ.l.consensu : & facit.j.titu.j.l.stipulationes.§.fin.&.s. loca.l. qui ad certum.&.s.de contrahen.empt.l. in venditionibus.&.j. de re.iu.l.vbi.&.j.eo.l.obligamur.§.fi.

EX contractibus.] CASVS. Actio descendens ex contractu,in hæredem competit:licet per eam puniatur delictum siue dolus.hinc est,quod actio tutelæ competit contra hæredes tutoris, 60 & petit emẽdari dolus defuncti.Idẽ in act.depositi si depositarius cõmisit dolũ in re deposita.nam hęres eius tenetur act.depositi.& si hic tutor vel depositarius sit filiusfa.vel seruus,& cõmittant prædictum dolum:tenetur pater,& dominus de peculio,non noxali.Frã.

f Ex contractibus.] vel quasi.secus in delictis extra cõtractum: nisi secundũ quosdã in.l.iul.repetũdarũ:vt.j.ad.l.iul.repetũda.l.iij.

g Delictum.] id est actus.

h Commiserit.] scilicet dolum in cõtractu.vt.s.de dolo,si oleũ. §.pen.&.facit.s.eo.l.ex depositi.&.s.de trib.l.& quia.& depo.si hominem.§.fi.vbi plenè dixi, de hac materia.& contraria solui. item 70 facit.s.de ca.di.l.ij.§.fi.Accursius.

situm est.quo casu etiã, cũ filiusfami.aut seruus tale quid commiserit [h] ,de peculio actio datur,non noxalis.

Pomponius libro.7.ex Plautio.

LEX XLIX.

QVod quis aliquo anno dare promittit,aut dare dãnatur [i] : ei potestas est,quolibet eius anni die dandi.

QVod quis.] CASVS. Qui tenetur omni anno certũ quid dare:quolibet die anni dando liberatur.Fran.

i Damnatur.] à testatore:vt.j.de reg.iur.l. cum in tempus.& de annu.leg.l.eam.vel à iudice,vel à lege:vt.C.de rei vxo.ac.§.exactio. &facit.j.ti.j.l.continuus.§.ij.ibi,nam & quod est &c.&.l. qui hoc anno.sed.l.liber homo,§.decem.est argu.contra.Item facit.C.quando dies lega.ce.l.j.&.j.de solu.l.quod in diem.Accursius.

Celsus.lib.2. LEX L.

NIhil aliud est, [k] actio quàm ius [l] ,quod sibi debeatur [m] , iudicio [n] ,persequendi [o] .

NIhil aliud est.] Hodie.scilicet.nam olim erat solennitas verborum quædam,quæ impetrabatur à collegio pontificum.vt 80 s.de origi.iur.l.ij.§.deinde.sed est sublata hodie:vt.C.de formulis. l.ij.Est autem actio,formula quædam agendi:vt.j. de fur.l. si seruus nauem.Accursius.

Actio quid sit.

k Quã ius.] hoc ponit ad differentiam rerum corporalium:vel ad differentiam officij iudicis,quod datur in locumdeficientis actionis.Accursius.

l Quod sibi.] ponit hoc ad differentiam popularium actionum, vel accusationum criminalium,quibus prosequitur, non quod tantum sibi debetur,sed cuilibet de populo.

m Debeatur.] hoc ponitur ad differentiam rei ven.qua nõ prosequitur,quod sibi debetur:quia non est ille sibi ad aliquid obligatus:vt insti.de actio.§.j.

n Iudicio.] Hoc ad differentiam eius, qui sequitur nocturnum populatorem: vt.C. quando liceat vni.l.liberum.Accursius.

o Persequendi.] 10 hoc ad differentiam exceptionum,quibus non persequitur quis aliquid : sed persecutus defendit: licet in probatione sustineat partes actoris:vt.s.de except.l.j.Sed quæritur an bonorũ possessio sit actio? quod 20 videt ex diffinitione eius.fic.s.de bo.pos.l. iij.§.bonorum igitur. sed dicã, quod nõ : & illa diffinitio datur ibi per causam.id est bonorũ possessio est causa, quare quis consequitur ius persequẽdi,retinendiq;,&c. vt ibi. 30 cætera, dic vt instit. eo.in prin.

Bonorum possess. an sit actio.

Ponit aliam diuisionem obligationum quam prosequitur per exempla dilucida.

Modestinus. LEX LI.

OBligamur [p] aut re, aut verbis,aut simul vtroq; [q] , aut consensu,aut lege,aut iure honorario,aut ex necessitate, aut ex facto. Re obligamur, cũ res ipsa intercedit [r] . Verbis, cũ præcedit interrogatio,& sequitur cõgrua responsio [s] . Re & verbis [t] pariter obligamur,cũ & res & interrogatio intercedit. Cõsentiẽtes in aliquã [v] rem,ex cõsensu obligari necessario [x] ex volũtate nostra videmur. Lege obligamur [y] ,cũ obtẽperantes legibus,aliquid secundũ præceptum legis,aut contra faci-

OBligamur.] CASVS. Quandoq; quis obligatur re,quãdoq; verbis,quãdoq; simul interueniente vtroq;,id est,re & verbis.quandoq; consensu, quan40 doq; lege,quandoq; iure honorario, siue prætorio, quãdoq; ex necessitate, quandoq; ex facto.& de omnibus dat exempla per ordinem.In fine legis dicit,quod nudo consensu fiunt obliga.quandoq;.& da exemplum 50 in vẽditio.& in similibus contractibus,quæ & verbis fieri possunt. Item & nutu quandoque fiunt obligat.& da exemplum vt in glos.Fran.

p Obligamur.] hoc obligamur, generaliter accipe hic.id est cũ subijcimur necessitati faciendi aliquid,aut nõ faciendi:siue ex contractu.siue extra contractum:siue ex delicto:siue extra delictum:vt patet per exempla inferiora.

q Vtroque.] id est verbis,interueniente re,vt statim dicam.

r Intercedit.] da exemplum.s.eo.l.j.§.j.&.§.ij.

s Responsio.] vt.s.eo.l.j.§.verbis.

60 t Re & verbis.] id est verbis tãtum,interueniẽte tamen re.sic. s.si certũ peta.certi cõdictio.§.quoniam.& erit exemplum huius.l. j.de noua.l.cum enim.eo ergo casu nõ re,sed verbis tantũ cõtrahitur.nam numeratio non ad obligandum,sed causa implendæ stipulationis sit substantia ergo contractus impletur ex re:nõ autem actio nascitur.Sic & pignus dicitur cõtrahi re,nõ quòd res exigatur(consensu enim solo contrahitur) sed quia etiam traditio interuenit.sed quidam dicunt re & verbis:vt promitto tibi decem,vt des mihi Stichum:nam dante te Stichũ obligor re & verbis.quod nihil est.nam interueniente re:non ex re, sed ex promissione mea teneor:vt arg. 70 C.de rerum permuta.l.ex placito.sicut si promittam.x.si nauis venerit ex Asia.nam naue veniente,non ex nauis euentu , sed ex mea promissione oritur obligatio.

a Alex.hic in apost.ad Barto.post Nicol. de neap.in rubri.sol.ma. s. dicit hãc glo.sing.alij bal.Roma. Imo.& ale xã.in l.i.d. titu.ad hoc quod pater tenetur omnino dotare filiã iam no ptam de iu milis est in cano. fanctã.xx. xij.q.ij in cano.de ra pto.xxxvj. q.j.etiam si inuito pa tre fit ra pta.per gl. in.d.can. de rapto. Bolog.

v Consentientes in aliquam.] puta societatẽ contrahendam,vel emptionem.

x Necessario.] id est ex vtilitate:vel dic, si consentimus animo contrahendi:necessario sequitur,quòd obligemur.

y Lege obligamur.] fortè cùm colonus finito tempore conductionis in conductione remansit,vel cum quis negotium alterius facere cœpit,vel vsuras pacto tenus debitas longo tempore soluit,vel 80 alimenta inutiliter relicta per triennium prǽstitit,secũdum M.prima duo,non placent,secunda duo,sic.vel dic, lege obligamur,obtẽperantes scilicet legibus,cùm collocantes filias nuptui,dotem post ea constituere obligemur:vel filios ex matrimonio procreãdo cos hæredes instituere obligamur secundum R. quod autem subijcit, aut contrà &c.vt quia fecimus furtum : vt instit.de obliga. quæ ex delicto.§.j.& noli repetere obtemperantes.sed hæc diuisio non solennis non est in arbore actionum.

Perpetuo:

mus. Iure honorario obligamur ex ijs, quæ edicto perpetuo [a] vel à magistratu fieri præcipiunt, vel fieri prohibentur. Necessitate obligantur quibus non licet aliud facere, quàm quod præceptum est: quod euenit in necessario hærede [b]. Ex facto [c] obligamur, cùm in facto [d] summa [e] quæstionis consistit. Etiã nudus [f] cõsensus sufficit obligationi, quamuis verbis hoc exprimi possit. Sed & nutu solo pleraque consistunt [g].

Idem libr. regul. LEX LII.

PLura delicta in vna re [h] plures admittunt actiones: sed non posse omnibus vti, probatum [i] est. Nam si ex vna obligatione [k] plures actiones nascantur: vna tantummodo, non omnibus vtẽdum est. ¶ Cùm generaliter [l] adijcimus, eive, ad quem ea res pertinebit. & arrogatorũ [m], † qui iure nobis succedunt, personas comprehendimus [n].

Idem libr. 5. LEX LIII.

COntractus imaginarij [o] etiã in emptionibus iuris vinculum non obtinent: cùm fides facti simulatur, non intercedente veritate.

* Iabolenus. LEX LIIII.

IN omnibus rebus [p], quæ dominium trasferunt, concurrere oportet affectus ex vtraque parte contrahentium. Nam siue ea venditio, siue donatio, siue alia quælibet causa contrahendi [q] fuit: nisi animus vtriusq; cõsentiat, perduci ad effectũ id, quod inchoatur [r], non potest.

Pomponius. LEX LV.

QVæcunq; actiones serui mei nomine [s] mihi cœperint competere, vel ex lege duodecim tabu. vel ex lege Aquilia, vel iniuriarũ, vel furti, eędẽ durãt, etiã si seruus postea, vel manumissus, vel alienatus, vel mortuus fuerit. Sed & cõdictio ex causa furtiua cõpetit: nisi nactus possessionem serui aut alienauero [t], aut manumisero eũ.

Idem. LEX LVI.

IN omnibus negotijs cõtrahendis, siue bonæ fidei [v] sint, siue nõ sint [x]: si error [y] aliquis interuenerit, vt aliud sentiat, puta qui emit aut qui cõducit [z], aliud qui cum his cõtrahit: nihil valet, quod actũ sit. & idem in societate quoque coëunda respõdendum est: vt si dissentiant, aliud pro alio existimãtes: nihil valeat ea societas, quę in consensu consistit [a].

Calistratus. LEX LVII.

SCiendũ est, ex omnibus causis lites cõtestatas, & in hæredem similesq; personas transire [b].

* Lucius. LEX LVIII.

PVpillus mutuam pecuniam accipiendo nec quidem iure naturali [c] obligatur.

---

† Aliâs, & arrogatorum, & eorũ qui &c.

* Labeo.

* Ventuleius aliâs Lucinius.

---

a ¶ Perpetuo.] aliqua edicta præcipiũt aliquid fieri: vt pacta seruari. eorum ergo obseruãtiæ tenemur iure honorario. aliqua prohibent, vt ne quid ĩ loco publi. fiat: & si ĩa quorũ obseruãtię, id est, ad non faciendum tenemur eodem iure: & quod subijcit magistratu: dic viuente. vel dic, id est edicto ædilium.

b ¶ In necessario hærede.] vt insti. de hęr. quali. & dif. §. j. Ac.

c ¶ Ex facto.] veluti ex maleficio: vt. s. e. l. actionem. §. actiones. Azo.

d ¶ In facto.] id est maleficio. Accursius.

e ¶ Summa.] id est diffinitio, vel sñia. Azo.

f ¶ Etiam nudus.] nudus est cum ex vna parte tm̃ fiunt verba: & quod subijcit verbis, hincinde. Item qđ subijcit sequenti versiculo nutu, quãdo ex neutra parte fiunt verba. vel dic, nudo consensu, id est nudo pacto expressis verbis vel non. & quod subijcit verbis: scilicet sollẽnibus & quod dicit nutu, scilicet sine vllis verbis.

g ¶ Consistunt.] vt fideicom. vt. s. de leg. iij. l. nutu. & C. de fidei cõmis. l. & in epistola.

PLura.] CASVS. Ex vno delicto plures act. quandoque nascuntur: nõ tamen omnibus potest agi. & da exẽplũ vt. s. e. l. cũ ex vno. & l. qui seruum. Item ex vno contractu nascũtur, quãdoque plures act. vt contra procuratorem meum habeo mandati, & certi cõdic. & vna tantum ex eis act. possum agere. in vltima parte legis, pone casum, vt. j. de verb. signi. l. sciendum. §. pen. Fran.

h ¶ In vna re.] scilicet quia ex vno facto, veluti cum quis seruum alienum iniuriosè verberat: vt. s. eo. qui seruum.

i ¶ Probatum est.] nisi in alia plus sit: vt. s. eodem. l. cum ex vno. quę est contra. Item contrà. j. de priua. delic. l. nunquam. Solu. ibi ex diuersis factis, hîc ex vno.

k ¶ Ex vna obligatione.] que fit ex contractu, vel quasi: vt ex mandato quia mandati est actio, & certi condictio: vt. j. de reg. iur. l. nemo ex. §. j. & s. de excep. rei iudi. l. singulis. Si verò dubitet, quę sibi competat vtranque sub alternatione proponere potest: vt. s. quorum lega. l. j. §. quod ait.

l ¶ Cum generaliter.] Exemplum. j. de ver. sign. l. sciendum. §. pe.

m ¶ Arrogatorum.] id est arrogantium.

n ¶ Comprehendimus.] quia illa est successio per vniuersitatem, quæ per arrogationem fit vt institu. per quas perso. no. acqui. §. fin.

COntractus.] CASVS. Si fingo vendere librum, cum donem: non valet iste contràctus venditionis imaginarius, siue fictitius. Fran.

o ¶ Codtractus imaginarii.] aliâs dicitur imaginaria emptio, quia paruo tempore sit duratura penes emptorem: vt. s. de manu. l. iiij. §. si ab ignoto. sed sic, vt hîc accipitur. s. de contrahẽ. emp. l. nuda. & in aut. quomodo opor. epi. §. & neq; ex idiota. & facit. C. plus valere quod agitur. per totum, & s. de do. inter vi. & vxo. quod autem. §. si vxor. Franciscus.

IN omnibus.] CASVS. In contractibus qui fiunt causa dominij alicuius rei transferendi, vt in vendit. & similibus, oportet & vendentem habere animum tradendi dominium, & emptorem acquirendi. & nisi hunc animum habeant, non perducetur ad effectum ille contractus. Fran.

p ¶ In omnibus rebus.] id est in contractibus. vel dominium pro obligatione ponit. quod non placet.

q ¶ Contrahendi.] secus in quasi contractu, vbi ignorans, quis obligatur.

¶ Sacram rem vel religiosam, vel vsibus publicis in perpetuum relictam (vt forum aut basilicam) aut hominem liberum inutiliter stipulor[z]: quāuis res sacra profana fieri, aut vsibus publicis relicta in priuatos vsus reuerti, & ex libero seruus fieri potest. Nam & cùm[a] quis rem profanam[b], aut Stichū[c] dare promisit, liberatur, si sine facto[d] eius res[e] sacra esse cœperit, aut Stichus ad libertatem peruenerit: nec reuocantur in obligationē si rursus[f] lege aliqua, & res sacra profana esse cœperit, & Stichus ex libero[g] seruus effectus[h] sit: quoniā quidem[i] vna atque eadē causa[k] & liberandi, & obligandi[l] esset, quòd aut dari non possit[m], aut dari possit[n]. Nā & si nauem[o] quā spoponderit[p] dominus dissoluerit[q], & ijsdem tabulis compegerit quia eadem nauis esset, incipiet

---

Marginal notes:

ss animi uitium.

a Idē Bar. P.& Alexā. non tamen cōgnouit lite re secūdum Ias.

b Ista est uera in se secūdū Bar. Angel.de peru. Alex.& Ias.

c Nihil est secūdum B. P.& Ias.

d Istā solu. iungas cum præcedenti b. & erit uerissima Bar. Ang. Imol. & Alexand.

e Displicet Bart.& Ias.

f Ista nō habet dubiū. secūdū Bar.

g Et bene secūdū Bar. h Et malè Bar.

Idē Bart. Alex.& Ias. k Displicet prædictis.

l Ista cōmuniter tenet secundum Alex.

m Ista est falsa secundum Ias.

n Ista approbaī per Christo.de castel.& Ia.

obligari [a]. Pro quo & illud dici posse Pædius scribit, Si stipulatus fuero ex fundo centum amphoras [b] vini, expectare debeo donec nascatur:& si natū,sine culpa pro missoris consumptum sit, rursus expectare debeo donec iterum na scatur,dariúe possit:& per has vi ces aut cessaturum [c],aut valiturā stipulationem. Sed hæc [d] dissimilia sunt. Adeò enim cùm liber homo [e] promissus [f] est,seruitutis tēpus expectandū non est,vt ne hæc quidem stipulatio de homine libero probanda sit, Illum,cùm seruus esse cœperit,dare [g] spondes? item, Eum locum cum ex sacro religioso've profanus esse cœperit *dari? quia nec præsentis [h] obligationē temporis recipere potest: & ea duntaxat,quæ natura sui possibilia sunt [i],deducuntur in obligationem. Vini autem [k] nō speciem,sed genus stipulari *videmur [l]:& tacitè in ea tēpus [m] continetur. Homo liber certa specie continetur: & casum [n] aduersamq́; fortunam expectari hominis liberi,neque ciuile,neque naturale est [o]. Nam de ijs rebus negotium rectè gerimus, quæ subijci vsibus,dominioq́; nostro statim possunt [p]. Et nauis si hac mente [q] resoluta est,vt ad aliū vsum tabulæ destinarentur: licet mutato consilio perficiatur [r],tamen & perempta prior nauis, & hæc alia [s] dicenda est. Sed si reficiendæ nauis causa omnes tabulæ refixæ [t] sint,nondum intercidisse nauis videtur:& compositis rursum tabulis,eadem nauis esse incipit:sicuti de ædibus [v] deposita ligna ea mēte vt * reponatur,ædiū sunt [x]. Sed si vsque ad aream deposita sint [y],licet eadem materia restituatur,alia erit [z]. ¶Hic tractatus [a] etiam ad prætorias stipulationes pertinet,quibus de restituenda [b] re cauetur,& an eadem res sit quæritur.

¶ Duæ causæ lucratiuæ non possunt concurrere circa eandem rem,nisi una sit reuocabilis. Bartolus.

¶ Si rem,quam ex causa lucratiua [c] stipulatus sim,nactus fuero ex causa lucratiua [d]: euanescit stipulatio. Sed & si hæres extitero domino [e] rei: extinguit stipulatio [f]. ¶Si verò à me hærede [g] defunctus [h] eam legauerit [i],potest agi ex stipulatu [k]. Ideóq; [l] est,& si sub conditione legata sit:quia & si ipse [m] debitor [n] rem sub conditione legatam [o] dedisset [p],non liberaretur [q]. sed si conditione deficiente remanserit [r] penes me petitio [s] infirmabitur:

¶ Res perempta post mortem potest condici: & in stipulationem deduci. h.d. Bar.

¶ Stichum [t] qui decessit,si stipuler:si quidem condici [v] etiam mortuus potest,vt furi [x]: vtiliter me stipulatum Sabinus ait. Si verò ex alijs causis [y],inutiliter: quia & si

---

a ¶ Obligari.] vt.§.eo.§.& nauis.in fi. Accur.

b ¶ Centum amphoras] non adijciendo,quod ibi natum erit:vt.§. de triti.vino & oleo.l.cùm certus:& de contrahen.emp.l.si debitor. §.veri simile.quæ sunt contra.& facit.§.de an.leg.l.legatum est. §.vini.&.§.quando dies leg.ce.l.firmio.&.§.de ali.& cib.le.l.lucius.&.].de stipu.ser.l.vsufruct.& §.de cōdi.& de.l.j.§.fi.

c ¶ Cessaturam.] non ante extinguit. sic & 10 §.eo.l.ij.in fi.j.respō. & sic egregiè & propriè dicit.

d ¶ Sed hæc.] respō.& remouet prædictā ex similibus inductā probationem, & assignat in eisdē dissimilitudinē.ostēdit naque φ liberum hominē stipula 20 ri nō possumus cùm seruus erit,vel rem sacram cū erit profana: sed nauē cùm erit refecta sic, vel vinū, quod nascetur in tua vinea vsque ad.x.an.causam horū triplicē assignat: quia ea,quę natura sui possibilia sunt, dedu 30 cūtur:quæ possibilitas nō est in libero homine vel re sacra, sed naue & fructu sic. Itē qa aduersam fortunā &c. Itē qa vinum in genere, homo in specie promittitur. Accur.

e ¶ Liber homo.] id est seruus qui est effe 40 ctus liber. Accur.

f ¶ Promissus.] quod videtur esse in superiori casu eo facto libero.

g ¶ Dare.] quod est in naue & fructibus sec°: vt si dicam, promittis nauem cū erit refecta.

h ¶ Præsentis.] Prima ratio differentiæ.

50 i ¶ Possibilia sunt] quæ possibilitas hîc non reperitur. Accur.

k ¶ Vini autem.] hæc est ratio secundæ differentiæ:vel aliam assignat dissimilitudinem in fructibus. Accursius.

l ¶ Videmur.] supra 60 dicto casu.Ir.ideoque non liberatur promissor vini, vt promissor hominis eo producto ad libertatem:quia hîc in specie,ibi in genere stipulatur:genus autem perire non potest:vt.§.ad.l.fal.l. in ratione.§.incerte. Accursius.

m ¶ Tempus.] quando nascetur.

n ¶ Casum.] hæc est ratio tertia. Accur.

o ¶ Neque naturale est.] quandoque contrà:vt.§.de fideicom. li.l. generaliter.§.si homini.& facit.§.de contrahen.empt.l.si in emptione.§.liberum.

p ¶ Possunt.] in tempore,quo conficitur stipulatio natura vel iure 70 non impediente:ad quod est.].de stip.seruo.l.vsufr.in fi.& inst.de inuti.stipu.in prin.

q ¶ Mente.] aliam dissimilitudinem assignat in naui ab homine, in quo non distinguitur qua mente manumittatur. ad cuius dissimilitudinis probationem inducit de domo: & hæc est, sicuti de ædibus &c. non tamen est omnino simile ei quod dicit de naui, id quod inducit de domo.vnde subijcit:sed si vsque &c. Alij vt M. dicunt,aliud esse in naui quàm in homine. sed certè idem in naui dici potest quandoque. sed certè tunc non esset bonum simile quod sequitur de domo, ibi, sicuti &c. porrò licet alia sit domus in 80 veritate vt hîc, tamen in vtilitate eadem intelligitur , scilicet quo ad seruitutes ne pereant: vt suprà, de serui.vrb.prædi.l. feruitutes.§.si sublatum. Sed ne quis putaret inutile inquirere an sit eadem nauis vel domus, remouet dicens, hîc tractatus etiam ad prætorias &c. vt euenit in stipulatione fructuaria. & facit suprà,quibus modis vsusfruct. amit. quid tamen. §. j. &. §. in nauis. & de leg.iij.l.lana.§.nauc.& de iudi.proponebatur.&.].de solu l.qui res.§.aream. Accursius.

r ¶ Perficiatur.] i.reficiatur.

s ¶ Alia.] ideoq́; & promissor liberatus intelligitur.

t ¶ Refixæ.] id est dissolutę.

v ¶ De ædibus.] forte promissis.

x ¶ Sunt.] vt.§.de act.em.& vendi.granaria.in fi. Accur.

y ¶ Deposita sint.] vt §.de contrahen.empt. l.granaria.in fi.

z ¶ Alia erit.] hoc in 10 domo speciale, quia area est pars domus. Azo. sed hic videtur magis ratio in contrarium.

a ¶ Tractatus.] sed ne quis putaret esse inutile hoc inquirere sit eadem domus vel nauis: remouet dicens, 20 hic tractatus,scilicet qui dictus est de naui & de domo scilicet.

b ¶ De restituēda.] proprietario à fructuario cū vsusfruct. relictus erat vel promissus erat sub conditione:qua pendēte si proprietarius domū depo 30 suerit,vt dictum est scilicet:quæri solet,an eadem res sit an alia, vt proinde sciatur,an ad rem ipsam an ad interesse teneri debeat quasi dolo desijsset possidere:vt sic ad exhibendū teneatur. M. ad quod est.§.qui.mo. 40 vsusfru.amit.l.repeti §.fi.vel dic rectè vt §.de vsusfruc. queād. ca.l.j.

c ¶ Lucratiua.] puta ex donatione.

d ¶ Lucratiua.] puta ex legato.

e ¶ Domino.] s. eius rei,quam eram stipu 50 latus ab alio.

f ¶ Stipulatio.] quia &c. vt institu.de leg.§. si eadem res.&.§.tit.j. omnes.& de lega.j.§. seru°.§.ij.&.§.Stichū. &.].de sol.quoties.& de noua.l.fundum.

g ¶ Hærede.] s.qui debeo recipere rem ex 60 stipulatione.

h ¶ Defunctus.] qui dominus rei fuerat.

i ¶ Legauit.] puta vt differat à sequenti. Accur.

k ¶ Ex stipulatu.] contra eū qui promisit ex causa lucratiua:qa nō videtur mihi quæsita res quæ penes me remansura non sit.ad quod est.].de fur.à titio.& no.de perseuerantia.ad quod est.§.de leg.j.non quocunque.

l ¶ Idemque est.] vt possit agi ex stipulatu.

m ¶ Et si ipse.] meritò hæredi re debita sub conditione ab eo legata poterit agi cōtra promissorem ex stipulatu:quia etiā si ipse debitor, 70 q est hæres,rē à se promissam ita legatā stipulatori soluat nō liberat multòmagis ergo & si nō soluat & hoc est quia & si ipse soluēdo &c.

n ¶ Debitor.] Qui est hæres. Accursius.

o ¶ Legatam.] scilicet à seq.

p ¶ Dedisset.] scilicet creditori. Accur.

q ¶ Non liberaretur.] quia existēte cōditiōe legati mea creditoris scilicet esse desijt. M.& ideo statim ago:vt.].de solu.cum quis.§.qui hominem.

r ¶ Remanserit.] s.penes stipulatorem cui soluta est. Accur.

s ¶ Petitio.] ex stipulatu contra promissorem.& facit.§.de condi.in 80 de.l. sub conditione.

t ¶ Stichum.] si stipulor tradi,non dari:quia meus erat:vt dixi.§.e. scire.§.fi. Accursius.

v ¶ Condici] quod potest fieri mortuo eo post moram:vt suprà de cōsti.pec.l.promissor stichi.aliàs non valet:vt.§.eo.scire.§.fi. Accur.

x ¶ Vt furi.] quia semper est in mora:& mora trahit ad se periculū ante nouationem.ad quod est.§.de condi.fur.l.penul.& fi.

y ¶ Ex alijs causis.] mora vera vel psumpta non interueniēte. Ac. Idem

Mare spōdes.

* uidetur.

Area pars domus dicitur.

* deponatur.

Morosus & furasimila tur.

a ¶ Idem dicitur.] vt valeat stipulatio. Accur.
b ¶ Facta.] No. assimilari morosum & furem, quod facit ad interitũ: vt no. s. e. cum filius. §. fi. & facit. s. de iureiur. eum qui. §. j. & quod ibi not. &. C. de contrahen. stip. l. non moriturum. Accur.
c ¶ Defunctum.] seruum. Accur.
d ¶ Stipuler.] animo purgãdi morã. M. quæ non placet. imò æstima tio debetur, & nõ pur-10 gatur mora. Accur.
e ¶ Promiserit.] vt do minus noxali conuen-tus. Accur.
f ¶ Prægnans erat.] quę habet exceptionẽ: vt. s. siquis cau. l. ij. §. ij. & facit. s. si ex noxa. causa aga. l. j. §. j. & siquis cau. l. siquis quẽ-20 quam.
g ¶ Intelligitur.] & ideo nõ tenetur ex ea stipulatione. & facit. J. de solu. si mihi decem. Accursius.
Si insulã.] CASVS. Promisisti mihi facere insulã intra duos annos: tu per 30 misisti trãsire vnũ annum: ita φ non potes amplius intra tempus promissum ædificare. quæritur, vtrũ possis morã purgare. Distinguit. aut ego sum litẽ contestatus contra te: & non potes amplius te purgare à mora. aut 40 nõ sum adhuc litẽ cõ testatus: & tunc ædificando potes morã purgare. Fran.
h ¶ Si insulam.] id est domum in mari, quæ est quasi insula: & dici tur insula quasi in salo. i. in salso posita, secundum Isidorum.
50 i ¶ Non sim.] si nihil interesset mea: vt. J. eo. si ita quis promiserit. §. feia. & facit. s. de penu leg. l. j. in fi. j. rñ. & s. man. si hominẽ. & de cõsti. pe. sed & si alia. &. s. eo. interdũ. §. fi. & l. existimo. §. fi. & l. qui romæ. §. itẽ quæ-60 ro. & J. iudi. sol. cùm quærebatur. §. proinde. &. J. e. si serui. §. sequitur. sed contra. s. eo. stipulationes non diui. §. planè. Sol. ibi fuit pœna apposita. hîc non. vel secundum M. illa trahitur ad istam.
k ¶ Placet.] quasi mora purgata.
l ¶ Si ædifices.] ad hoc vt libereris à præstatione interesse. sic & qñ ius meum est factum deterius: vt dixi. hoc autem fallit. s. de publi. l. hoc edicto. in princip.

In executione.] CASVS. Ista est pulchra & elegans lex, & ponit quatuor species obligationum. Nam prima species est siue executio, quando res deducta in stipulationem potest peti di-70 uisim. exemplum ponitur ibi in. §. Prima species. & est quando pecunia promittitur. ratio est: quia stipulatore mortuo quilibet hæres peteret pro parte sua hæreditaria: vel promissore mortuo à singulis hæredibus exigi poterit pro parte hæreditaria. Secunda species est quando res deducta in stipulationem non potest diuidi: vt cum opus testator iusserit fieri: quia quilibet hæres tenetur insolidum. vsque ibi. §. quòd si stipulatus. Ponit exemplum primæ speciei, non secundæ: & dicit ad confirmationem primi dicti: quia si Titius promittit Seio per se aut per hæredem suum non fieri, quò minus ei ire agere liceat: & si aduersus ea factum fuerit, pœnam pro 80 mittit Titius: moritur ipse Titius relictis pluribus hæredibus. vnus eorum prohibet Seium ire agere. certè propter vnius prohibitionem cæteri cohæredes omnes tenentur: ille tamen qui prohibuit, tenetur cæteris cohæredibus ideo, quia venit contra promissum. Secunda species est huic primæ directæ contraria, scilicet quando totum peti necesse est: nec diuisionem recipit executio obligationis: vt quando testator præcipit fieri per hæredes suos aliquod opus alicui. Nam executio obligationis non potest diuidi in partes. i. effectus operis. Est tertia species qñ res in parte peti põt: sed non potest nisi tota simul solui. exemplum. Titius promisit mihi hominem incertum. moritur relictis tribus hæredib⁹. possum à quo libet partem hominis petere: sed solui non potest nisi totus ab vno, vt liberetur: quamobrem si cæteri soluant aliâs partes hominis, bene est. si non: iste qui partem suã soluit, con uenietur pro reliquis partibus. Est & quar-10 ta species, quãdo aliquid quod promissum est, petendum est inso lidum: tamen solutio potest diuidi. exẽplũ. Titius vendidit mihi fundũ, & promisit de euict. moritur relictis tribus vel plurib⁹ hæ redib⁹. venit quidam 20 tertius qui vult fun dum à me euincere. de iure debeo denunciare. omnibus hæredib⁹ vt me defendere ve niant. si tamẽ euictus fuerit à me fundus: q libet hæredum soluen do pro parte liberabi tur. vsque ibi, Item si. 30 istud est exemplum tertiæ partis: & satis clarum. vide tex.

¶ Quicunque.] Titi⁹ promisit mihi centum sub conditione, si Sei⁹ ad nundinas veniret videns iste Titius ver sutus hõ, φ Seius veni re vellet ad nũdinas, 40 & sic impleret condi tio: dolosè persuasit Se io ne iret ad nũdinas. quæritur, an nihilominus mihi teneatur ipse Titius in cẽtum. Respondetur φ sic: qa p ipsum stetit quò minus conditio impleretur. Fran.
50 m ¶ Quatuor cau sas esse.] formales in instituendo & exigen do, secundũ quam for mam debet peti & exi gi. M.
n ¶ Pecuniæ certæ.] idem in certa specie promissa, vt Stichum.

deberetur morte promissor liberaretur. Idem dicitur [a] & si mora facta [b] defunctum [c] stipuler [d].

¶ Licet ancilla desinat esse prægnans: nihilominus debet sisti in eadem causa. hoc dicit. Paulus. de castro.

¶ Siquis ancillam sistere se in aliquo loco promiserit [e], quæ prægnans [f] erat: etsi sine partu eam sistat, in eadem causa eam sistere intelligitur [g].

¶ Debitor ante litis contestationem potest moram purgare, & euitat pœnam solutionis uel interesse. non sic post lit. contest. super interesse uel pœna. Pau.

Idem. LEX LXXXIIII.

Si insulam [h] fieri stipulatus essem, & transierit tempus quo potuisti facere: quandiu litem con testatus non sim [i], posse te facientem liberari placet [k]. quòd si litẽ iam contestatus sim: nihil prodesse tibi si ædifices [l].

¶ Obligatio dandi certam quantitatem est diuidua quo ad obligationem & solutionem: obligatio faciendi uel non faciendi est penitus indiuidua. Bartolus.

Idem. LEX LXXXV.

In executione obligatiõis sciẽdum est quatuor causas esse [m]. Nam interdum est aliquid quod à singulis hæredibus diuisim consequi possumus: aliud quod totum peti necesse est, nec diuisim præstari potest: aliud quod pro parte petitur, sed solui nisi totum non potest. aliud quod solidum petẽdum est, licet in solutione admittat sectionem. ¶ Prima species pertinet ad promissorem pecuniæ [n] certæ: nã & petitio & solutio ad portiones hæreditarias spectant [o].

¶ Secunda [p] ad opus quod testator fieri iusserit [q]. nam singuli hæredes insolidum tenentur: quia operis effectus in partes scindi nõ põt.

¶ Quod si stipulatus [r] fuero per te hæredemve tuum nõ fieri quo mi nus eam [s], agam [t]: & si aduersus ea factum sit, tantum dari [v]: & vnus ex pluribus hæredib⁹ promissoris me prohibeat: verior est sententia existimantium vnius facto omnes teneri: quoniam licet ab vno prohibear, non tamen in partem prohibeor: sed cæteris familiæ erciscundæ iudicio sarciet [x] damnum.

¶ Obligatio generalis & alternatiua est diuidua quo ad solutionem. Bar.

¶ Pro parte autem peti, solui autẽ nisi totum [y] non potest, veluti cum stipulatus sum hominem incertũ. nam petitio eius scinditur: solui autem nisi insolidum non potest [z]: alioquin in diuersis hominibus recte partes soluerentur [a]: quod nõ potuit defunctus facere: ne quod stipulatus sim, non consequar [b]. Idem iuris est & si quis decem aut hominem stipulanti promiserit [c].

¶ Denunciatio debet fieri cuilibet hæredi insolidum: item defensio non diuiditur, sed interesse diuiditur. Bar.

¶ Insolidum vero agi [d] oportet, & patris solutio affert liberationẽ, cũ ex causa euictionis intẽdimus.

o ¶ Spectant.] Siue 60 stipulator siue promissor decesserit. & facit. s. eodem. l. ij. in princi pio. Accursius.
p ¶ Secunda species ad opus.] vbi neque petitio neque executio diuiditur. M. idem in omni seruitute, excepto vsufruc. vt. s. eodem. l. secunda in princip. &. s. si ser. vendi. l. loci corpus. §. si fundum. in fine. §. Accursius.
q ¶ Iusserit.] scilicet hæredibus.
r ¶ Quod si stipulatus.] quòd pro sed [a]. & sic accipe quòd non te neretur insolidum: vt. s. & sic non est hoc exemplum ad præmissa: sed ad primum membrum. & facit. s. cod. l. ij. §. item si in facto. & famil. 70 ercisund. hæredes. §. in illa. & l. inter cohæredes. §. quod ex facto. Accursius.
s ¶ Eam.] per iter. Accursius.
t ¶ Agam.] per actum.
v ¶ Dari.] puta centum nomine pœnæ. Accursius.
x ¶ Sarciet.] circa hoc plenè diximus. s. co. l. ij. in prin. Accur.
y ¶ Nisi totum.] id est in totum. Accur.
z ¶ Non potest.] vt liberetur: sed soluta sua parte conueniuntur alij & si soluant in eadem re, bene est. aliâs ipse idẽ conuenitur: vt. s. co. l. ij. §. primo.
80 a ¶ Soluerentur.] ab hæredibus. M.
b ¶ Non consequar.] aliâs est non. & aliâs deest &c.
c ¶ Promiserit.] nam solutis quinta in pendenti est: vt supra de conditionib. indebitis si non sortem. §. penultimo. & facit infra de solutionib. qui hominem. & l. stipulatus. §. primo.
d ¶ Insolidum verò agi.] id est denunciari: vt dicit in exemplo, & sic impropriè.

[a] Ista reprobatur p Bar. potest tamẽ esse vera quãtum ad pœnam vel interesse. Alex. & Ias.

a ℣ Auctoris.]id eſt venditoris.
b ℣ Præſtatio.]euictionis fortè duplæ,vel eius,quod intereſt:vt.j.eo,l.cùm ex cauſa.&.ſ.de euic.ſi rem quæ.§.j.& facit.ſ.depo.l.ſi duo hæredes.&.ſ.ſi ſer.vendi.l.loci.§.ſi fundus.j.reſpon.
c ℣ Item ſi ita.]hoc reſpicit tertiam ſpeciem,in qua pro parte petitur ſolui, ſolui autem niſi totũ non pôt.Acc.

nam auctoris [a] hæredes inſolidum denunciandi ſunt, omneſq; debẽt ſubſiſtere,& quolibet defugiente omnes tenebuntur:ſed vnicuique pro parte hæreditaria præſtatio [b] iniungitur.

℣ Stipulatio penalis adiecta obligationi dandi etiam certe ſpeciei pro ſolido committitur niſi ſolidum detur.hoc dicit.Bar.

℣ Item ſi ita [c] ſtipulatio facta ſit, Si fundus Titianus [d] datus non erit [e],dari [f] centum?niſi totus detur,pœna committitur centũ:nec prodeſt [g] partes fundi poſſe dari ceſſante vna, quemadmodum nõ prodeſt ad pignus liberandum partem [h] creditori ſoluere [i].

℣ Nota hic optimam regulam, quòd quando ſtat per eum qui futurus eſt obligari per euentum conditionis, quo minus conditio eueniat, perinde tenetur,ac ſi conditio eueniſſet.Pau.

℣ Quicunque ſub conditione [k] obligatus curauerit ne conditio exiſteret,nihilominus [l] obligatur.

Vlpianus. LEX LXXXVI.

QVod dicitur [m], Tot ſtipulationes eſſe,quot res: ibi locum habet,vbi res exprimuntur [n] ſtipulatione.cæterum ſi non fuerint expreſſæ,vna eſt ſtipulatio.

℣ Nota hic, quòd ſicut non ualet ſtipulatio rei meæ ita nec rei,quæ non eſt mea:ſed confertur in tempus quo erit mea.Pau.

Vlpianus. LEX LXXXVII.

NEmo rem ſuam futuram in eum caſum quo ſua ſit [o],vtiliter ſtipulatur [p].

℣ Mora rei nocet fideiuſſori niſi creditoris mora quo ad fideiuſſorem præceſſerit:mora tamen fideiuſſoris ipſi ſoli nocebit.h.d.Bar.

Idem. LEX LXXXVIII.

MOra † rei fideiuſſori [q] quoque [r] nocet.ſed ſi fideiuſſor ſeruum obtulit [s],& reus moram fecit: mortuo Sticho, fideiuſſori ſuccurrendum eſt. ¶ Sed ſi fideiuſſor hominem occiderit,reus liberabitur [t]:fideiuſſor autem ex ſtipulatione conueniri [v] poteſt.

℣ Verba præſentis temporis ad futura non trahuntur.Pau.

Idem lib.9.ad Plaut.
LEX LXXXIX.

SI à colono [x] cui fundũ in quinque annos locaueram, poſt tres annos ita ſtipulatus fuero, Quicquid te dare facere oportet? non amplius in ſtipulationem deducitur,quàm quod iá dari oportet.ſin autẽ adijciat, oportebit ve, etiá futura [y] obligatio deducitur.

℣ Litis conteſtatio curſum uſurarum non impedit.Barto.

Pomponius. LEX XC.

d ℣ Titianus.]in huiuſmodi datione non habetur diſtinctio diuidui [a], & indiuidui, ſicut habetur in faciendo:vt not.ſ.eo.l.v.§.ſi. Accurſius.

a Approbatur per Bar. Pau.Alexã. Are.ĩ.l.iij.§.capto.ſ.eo.

e ℣ Non erit.]Qui dari promiſſus erat, vel nec etiam promiſſus.
f ℣ Dari.]quando ipſe fundus eſſet ꝓmiſſus.ſic.ſ.de actio. empt.l.lucius.ſed hoc caſu neque ad fundũ, cùm nõ ſit in obligatione, neque ad pœnã prodeſt: vt.j.eo ita ſtipula. vel dicas fundum fuiſſe in promiſsione. Accur.
g ℣ Prodeſt.]quin pœna committatur in totũ. diſtinguit tamen Io.aut volenti & ſpontaneo creditori pars vna ſoluta ſit, quo caſu pœna committitur pro parte:an etiã decepto creditori, vt cùm debitor diceret ſe ſtatim vel proxi.ſoluturũ aliam partẽ, rogat vt creditor ſub hac ſpecie accipiat illam partem, & poſt non ſoluit aliam. nã hoc caſu cõmittitur pœna inſolidũ, & tamẽ in ea cõputandũ eſt pretiũ ſolutæ partis.verbi gratia, promiſi fundum valẽtem.xl.& ſi non ſoluerem,promiſi pœnam.c. ſolui. ego medietatem fundi creditori decepto:vt dictum eſt.commiſſa eſt inſolidum pœna.c.ſed tamen in illis.c.computabitur pretium medietatis ſolutæ, ſcilicet.xx.iniquum enim eſſet,& rem poſsidere,& pœnam exigere: vt.ſ.de excep.do.apud celſum.§.labeo.& de pac.reſcriptum.§. ſi pacto.Item ſi aliquis de hæredibus non conſentiat,compellitur per iudicem vel per ſortem:vt.C.communia de lega.l.ſi.vel ſtatur maiori parti.arg.ſ.de pac.maiorem.Azo.
h ℣ Partem.]debiti.
i ℣ Soluere.]vt.ſ.ſi quis cau.l.ſi ſeruus.&.C de luitio.pi.l.j.&.ſ.fami.erciſ.hæredes.§.in illa.&.C.de diſtrac.pig.l.quandiu.Accur.
k ℣ Sub conditione.]ſi ſtipulator aſcenderit Capitolium. Acc.
l ℣ Nihilominus.]hoc fallit [b] quando licet impedire:vt ſi viceris me iaculum iaciendo.hoc autem quod hîc dicitur,ideo eſt,ne ex dolo ſuo lucretur:vt.j.de regu.iur.in iure.Accur.

b Iſtam gl. ſequuntur Alex. & Ia. & eſt ſing. ſecundum eoſdem.

QVod dicitur.] CASVS. Dictum eſt ſuprà eo.titu.l. ſcire debemus.quòd tot ſunt ſtipulationes quot ſunt res deductæ in ſtipulationem. Quæritur, vt hoc dictum locum habeat, quomodo concipienda ſit ſtipulatio? Reſpondetur quòd hoc modo. Mæui dabis mihi ſeruum Stichum,& cẽtum aureos,& equum tuum ruffum?ille reſpondet,dabo.certè hic ſunt tot ſtipulationes, quot res. ſed ſi iſte tres res eſſent poſitæ in vno loco ſimul,& dicerem ſic:dabis mihi omnes res iſtas? tunc tantum eſt vna ſtipulatio : quia non ſunt hîc ſingulariter expreſſæ : ſicut ſuprà fuerunt diuiſim deſignatæ. Franciſcus.
m ℣ Quod dicitur.]vt.ſ.eo.l.ſcire debemus.&.ſ.de euic.l. cùm plures.&.j.eo.titia.in ſi.&.l.pluribus.in prin.& facit.ſ.de lega. ij. quoties.in ſi.Accur.
n ℣ Exprimuntur.]nominatim,& etiam copulatiuè.veluti cùm ſtipulor,rem iſtam dabis,& iſtam & illam &c.non autem exprimũtur, veluti dabis omnes res iſtas.
NEmo.] CASVS. Titius legauit mihi Stichum ſeruũ ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit.veni ad hæredem Titij: & dixi ei,promittis mihi quòd dabis mihi ſeruum Stichum ſi nauis ex Aſia venerit?hæres dicit,promitto.nunquit iſta ſtipulatio eſt vtilis? reſpondetur quòd non, quia nihil plus conſequitur legatarius per hanc ſtipulationem:quàm conſequeretur per actionem ex teſtamento.Franciſcus.
o ℣ Sua ſit.]Ex lucratiua cauſa.ſecus ſi ex non lucratiua:vt.ſ.tit.j.ſi is qui Stichum.ſed non ſufficit expoſitio hæc [c]: nam legatarius rem ſibi ſub conditione legatã ſtipulatur ab hærede in eum caſum, quo ſua futura ſit,& ex cauſa lucratiua:vt.ſ.vt leg.no.caue.l.j.§.ſi quis ſub conditione.& ideo dic vtiliter ſtipu.vt plus.ſ.conſequatur per ſtipulationem.neque enĩ legatarius plus conſequitur per illam ſtipulationem quã actione ex teſtamento:& ſecundũ hoc erit bonũ [d] exemplum,vt ſi res erat tibi legata ſub cõditione,& ſtipuler eã ſub eadem conditiõe. M.vel dic [e] vt ſi ſtipuler partũ ancillæ meæ prægnãtis,vel ſub cõditione legatæ à teſtatore,dandum à me hærede,ſtipuler in eum caſum quo conditio de fecerit, ſecũdũ M. & facit.ſ.eo.l.ſcire debemus.§.ſi.Accur.

c Et bene Bar. Ale. & Iaſ.
d Imò erit malum Bar. Alex.& Ia.
e Reprobatur per prædictos.

p ℣ Stipulatur.]vt ſi ſtipulor à te rem aliquam ſi erit mea [f].
MOra rei.] CASVS. Titius promiſit Meuio hominem Stichum:& vt certiorem faceret creditorem,dedit Sempronium fideiuſſorẽ. Titius iſte interpellatus vt ſolueret ſeruũ iſtũ,fuit in mora:poſt hoc Stichus ſeru⁹ moritur.quæritur,hîc vtrum fideiuſſor teneatur poſt rei interitum ſicut ipſe reus Titi⁹ qui fuit in mora ſoluẽdi? Et reſpondetur ꝙ ſic, quia mora rei nocet fideiuſſori.ſi verò Semproni⁹ fideiuſſor ſeruum obtulit,& re⁹ Titius moram fecit: mortuo ſeruo erit ipſi fideiuſſori ſuccurrendum.Sed ponamus ꝙ iſte fideiuſſor ſeruum occidit:certè reus principalis liberabitur,& ipſe fideiuſſor ſolus poterit ex ſtipulatione conueniri.Fran.

† Dynus & Ale. hîc reputãt iſtũ text. ſingu. ad hoc pro ꝓfitum ꝙ licet mora principalis. debitoris noceat fideiuſſori: tũ hoc non eſt verum niſi creditor pri⁹ fuiſſet cõſtitutus in mora à debitore.bologni.
f Idẽ Bart. Alex.& Iaſ.

q ℣ Fideiuſſori.]non tamen ſic vt fideiuſſoris augeatur obligatio [g]: vt.ſ.de eo quod cer.lo.l.centum.ſed vt producatur.i.vt tranſeat cõtra fideiuſſores [h] & etiam contra hæredes:vt.j.eo.ſi ſeruum.§.nũc.& facit.ſ.de vſur.l.ſi quis ſolutioni.§.j.&.l.mora.§.ſina.&.j.de ſiiuſ.l.ſi à colono.§.j.Accur.

g Idẽ Paul. & Ia.
h Aprobat per Bart. P. & Ia.

r ℣ Quoque.]vt ſi promiſiſti Stichum,& dediſti fideiuſſorem,& fuiſti in mora.nam aduerſus te & eum obligatio perpetuatur. Accurſius.
s ℣ Obtulit.]ante mora rei [i],vt innuit.idem ſi poſt:nã morã rei purgauit.Alij vt Hug.dicunt poſt moram rei.aliâs ſecus:vt.j.eod.ſi ſeruum.§.ſequitur.&.ſ.de peri & cõmo.illud.

i Approbat per Bart. P. Alex.& Ia.

t ℣ Liberabitur.]interitu ſpecie,cũ in mora non eſſet. Accur.
v ℣ Conueniri poteſt.]poteſt quia in totam cauſam fideiuſsit: vt.j.l.iij.§.nunc videamus nam licet reo liberato fideiuſſor ſtricta ratione liberetur,hoc tamen caſu ex æquitate adhuc tenetur fideiuſſor ex ſtipulatu vtili.ſed videtur de dolo actione teneri:vt.ſ.de dolo,ſi fideiuſſor.quæ eſt contra Sol.hîc,de æquitate vtili ex ſtipulatu:ibi,de rigore de dolo vel dic ex ſtipulatione.i.propter ſtipulationem datur de dolo.vel hîc,poſt ſuam moram,ibi ante occidit. vnde priſtina teneri non potuit,cũ reus ea eſſet liberatus:tenetur ergo de dolo.& plenè dic vt ibi no.& facit.j.de ſol. qui decem.&.ſ.eo.l.cũ filius.Accurſius.
SI à colono.] CASVS. Locaui tibi vineã meã p.x.annos ita vt quolibet anno dares mihi.x.ſcuta.tranſactis tribus annis ſtipulatus ſum à te hoc modo:promittis mihi ſoluere quod debes ex locatione vineæ meæ?tu dicis promitto.quæratur,quid in hanc ſtipulationem eſt deductum?certè tantum triginta ſcuta,quæ debentur mihi pro tribus annis præteritis,& non futura penſio vineæ. Si autem volo deducere in ſtipulationem penſionem futurum annorum, debeo addere in ſtipulatione:promittis dare quod debes ex tali locatione,vel in futurum debebis?tunc etiam futura penſio comprehendetur in hac ſtipulatione.Fran.
x ℣ Si à colono.]vt omnes fructus eſſent ſui,& certa pecunia mihi daretur.
y ℣ Futura.]id eſt cuius effectus eſt de futuro : ipſa tamen præſens eſt,ſi eſt in diem.& facit.j.de verb.ſig.verbum oportere.&.ſ.eo.ſi ſtipulatus

pulatus fuerim.§.j.

CVm stipulati.] CASVS. Mutuauit tibi quidam vsurarius centum ducatos:ita vt omni mẽse solueres sibi pro vsuris quinque ducatos.post paucum tempus venit ad te.vt colorem det vsuris suis,stipulatur à te quinque ducatos nomine pœnæ & loco vsurarũ soluendos omni mẽse quo in solutione cessaueris post hoc facit te in ius vocari propter sortẽ.nunc quæritur, vtrum durãte iudicio per aliquot mẽses pœna ista debeatur? Rñ. ꝙ sic dubium erat huius legis:quia cœpto iudicio videbaẽ facta nouatio, & videbatur stipulatio pœnæ esse perẽpta: sed secus est, vt hîc,&.C.de iudi.l.j.Sed hæc.l.iure nouissimo, quo vsuræ omnino prohibitæ sunt, locũ non habet vllo modo.Sũt enim à christiano homine penitus extirpandæ vsuræ:vt ne quidẽ vllum vestigiũ remaneat quæstus infelicissimi. Fran.

CVm stipulati[a] sumus pro vsuris[b] legitimis pœnã[c] in singulos menses si sors soluta nõ sit: etiam si sortis obligatio in iudiciũ sit deducta, adhuc tamen[d] pœna crescit: quia verum est pecuniam solutam non esse[e].

Re perempta, uel à communi commercio exẽpta tenetur debitor, si mora uel culpa præcesßit ipsim, uel eius, qui ab eo causam habet. Bar.

Paulus. LEX XCI.

SI seruum Stichum stipulatus fuero, & nulla mora interueniente seruus decesserit: si quidem occidat eum promissor, expeditũ est[f]. Sin autem negligat infirmum[g], an teneri debeat promissor, consyderandum est: vtrũ quẽadmodum in vendicatione hominis, si neglectus à possessore[h] fuerit, culpæ huius nomine teneẽ possessor[i]: ita & cum dari promisit[k]? an culpa, quod ad stipulationẽ attinet, in faciendo[l] quidem accipiẽda sit, non in non faciẽdo[m]? quod magis probandum est: quia qui dare promisit, ad dandum, non ad faciendũ tenetur. Sed si sit quidem res in rebus humanis, sed dari non possit, vt fund⁹ religiosus puta vel sacer factus, vel seruus manumissus, vel etiã ab hostibus si capiatur culpa in hũc modũ dijudicatur, vt si quidẽ ipsius promissoris res vel tẽpore stipulationis vel posteà fuerit, & quid eorum acciderit[n], nihilomin⁹ teneatur. Idemque fiet[o] & si per aliũ postea quàm ab hoc[p] alienatus sit, id contigerit[q]. Si autem alienus fuerit, & ab alio tale quid acciderit, non tenetur: quia nihil fecit[r]: nisi si postea quã moratus[s] est solutionem, aliquid huiusmodi acciderit. quam distinctionem & Iulianus sequitur. Item si homo qui fuit promissoris[t], ex præcedenti causa ablatus ei fuerit[v], ꝙ[x] statuliber[y] fuit: perinde ha

a Cùm stipulati.] verbi gratia dixi, promittis mihi centum & vsuras quatuor denariorũ omni mẽse quo cessaueris in solutiõe, vel pœnã quatuor denariorum pro omni libra? Accur.

b Pro vsuris.] i. loco vsurarum. Acc.

c Pœnam.] non excedentem legitimas vsuras.

d Adhuc tamen.] licet nouatio iudicis intercesßit: vt C.de vsuris rei iudi.l.fi.&.C.de iudi.l.j.& erat hîc ea dubitatio, quæ ibi: quia[a] videbatur nouatio facta.

e Non esse.] non enim ita nouatur vt tollatur prima: sed durat, vt & omnis eius accesßio.

a Bene erat nouatio:sed nõ talis per quã prima actio tolleretur. P. & Alexan.

SI seruum.] CASVS. Promisit Titius mihi Stichum seruũ: qui non interueniente mora mortuus est. an promissor teneatur? distinguitur: quia si non fuit causa mortis suæ, non tenetur. si verò eum occidit, non liberatur. quid autem erit? promissor seruum istũ non occidit: sed cùm infirmus esset, eum neglexit. an teneatur? Respondetur quòd sic. vide glos. super verbo, in non faciendo. & ponit tex. argumenta pro & contrà: quæ satis clara sunt. Sed & si.] Promisi tibi certum fundum. Iste fundus factus est religiosus. vtrum nihilominus tibi tenear dare fundum? certè distinguitur. Nam si iste fundus erat meus tempore stipulationis, vel post, antè tamen, quàm religiosus fieret: si post fiat religiosus per me, tenebor tibi. & pone in alijs exemplis quæ ponit textus. si autẽ ego promisi tibi fundũ alienum, & per alium factus est religiosus: tunc non tenebor tibi, nisi moram fecero in soluendo. Item si homo.] Glos. ponit casum. De illo.] Titius instituit me hæredẽ in omnibus bonis suis: in quibus bonis erat vnus seruus: postea idẽ Titius fecit codicillos, in quibus iussit vt restituerem seruum istum Sẽpronio. ego nesciens à me hoc esse petitum per testatorem, occidi seruum istum. vtrum nihilominus tenear Sempronio? Respon. quòd sic. Sequitur.] Est vetus & approbata regula in iure: quoties quis moram facit, perpetuatur obligatio. sed hæc regula recipit talem limitationem siue distinctionẽ. Nam si promissor ipse est causa moræ, quia occidit hominẽ promissum: tunc tenetur: quia occidit, nec potest morã purgare. si verò tãtum moram fecerit in soluendo, & extat res promissa: potest postea offerendo moram purgare. hoc enim est ex bono & æquo. quam sententiam hîc multum laudat Paulus iuriscon. & Celsus similiter & Iulianus. & ponit arg. à simili in ff.§. quod declara vt in gl. super verbo, par. per. l. ij. ff. ne quis eum qui in ius vo. vi exi. & est iste pulcher §. Nunc videamus.] Dictum est. ff. proxi. §. qualiter obligatio perpetuatur per moram: & qualiter mora potest purgari. in hoc. §. ostenditur per quas personas perpetuetur obligatio: & ad quorum onus perpetuetur obligatio. & breuiter respondetur, quòd potest perpetuari obligatio propter moram commissam à principali promissore: & etiam transit contra hæredes suos. Item potest perpetuari per fideiussorem: & etiam in eius hæredes transit. An filius.] Paterfamil. filio suo iussit vt promitteret seruum Stichum Sempronio. filius secundum iussionem patris promisit. postmodum iste filius occidit Stichum promissum. quæritur, vtrum obligatio perpetuetur contra patrem? Respon. quòd sic: quia pater censetur esse in hac obligatione quasi accessorius: sicut ff. proxi. §. dictum est, scilicet quòd obligatus accessoriè perpetuat obligationem.

Effectus huius cõstitutiõis.] Quæreret aliquis qs est effectus. i. potestas illius cõstitutionis. ff. in. §. sequitur. ꝙ. s. si homo promissus moriatur culpa debitoris, ꝙ perpetuetur obligatio? Respond. ꝙ est illa potestas: quia licet homo perijt, tñ adhuc peti potest, licet quis pretium eius consequaẽ. Item põt huius hominis mortui promissori acceptum ferri: & si fideiussor pro ea obligatiõe accipi põt Itẽ talis obligatio põt. etiã nouari si expresse dictum sit inter partes vt nouetur obli. Frã.

f Expeditum est.] vt teneatur[b] vt. j. §. sequitur. primo responso. & ff. e. l. si ex legati. in fin. Accur.

b Actione ex stipulatu vtili si debitũ sit pure. Alexan. Are. & Ia.

g Infirmum.] ideoque mortuus sit Acc.

h A possessore.] bonæfidei. Accur.

i Possessor.] etiam bonæfidei post litem contest. vt. ff. de rei vẽdi. l. qui petitorio. §. q in rem. & l. si verò custodiendus. & l. si & homo. Accur.

k Promisit.] nomine culpæ teneatur: scilicet negligentiæ nomine. Accur.

l In faciendo.] s. si occiderit, vel causam mortis præbeat. Acc.

m In non faciendo.] puta in non curãdo. i. non medicando: in quo culpam non esse accipiendam probat, cùm subiũgit, quia qui dare pro. &c. sic accipe[c] quod magis &c. s. quòd culpa non sit in non faciendo tantũ: sed in faciendo. s. occidendo. & pro hoc. ff. de hære. vendi. l. venditor. §. quemadmodum. vel dic secundum Io.[d] quòd magis sit probandum vt in negligendo culpa admissa sit: & sic teneatur. & pro hoc. ff. de ædili. edi. quod si nolit. §. si mancipium. ibi, culpã &c. &. ff. de vsur. l. videamus. in prin. &. ff. de peti. hære. ei qui. §. cùm prædia. & de consti. pecu. qui autem. §. si quis. Item pro hoc, quod dicitur de legato aliàs: nam circa legata[e] consideratur hæredis culpa in prætermittendo, & diligentia in faciendo ea, quæ diligens faceret: & propter vtrunque tenetur: vt. ff. de leg. j. l. cum res. § penult. & l. quid ergo. §. si hæres. Item pro hoc. ff. ad syll. l. iij. §. ij. quæ omnia sunt arg. contraria primæ positioni: & quod subijcit, quia &c. est ratio quare erat dubitandum. non quare hoc sit probandum.

c Reprobatur per Bar. Pau. Alexã. Are & Ias
d Gl. sequiẽ Imol. Paul. Alex. & Ias.
e Approbatur per bar. Ang. Imol. Alex. & Ias.

n Acciderit.] per eum qui rem promisit. Ir. s. si culpa promissoris acciderit: secus si ante. s. moram moriatur: vt in argumẽto contrà. ff. tit. j. l. is qui.

o Idemque fiet.] s. vt teneatur, vt fortasse per eum, qui post emit Vel aliter[f] acquisiuit: quoniã suo facto videtur id accidisse, cũ post promissionem alij tradidit: vt. ff. de rei vendi. l. Iulianus scribit, si hominem. & institu. de lega. §. sed si alij. & rem ra. hab. l. si indebitum. §. fina.

f Sequũtur Bart Ale. & & Are.

p Ab hoc.] promissore.

q Contigerit.] vt manumissus sit, vel aliquid prædictorum contigerit. sed contra. ff. e. inter stipulãtẽ. §. sacrã. sol. hîc de suo: ibi de alieno: vt & hîc subijcit, si autem &c. Accur.

r Fecit.] s. dolo, vel culpa. sed nonne in alieno potest committi culpa, vt. ff. de legatis. j. cùm res. §. sed si alienus? Item in suo potest non esse culpa, vt quia præmio fiat liber contra domini voluntatem: vt. C. quibus ex cau. sert. pro præmio liber. ac. l. prima? Respondeo. hîc & superiori dicto respexit frequentiam. argumentum. ff. de lega. & senatusconsultum. l. nam ad ea. si tamen in alieno est culpa tenetur: vt. l. cùm res. & si in suo non est, non tenetur: vt infrà. §. proximo frequenter enim contingit vt in suis sit culpa, in alienis non & facit ad hæc & sequentia. j. de solu. l. si mihi alienum. & l. qui res & insti de leg. §. si res leg. & §. si verò. & ff. tit. j. si is qui. & quod nota. ff. de condictio. inde. l. neratious. & ad trebel. l. quidam. §. si qs filiũ. & qui & à quibus. l. hæres seruum. & de legatis primo si quis inquilinos. §. j.

s Moratus est.] id est distulit.

t Promissoris.] tempore stipulationis.

v Fuerit.] ante moram. Accursius.

x Quod.] id est quia. Accursius.

y Statuliber.] Exemplum. promisit tibi dare Stichum: postea quidam me instituit, & Sticho legauit libertatem sub conditione si existente conditione Stichus fuerit liber. non teneor. Accursius.

a Teneatur.]& magis eſt quòd teneatur.Azo.
b Putat.]ſcilicet vt teneatur : vt inſtitu.de leg.§.ſi verò hæredis. Accurſius.
c Petitum.]hominem.Sed quomodo eum manumiſit ſiue purè, & ſic legatarij:ſiue ſub conditione legatus erat:& tunc non poteſt manumittere : vt.ſ.qui & à quib⁹. l. generaliter. §.j.ſed dic quòd hæredis erat.Sed tũc oppo. 10 ſ.qui & à quibus.l.hęres. ſed reſpon. hæres nihil ibi agit quin teneatur ad ęſtimationẽ: ſed libertas tenet. & fac hic quæſtionẽ quã ibi.ſ.de condi. indebi. l.in ſumma.§. ſi ſeruũ. & ibi ſol.ſecundum Io. ADDITIO. Dic 20 quòd ibi loquitur in alia actione.Bar.Are.
d Sequitur.]cùm in ſpeciebus certis de culpa locuti ſimus, ſequitur vt videamus in genere.Accur.
e Perpetuari.]quãtum ad hoc, vt non liberetur interitu ſpe- 30 ciei ſecundum R. ſic ergo perpetuatur, id eſt perpetua remanet, ſi prius erat perpetua. ſi autem prius erat tẽporalis:& tunc erit ſimile[a] fieri,id eſt remanere:vt.ſ.de iudi.l. iulianus.
f Conſtitutio.]vt 40 teneatur:vt quia occidit:vt.ſ.ea.l.in prin. & mora nõ purgatur. aliâs non cõueniret ſequentibus.Accur.
g Moratus ſit tantũ.] & poſtea obtulit.
h Non fuerit.]quia ſoluere voluit. Accurſius.
50 i Extinguatur.] oblatione.
k Eam moram.]ad quod facit. ſ. de pericu. et commo. l. illud. &.ſ.eo.interdum.§. fina.& ſiquis cau.l. & ſi tres.&. C. de fideiuſ l. ſancimus.&.ſ.de conſti.pe.l.ſed & ſi alia. & 60 de condi.fur.l.parui. Sed contrà.l.fi.de condi.fur.ſed ibi litem ſuſcipere non rem reddere volebat. Accur.
l De bono.]quamuis enim ſtricto iure pœna commiſſa eſt, & ſtrictum ius dicit eum omino teneri poſt mo- 70 ram:ſed quia æquum eſt taliter eundem hanc pœnam euadere, ſi obtulit, tale eſt, ac ſi non fuiſſet in mora. Accurſius florentinus legum doctor.
m Et æquo.]non ſtricti iuris,vt teneatur adhuc.
n Iuris.]ſcilicet ſtricti.
o Par.]i.ſimilis:vt.ſ.ne quis eum quí in ius vocatus.l.ij.& de mino. l.verum.§.fina.& de vſur.l.j.in fi.&.j.de regu.iur.l.quoties.
p Perſequitur.]non video.
q Hæc conſtitutio.]quæ de perpetuãda obligatione loquitur.Acc.
q Hæc conſtitutio.]id eſt conſtitutum veterum:vt.ſ.proxi.§.
80 r Perpetuam obligationem.]mora vel etiam culpa.
s Quibus.]id eſt ad quorum onus.Accur.
t Producant.]id eſt perpetuent.Accur.
v Obligationem.]faciendo ſcilicet moram.Accur.
x Acceſſores.]id eſt fideiuſſores.Accur.
y Dubium eſt.]an eorum facto perpetuetur.Accur.
z Perpetuare.]in ſuam perſonam.Accur.
a Tollat.] occidendo ſcilicet.Accur.

† Alex. hîc dicit iſtum tex.ſing. & alibi non reperi ad hoc quod licet debitor ſciẽs. peccãs in faciẽdo vel in negligẽdo teneatur:vt in prin. noſtre legis.& idẽ ſi ignorãs peccauit faciendo illicitũ actũ aliàs autem non ſi iuſtè ignorauit:p l.qd te.cum ibi not.ſ. ſi cert. pet. tñ hoc vltimũ fallit in hærede qui obligatur ex cauſa lucratiua.nã licet peccet ipſe etiam ignorãter faciendo actum licitũ, tamen tenetur Bol.
a Approbatur per Bar. Imo Paul. Alex. & Ia.

bendus ſit ac ſi alienum promiſiſſet:quia ſine facto ipſius deſijt ei[o] eſſe. De illo † quæritur, an & is qui neſciens ſe debere occiderit,teneatur[a] ?quod Iulianus putat[b] in eo qui cũ neſciret à ſe petitũ[c] codicillis vt reſtitueret, manumiſit.

Vltima mora nocet : & in pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.Bar.

Sequitur[d] de eo videre quod veteres conſtituerunt, Quoties culpa interuenit debitoris, perpetuari[e] obligationẽ.quemadmodũ intelligendum ſit.Et quidẽ ſi fecerit promiſſor quo minus ſoluere poſſit,expeditũ intellectũ habet conſtitutio[f] .Si verò moratus ſit tantum[g] ,hic hæſitatur an ſi poſtea in mora nõ fuerit[h] ,extinguatur[i] ſuperior mora. Et celſus adoleſcens ſcribit eũ qui morã fecerit in ſoluẽdo Sticho quẽ promiſerat,poſſe emendare eam morã[k] poſtea offerendo. eſſe enim hãc quæſtionẽ de bono[l] & æquo[m] :quo in genere plerũq; ſub authoritate iuris[n] ſciẽtiæ,pernicioſe(inquit)erratur.Et ſane probabilis hæc ſententia eſt: quam quidẽ & Iulianus ſequitur. nã cũ quæritur de dãno, & par[o] vtriuſq; cauſa ſit:quare nõ potior ſit qui tenet, quã qui perſequitur[p] ?

Mora principalis obligationem perpetuat quo ad ſe,& fideiuſſores, & eorum ſucceſſores:mora fideiuſſoris quo ad ſe, & ſucceſſores ſuos.Barto.

Nunc videamus in quibus perſonis hęc cõſtitutio[q] locum habeat. quę inſpectio duplex eſt:vt primo quæramus quæ perſonæ efficiant perpetuam[r] obligationem,deinde quibus[s] eam producant[t] .Vtique autem principalis debitor perpetuat obligationem[v] :acceſſores[x] autem an perpetuent,dubiũ eſt[y] : Pomponio perpetuare[z] placet.

b Itaque.]dixi quæ perſonæ efficiant perpetuam:nunc incipit quibus producatur.
c Ipſorum.]debitorum vel fideiuſſorum.
d Fideiuſſoribus.]ſcilicet ſecundis.
e Perpetuãt.]ſ.fideiuſſores primi.& ad hoc.j.de fideiu.grecè.§.fi.
f Cauſam.]hos articulos duos : ſcilicet quod perſonæ perpetuẽt,& 10 quibus producãtur: non plenè proſecutus eſt : vnde ſciendũ quod principalis debitor moram adhibens perpetuat[b] obligationẽ tã contra ſe & ſucceſſores ſuos,quã cõtra acceſſores.i.fideiuſſores & hæredes eorum. at 20 fideiuſſor contra ſe & ſucceſſorem ſuum, non contra reũ:vt hîc &.ſ.eo.l.mora.§.fi.& §.penulti. & ſic patet cõtra quos perpetuatio fit.Ecõtra perpetuat ſtipulator,vel procurator eius denunciãs promiſſori:vt.ſ.de peti.hæredi.item ve.§. 30 petitam.vel eorũ geſtor[c]:vt.ſ.de vſur.ſi quis ſolutionem.§.fi.
g Producat.]id eſt perpetuet.
h Acceſſorem.]id eſt mandatorẽ. ad quod eſt.ſ.eo.cũ filius.ij.reſpon.&.ſ.de hære. vendi.l.qui filium.Accur.
40 i Effectus.]quæreret ali quis, quid eſt vtilitas huiuſmodi conſtitutionis: ad quod reſpon.
k Huius conſtitutionis.]veteris:vt.ſ. §.ſequitur.in prin.
l Poſsit.]poſt morã filij mortui.ſed cũ adhuc in obligatiõe ſit 50 quomodo poteſt pretiũ conſtitui:vt. ſ. de conſti.pecu.l. promiſſor?Rñ.quia & nõ debitum pro debito põt conſtitui:vt.ſ.de conſtitu.pecu.l.j.§.an põt vel dic,quaſi debitum eſt:cùm agendo ad ho- 60 minẽ,pretium conſequar.Accurſius florẽtinus legum doctor.
m Sed & acceptum.]patri propter factum filij.Accur.
n Creditur.]præcedente nouatione.i. aquiliana ſtipulatiõe,quæ an fieri poſsit,ſequitur, 70 nouari autem &c.
o Obligationis.]quod iuſſu.Accur.
p Obligatio.] qua pater nomine filij teneatur.Accur.
q Nec pecuniam.]i.intereſſe.& ſic no.intereſſe non eſſe in obligatione:vt dixi.ſ.de act. emp.l.j.in prin.
r Poſſe.]ſiue hominem ſiue pretium ſtipuler animo nouandi:vt.ſ. de conſti.pecu.l.promiſſor.
s Si hoc actum.]vt nouetur, & facit infrà de nouatio.ſi aliquam rem,
SI ita ſtipuler.] CASVS. Iſta lex cũ ſequenti planæ ſunt, 80 & in.l.triticum.gl.ponit caſum.Fran.Accur.
t Hæredi.]Si fuerit prohibitus:licet & ego fuerim impeditus : vt j.eo.ſi ſic.vel licet factum meum continere tantũ videatur quod ego colligens impediar.idem eſſet & ſi nomen hæredis adiectum non eſſet, vt.ſ.de proba.l.ſi pactum.Accur.
v Datur actio.]q.d.non tantum mihi viuenti ſi prohibear,actio datur:ſed hæredi meo datur exceptio.
x SI ſic.]Sumam. id eſt eligam.

b Per interitum. Ange.
c Quando denũtiatur vt creditor ſoluat & debitor & creditor ſunt eiuſdem fori. Barto.& Ange.

Quare em̃ facto ſuo fideiuſſor ſuã obligationem tollat[a] ? Cuius ſententia vera eſt. Itaq;[b] perpetuatur obligatio tam in ipſorum[c] quàm ſucceſſorum ſuorũ perſona. Acceſſoribus quoque ſuis,id eſt ſfideiuſſoribus[d] perpetuant[e] obligationem,quia in totam cauſam[f] ſpoponderunt.

Mora filij perpetuat obligationem cõtra patrem.Bar.

An filiusfamilias quod iuſſu patris promiſit,occidendo ſeruum producat[g] patris obligationem, vidẽdum eſt.Pomponius producere putat:ſcilicet quaſi acceſſorem[h] intelligens eum qui iubeat.

In obligationibus dandi res perẽpta poſt moram durat in obligatione quo ad petitionem,acceptilationem & nouationem.Bar.

Effectus[i] huius cõſtitutionis[k] ille eſt,vt adhuc homo peti poſsit[l] Sed & acceptũ[m] ei poſſe ferri creditur[n] ,& fideiuſſorem accipi eiuſdem obligationis[o] noĩe. Nouari autem an poſsit hæc obligatio[p] ,dubitationis eſt quia nec hominem qui nõ eſt,nec pecuniam[q] quæ non debetur,ſtipulari poſſumus.Ego puto nouationem fieri poſſe[r] ,ſi hoc actum[s] inter partes ſit.quod & Iuliano placet.

Ex ſtipulatione continente factum perſonale ſtipulatoris, poteſt hæres agere ſi de ipſo facta eſt expreſſa mentio.Pau.

Idem. LEX XCII.

SI ita ſtipuler, Per te non fieri quo minus mihi hærediq; meo vindemiam tollere liceat?etiam hęredi[t] datur actio[v] .

Electio eſt creditoris,ſi uerba executiua referantur ad eum.Bart.

Idem. LEX XCIII.

SI ſic ſtipulatus fuero, Per tę non fieri quo minus hominẽ ex ijs quos habes, ſummã[x] ?

Electio

a ¶ Electio mea erit.]videtur ꝙ contra me fieri deberet interpretatio in ambiguo:sed non est ambiguum.& facit.j.de regu.iur.l.in ambiguijs.Sed an hæres meus poterit eligere?argumentum ꝙ nõ.s.eo.si stipulatus fuerim illud.Vel dic contra:vt ibi,& argu.s.de leg.j si sic.§.fi.Accur.

Casum posuit.

TRiticum dari.]Vt tollas infinitas ambages, quas hîc not.dominus Ioã.
10 & omnia sine scrupulo,vel dubietate ꝓcedat:dic casum.Stipulatus sum à vobis triticum.facti est quæstio: quia quæritur de quo intelligatur.nam si habito respectu ad præcedentem cõtractum, cogitauimus de certo
20 vt verbi gratia si mutuaui tibi triticũ boñ. & de illo cogitauim⁹, valet stipulatio: & id habetur pro exp̃sso. & hoc in prima.Vltimo dicit,ꝙ si stipulor triticum non cogitando de aliquo certo,nec ex precedenti contra-
30 ctu:non valet stipulatio.Accur.

† Bar.hîc inducit istum textum ad hoc ꝙ incertitudo vitiat stipulationem. tu autẽ dic esse secus de æquitate canonica: qa semper poterit,vt declaretur arbitrio boni viri.ita no.Arch.sing.in.c.sunt nõ nulli.j.quæstione.j.& Ant.de Bu.in.c.ex parte.extrà de deci.& Ale.sing in.l.ita stipulatus.la grãde.s.de ver.obl.in.iij col.

electio mea erit [a].

¶ *Incertitudo uitiat stipulationem,nisi ex coniecturis probabilibus declaretur.*Bar.

Marcellus. LEX XCIIII.

TRiticum [b] dari oportere stipulatus est aliquis [c].facti quęstio [d] est,non iuris.igitur si de aliquo tritico cogitauerit [e],id est certi generis,& certæ quantitatis:id habebitur pro expresso: alioquin si cum destinare genus [f] & modũ vellet [g],non fecerit:nihil stipulatus † videtur [h],nec vnum quidem modium.

¶ *Qui stipulatur opus fieri:debet locum exprimere ubi,& talem quòd intersit stipulatoris.*Bartolus.

Idem. LEX XCV.

QVi insulam fieri stipulatur: ita demum acquirit obligationem,si appareat quo in loco fieri insulam voluit:si tamen ibi insulam fieri [i],interest eius.

¶ *Si debitor occidit seruum debitum ex iusta causa:est ac si alius occidisset sine sua culpa,uel dolo si prius non erat in mora.*Pau.

Idem. LEX XCVI.

QVi seruum mihi ex stipulatu debebat:si in facinore [k] eũ deprehenderit,impune eum occidit:nec vtilis actio erit in eum constituenda.

¶ *Stipulatio inutilis non nouat præcedentẽ utilem.*Pau.

Celsus. LEX XCVII.

b ¶ Triticum.]i.segetes siue bladum [a].est enim generale nomen ad omne id,quod in area teritur alio modo appellatur per excellentiam frumentum. Tertio modo dicitur
40 meleca &c.
c ¶ Aliquis.]non designato modo vel genere.
d ¶ Quæstio est.]cũ quæritur an valet stipulatio talis.M.
e ¶ Cogitauerit.]stipulator, promissore fortè hoc intelli-
50 gente.vel dic cogitauerit vterque:qđ in idem recidit:veluti,cum certum triticum mutuũ dedisset, informiter sibi triticum dari stipuletur.nam de eo stipulari videtur. cum ea quæ in præfactionibus &c.vt.j.eo.l.titia.& argu.s.si certum petа.l.cùm quid mutuum.
f ¶ Genus.]puta africum vel dic hordeum puta.
g ¶ Vellet.]in stipula.vel præfactione:& dic modum id est quantitatem.
h ¶ Videtur.]idem est si nudam traditionem facio postea determi-
60 naturus titu.& causam traditionis:& aliqua ex causa impeditus id non fecero.M.& facit.j.eo.ita stipula.&.s.de vsur.quod in stipulatione.&.C.de do.pro.l.j.

Stipulatus sum] Casus. Stipulatus sum à Titio centum: & quia soluendo erat, non accepi fideiussorem. posteà cõperi, quòd debilis erat in facultatibus. volui habere fideiussorem. certè possum petere: & ipse fideiussor adiectus obligabit: siue purè fideiusserit, siue sub conditione. Adhiberi autem.] Iste. §. dicit, quòd fideiussor potest adhibere præcedẽti obligationi: & etiam futuræ: dũmodò speretur esse aliqua obligatio: licet tantum naturalis speretur contrahi. Et ponit exemplũ in. l. sequenti. nã illius obligationis potest fideiussor accipi, ex qua si qd solutũ fuerit, non põt repeti: veluti i Macedoniano. Nã si filius fa. soluat, nõ põt repetere: qa ibi est naturalis obliga. licet ab initio posset creditorem mutuãtẽ repellere ex cep. se. cõ Mac. Fr. Ac.

x Et parui.] vt. j. eod. l. græcè. §. item accepto.

y Futuræ.] vt & s. de iudi. l. non quemadmodum. & insti. eo. §. fideiussor. & s. de pecu. eo tempore.

z Præcedenti.] aliud in mandatore, nisi in casu: quod dic vt. s. mand. si verò non remu. §. si post creditam. Accur.

a Vel.] pro saltem. Accur.

b Quod enim.] Non potest. naturali causa inhibente: vt & s. de act. & obli. l. naturales. Accur.

c Posse.] cum effectu: vt. j. eo. fideiussor. §. j. & s. de iureiur. l. si. licet quidam dicunt obstare exceptionem in naturali: sed secus in ciuili tantùm: vt. C. de non nu. pecu. l. si cui. Accur.

Græcè fideiussor.] Casus clar[us] est vsq; ad. §. prætereà. Hic dicit iurisconsul. quòd omni obligationi põt adhiberi fideiussor siue re cõtrahat: vt si cõmõ tibi aliquã rẽ, possum petere fideiussorẽ, quòd eã mihi restitues. & sic de alijs. Itẽ si cõstituis te mihi soluturũ pa liquo: ista obligatio est ptoria. possum à te fideiussorẽ petere. F. Ac.

d Græcè.] interpretatio græci: mea fide iubeo, volo, dico, cupio. tantum ergo valet vnum ex his, quantum & aliud. & facit insti. eo. in fi. & s. de verbo. obli. l. j. §. sed vtrùm. Accur.

e Præterea.] facit insti. eo. in prin. & s. eo. l. j. & ij.

f Siue re.] vt in commoda. verbo, vt in stipul. cõsensu, vt in emp. & ad hoc. s. eo. l. j. Accursius.

Iure

a ¶ Iure honorario.]vt de consti.vel de iureiur.vel de peculio.
b ¶ Accipi.]vt &.ꝭ.de pecu.eo tempore.Accursius.
¶ Et post litem.] CASVS. Conueni te in iudicio pro centum aureis.tu negasti te debere:& sic lis est contestata. peto fideiussorē de iudicio sistendo.an possim?Rñ.ꝙ sic.Sed ponamus,ꝙ reus sit cōdēnatus. an fideiussor sit liberatus? Distinguitur. aut acceptus est fideiussor tan 10 tùm pro exercitio litis: & tunc fideiussor reo condemnato liberatus est.aut acceptus est fideiussor super tota causa:& tunc fideiussor non liberatur reo condemnato. ¶ A tutore.]Titius in testamento suo dedit Sē 20 pronium tutorem filio suo.de iure autem non tenetur tutor testamentarius dare fideiussorē rem pu.sal. fo.Quid autem si eum dederit?Rñ.quòd ipse fideiussor tenetur. Itē tu comisisti mihi furtum:ego facio te con- 30 ueniri:tu das mihi fideiussorem.certè talis fideiussor tenetur: & generaliter ex omni obligatione potest dari fideiussor. ¶ Illud commune.]Tu promisisti mihi centum. tu das mihi fideiussorem pro ducentis:an talis 40 fideiussor teneatur? Rñd.ꝙ non.Si autem promisisti mihi centū: tu potes dare mihi fideiussorem pro quinquaginta. exemplum sequens est clarū. ¶ Si quis Stichum.]Promisisti mihi Stichum seruum.si Sticus moria- 50 tur,tu eris liberatᵒ. dedisti mihi fideiussorē, qui promisit mihi illum Stichum aut decem. certè talis fideiussor non tenetur: qa acceptus est in duriorem causam.nā si pro solo Sticho fideiussisset,& fuisset mortuus 60 fideiussor & reus liberati essent.sed cùm fideiussit pro Sticho vel pro decē: mortuo Sticho fideiussor tenetur pro decem.Et non tantum non tenetur: ideo quia in duriorē causam acceptus est, sed etiam quia in aliā 70 rem est acceptus ipse fideiussor,quàm ipse reus promiserit.& ponit rationem in sequēti: quia si tu promittis mihi decem:tu non potes dare fideiussorem,vt promittat decem aut Stichum.Sequentia clara sunt vsque ad.l.seq. Fran.Accursius.

† Bart. hîc dicit hunc casum alibi non reperiri ad hoc ꝙ lite contestata potest accipi fideiussor de iudicio sisti:qui nō tenetur post sententiam latam: vt hîc ī tex. versi.sed tā tū litis &c. Bolo.

bis,siue consensu. ¶ Pro eo etiam qui iure honorario [a] obligatus est,posse fideiussorem accipi [b] sciēdum est.

¶ Post litem contestatam potest accipi fideiussor: & fideiussor de iudicio sisti non tenetur post sententiam.Bar.

¶ Et post litem [c] † contestatam fideiussor accipi potest:quia & ciuilis, & naturalis subest obligatio.& hoc Iulianus admittit: eoque iure vtimur. An ergo condemnato [d] reo exceptione vti fideiussor posſit,quæritur?nam ipso iure [e] non liberatur.& si quidem iudicati actionis acceptus non est, sed tantùm litis exercitationis [f]: rectissimè dicetur vti eum exceptione posse. Si verò acceptus fuerit etiam totius causæ:cessabit exceptio. ¶ A tutore etiam qui testamento datus est [g],si fuerit fideiussor datus [h],tenetur. ¶ Sed & si ex delicto oriatur actio;magis [i] putamus teneri fideiussorem. Et generaliter omnium obligationū [k] fideiussorem accipi posse,nemini dubium est.

¶ Fideiussor non potest teneri in causam grauiorem,quàm principalis:sed in nō grauiorem sic.Bartolus.

¶ Illud commune est in vniuersis,qui pro alijs [l] obligātur,quòd si fuerint in duriorem [m] causam adhibiti:placuit eos omnimodo [n] non obligari. In leuiorem planè causam accipi possunt:propter quod in minorem summam rectè fideiussor accipietur. ¶ Item accepto reo purè, ipse fideiussor ex die,vel sub conditione accipi potest. Enimuero si reus sub conditione sit acceptus,fideiussor purè non obligabitur [o].

¶ Alternatiuæ obligationi non potest accedere fideiussor.Bar.

¶ Si quis Stichum [p] stipulatus fuerit,& fideiussorem ita acceperit, Stichum aut decem [q] fide tua esse iubes?non obligari fideiussorem Iulianᵒ ait:quia durior fiat eius [r] conditio: vt pote cùm futurum sit,vt mortuo [s] Sticho teneatur [t]. Marcellus autem notat [v],nō ideo tantùm non obligari,quia in duriorem cōditionem fideiussor acceptus est,sed quia in aliam [x] potius obligationem acceptus est. Denique pro eo qui decem promiserit,non poterit fideiussor ita accipi,vt decem aut Stichū [y] promittat [z]:quamuis eo casu non sit eius [a] conditio durior [b].

¶ Quo ad electionem fideiussor non potest in causam duriorem accedere:sed in causam leuiorem sic.Bart.

¶ Idem Iulianus ait, Si is qui hominem,aut decem dari stipulatus fuerat,fideiussorem ita acceperit, Hominem aut decem,vtrùm ego velim? non obligauit eum:quia durior eius conditio facta est. Cōtrà autem si is,qui hominem aut decem,vtrum ipse stipulator volet,stipulatus est:rectè fideiussorē ita accipiet, Decem aut hominē, vtrum tu voles [c]?fit etenim (inquit)hoc modo fideiussoris conditio melior. Sed & si reum sic interrogauero [d],Stichum & Pamphilum dare spondes [e]?fideiussorem,Stichum aut Pamphilum?rectè interrogē:quia leuior fideiussoris conditio est. ¶ Pro fideiussore accipi fideiussorē posse, nequaquàm dubium est.

Pomponius LEX X.

Fideiussores [f] & in partem pecuniæ,& in partem rei rectè accipi possunt.

¶ Si dubitatur,an fideiussor sit soluendo: non potest opponi simpliciter beneficium diuisionis.Bart.

Vlpianus LEX XI.

ꝭ.de procu.sed & hæ.§.pe.
i ¶ Magis putamus.]Argu.contra.ĩ.eo.si à reo.§.id quod.sed ibi patet solu.Accursius.
k ¶ Obligationum.]quæ descendunt ex cōtractu vel quasi,& maleficio vel quasi.Accursius.
l ¶ Pro aliis.]& ita in mādatoribus spōsoribus & fideiussoribᵒ.
m ¶ In duriorem.] 10 aliâs durioreē, aliâs deteriorem.& dicitur duriore loco, tēpore, & cā:vt insti.de act.§. plus autē.& sic nō est cōtrá.ꝭ.de re iudi.l.& fideiussor.&.ꝭ.eod.l.j. Accursius.
n ¶ Omnimodo non.][a].i.in nihilum. 20 Io.& sic vitiatur vtile per inutile secundū eum.argu.ꝭ.de arbi.l. parui.§.si seruum.Sed alij contra.debent enī teneri vsque ad id,ad quod tenetur reus. ꝑ quibus sunt argu.ꝭ.de consti.pec.l.hactenus. in fin.&.l.seq.&.C.de 30 dona. siquis argētū. §.sed in omnibus. & ꝭ.de vsur.l.pecuniæ. sed alijs casibus loquūtur.Item pro eis.ꝭ.mā da.l. rogatus.sed ibi in maiorem summam, quàm esset mandatū fideiussit,non in maiorem,quàm reus debe- 40 bat. Item pro eis.ĩ. eo.si à reo.ij.rñ.& facit.ĩ.e.l.vsque.in fi.&. l.hi qui.&.l.si testamēto.§.quæsitū.& instit. eo.§.fideiussores.

a De isto verbo omnino siue oīmodo ad do glo.in.c. j.§.necnō. de concub. in prag.san, sup verbo. oīno. alio quin.in verbo omnino. eo tit.

o ¶ Nō obligabitur] quia plus esset tēpore.
p ¶ Siquis Sticum.] & sic minus:quia par- 50 tem,aut quia vnum solum.R.
q ¶ Aut decem.]& sic plus, quia totum, vel quia duo.
r ¶ Eius.]fideiussoris.
s ¶ Mortuo Sticho] & sic liberato reo.
t ¶ Teneatur.]scilicet fideiussor in .x. & 60 sic plus re.Accur.
v ¶ Notat.]reprehendendo Iul.vel addendo.Accur.
x ¶ In aliam.]qa hęc de toto:illa principalis est de parte Acc.
y ¶ Sticum.]quia aliud promittit,& plus & alia est obligatio:li 70 cet nō sit durior eius causa,vt subijcit,imò leuior:cùm Stichum dando liberetur:qui valet fortè quinque tantùm.Et not.ar.ꝙ qui alternatiuè duo promittit,ambo sunt in obligatione:vt.ꝭ.de ver.ob.si duo rei.
z ¶ Promittat.]alternatiuè.Accur.
a ¶ Eius.]fideiussoris.
b ¶ Durior.]nam debet plus causa:cum reus habet electionem ex lege:vt insti.de actio.§.præterea.
c ¶ Tu voles.]tu scilicet fideiussor.secus si in rei arbitrio esset electio:vt.ĩ.eo.si Stichum.in prin.
80 d ¶ Interrogauero.]quia minus debet re ipsa.
e ¶ Spondes.]& ita tenebatur ad vtrunque.Accur.
Fideiussores.] CASVS. Promisi tibi septem corbes vini: & centum aureos.dedi tibi fideiussorem pro tribus corbibus, & pro quinquaginta aureis.talis fideiussor tenetur:quia pro parte pecuniæ & pro parte rei est acceptus.Fran.Accur.
f ¶ Fideiussores.] de hoc dic vt nota suprà loca.l.quæro.in fi.primi casus.

c ¶ Post litem.]nec enim damnosa est nouatio:vt.ĩ.ti.j.l.aliam.
d ¶ Condemnato.] sed non exacto.aliâs contra:vt.C.de fid.tuto. l.non est ambiguum.Accursius.
e ¶ Ipso iure.]quia tēpus nō est modus tollēdæ obligatiōis. Azo, vel quia sententia nō nouat,vt fideiussor liberet̄,si est cōdēnatoria. 80 & sic facit pro eo qđ no.C.de vsur.rei iudi.l.fi.§.si enim nouatur,
f ¶ Exercitationis.]vt iudicio sisti.& no.hunc casum.
g ¶ Datus est.]rem pupil.sal.fore.
h ¶ Datus.]cùm sciret se non teneri dare:vt insti.de satisda.tut.§. j.aliâs non teneretur fideiussor:vt arg.ꝭ.siquis cau.sed & siquis.§. fi.&.ĩ.eo.si postquàm.Et not.arg.quod fieri non debet,factum tamē tenet.sic.ĩ.quādo ap.sit.l.j.§.biduū.&.ꝭ.de ędi.edict.quod si nolit. §.in factum.& de iure do.l.non solum.&.ꝭ.prosoc.quod autem.&.

Factum tenet quod aliâs fieri nō deberet.

SI dubitetur.] CASVS. Titius debitor meus in cētū dedit mihi tres fideiussores. si vnus erat sufficiēs, omnes erāt sufficiētes. cœpi dubitare, ꝙ nō essent soluendo isti fideiussores. vnus fideiussorū venit: & dicit mihi. Amice, tu dicis cōfideiussores meos non esse soluendo: & sic timeo, ꝙ velis me insolidū cōuenire: ecce ego offero tibi cautionē pro cæteris cōfideiussoribus, vt cōuenias eos ꝓ partibus virilib.[a] meo 10 periculo. an iste sit audiēdus? Respondet, ꝙ sic: ita tamen, ꝙ de hoc det fideiussorē: & omnes fideiussores q dicuntur esse idonei, sint præsentes quādo ista cautio præstatur. ¶ Ita demū.] iuris dispositione fideiussores 20 habent beneficiū diuisionis: ita ꝙ conueniuntur pro virilibus partibus. Ponamus, ꝙ sunt tres fideiussores pro Titio in sexaginta aureis. vnus cōuentus in iudicio negat se esse fideiussorē: posteà cōuictus vult opponere 30 beneficiū epistolæ diui Hadriani: an sit audiēdus? Rñ. ꝙ nō: quia perdidit istud beneficiū propter suum mēdaciū. ¶ Filiusfamiliâs.] Filiusfamiliâs duabus ratiōibus potest fideiubere pro patre. ratiōes sunt in tex 40 tu. Sed quæritur, an pater propter hanc fideiussionē filij teneatur actiōe quod iussu? Respōdetur ꝙ sic. Cætera plana sunt vsque ad leg. seq. Fran. Acc.

SI dubitet[a] creditor an fideiussores soluendo sint[b]: & vnus ab eo electus, paratus sit offerre cautionem, vt suo periculo confideiussores conueniantur in partem: dico audiēdum esse eum: ita tamen vt satisdationem offerat, & omnes confideiussores qui idonei esse dicuntur, præstò sint. Nec enim[c] semꝑ facilis est nominis emptio, cū numeratio totius debiti non sit in expedito.

¶ Propter mendacium perditur beneficium diuisionis. h. d. Bart.

¶ Ita demum inter fideiussores diuiditur actio[d], si non inficiantur. nam inficiantibus auxilium diuisionis non est indulgendum[e].

¶ Filiusfamiliâs pro patre utiliter fideiubet: & ex hac causa pater Quod iussu, & de in rē uerso tenetur: & filio emancipato soluenti de castrensi peculio subuenitur. Bar.

¶ Filiusfamiliâs[f] pro patre poterit fideiubere[g]: nec erit sine effectu hæc fideiussio. primò quidem, ꝙ sui iuris effectus poterit teneri in id, quod facere[h] potest[i]: deinde ꝙ & dum in potestate manet, cōdemnari potest. Sed an pater[k] ex hac causa Quod iussu teneatur, videamus. Et puto ad omnes contractus Quod iussu etiā referri[l]. Sed si ignorante patre pro eo fideiusserit, cessat ista actio[m]: tamen quasi in rem patris versum sit, potest agi cū patre[n]. Planè si emancipatus soluerit: vtilis[o] ei actio debebit cōpetere. In potestate etiam manenti eadem actio[p] competit, si de peculio castrensi pro parte soluerit[q].

¶ Vbi nulla subest obligatio: non potest accedere fideiussor. Bart.

Iulianus LEX XII.

QVi contra[†] senatusconsultum[r] filiofamil. crediderit[s], mortuo eo[t] fideiussorem à patre[v] accipere non potest: quia neque ciuilem[x] neque honorariam[y] aduersus patrem actionem habet, nec vlla hæreditas est[z] cuius nomine fideiussor obligari posit.

Idem LEX XIII.

PLanè eius actionis nomine, quæ de peculio aduersus eū competit[a], fideiussor rectè accipitur.

¶ Electo mandatore non liberatur reus principalis, nec econuerso. Item ei qui conuenitur pro alio, debet cedi actio contra principalem: & aliter non debet condemnari. Pau.

Idem LEX XIIII.

SI mandato meo Titio decem credideris, & mecum mandati egeris: non liberabitur Titius: sed ego tibi non aliter condemnā ri debebo, quàm si actiones quas aduersus Titium habes, mihi præstiteris[b]. Item si cum Titio egeris, ego non liberabor: sed in id dumtaxat tibi obligatus ero[c], quod à Titio seruare nō poteris.

¶ Si reus principalis succedit fideiussori: sicut extinguitur obligatio fideiussoria, ita & exceptio personalis quæ competebat fideiussori: nec potest opponi ex persona eius. Pau. de cast.

Idem LEX XV.

CVm reus[d] promittendi fideiussori suo hæres extitetit ...

a ¶ Si dubitet.] si cū constaret eos esse soluendo, in partes con- 50 uenirentur: vt infra. eo. §. si plures. Accur.

b ¶ Sint.] vt sic debitū sit in liquido. Accur.

c ¶ Nec enim.] benè dixi in partē tantùm cōueniendū offerendo cautionem: quia si insolidū cōueniretur, haberet necesse soluere 60 plus: & ita quasi ex venditione cederētur ei actiones: vt. j. eo. l. cū is. cū non haberet pecunias ad manus: quod esset iniquū. vel dic etiā, ꝙ cōfideiussores non haberent quod incōtinenti redderent. & facit in aut. de duo. reis. in prin. Accur.

d ¶ Actio.] ex epistola diui Hadriani.

e ¶ Indulgendum.] punitur mendaciū[a]. sic. C. de non nume. pecu. aut. contra qui propriam. &. §. de re iudi. l. sed hæc ita. &. §. pro so. si vnus. in fi. &. §. quod cum eo. l. sed si ex parte. §. interdum.

f ¶ Filiusfamiliâs.] aliâs. l. & aliâs. §.

70 g ¶ Fideiubere.] vt. C. eo. filius. &. C. quod cum eo. l. si ex alia.

h ¶ Facere.] nisi in casibus: quos dic, vt. §. quod cum eo. l. j. &. l. iiij.

i ¶ Potest.] scilicet insolidum: vt. §. de pecu. l. siquis cum filio. &. l. seq. Accursius.

k ¶ Sed an pater.] pro quo præsente filius fideiussit: siue mandet expresſè pater, siue non.

l ¶ Referri.] vt &. §. quod iussu. l. j. Accursius.

m ¶ Ista actio.] scilicet quod iussu. Accursius.

n ¶ Cum patre.] scilicet de in rem verso: quæ datur illi creditori, qui filio in hanc causam mutuat. ei verò apud quem filius intercesserit, 80 ferit, tenetur pater obligatione principali, nisi animo nouandi filius intercessit: quo casu de in rem verso tenetur pater ei: à quo libe ratur à prima: vt. §. de in rē verso. l. si pro patre. in prin. &. l. si filius.

o ¶ Vtilis.] scilicet mandati, vel negotiorum gestorum: vt. §. manda. l. ex mandato. §. j. directa quippe non tenet: quia ab initio non tenuit mandatum: cùm inter patrem & filium in potestate constitutū non contrahatur obligatio: vt. §. de iudi. l. lis nulla. & ad hoc. §. de hære. institu. quidam. & de verbo. oblig. quidam. in fi. Arg. contra. l. si filius. in eo. ti. ADDITIO. Dic quòd ibi filius soluit spontè: hic ex necessitate præambuli contractus: & sic nemo in necessitatibus liberalis existit: vt. l. rem legatam. §. de adi. leg. cum simili. secundum Bar. hîc.

a Mēdatiū puniri debet. cōcor. text. in. c. su per literis. & ibi nota uit in apost. ad Panor. post alios in versi. pu. nibile. nu. iij extrā de testi. glo. in l. cū de in. debito. §. de ꝓbatio.

p ¶ Actio.] mandati, vel neg. gest. vtilis. Accur.

q ¶ Soluerit.] quia quantum ad id peculium habetur pro patrefamiliâs: vt. §. ad 10 Mace. l. ij. Accur.

r ¶ Qui contra.] CASVS. Titius filiusfamiliâs petijt à me centum aureos mutuò. moritur. ego volo à patre suo fideiussorē petere: an possim? Rñ. ꝙ non: licet ipse filiusfamiliâs 20 habuerit peculium, quod nūc est penes patrem. & est ratio: quia filiusfamiliâs nec iure ciuili obligat ex mutuo, quia cōtratus est illicitus: nec iure honorario, scilicet de peculio: quare &c. Sed ponamus, ꝙ filius contraxit aliter, quàm 30 mutuum accipiendo: & sic pater tenetur de peculio. certè hoc casu poterit fideiussor accipi. Fran. Accur.

† Infero ex hac lege post Barto. hîc ꝙ fideiussor non tenetur, qñ principalis obligatio non valet: cùm paria sint nō esse & esse inualidum. de quo est bo. text. in. l. si seruus. in princ. & ibi doc. & Ale. §. siqs cau. quā tamen legem limitabis per. l. Marcellus. & quod ibi not. Alexā. j. eo. tit. C.

r ¶ Qui contra Senatusconsultum.] Macedonianum. Acc.

s ¶ Crediderit.] id 40 est mutauerit pecuniam.

t ¶ Eo.] filio. Accur.

v ¶ A patre.] qui bona eius iure peculij possidet. Accur.

x ¶ Neque ciuilem.] quæ datur in filium efficaciter, si licitus fuisset cōtractus. Accur.

50 y ¶ Neque honorariam.] de peculio: quæ etiam in vita filij locum non habuit: vt. C. ad Mace. l. penulti. Accur.

z ¶ Nec vlla hæreditas.] sed potius peculium, quod pater occupauit: vt. j. de castren. 60 pecu. l. ij. sed hodie. habet hæredē ab intestato: vt in aut. de hære. ab intesta. §. j. & ideo fideiussor posset accipi nomine hæreditariæ obligationis, quando licitus fuisset contractus. & facit. §. ad Macedo. l. creditorem. Accursius.

a ¶ Planè.] Competit. alicui, qui aliâs cū filio contraxit: vt. j. eo. l. hæres. §. seruo. &. §. ad Maced. l. creditorem. §. planè. nō dando mutuum: quia tunc non datur de pe. act. vt. C. ad Ma. l. pe.

SI mandato meo.] CASVS. Mandaui tibi, vt Titio amico meo pecuniam mutuam dares: quod & fecisti. facio te vocari 70 in ius, & condemnatus es mihi soluere. quæritur vtrū Titius cui dedi, sit liberatus à me? Rñ. iudex non debet me cōdemnare, nisi tu das mihi actiones, quas habes aduersus Titiū. Item ecōtrario, si tu egeris cum Titio: propter hoc ego non ero liberatus: sed tamen in tātū tibi teneor quātū restat tibi de solutione: puta, mutuasti. xx. soluta sunt tibi. x. ego teneor tibi in reliqua decem. Fran. Accur.

b ¶ Præstiteris.] vt &. §. māda. l. si qs alicui. §. fi. & facit. j. e. cū is. & facit. C. eod. l. vlti. &. j. rem pu. sal. fo. si plures. Arg. contra. §. eod. si reus. stipulandi.

c ¶ Obligatus ero.] i. remanebo. sic. §. de iudi. Iulianus. Accur.

80 CVm reus.] CASVS. Ego debebā Sepronio cētū aureos. Titius ꝓ me fideiussit. moritur fideiussor meus, me relicto hærede. obligatio fideiussoria est perēpta: & sic ego conuenio, vt reus principalis. Cū petit à me pecunia, ego volo vti exceptione aliqua, quæ cōpetebat Titio fideiussori meo. Dicitur hîc, ꝙ ego nō sum audiendus: imò mihi potest opponi doli exceptio, si sim extraneus ipsi Sepronio: vel in factū, si sim patronus eius vel parens. Fran. Accur.

d ¶ Cùm reus.] aliâs incipit, cùm reus. & aliâs, si reus. Accursius. perimitur

a Perimitur.] idem econtrà: vt. ſ. eo. generaliter.
b Competenti.] tantum quia ſcilicet perſonalis erat.
c In factum.] ſi patronus erat vel parens: vt. ſ. de excep. do. apud Celſum. §. aduerſus. Accurſius.

rit obligatio fideiuſſoria perimitur[a]. Quid ergo eſt, ſi tanquam à reo debitum petatur? Et ſi exceptione fideiuſſori cõpetenti[b] vſus fuerit, in factum[c] replicatio dari debebit: aut doli mali proderit.

Fideiuſſor poteſt opponere exceptionem ex perſona rei etiam eo inuito. Bartolus.

Idem. LEX XVI.

SI ſtipulatus eſſes à me ſine cauſa[d], & fideiuſſorem dediſſem, & nollẽ eum exceptione vti, ſed potius ſoluere, vt mecum mandati iudicio ageretur: fideiuſſori etiã me inuito[e] exceptio dari debet. Intereſt[f] enim eius pecuniam retinere potius, quàm ſolutam ſtipulatori à reo repetere.

Pactum unius fideiuſſoris non præiudicat creditori contra alium fideiuſſorem agenti. Bartol.

Si ex duobus[g] qui apud te fideiuſſerant in viginti, alter, ne ab eo peteres, quinque tibi dederit[h] vel promiſerit: nec alter liberabitur. & ſi ab altero quindecim petere inſtitueris, nulla exceptione[i] ſubmoueris. reliqua autem quinq;[k] ſi à priore[l] fideiuſſore petere inſtitueris: doli mali exceptione ſubmoueris.

Fideiuſſor non poteſt intercedere penes illũ, apud quem non eſt obligatio actiue: licet intercedat pro obligato. Item alternatiua poſita inter duos quorum uni poteſt acquiri obligatio, alteri non: facit ut primo obligatio acquiratur & alter habeatur, ut adiectus ad ſolutionem. Item adiecto poteſt ſolui etiam inuito creditore, ſi lis per creditorem non erat conteſtata contra ſoluentem. Paulus de Caſtro.

SI ſtipulatus.] CASVS. Stipulatus ſum à te centum aureos abſque vlla cauſa: & ſic non teneris mihi. dediſti tamen fideiuſſorem ꝓ iſta ſumma: qui vult vti exceptione contra me. tu non vis, quòd vtatur tali exceptione: ſed vis, quòd ſoluat: vt poſteà reddas ſibi pecuniam illã. an fideiuſſor poſſit vti exceptione te inuito? Rñ. quòd ſic. & ratio eſt: quia ſecurius eſt non ſoluere indebitum, quàm ſolutum poſteà repetere. Si ex duobus.] Dedi titio viginti aureos mutuò: pro quibus dedit mihi duos fideiuſſores Mæuium & Seium. Seius venit ad me, & dicit. Scio quia potes me conuenire in viginti. ecce ego do tibi quinq;, vt me non conuenias. & fui contentus. quæritur, an ꝓpter iſtud pactũ factũ cũ Seio alter fideiuſſor Mæuius liberetur? Rñ. qđ non: imò potero quindecim ab altero fideiuſſore petere: nec poterit mihi aliquã exceptionẽ opponere. Item ſi velim alia quinque petere à Seio, poterit me repellere doli mali exceptione. Frã. Accur.

d Sine cauſa.] ſpe futuræ numerationis: & nõ numeraſti. vel quia putabam me debere, cùm nõ deberem: vt. ſ. de except. doli. l. j. §. circa. & ſ. manda. ſi fideiuſſor. Accur.
e Inuito.] vt. ſ. de excep. l. omnes. & inſtitu. de repli. §. fin. & ſ. de dona. l. fideiuſſor. Accurſius.
f Intereſt.] vt & ſ. de compen. l. ij. & iij.
g Si ex duobus.] & ſic cuilibet inſolidum tenebatur: vt inſtit. e. §. ſi plures. Accurſius Florentinus.
h Dederit.] quinq; dedit, & tu feciſti pactũ de nõ petẽdo ei aliqđ.
i Exceptione.] etiã quia nõ poteſt cedere actio. cõtra fideiuſſorem liberatum: quod aliàs eſſet faciendum: vt. j. eo. l. vt fideiuſſor. & ſic eſt contrà. j. de ſolu. Stichum. §. ſi creditor. Sol. is qui quinque dedit: vel inutiliter fideiuſſerat, vel excep. tutus erat. argu. ſ. ad Velleia. l. quamuis. §. Marcellus. & . §. ſi mulieri. & . j. eo. ſi Titius, vel alter tranſactioni conſenſit: vel conuenit vt non peteret ad tempus. vel ille cum quo tranſegiſti, fideiuſſor alterius fideiuſſoris erat. Io. vt. j. eo. ſi plures. in fi. vel hic renunciauerat beneficio cedendarum actionum quando intercesſit, quod potuit: vt. C. de pact. l. penul. vel ſecundum R. hic de rigore: ibi de æquitate. Alij dicunt, quòd pactũ nõ intercesſit, ſed datio quinq; vt non peteret: & ideo idem qui quinque dedit, in quindecim poteſt conueniri. ſed certè ſatis eſt pactum, cùm ſic recipiuntur quinque, ne ampliùs petat. M. ſic fortè potuit eſſe quòd ſecũdo fideiuſsit, qui quinq; promiſit vel dedit: & ideo ſi is qui conuentus eſt in quindecim, poſteà conueniatur in quinque: doli mali exceptione ſe tueri poteſt, cum ea quinque à primo conſecutus ſit ſecundum Azo. & eiſdem modis reſpon. ſupra eodem. l. ſi mandato. & ſupra de cotrahen. emp. quod ſępe. §. ſi res. quę eſt argu. contra. Debitor autem vnum fideiuſſorem liberare poteſt: vt infra de ſolu. in his. §. ſi duos. Accurſius.
k Reliqua autẽ quinque.] q̃ dedit ne cũ cõuenires. Acc.
l A priore.] i. ab eodem qui ſoluit: & petebas hac ratione fortè quaſi non propter debitum, ſed propter pactum quinque ſoluerit. & facit ſupra de tute. & ratio. diſtra. ſi ex duobus. Sed contrà ſupra de admi. tut. l. ſi pupillus. Accurſius.

FIdeiuſſor.] CASVS. Dediſti mihi centum mutuò. dedi fideiuſſorem alij, quàm tibi pro iſtis centum. certè talis fideiuſſor non obligabitur: quia fideiuſſor non poteſt obligari alij, quàm ei cui reus principalis eſt obligatus. de hoc ponit tex. aliud exemplum. Titius & Sempronius habent ſeruum cõem Stichum. iſte Stichus nominatim ſtipulatur Titio, dicendo: promittis Titio domino meo: poſtea adiecit fideiuſſorem à quo ſic ſtipulatur: promittis Titio aut Sempronio dominis meis: dicitur hîc, quod Titius poterit petere à fideiuſſore. Sempronius verò non: quia ſeruus non eſt ei ſtipulatus, ſed Titio. Ad quid ergo prodeſt perſona Titij adiecta in fideiuſſione: Reſpõ. quod ad hoc vt ei ſolui poſſit ante litem conteſtatam, non poſt, etiam inuito vel ignorante Titio.

Idem. LEX XVII.

FIdeiuſſor obligari non poteſt ei apud quẽ reus promittendi obligatus nõ eſt[m]. quare ſi ſeruus cõmunis Titij, & Sempronij nominatim Titio dari ſtipulatꝰ fuerit, & fideiuſſorẽ ita interrogauerit, Titio aut Sempronio id dare ſpõdes? Titius quidẽ petere à fideiuſſore poterit[n]. Sempronij verò perſona in hoc ſolum interpoſita videbitur vt ſolui ei[o] ante litẽ conteſtatam[p] etiam ignorante, vel inuito Titio poſsit.

Non poteſt obligari fideiuſſor in cauſam duriorem Bart.

Qui certo loco dare ꝓmiſit: aliquatenꝰ[q] duriori cõditione[†] obligatur, quàm ſi purè interrogatus fuiſſet. nullo eñ alio loco quàm in quẽ ꝓmiſerit, ſoluere inuito ſtipulatore poteſt[r]. Quare ſi reũ purè interrogauero, & fideiuſſorem cum adiectione loci accepero: nõ obligabitur[s] fideiuſſor. Sed & ſi reus Romæ cõſtitutus, Capuæ dare promiſerit, fideiuſſor Epheſi: perinde non obligabit̃ fideiuſſor, ac ſi reus ſub cõditione ꝓmiſiſſet,

Qui certo.] Continuat propoſitum ſuũ oſtendendo, quãdo fideiuſſor videtur accipi in duriorem cauſam, ponẽdo tale exemplum. Stipulatus ſum à te centum ſine adiectione loci: ſed purè. tu das mihi fideiuſſorem Titium, à quo ſtipulor quod mihi ſoluat illa centum Capuę, cùm ſimus fortè Romę. certè talis fideiuſſor non obligat̃: q̃a ĩ duriorem cauſam obligat̃, qui certo loco dare promiſit, quam qui purè promittit. Item ponit aliud exemplum quando reus principalis promittit in loco propinquiori, fideiuſſor verò in remotiori: ſicuit cùm reus promittit ſoluere Capuę cũ ſit Romę fideiuſſor verò ꝓmittit ſoluere Epheſi. Capua enim eſt prope Romam in campania, Epheſus verò in aſia vltra mare: & ſic multò longius. Aliud exemplũ quod ſequitur, clarum eſt. Fideiuſſor.] Dicitur hîc, quòd omni obligationi poteſt accedere fideiuſſor: ſiue ciuili tantum: ſiue naturali tantum: ſiue ciuili & naturali ſimul, dummodò ſit aliqua obligatio, cui poſſit fideiuſſor applicari. vſque ibi, Naturales autem. oſtendit hîc quid ſit naturalis obligatio: & dicit, quòd naturalis obligatio non eſt tantummodò illa, ex qua non poteſt quis agere: verum etiam illa ex qua ſi ſoluo, non datur mihi repetitio. nam impropriè naturales obligationes dicuntur obligationes &c. Stipulatione.] Tu promiſiſti mihi decẽ aureos ſoluere in feſto penteco. purè ſine vlla conditione: dediſtiq; mihi fideiuſſorem, qui ſe promiſit ſoluturum pro te iſta decem ſi imperator in Italia venerit. quæritur, quid iuris? Reſpon. quòd obligatio fideiuſſoris eſt in pendenti. nam ſi Imperator in Italiam venerit ante pentecoſtem: fideiuſſor non obligabitur. ſi verò in die pentecoſt. venerit aut poſt diem penteco. fideiuſſor obligabitur iſte eſt elegans §. Cùm fideiuſſor]. Vendidi tibi equum meum pro viginti aureis, & accepi à te fideiuſſorem ſub conditione, ſi nõ ſolueris mihi. quæritur quando iſta conditio ſit impleta? Reſpon. ꝙ tunc cùm tu fueris interpellatus, & non ſolueris: aut ſi antequã interpellatus ſis, decedis: quia hoc etiã caſu verum eſt te non ſoluiſſe: & ſic conditionem eſſe impletam Franciſcus Accurſius.

m Non eſt.] nam non eſt acceſſoria deficiente principali. ſed fallit in pupillo & ſimilibus: vt. ſ. e. l. ij.
n Poterit.] contra. ſupra de ſtipulatione ſeruorũ. item ſi ſeruus. in fine. Solu. vt ibi.
o Ei.] manenti in eodem ſtatu: vt. j. de ſolu. cùm quis.
p Ante litem conteſtatam.] ſed poſt litem conteſta. non poteſt: vt. j. de ſol. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem. in. §. item.
q Aliquatenus.] id eſt aliquantulum. Accurſius.
r Poteſt.] vt. ſ. de eo quod certo loco. l. iij. §. item Iulianus. & . l. is qui. & . ſ. de verborum obligatio. l. qui Romæ.
s Obligabitur.] ſiue longiori ſiue proximiori loco promittat fideiuſſor, qui in vtroque caſu ad duriorem cauſam eſt acceptus. Sed quidam hoc intelligunt, quando locus fideiusſionis eſt remotior. pro quibus eſt infra eodem. ſi teſtamentum. §. quæſitum. Accurſius.

† Limitabis hunc. §. per. l. ſing. ſecundum Bart. ibi in. l. ſi quis pro eo. j. eo. vt non procedat quod hic dicitur, ſi in fideiuſſione interuenit iuramentum. ꝓ quo eſt gl. in. l. græce. §. illud. ſ. eo. cui addo gloſ. in. l. ſicut. j. e. tit quã ad hoc Imo. ſingu. dixit.

a Vel purè.] quia tunc non teneretur: vt. s. eo. græcè. §. item acceptio. & facit. j. eo. hi qui. Accursius.
b Ciuilis.] obstat tamen hoc casu excep. vt. C. de non nume. pecu. si cui. & est ciuilis. sola.
c Naturalis.] vt & supra eodē quod enim & .l. penulti. & supra de condi. inde .l. naturaliter.
d Actio aliqua.] innuit quòd aliquando nascitur actio ex naturali obligatione sola, quod verum est, quia ex nudo pacto: vt C. de dona. si quis argentum. §. fin. & C. de do. pro .l. ad exactionem. & in alijs not. s. de pact. iurisgentium. §. quinimò.
e Earū.] scilicet obligationum. aliàs eorum. scilicet que debentur. Accursius.
f Dicantur.] inspecto proprio sensu, qui est. j. de verb. signi. l. debitor. Sed arg. contrà. s. eo. ti. l. pecuniæ verbum. §. fin.
g Recepisse] scilicet videtur. vt & . s. de condi. & demon. qui bis. §. dominus. & . s. de do. hoc iure. §. pe.
h Stipulatione.] facit. j. eo. si à reo. j. & ij. respon.
i Credidi.] aliàs credidit. Accursius.
k Re.] in iudicio vel extra. & non est conditionalis hæc obligatio: vt. s. de ver. obligatio. l. si decem. Accursius.
l Teneretur.] hoc ideo, quia mora rei fideiussori nocet: vt. s. de ver. oblig. l. mora. alioquin non teneretur, nisi reus desineret posse dare: vt in contrario. s. de verb. obl. l. ita stipulatus. vbi plenè dixi. Accursi.
m Decessisset.] Sed nonne interpellari debet hæres rei? Respon. fortè hic fine hærede decesserat. alioquin interpellari deberet: vt quod in defuncto debuit fieri, & in herede fiat: vt. s. de arbi. l. diem. §. nec vtimur, & .l. quamuis. Item nota hic argu. ad quæstionem quòd si quis promisit pœnam si non solueret: & mortuus est antè, quàm soluat vel interpelletur: quòd hæres teneatur ad pœnam: nec sit opus eum interpellari. sed dicas vt dixi, quòd hic non reliquit hæredem. vnde si reliquit: debet interpellari: aliàs pœna non potest peti. Accursius.

† alias, naturalis obligationis debitores.

Promittens penā si non soluat, qui moritur ante solutionem vel interpellationē: an eius heres teneatur ad pœnas, nec sit opus eum interpellare.

fideiussor autem in diem certam vel purè[a] promisisset.

Pro sola naturali obligatione potest accedere fideiussor: siue ex ea oriatur actio, siue non: dummodo propter eam impediatur repetitio soluti. Pau.

Fideiussor accipi potest, quoties est aliqua obligatio ciuilis,[b] vel naturalis[c] cui applicetur. Naturales autem obligationes non eo solo æstimantur, si actio aliqua[d] earū[e] nomine competit: verūetiam cū soluta pecunia repeti non potest. Nam licet minus propriè debere dicātur[f] naturales[†] debitores, per abusionem tamē intelligi possunt debitores: & qui ab his pecuniam recipiunt, debitum sibi recepisse[g].

Si propter futurum euentum est dubium, an fideiussor sit receptus in duriorem causam, expectatur ille euentus: & interim fideiussio est in pendenti. Pau.

Stipulatione[h] in diem concepta, fideiussor si sub conditione acceptus fuerit: ius eius in pendenti erit: vt si ante diem conditio impleta fuerit, non obligetur: si concurrerit dies & conditio, vel etiam diem conditio secuta fuerit, obligetur.

Fideiussoria obligatio concepta si reus principalis non soluerit: ex mora rei principalis uel eius morte committitur. Bartol.

Cùm fideiussor hoc modo acceptus esset, si reus quadraginta quæ ei credidi[i], non soluerit, fide tua esse iubes? verisimile est id esse actum, vt cùm interpellatus re[k] nō soluisset, fideiussor teneretur[l]. Sed & si reus antè, quàm interpellaretur, decessisset[m]: fideiussor obligatus erit: quasi hoc quoque casu verum esset reum non soluisse.

Fideiussori soluenti solidum cedenda est actio contra confideiussorem. Pau.

Idem. LEX XVIII.

Fideiussoribus.] CASVS. Mutuaui Titio mille aureos. ipse dedit mihi tres fideiussores pro ista summa. conueni vnum in solidū, qui mihi totā summā soluit. quęrit quō succurrit isti, qui totum debitū soluit? Rn. qđ ego debeo ei cedere actiones, quas habeo aduersus cæteros fideiussores: vt ipse posſit recuperare qđ soluit. Frā.
n Cæterorum.] confideiussorum: vt. j. eo. vt fideiussor. Accur.
o Nomina.] non in solidum: sed pro rata. i. pro parte cæterorū. Ar. s. de tu. & ra. dis. si pupill'. & facit. j. de sol. l. Modesti. Idē i hypothecaria: vt. C. e. cū alter. & .l. sicut & de fi. l. cū eorū. & . j. e. l. Pau. ac.

Qvi debitorem.] CASVS. Debebas mihi centum, pro quibus mihi fideiussorem dedisti. iste fideiussor delegauit mihi debitorem suū pro centū. quæritur vtrū videatur mihi satisfecisse, ita quòd posſit agere mandati actione contra te pro eo, quòd fideiussit pro te? Rn. quòd sic. ratio est: quia qui debitorem suum delegat, intelligitur soluisse pecuniam præsentem. Fran. Accur.
p Delegat.] animo nouandi. Accursius.
q Intelligitur.] sic. s. ad velleia. quamuis. §. planè si mulier. & . de dona. cau. mor. l. mortis causa §. j. & . C. de condi. inde. l. ij.
r Potest.] vt & . s. manda. l. inter causas. §. abesse. & . dic vt ibi. & facit. s. eo. l. iij. in fi. Arg. contrà. §. de pigno. ac. l. elegāter. §. qui reprobos. & facit. s. manda. si verò nō re. §. planè, in prin. & in fi. ADDITIO. Dic qđ in dicto. §. qui repbos. ignorāter recepit, ideo nō præiudicat sibi: hic sciēter, & ideo nocet. arg. s. de iure do. l. pro mittendo. §. si debitorē secundū. Bart.

Fideiussoribus succurri solet, vt stipulator compellatur ei, qui solidum soluere paratus est, vendere cæterorum[n] nomina[o].

Ficta solutio fideiussoris parit sibi actionem contra principalem debitorem. Pau. de. cast.

Idem. LEX XIX.

Qvi debitorē suum delegat[p], pecuniā dare intelligitur[q], quanta ei debetur: & ideo si fideiussor debitorem suum delegauerit, quamuis eum qui soluendo non erat: confestim mandati agere potest[r].

Si pro serui fideiußione soluatur pecunia dominica, uendicatur. si peculiaris pro debito non repetitur: pro indebito condicitur. sed si dominus soluit, ipse ab eo cui soluit. repetit. Bar.

Idem. LEX XX.

Seruus inscio domino pro quodam fideiusserat: & eo nomine pecuniam soluerat. quærebatur, posset ne dominus ab eo, cui soluta esset, repetere. Respondi. Interest[s] quo nomīe fideiusserit. nā si ex causa peculij fideiusserit, tūc id qđ ex peculio soluerit, repetere dominus non peterit[t]. quòd si ex dominica causa soluerit, vendicabitur. si verò non ex causa[v] peculij fideiusserit: quod ex pecunia dominica soluerit, ęque vendicabitur. quod ex peculio, condici poterit.

Iabolenus LEX XXI.

Sed si serui dominus pecuniam soluerit: repetere eam nō ab eo pro quo fideiussit, sed ab eo cui numerauit, poterit[x]: cùm seruus fideiussionis nomīe obligari non posſit. Sequitur ergo, vt ab eo p̄ quo fideiusserat[y], repeti nō posſit[z]: cùm ipse pro quo soluit, ęre alieno obligatus sit[a], nec solutione liberari[b] eius pecuniæ non

Seruus inscio.] CASVS. Titius habēs seruū Stichū absentē pro tempore, qui ignorante dño pro Sempronio fideiussit, & etiam soluit, postea cognoscēs qđ seruus suus Stichus soluerat ex causa fideiussiōis, voluit pecuniam illam vendicare ab eo, cui erat soluta à seruo. quæritur vtrū posſit? Et distinguitur, an iste seruus fideiusserit & soluerit ex peculio suo: & tūc Sempnius dominis non poteri pecuniam istam vēdicare. si verò ex pecunia domini soluerit: dominus poterit eam vendicare. si autem dominus met hanc pecuniam soluerit, poterit eā repetere ab eo, cui soluit, non ab eo, pro quo seruus fideiussit. h. d. cū. l. seq. Frā. Accur.
s Interest.] hæc distinctio in filio locum nō habet: vt & . s. de pecu. licet. §. sed si filius. sed in seruo sic: vt hic, & d. l. licet. §. si filius. Accursius.
t Non poterit.] sine causa. per administrationem enim intelligitur dominium transtulisse secundum quosdam. sed hoc falsum reputo: cum nulla ipso iure sit obligatio: vt. j. c. l. proxi. Item quia etiā si liberam habeat peculij administrationem, non tamen videtur cōcessum alienare ex tali causa: vt. j. de solu. si is cui nummos. §. flauius. & facit. s. de pac. l. contra iuris §. fi. Quod igitur dicit hic poterit condici: puta à fure, vel respectu possessionis: vt. s. de condi. tri. l. j. in fi. & . l. ij. de cō di. inde. l. īdebiti. Vel dic, quòd seruus putabat fideiubere ex causa peculiari. vnde propter iustum[a] errorem & liberam peculij administrationem transit dominum, secundum Azo.
v Non ex causa peculii.] pro creditore peculiari. Accursius.
x Sed si serui.] Poterit. imò videtur actiōe mādati ab eo, pro quo fideiussit seruus: quia soluēdo videt habere ratā fideiussionē: vt. j. eo. si seruus alicuius. quæ est contra. Sol. hic credebat dominus seruum fideiussisse ex cā peculiari: cū secus esset. secus ergo si fuisset sciens. vel ibi agendo mandati, videtur habere ratum: quod & hic esset, si ageret mādati argu. C. de fur. l. j. & ar. s. ad Velleia. l. pe. Ac.
y Fideiusserat.] ex causa non peculiari.
z Non posſit.] etiā naturaliter. & facit hoc ad differētiā quæ assignatur inter pupillū & seruum, insti. qui. mo. re cō. obli. §. præterea.
a Obligatus sit.] i. remaneat. sic. s. e. si. mandato. Accursius.
b Nec solutione liberari.] nisi fortè post consumptionem. Accursius.

a Ista gl. reputat sin gul. ad hoc quod sicut error nō impedit translationē dñij, ita nō esfit ut cōfessus cā per totū in de cōdi in de. ita nō impedit, si tradēs est procurator, vel administrator cui libera gap est traditore. Bol.

mine potuerit, cuius obligatio ad seruum non pertinuit [a].

¶ *Actiones quesitæ hæredi ex facto suo nõ trãseunt in fideicommissarium: uel in eum, qui uenit per contra tabulas, nisi facta cessione. Bartol.*

Africanus. LEX XXII.

HÆres à debitore hęreditario fideiussorem accepit: deinde hæreditatem ex Trebelliano restituit. fideiussoris obligationem in suo statu [b] manere ait: idemque in hac causa seruandum, quod seruaretur cùm hæres contra quem emancipatus filius bonorum possessionem accepit [c], fideiussorem acceperit [d]: ideoque in vtraque specie transeunt [e] actiones.

¶ *Duæ obligationes fideiussoriæ possunt concurrere in persona unius. Bartol.*

¶ Non est nouum, vt fideiussor duabus actionibus eiusdem pecuniæ nomine teneatur. nam si in diem acceptus, mox purè accipiatur: ex vtraque obligatur [f]. & si fideiussor confideiussori hæres extiterit, idem erit [g].

¶ *Non potest quis fideiubere pro seipso: pro alio sic. Bartol.*

¶ Seruo tuó pecuniam credidi [h]: tu eum manumisisti: deinde eundem fideiussorem accepi. si quidem in eam obligationem [i] fideiubeat, quæ aduersus te intra annum sit, obligari eum ait [k]. si verò in naturalem suam: potius esse vt nihil agatur. non enim intelligi posse, vt quis fideiubendo pro se, obligetur [l].

¶ *Si debitor succedit fideiussori: extinguitur accessoria, si principalis est utilis. secus si inutilis. Bartol.*

¶ Quòd si hic seruus manumissus fideiussori [m] suo hæres existat, durare causam fideiusionis putauit: & tamen nihilominus naturalem obligationem mansuram [n]: vt si obligatio ciuilis pereat [o], solutũ repetere non posit [p]. Nec his cõtrarium esse, quòd cùm reus [q] fideiussori [r] hæres existit, fideiussoris obligatio tollatur [s]: quia tunc duplex obligatio ciuilis cum eodem esse non potest [t]: retro [v] quoque, si fideiussor seruo manumisso hæres extiterit, eadem aduersus [x] eum obligatio manet: quãuis & naturaliter teneatur [y], nec [z] pro se quis fideiubere posit.

¶ *Si principalis reus succedit creditori, omnis obligatio extinguitur. si fideiussor: sola obligatio fideiussoria extinguitur. Bartol.*

¶ Quòd si stipulator † reũ hæredẽ instituat, omnimodò fideiussoris obligationem perimi [a]: siue ciuilis, siue tantùm naturalis in reum fuisset: quoniam quidem nemo potest [b] apud eundẽ pro seipso obligatus esse. Quòd si idẽ stipulator fideiussorem hæredem scripserit, proculdubiò solam fideiusionis obligationem perimi [c]. Argumentum rei hoc esse, quòd si pos-

a ¶ Non pertinuit.] etiam naturaliter. facit. ff. de condi. inde. l. si fideiussor. & . §. man. l. Papinianus.

HAeres à debitore.] CASVS. Titius faciens testamentum instituit hæredẽ Seium: & rogauit eum, vt hæreditatem restitueret Sempronio. Seius hæres accepit fideiussorem, à quodam debitore hęreditatis: posteà restituit hæreditatem Sempronio. quæritur vtrum ista actio quã habet Sei⁹ hæres aduersus fideiussorem istũ, transeat ad Semproniũ cui restituta est hæreditas? Respõ. quòd non, sed in suo statu remanet, nisi fuerit cessa ab hærede ipsi Sempronio. & ponit simile ibi. ¶ Idemq; in hac cã.] Istud est planum: veluti si hæres accepit fideiussorem à debitore hęreditario, posteà filius emancipatus petit bonorum possessionem: actio fideiussoria remanet apud hæredem: sed per cessionem trãsit ad filiũ emancipatum. ¶ Non est nouum.] Iuriscon sultus ostẽdit hic modum, quo modo vnus fideiussor potest teneri duabus actionibus nomine eiusdem pecuniæ: vt puta, si fideiussor sit primo in diẽ aceptus, posteà purè accipiatur. Item si sint duo fideiussores, vni⁹ debitoris, & vnius pecuniæ, & vnus fideiussor facit alium hæredem: tunc iste qui est hæres tenetur pro sua fideiusione, & etiam pro eo qui eum instituit hæredem. ¶ Seruo tuo.] Pulcher casus, sed satis difficilis. Ego mutuaui pecuniã Sticho seruo tuo: posteà tu seruum hũc manumisisti: ego istum seruum accepi fideiussorem: quæritur vtrũ ex ista fideiusione teneatur? Distinguitur. nam si seruus iste fideiussit in ea obligatione qua tu intra annum teneris, hoc est in actione de peculio qua patronus tenetur intra annum manumisso seruo quando peculium remanet apud dominum: certè hoc casu iste manumissus tenetur ex sua fideiusione. aut iste seruus manumissus fideiussit pro sua naturali obligatione, qua tenebatur cùm esset seruus: & tunc nullo modo obligatur ex ista fideiusione. non enim quis potest pro seipso fideiubere. Quid autem dicendum erit, si hic seruus non fideiussit pro se in hac causa, sed alium dedit fideiussorem: posteà huic fideiussori suo extitit hæres: an teneatur? Respon. quòd sic: quia durat causa fideiusionis: non tamen tollitur obligatio naturalis. Sed videtur contrà: quòd scilicet naturalis obligatio tollatur: quia si reus fideiussori succedit, actio fideiussoria tollitur: & remanet tantùm principalis: ergo &c. Sed hoc non obstat: qa quando reus succedit fideiussori: non possunt duę obligationes ciuiles consistere in vno reo. sed in nostro casu vna est naturalis tantùm, altera ciuilis: quæ se non impediũt, quin inuicem stare posint. Deinde ibi, retro quoq; ponit casum conuersum superiori, qui clarus est. Si verò ille qui stipulatus est à Titio, & fideiussorem acceperit, posteà Titiũ hæredẽ instituit: fideiussoris obligatio omnino extinguitur. ratio est in textu. Si verò stipulator instituit fideiussorem hæredẽ, sola actio fideiussoria perimit. nam &c. vt in textu. ¶ Cũ tu.] Ego & Titius promisimus Sempronio centum & sic facti sumus duo rei debendi. ego pro me dedi fideiussorem Caium. quæritur vtrum iste Caius posit etiam fideiubere apud Sempronium pro Titio sicut fecit pro me? Respon. quod sic. ¶ Cùm fideiussor.] Titius mutuauit Seio centum aureos. Sempronius fuit fideiussor pro Seio. iste Sempronius post hoc extitit hæres creditori Titio. quæritur hic, vtrum iste fideiussor habeat actionem mandati contra Seium debitorem ad ista centum quasi ipse à seipso exegerit? Et responde. quod nõ: quia reus manet obligatus huic Sempronio: quare non potest intelligi ipsum fideiussorem pro eo soluisse: habet tamen fideiussor, qui creditori succesit actionem ex stipulatu ad ista centum recuperanda. Fran.

b ¶ In suo statu.] i. non corrũpetur: sed stat penes hæredem: vt. ff. de pact. sed si tibi. §. cùm possessor. cedi tamen debent: vt. ff. ad Trebel. l. si hęres. quę est contrà. & sic etiã intelligitur. ff. de constitu. pec. si post. Alij dicunt transire ipso iure scilicet vtiles: sed directè cedi debẽt. & facit. ff. qui. mo. pign. vel hypo. sol. sicut. §. j. Accursius.

c ¶ Accepit.] & obtinuit. Accursius.

d ¶ Acceperit.] antequam succumberet in contra tabu.

e ¶ Transeunt.] scilicet cessæ non ipso iure: vt. ff. de cõtra tabu. l. cùm emãcipatus. & fa. ff. de cõdi. inde. l. ij. §. j. & . l. iij. & . iiij. & . v.

f ¶ Ex vtraque obligatur.] ff. de ver. obl. l. qui bis. contrà. sed illam literam expone vt ibi no. vel ibi fuit bis promissum eodem modo: hic diuerso. Accursius.

g ¶ Erit.] facit. ff. eo. generaliter. in fi. & de acti. emp. non est nouum. Et not. secũdum Azo. si fideiussor fideiussori succedat, nulla tollitur obligatio: vt hoc. §. non est. Si fideiussor stipulãti, vel cõtra: accessoria tãtũ tollitur: vt. j. eo. j. ꝙ si idem sti. & . l. Lucius. Si fideiussor reo tantùm naturaliter obligato succedit: neutra tollitur. si ciuiliter & naturaliter, accessoria tãtũ tollitur: vt. j. e. l. §. quòd si hic seru⁹. Si reus stipulãti vel econtrà omnis tollitur: vt. ff. ad le. Falci. l. j. §. si debitor. & . j. eo. si Stichum. §. à Titio. & de sol. Stichum. §. aditio. Azo. & no. C. de pact. debitori. Accursius.

† Bal. hic dicit istum tex. singu. ad hoc, qđ cessio bonorum facta per debitorem cõtra creditorem, non liberat ipsum fideiussorẽ Bolog.

h ¶ Credidi.] & sic naturaliter fuit obligatus.

i ¶ In obligationem.] intra annum scilicet de peculio: vt. ff. quando act. de pecu. l. j. in prin. Accursius.

k ¶ Ait.] Africanus: vel Iulianus magister Africani. & facit. ff. eo. l. planè. & . ff. ad Mace. l. creditorem. §. planè.

l ¶ Obligetur.] vt. ff. ad Velle. l. tuto. in prin. & . j. ea. l. §. retro. in fi.

m ¶ Fideiussori] tpe seruitutis obligato. qđ esse potuit: vt ĩsti. e. §. j.

n ¶ Mensuram.] ex persona manumissi.

o ¶ Pereat.] vel acceptilatione, vel tpe: vt qa ad tẽpus fideiusserat.

p ¶ Non posit.] naturali causa impediente: vt. ff. eo. l. fideiussor. §. fideiussor. Et est argu. ff. de noui oper. nuncia. de pupillo. in fin. & . l. quia in re [a]. in princi. Accursius.

a Est versi. in dicta. l. de pupillo.

q ¶ Cùm reus.] ciuiliter & naturaliter obligatus.

r ¶ Fideiussori.] vel mandatori: vt. ff. eo. l. Vranius.

s ¶ Tollatur.] vt & . ff. eo. l. cùm reus. & . j. de sol. cùm quis. §. fi.

t ¶ Non potest.] sed hîc vna est ciuilis & naturalis, & altera naturalis tãtùm. & sic duæ naturales sunt in eodẽ: licet vna principalis, & altera accessoria. & ad hoc. ff. ad Velle. l. quãuis. §. si mulieri hęres.

v ¶ Retro.] i. econuerso.

x ¶ Aduersus.] scilicet eum hęredem. Accursius.

y ¶ Teneatur.] ex persona eius, cui succedit.

z ¶ Nec.] repete quamuis.

a ¶ Perimi.] quia & principalis tollitur ipso re: vt. j. de sol. Stichum §. aditio. & . C. de pact. l. debitori. Accursius.

b ¶ Nemo potest.] est autem tunc idem pro quo, & apud quẽ fideiussit: cũ hæres sustinet personã defuncti: vt. ff. ad Vell. l. tutor. Ac.

c ¶ Perimi.] vt sic eximat tm̃ psona ab obligatione: nõ aũt vt perinde habeatur, ac si soluta esset pecunia. & sicut in sequenti ꝓponitur:

nam ibi personale habet bñficium is, qui cessit bonis:vt.j.eo.l.Vranius.ibi,sed cum duo &c.vt.C.de bo.aut.iudi pos.l.ex contractu.& inst.de replica.§.fi.& caue:quia est arg.per contrarium:nam sicut in superiori casu sola accessoria obligatio tollitur, ita & hîc sola durat sublata principali per cessionem bonorum. Alij referunt hic ar. ad probandum quãdo manumissus suo fideiussori,vel ecõtra succedit, quando remaneat fideiussoria obligatio:vt.s.eo.§. quod si hîc. & .§. retro.sed prima placet.& facit.s.qui satisda.cogan.l. de die.§. si fideiussor &.j.de solu.si duo. in fin.& arg.s. de pecul. l. peculium.§. sed & creditor.& argu.s.ad Velleia .l. quamuis. §.si mulieri.

sesio rerum debitoris [a] data sit creditori: æquè dicendum est fideiussorem manere obligatum [b].

Potest unus esse fideiussor duorum correorum.Bartol.

Cùm tu [c] & Titius eiusdem pecuniæ rei essetis: eum qui pro te [d] fideiussit, posse & pro Titio fideiubere respondit, quamuis eandem pecuniam eidem debiturus sit:nec tamen inanem eam creditori futuram.nonnullis enim casibus emolumentum habituram [e] :veluti si ei,pro quo antè fideiussisset,hęres existat [f] .tũc enim confusa prima obligatione [g] posteriorem duraturam.

Successio non habetur loco solutionis,quò ad lucrum hæredis.Bartol.

Cùm fideiussor reo stipulandi hæres extiterit:quæritur an quasi ipse à se exegerit,habeat aduersus reum [h] mandati actionem. Respondit:cùm reus obligatus maneat: non posse intelligi ipsum à se fideiussorem pecuniam exegisse [i] . itaque ex stipulatu potius [k] quàm mandati agere debebit.

Si obligatio consistit in persoma repræsentata,potest accipi fideiussor.Bartolus.

Florentinus. LEX XXIII.

dixi[a] inhæret[b] enim in vtraque[c] causa adhuc illius debiti persecutio. nam eius solutione liberabit reum promittẽdi ab obligatione[d] in quã pro eo fideiusserat. & nõ titulus[e] actionis, sed debiti causa[f] inspicienda est. Licet enim is tutor, qui fideiussor apud pupillum pro reo obligatus est, soluerit se authore pupillo[g]: quia reo promittendi liberato, & ipse tutor idemque fideiussor liberabitur, q̃ sua authoritate efficere non potest[h]: tamen si non pro se soluendi animo, sed pro Titio[i] fecit, vt maximè[k] eum liberet: cum eo mandati actionem habebit.

Pro obligato sub conditione potest accipi fideiussor sub duabus conditionibus copulatiuè conceptis, si uerò disiunctiuè: inspicitur quæ prius extiterit. Bartol.

LEX LXXI.

Gaius.

SI à reo sub cõditione fuero stipulatus, potero fideiussorem & in hanc, & in aliam conditionẽ obligare, si modò eas coniũgam[l]. nisi enim vtraque extiterit, nõ tenebitur: cùm reus ex vna tantum conditione teneatur[m]. Quòd si eas disiungam[n], durior fit conditio fideiussoris: nec ob id[o] obligatur: quippe siue communis vtriusque conditio extiterit[p], siue alterutra, videatur apprehendi[q], cùm reus non aliter teneatur, quam si communis[r] extiterit. aut igitur nullo modo tenebitur fideiussor: aut (quod magis est[s]) ita tenebitur, si prius extiterit communis.

Si inter obligationem principalis & fideiussoris est diuersitas conditionis: inspicitur quæ procedit. Bartol.

Sub diuersis quoque conditionibus si fuerint interrogati: interest vtra earũ prior extiterit. si reo iniuncta[t], tenebitur etiam fideiussor cùm conditio eius extiterit, tanquam si statim ab initio reus purè, fideiussor sub conditione acceptus esset. Ex diuerso autem. si fideiussoris conditio prior extiterit, non tenetur, perinde ac si statim[v] ab initio purè acceptus esset, reo sub conditione obligato[x].

Si reus promittit fundum: potest accipi fideiussor in usumfructum. Bartol.

Si reo in fundum obligato, fideiussor in vsumfructum accipiatur: quæsitum est, vtrum obligetur fideiussor, quasi in minus: an non obligetur, quasi in aliud: Nobis in eo videtur dubitatio esse, an vsusfructus pars rei sit, an proprium quiddã. Sed cùm vsusfructus fundi ius sit, inciuile est fideiussorem ex sua promissione non teneri[y].

Pro obligatione naturali, qua tenetur seruus: etiam ipsi domino potest accedere fideiussor, etiam seruo eodem à fideiussore stipulante. Pau.

Adeò à seruo potest fideiussor accipi, vt ipse quoque dominus in id, quod sibi debetur, fideiussorem ab eo rectè accipiat[z]: quem fideiussorem est ab eo ipso seruo interrogari nihil impedit[a]. Si à furioso stipulatus fueris, non posse te fideiussorem accipere certum[b] est: quia non solùm ipsa stipulatio nulla intercessisse, sed nec negotium quidem vllum gestum intelligitur. Quòd si pro reo furioso iure obligato[c] fideiussorem accepero, tenetur fideiussor.

Pro maleficijs non potest accedere fideiussor, sed pro obligationibus descendentibus ex maleficio sic. Bartol.

Id[†], quod vulgò dictũ est, Maleficiorũ fideiussorẽ accipi non posse. non sic intelligi debet, vt in pœnam furti is, cui furtum factum

l Iâ reo.] CASVS. Stipulatus sum à Mæuio decem, si nauis ex Asia venerit, potero te fideiussorem accipere sub alia cõditione, si Titius consul factus fuerit. hoc tamen ita si eas conditiones 70 coniungam sic dicendo: si nauis ex Asia venerit, & Titius consul factus fuerit. Si verò eas disiungam dicẽdo: si nauis ex Asia venerit, vel Titius consul factus fuerit, tunc fideiussor non obligatur, quia est acceptus in duriorem causam. facilius enim existeret illa vel illa conditio, quam ambæ simul. igitur &c. Sub diuersis.] Stipulatus sum à Titio centum sub conditione, si Imperator in Italiam venerit. & accepi ab eo fideiussorem sub alia conditione, si dux Mædiolani Florentiam venerit. refert hic quæ cõditio prior extiterit. nam si cõditio ipsius rei primo extiterit, fideiussor ita demum tenebitur: quãdo eius conditio extiterit quam ab initio reus purè promiserit, & 80 fideiussor sit acceptus sub conditione. Item econtra si conditio fideiussoris prior extiterit: non tenetur: quasi à principio purè acceptus sit: reus verò sub conditione. Si reo.] Stipulatus sum à te fundum Cornelianum, & accepi à te fideiussorem pro vsufructu. Quæritur vtrum fideiussor sit obligatus quasi in minus fideiusserit: vel non obligetur, quasi in aliam rem sit acceptus quam reus principalis. Item alia dubitatio est vtrum vsus fructus sit pars rei: an aliud aliquid. tamen finaliter respon. cum vsusfruct. sit ius fundi: fideiussor qui pro vsufructu fideiussit, teneri debet. Adeò.] Seruus potest fideiussor accipi: ita vt etiam dominus possit accipere ab eo fideiussorem in id, quod sibi debetur. Si à furioso.] Planus est. Id quod.] Est commune prouerbium quod fideiussor maleficiorum accipi non potest. hoc dictum non taliter intelligendum est, quod ille cui furtum factum est, non possit accipere fideiussorem à fure de re sibi restituenda: sed 10 est intelligẽdũ, si duo vel plures furtum fecerint, nõ possunt sibi inuicem dare fideiussores de re furtiua diuidenda. Item si quem hortatus fuero vt furtum faciat: non potest à me fideiussorem accipere, ne furti conueniatur. & est ratio, 20 q͂a ista est turpis societas: & turpis societatis nulla est obligatio, & per cõsequens nullus fideiussor. Fran.

l Coniungam.] per copulatiuam coniunctionem.
m Teneatur.] 30 & sic apparet conditio fideiussoris leuior.
n Disiungam.] per disiunctiuam coniunctionem: vbi alterum extare satis est: vt. §. de verbo. obli. l. si ita quis stipuletur. Ac.
o Nec ob id.] i. & 40 ob id, nam &c. quia in duriorem causam accipi non potest.
p Extiterit.] sub qua promisit reus & fideiussor.
q Apprehendi.] fideiussor in obligatione.
r Si communis.] 50 sub qua reus & fideiussor promisit.
s Magis est.] arg. contrà id, quod no. §. eodem græcè. §. illud. sed refert in quãtitate vel tẽpore: vel quando in qualitate sit plus vel minus.
t Iniuncta.] scili- 60 cet prior extiterit.
v Si statim.] sic suprà de nau. fe. l. nihil. & de vulg. substitu. l. fin. §. Titius. sed argu. contrà suprà ad. l. fal. l. verbum. Ac. ADDITIO. Dic qd hic euentus inspicit quo ad impediendam actionẽ nasci ex hoc contractu: non quo ad tollendam aliam actionem ad eundem effectum 70 tendentem: vt not. per dy. in ca. actus legitimi de regu. iur. lib. vij. secundum Barto. hîc.
x Obligato.] quo casu non suspenditur: sed statim non valet: licet sit aliud in consti. pecu. vt. §. de consti. pecu. l. id quod sub.
y Non teneri.] videtur enim pro parte intercessisse: vt. §. eo. fideiussores. & §. de verbo. oblig. l. qui vsumfructum. & suprà de vsufruct. l. iiij. sed contrà. §. de excep. & per iusiurãdũ. §. illud. Sol. vt ibi.
z Accipiat.] vt & §. eo. si quis pro eo. §. j. & insti. eo. in princ.
a Impedit.] ad hoc vt domino quæratur obligatio: & sic obtinet seruus vicem duorum. sed respon. ipse non videtur stipulatus: imò 80 dominus: quia vox serui vox domini est: vt institut. de inuti. stipul. §. post mortem. in princ.
b Certum est.] nisi fortè scienter intercessit. vt. §. de mino. in causæ. in prin. quod non puto: cùm principalis non teneat: vt hîc, & instit. de inuti. stipu. §. furiosus. & suprà de verbo obliga. l. is cui. & adde quod not. §. eo. Marcellus. Accursius.
c Obligato.] vt cùm obligatio venit ex re: vt. §. de actio. & obliga. l. furiosus. vel etiam ante obligationem: vt institut. qui. non est

† Caue, ne te fallat Barto. dictum nimis generale. admittitur enim in causis criminalibus fideiussor: vt in l. j. cũ ibi no. j. de custo. reo. sed uerum est hoc quãtum ad pœnam pecuniariam, nõ aũt quantum ad corporalem: vt not. gl. in c. cùm homo xxiij. q. v. et Panor. in rubri. de fideiuss. & Alex in alleg l. si quis. hic autem. §. debet intelligi, quãdo pœna est corporalis, ad quã non potest se obligare: vt per gl in præalle. c. cùm homo bal. in. l. j. C. ne fideiuss. do. dentur. & in l. quoties. de noxa. & Ang in trac maleficiorum in gl in verb. fideiussit. in prin.

permis.fac.test.§.item furiosi.

a ❡ Magna ratio.] aliâs magis.& facit.ſ.ad leg.Aquil. ita vulneratus.&.ſ.de pactis.si vnus.§.pacta quæ turpẽ. & propter hoc fideiussor potest adhiberi:vt &.ſ.codẽ greçe.§.sed & si ex delicto.&.l. siquis pro eodem .§. fin.

b ❡ Potius.] Scilicet intelligi debet id qđ dicitur vulgò.

c ❡ Cum alio quo.] aliâs deest cum quo: & tũc plana.sed si habeas:dic cum quo,furtum subaudi fecit. & quod subijcit,admisit scilicet interuenientes aliquos:p eo fortè, qa pacti sunt æqualiter partem præstari: & sic inter se fidem dederunt. Accursius.

d ❡ Vt qui.] supple, ita intelligi debet, vt qui &c.

e ❡ Possit.] facit instit.manda.§.illud.

f ❡ In quibus casibus.] duobus vel similibus.

g ❡ Societas] Esset autem hæc societas quodammodo,si quotam partẽ damni vel partem rei subtractæ per pactũ rehaberet. facit .ſ. pro soc.l. qđ autem.& .l. nec quicquam.&.l.nec præter mittendum. & supra manda .l. si remunerandi .§. rei turpis. & supra de contrahẽ. emp.quod sæpe.§.veneni.&.l. si in emptione .§. item si emptor. & supra de tute.& ra. distra. l.j.§. non tantum.

est,fideiussorem accipere non possit(nam pœnas ob maleficia solui, magna ratio [a] suadet) sed ita potius [b] ,vt qui cum alio quo [c] furtũ admisit, in partem quam ex furto sibi restitui desyderat, fideiussorem obligare non posit: & qui [d] alieno hortatu ad furtum faciendum profectus est, nec in furti pœnam ab eo,qui hortatus est, fideiussorem accipere posit [e] .in quibus casibus [f] illa ratio impedit fideiussorem obligari, quia scilicet in nullam rationem adhibetur fideiussor, cùm flagitiosæ rei societas [g] coita nullam vim habeat.

❡ *Per confusionem persona ab obligatione eximitur, & eius accessoriæ obligationes, secus in correis principaliter obligatis: quia in obligatione remanent. Bartolus.*

Paulus. LEX LXXII.

VRanius [h] Antoninus pro Iulio Polliõe & Iulio Ruffo [i] pecuniam mutuam accipientibus ita vt duo rei insolidum eiusdem debiti fierent,apud Aurelium Palmam [k] mandator extitit [l] :& Iulij bona [m] ad fiscum deuenerunt:similiter & creditori fiscus successerat [n] .Mandator [o] allegebat se liberatum iure confusionis: quia fiscus tam creditori [p] quã debitori [q] successerat. Et quidem si vnus debitor fuisset: non dubitabam, sicut fideiussorem [r] ,ita & mãdatorem liberatum esse. Quãuis enim iudicio conuento principali debitore, mãdator nõ liberat̃ [s] : tñ vbi successit creditor [t] debitori: veluti solutionis iure sublata obligatione [v] ,etiã mãdator liberatur,vel [x] quia non potest pro eodem apud eundem quis mandator esse. Sed cũ duo rei promittendi sunt, & alteri extiterit [y] hæres creditor: iusta dubitatio est,vtrum alter quoque liberatus est ac si fuisset soluta pecunia:an persona tantum exẽpta sit confusa obligatione. Et puto aditione hæreditatis,confusione obligationis eximi personam: sed & accessores ex eius persona liberari [z] ,propter illam rationẽ, quia non possunt [a] pro eodem apud eundem obligati esse: vt quẽadmodum incipere,aliâs non possunt,ita nec remaneant [b] .igitur alterum [c] reum eiusdem pecunię nõ liberari [d] :& per hoc nec fideiussorem vel mandatorem eius [e] .Planè †quia is [f] mandati iudicio eligere potest vel creditorem [g] :competituram ei exceptionem [h] doli mali, si cœperit conueniri. cum altero autem reo vel insolidum [i] ,si non fuerit societas: vel in partẽ [k] ,si socij fuerint:posse creditorẽ [l] agere. Quia si creditor fideiussori hæres fuerit,vel fideiussor creditori:puto conueniens [m] esse confusione obligationis non liberari [n] reum.

❡ *Pactum factum uni ex correis non præiudicat mandatori. Bartol.*

❡ Si ponamus vnum ex reis promittendi pactum [o] esse ne à se peteretur,deinde mandatorem soluisse: mandati iudicio conuenire poterit etiam eum, cum quo pactus est [p] .Non enim pactum creditoris tollit alienam [q] actionem.

h ❡ VRanius.] mandator.

i ❡ Ruffo.] propria nomina debitorum.

k ❡ Palmam.] creditorem.

l ❡ Extitit.] eis præsentibus, vt sic videatur mandare Vranio: vt.ſ. man .l. qui patitur. nam infra dicit mandãtem agere mandati contra eos.ibi,planè quia &c.

m ❡ Bona.] Pollionis pone.

n ❡ Successerat.] antequam Pollionis bona ad eum venirent.

o ❡ Mandator.] Vranius.

p ❡ Creditori.] Aurelio.

q ❡ Debitori.] Pollioni.

r ❡ Fideiussorem.] de quo constat.vt.C.de sol.l.ij.

s ❡ Non liberat̃.] nõ secuta satisfactione:vt.ſ.e.si mãdato meo.ĩ fi.

t ❡ Creditor.] quale est hic cùm ille qui creditori successerit: succedit posteà debitori.

v ❡ Obligatione.] s.principali:vt.ſ.eo.si debitori creditor.&.j.de solu.stichum.§.à titio.&.ſ.de eui.si ei.§.fi.&.C.de pac.debitori.vbi distinxi plenè.

x ❡ Vel.] propriè:vel pro saltẽ pone.& not.hîc.&.j.proxi.ibi,quia nõ possunt &c.&.ſ.ad Vell.tutor.in prin.&.j.de sol.qui hominem. §.quidam.Et no.quod hic est ratio quare alter insolidum vel in partem remanet obligatus:vt.j.dicit.at vbi in rem fit liberatio,tũc etiã alter liberatur.vt in contrarijs suprà de arbi.si duo.& de libe.leg.l. iij.§.nunc de effectu.

y ❡ Extiterit hæres creditor.] i.qui factus est creditor quia successit creditori.

z ❡ Persona liberari.] id est mãdator nõ tenebit̃,ppter illi' psonã.

a ❡ Quia non possunt.] vt.ſ.proxi.respon. Accursius.

b ❡ Remaneant.] quod ergo impedit faciendum, destruit iam factum.de hoc dixi.ſ.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.patre.

c ❡ Alterum.] quia tantum persona eximitur. Io.

d ❡ Non liberari.] Sed obligatus remanet:cum distinctione tamẽ: vt.j.statim ibi:cum altero &c. Accursius.

e ❡ Eius.] ipso iure quantum ad eius personam, sed exceptione sic saltem,quia non potest actio ei cedi.

f ❡ Quia is.] scilicet qui mandator extiterat pro vtroque.

g ❡ Vel creditorem.] q debitori successit: hoc est fiscum supple vel alium debitorẽ superstitem. nã cùm insolidum pro eo teneatur: insolidum eum conueniret mandati:vt.ſ.eo.l.cũ duo rei. sed quomodo cũ eligeret, cùm pro eo non teneat̃:vt.ſ. proxi.§.Sed respon.expone scilicet liberari p exceptionem, non ipso iure,scilicet fideiussorẽ:ar.j. proxi.§.

h ❡ Exceptionem.] in otum debitum secũdũ has.ll.quia mandator potest eligere insolidum vnũ de reis sed cùm hodie pro parte debeat agere, vt in authen.de duo. re.in princ. habet exceptionem pro parte tantum.

i ❡ Insolidum.] Ex hoc no. quod duo rei non socij non videntur inuicem fideiubere:quia tunc vnius obligatione soluta nõ teneretur alter insolidum:quod hic dicit. & sic est pro R. & I. contra M. sed ipse dicit hîc fuisse actum vt non videantur fideiubere. & pro eo ſ. de duo re.l.reos.quæ est huic contrà. sed hoc dic vt no.ſ. ad Vell. si vir vxo.in fi.Item qđ hic dicit,est de rigore sed de æquitate repellitur fiscus exceptione pro parte qua successit reo: quia bona fides non patitur vt bis idem consequatur secundum M. & quia non potest cedere actionem contra seipsum q est hæres rei: vt.j.de sol.stichũ.§.pe.&.l.modestin'.sed R.dicit vtroq; casu.i.siue sint socij,siue nõ,insolidũ remanere obligatũ correũ,cũ persona tñ eximit̃:vt.ſ.de duo.re.l.fi.Sed secũdo casu,quia tenet̃ p socio,multò magis exceptione à parte repellit̃:ar.ei' qđ dixerat,planè qa &c.

† Fran.arc. in.l.ex duobus.j.in vlti.colum.ſ. de duo.re. istũ tex. exclamat singu. ad hoc quod liceat alias dolo facit,qui petit remquas restituturus est:cùm cõtra eũ possit talis exceptio obijci:vt in.l.si socer.ĩ princi. ſ. solu. matri.& in.l.dolo facit ſ.de excep. do. tamen hoc non habet verum quando agit ex persona propria: sed ex iure alterius non potest ei obijci hæc exceptio. Bolog.

k ❡ Vel in partem.] mirabile hoc videt̃,cũ & si socij sint, hic tñ p successionẽ nõ liberet̃,nisi p parte,cũ aliâs p acceptillationẽ factam vni liberet̃ insolidũ:vt.ſ.de libe.le.l.iij.§.nũc de effectu.&.l.si is qui duos.ĩ fi.nõ ergo verę vel fictæ solutiõis vim obtinet successio hoc casu:vt & no.ſ.e.l.si debitori creditor.Et est ratio:quia hic psona eximit̃,vt modò no.Itẽ hic distĩguit correũ sociũ à nõ socio.sic &.ſ. de arbi.si duo.& ad.l.fal.l.ĩ.l.falci.hoc esse.&.ſ.de duo.reis.l.si duo.

l ❡ Creditorem.] scilicet fiscum qui successit creditori.partẽ enim debet ipse fiscus:quia eius intelligitur quodammodo socius.

m ❡ Conueniens.] scilicet iuri.

n ❡ Non liberari.] vt &.ſ.eo.hæres.§.quod si idem.

o ❡ Pactum.] cum creditore & hoc ignorante fideiussore.ideoque agit fideiussor:vt.ſ.mãda.si fideiussor.&.l.si procuratorem.§.si ignorantes.vel dic fuisse personale pactum:vt ſ.de pactis.l.vbi.

ADDITIO. Dic aliter secundum Bart.quod hîc fuit factum pactũ vni ex correis debendi:ita quod non prodest alteri reo:& fideiussor soluit pro eo qui remanet sic obligatus:& habet actionẽ etiam cõtra liberatum per rationem in tex.quia non poterit auferre accusationem mandatori,qui contemplatione vtriusque intercessit:vt per eundem.Bart.hic.

p ❡ Pactus est.] scilicet creditor. Accursius.

q ❡ Alienam.] scilicet vertẽtẽ inter mãdatorẽ & reũ pmittẽdi. Ac.

a ¶ Placet mandatorem.] potest dici ꝙ mãdator & fœnerator sup ponant pro eodem.q.d. ꝙ etiam si vnus fœnerator mãdet alij de mu tuando extraneo,tamen tenetur. Vel dic verius quòd mandatarius non per se,sed per alium creditorem suum vel alterius fecit numera tionem:sed ipse fecisse videtur:vt &.§.de admi.tuto.ita autem.§.gef sisse.& ad hoc.§.si cer. pet.l.certi cõdictio.§. si nummos. Accur.

¶ Mandator tenetur siue mandatarius impleat mandatum per se,siue per alium. Bar.

¶ Placet mãdatorem [a] teneri etiã si fœnerator creditori mandet pe cuniam credere.

¶ Acceptilatio facta fideiussori, qui in obligationem non incidit, non prodest fideiussori. Pau.

Caius. LEX LXXIII.

SI fideiussori sub conditione obligato. Si nauis ex Asia venerit, quem sub hoc modo [b] accepi vt vsq; ad tempus vitæ suæ dũtaxat obligaretur, pendente conditione acceptolatum fuerit [c]: & is fideiussor adhuc pendente condi tione mortuus fuerit: confestim à reo petere possum [d]: quia existens conditio neque obligationem in persona iam mortui [e] efficere, neq; acceptilationẽ confirmare posit.

¶ Contumacia rei non auget obligationem fideiussoris. Barto.

Paulus. LEX LXXIIII.

CVm procurator in rem agebat [f], cautionem dederat ratam rem dominum habiturũ. post eà victo eo reuersus dominus iterum de eadem re agebat: & cùm reus haberet possessionem, noluit eam restituere: & ideo magno [g] cõdemnatus est. In amplius fideiusso res non tenentur [h]. hoc enim non debet imputari fideiussorib⁹, quod ille propter suã pœnã præstiterit.

TITVLVS II.

De nouationibus & delegationibus.

SI fideiussori.] CASVS. Acceperam à Titio debitore meo fideiussorem sub cõdi. & ad diem.s. ꝙ teneretur vsque ad mortẽ suam. pendente condi. ego acceptũ fero ei: & interim ipse moritur. dicitur hic ꝙ ego statim possum pe- 10 tere à reo: quia licet postea existat conditio: hoc nihil prodest. Fran. Accur.

b ¶ Sub hoc modo.] & ita sub cõditione & ad diem: vt.§.de act. & obli.l. obligationũ ferè. Accur.

c ¶ Fuerit.] per quem etiam reus liberatur: vt.j.de accep.l.& per iusiuran.§.& si fideius sori. Accursius.

d ¶ Possum.] quid enim bonũ est expectare cõ di.&c. vt hîc, &.§.ad Velleia.l. aliquãdo.§. si. Accursius.

e ¶ Iam mortui.] si 40 autem viuo eo existeret, simul obligaretur & liberaretur: vt j.titu.j. quoties.& per eum etiam reus: vt.j. de accep.& per iusiur. §.& si fideiussori. Item in persona hæredis nõ committitur stipulatio: quia sic actũ erat. Ac- 50 cursius.

CVm procurator.] CASVS. Procurator meus vẽdicabat quen dam fundũ à Titio, & dedit fideiussores me ratũ habiturum quod fecisset. victus est procu. meus. ego postea reuersus iterũ egi, & obtinui. possessor non vult restituere pos. ideoq; delatum est mihi iuramentum in litem, & ipse pos. condemnatus est 60 in magna multa. nec quæritur vtrum fideiussores rei debeat cõuenire pro ista multa? Respon. quod non: nõ enim debet imputari fideiussoribus ꝙ ipse reus pœnam sustinet pro sua contumacia. Fran.

f ¶ Agebat.] ad quod facit.C.de procur.l. quia absente. &.ff.de procura.l. Pomponius.§.sed & is. &.l. qui absentem.

g ¶ Magno.] quia fuit delatum iuramentum in litem.

h ¶ Non tenentur.] qui tenerentur si statim restituisset. & ad hoc facit. supra eo. fideiussores. & supra de procura. qui proprio.§. procurator vt in cæteris. de eo quod certo loco.l. centum. & de in lit. iu ran.l.j.& ad legem Falcid. cùm pater.§. legato. & supra de euict.l. 70 hoc iure.&.l. Herennius.

¶ DE NOVATIONIBVS ET DELEGATIONIBVS.

Dictum est de obligationibus principalibus & accessorijs qualiter contrahuntur, nunc qualiter tollantur. & primo per nouationem. & not. quod per delegationem fit nouatio: ut infrà c. delegare. ideo tamen posuit genus & speciem, quia maximè tractat de ea nouatione quæ fit per delegationem. sic.C. de ser. & aqua. in Rub.

NOuatio.] CASVS. Iurisconsultus tractaturus de nouationibus, more sapientis philosophi, ne pcedamus 80 per ignota, docet nos quid sit nouatio, dicit enim quòd nouatio nihil aliud est quàm prioris obligatiõis in secundã transfusio siue trãslatio. Nec refert qualis sit obligatio: quia omnis obligatio potest nouari: dummodo secunda in quã fit translatio, teneat ciuiliter vel naturaliter. Et omnes res possunt transire in nouatione. & debet hoc expressè agi vt fiat nouatio, aliàs erũt duæ obligationes. Item prodigus cui bonis interdictum est, vel furiosus non potest nouare obligationem, nisi faciat conditionem suam meliorem. hoc dicit cum.l.seq.& sequen. Fran.

i ¶ Nouatio.] effectum iuris vocat nouationem. Et not. ꝙ voluntariam nouationem describit, non necessariam.

k ¶ Ciuilem.] supple & naturalem. in ciuilem enim tantum non potest transferri. nam cum fiat per stipulationem: vt.C.e.l.j.& insti.e. [a] §. prætereà. in prin. & stipulatio habet consensum: & sic naturale vinculũ: vt.§.de pact. 10 l.j. in fin. patet ꝙ non transit in ciuilem tantum. Sed secũdum Al. in stipulatione nõ est naturale vinculum: & sic fit in ciuilẽ tantum secundum eum vt no. in.d.l.j.de pactis. Item in ciuilem tantum videtur fieri per contestationem litis: vt.j. 20 e.l. delegare.

¶ Per sequentem obligationem etiam naturalem tantum nouatur præcedens, qualiscunque obligatio fuerit. Bart.

Vlpianus. LEX I.

NOuatio [i] est prioris debiti in aliã obligationẽ vel ciuilem [k] vel naturalem transfusio [l] atque translatio [m]. hoc est, cùm ex præcedenti causa ita noua constituitur [n], vt prior perimatur. Nouatio enim [o] à nouo nomen accepit, & à noua obligatione. ¶ Illud non interest, qualis præcessit obligatio, vtrum naturalis [p], an ciuilis [q], an honoraria: & vtrum verbis, an re, an consensu. Qualiscunque igitur obligatio sit quæ præcessit, nouari verbis potest: dummodo sequẽs obligatio aut ciuiliter [r] teneat, aut naturaliter [s]: vtputa si pupillus sine tutoris authoritate promiserit [t].

¶ Omnis obligatio potest nouari, si tamen hoc agatur. Barto.

Idem. LEX II.

OMnes res [v] transire in nouationẽ possunt. Quodcunq; enim, siue verbis contractum est, siue nõ verbis [x], nouari potest, & transire in verborũ obligationem ex quacunque obligatione: dummodo sciamus nouationẽ ita demum fieri, si hoc agatur [y] vt nouetur obligatio †. si verò hoc nõ aga-

l ¶ Transfusio.] quãdo in eandẽ personã.

m ¶ Translatio.] quã in aliam.

n ¶ Constituatur.] ex hoc patet manifeste ꝙ si à seruo animo nouandi stipulor, non 30 liberatur prior debitor: quia cum sit inter cessio, non obligatur seruus etiam naturaliter: ergo nulla est secunda in quam prior transferatur: vt.§.tit. j. seruus insciò. &.l.ij. quod secus est in pupil lo, vt in fi. huius legis.

40 o ¶ Nouatio enim.] alludit vocabulo. sic.§.de acqui.poss. l.j. in princip. & potest de qualibet nouatione dici.

p ¶ Naturalis.] tantũ, pura cõtracta cũ seruo vel pupillo sine authoritate tutoris.

50 q ¶ Ciuilis.] supple & naturalis, vel etiã ciuilis tantum: puta literis. nã quæcũq; sit, dummodo petitionem det, vel repetitionem prohibeat.

r ¶ Aut ciuiliter.] hoc expone vt suprà.

s ¶ Aut naturaliter.] scilicet tantum.

t ¶ Promiserit.] hoc constat ꝙ pupillo promittente & naturaliter 60 se obligãte loco primi, fit nouatio: vt hîc, & insti. qui. mo. tol. obl.§. prætereà. Sed quæritur quãdo dicitur naturaliter tantum obligari. nam hic & ad le. Fal. si pupillus, dicitur ꝙ naturaliter obligatur pupillus, sed.§.de act.& obl.l. pupillus. & de cõdi. indebi.l. quod pupillus. quæ sunt cõtra. dicitur ꝙ nec naturaliter. Ad hoc dicũt quidam si est proxi. pubertati, vt quia habet.x. annos & dimidiũ.§. naturaliter obligatur, & ita hîc. si habet minus, tunc non, etiã si esset locupletior. Alij non ætatẽ prædictã, sed si aliquid ad eum peruenit, considerant, vt sic teneat naturaliter vel non. Tertij, vt M. exigũt vtrũq; vt naturaliter teneatur. s. ꝙ sit pximus pubertati: & ꝙ ad eũ per- 70 ueniat aliqd: alioquin nec naturaliter tenetur. Sed tu dic: si est infans, nec naturaliter tenetur, peruenit ad eum aliquid vel nõ: & ita intelligũtur contraria. si autẽ sit maior infante: si quidem promittat suo tutori se authore: nec etiã iure naturali obligatur: vt.§.de aut. tu.l. pupillus. Alij verò promittẽdo obligatur naturaliter tantũ: vt hîc. sic etiã intelligitur insti. qui. mo. tol. obl.§. prætereà. Si autẽ tuto ris authoritate, tũc ciuiliter & naturaliter: sed põt restitui: vt.§.de aut. tu.l. si impuberes. si autẽ est adultus nõ habẽs curatorẽ: tunc ciuiliter & naturaliter, sed potest restitui, si habet curatorẽ. idem in eo quod in pupillo: vt.C.de restit. mi.l. si curatorem habens. vbicunque 80 autem dixi ex pacto pupillum naturaliter obligari tãtum: tenebitur etiam ciuiliter si locupletior est: vt.§. commo.l. sed mihi. in princ.

v OMnes res.] quæ aliàs possunt subijci dominio nostro: vt insti. de inuti. stip. in prin. sic.§. si ser. ven. si quando.§.j.

x ¶ Non verbis.] sed alio quocunque modo: vt §.l. proxi.

y ¶ Agatur.] expressè vel tacite: de quibus est exemplum instit. qui. mo. tol. oblig.§. prætereà. sed hodie expressè tantum: vt.C.eo.l. fina. sed si tantum fieret tacite, etiam dicam hodie competere exceptio-

I

a Scilicet quibus modis tolli. oblig.

† Limitabis hãc.l. p gl. in.l. fi.& qd ibi not. C. eo. vt fallat hæc lit. tribus casibus de quibus ibi & in.l. so lutionem.j. de solut.

vt.j.de præto.stipu.l.penulti.

a ¶ Erunt.]sed exactione facta per vnam, alia tollitur:vt.j.e.l.si stichum.§.fi.Io.& facit.s.de re iudi.l.si se.§.si ex conuentione.

b CVi bonis.] Nisi meliorē. vt si à locuplete sit stipulatus quod inops debebat. Quid autē si ęquè bonum? dicā ꝙ possit vt sic dicatur melior.i.nō deterior: vt.j.de sol.l.in pupillo. & ar.s.de do. l.non debet. in fine. & facit.s.de verb. obliga.is cui.

tur, duæ erunt [a] obligationes.

¶ *Qui non potest alienare, non potest etiā nouare: nisi cōditio sua efficiatur melior.* Pau.

Pomponius. LEX III.

CVi bonis interdictum est, nouare obligationem suā non potest: nisi meliorem [b] conditionem suam fecerit.

¶ *In obligationibus quæ contrahuntur super rebus inseparabilibus à persona, non cadit uera obligatio.* Bar.

Vlpianus. LEX IIII.

SI vsusfructus debitorē [c] meū delegauero [d] tibi, nō nouatur obligatio mea: quamuis exceptione doli mali vel in factum [e] tutus debeat esse aduersus me is, qui delegatus fuerit. Et non solum donec manet eius vsusfructus cui delegaui [f], sed etiā post interitum eius [g], videbimus [h] †: quia etiam hoc incommodum sentit [i], si [k] post mortem meam maneat eius [l] vsusfructus. Et hæc eadem [m] dicēda sunt in qualibet obligatione personæ cohærenti [n].

† dabimus.

¶ *Obligatio pura potest nouari in diem, & ante diem non fiet exactio.* Bar.

Idem. LEX V.

IN diem [o] obligatio potest nouari, etiam priusquàm dies aduenerit. Et generaliter constat ex stipulatione in diem facta nouationem contingere, sed non statim ex ea

SI vsusfructus.] CASVS. Titius debebat mihi vsumfr. alicuius fundi. quęrit an ipsum delegare possim alij ita, vt nouetur obligatio mea? Rñ. ꝙ nō: licet si ab eo petā, possit me repellere doli mali excep. nō solū potest me repellere interim ꝙ manet vsusfru. apud eū cui delegaui, sed etiā si finitus fuerit apud eum. & ratio est, quia si vsusfru. mansisset apud me, me mortuo rediret ad eū qui promisit eū. Cum autē soluit ipsum alteri cui delegat' est: manet etiam apud ipsum me mortuo. bene ergo est ꝙ vbi est onus, ibi debet esse cōmodum. hoc idē dicēdum est in qualibet obligatiōe q̄ personæ cohæret. Frā.

c ¶ Debitorem.] i. qui mihi vsumfructū debebat, nōdum tñ cōstitutum, vel per patiētiam traditum.

d ¶ Delegauero.] im propriè ponitur hoc verbū. nam si propriè fuisset delegatio, et sic nouatio: mota esset obligatio mea, & à me liberat' esset debitor. solūmodo ergo promisit alij me mandante. vel dic quòd propriè ponitur. sed tamē mea obligatio non mouetur: quia impossibile est vt à me separetur, quia hoc ius cohæret personæ meæ. sic.s.de iure do. si mulier.§.ex asse.

e ¶ Vel in factum.] aduersus patrem, vel patronum.

f ¶ Delegaui.] debitor tutus erit excep. Io.

g ¶ Eius.] hominis, vel etiam vsusfructus.

h ¶ Videbimus.] an sit tuēdus. & quidem tutus esse debet aduersus me & post interitum eius: quia &c. Et sic not. quòd vbi est onus, ibi debet esse emolumentum. sic.j.de reg.iur. secundum naturam.

i ¶ Sentit.] id est sentire potest.

k ¶ Si.] id est quia &c. & est hæc ratio rationis hoc modo: est tutus post mortem, quia sentit incommodum: & verè sentit incommodum si, id est quia &c. Accur.

Emolumentum ibi debet esse vbi est onus & detrimētū.

l ¶ Eius.] tenuit ergo cessio: & sic est cōtra insti.de vsufru.§.finitur. Sol. hic speciale, vel hic non cessit, cum nec adhuc cōpeteret vsusfructus, sed actio pro vsufr. Itē cōtra.s.de peri.& cōmo.rei ven.l.necessario.§.fin. vbi ex persona cedentis finitur, hic verò ex persona eius cui est cessum. Sol. ibi iam cōpetebat cedenti ius: hic actio tantum.

m ¶ Eadem.] vt non nouetur obligatio.

n ¶ Personæ cohærenti.] vt vsus & habitatio: vt.s.quando dies vsusfru.le.cedat, si habitatio vel dic dotis: vt.s.de stip.ser.proinde.§.fi.&.l.seq.&.s.de iure do. si mulier.§.ex asse. Accur.

IN diem.] CASVS. Promisisti mihi decē soluere in festo paschæ: ego volo nouare istam obligationē ante pascha: an possim? Respondeo quòd sic, licet ante non possim petere. sic in omni stipulatione concepta in diem, potest nouatio fieri antequàm dies venerit. Franciscus Accursius.

o ¶ In diem.] hic est amphibologia [a]. nam posset dici quòd obligatio quæ est in diem, nouetur quoquo modo. vel econtra ꝙ obligatio pura nouetur in diem. & hæc verior, vt patet ex seq. litera. nam in primo casu, scilicet quando illa quæ est in diem nouatur in purā: etiam potest agi statim. argu.s.de consti.pecu.l.iij.§.fi. & facit.j.e.si Stichum.§.j.&.s.de compen.quod in diem.

a Est autē amphibologia (vt certò grammaticos scire non ambigo) sermonis ambiguitas quæ fit potissimum per accusatiuum qui varium intellectū causat.

SI ita.] CASVS. Ita sum à te stipulatus, Mæui, Titius debet mihi centum aureos: promittis mihi soluere quanto minus fuero consequutus ab eo? an hic fiat nouatio? Respon. quòd non: quia hoc non agitur vt nouatio fiat. ¶ Cùm pecuniam.] Dedi tibi pecuniam mutuam: & incontinenti sum à te stipulatus illam mihi reddi. non fit hîc nouatio, sed est vnus contractus. idem est si prius à te stipulatus fuero, posteà pecuniam numeraui. Ratio horum est in.l.seq. Nam cùm stipulamur pecuniam nobis reddi quam numerauimus, nō nascitur obligatio ex numeratiōe vt deinde stipulatione nouetur, sed magis est intelligendum ꝙ numeratio fiat causa stipulationis implēdæ. Fran.

stipulatione agi posse antequàm dies venerit.

¶ *Obligatio fideiussoria non nouat principalem.* Barto.

Idem. LEX VI.

SI ita fuero stipulatus, Quanto minus à Titio debitore exegissem, tantum fideiubes? non fit nouatio [p]: quia nō hoc agitur vt nouetur [q].

¶ *Si una causa uenit ad implementum alterius: agitur ex implemento, non ex implente.* Bar.

¶ Cùm pecuniam mutuam dederit quis sine stipulatione, & ex cōtinenti [r] fecit stipulationem: vnus cōtractus [s] est. Idem erit dicēdum & si ante stipulatio [t] facta est, mox pecunia numerata sit.

Pomponius. LEX VII.

CVm enim pecuniā mutuam datam stipulamur [v], non puto obligationem ex numeratione nasci, & deinde eam per stipulationem nouari: quia id agitur [x] vt sola stipulatio teneat: & magis [y] implendæ stipulationis gratia numeratio intelligenda est fieri.

¶ *Stipulatio nouans tollit primam obligationem: & purgat moram.* Bar.

Vlpianus. LEX VIII.

SI Stichum dari stipulatus fuero: & cum in mora promissor esset quo minus daret, rursus eundem stipulatus fuero: desinit peri-

p ¶ Nouatio.] scilicet fideiussoris.

q ¶ Nouetur.] sed potius vt priori obligationi fideiussor accedat. & facit.s.de verb. obliga.decem.

r ¶ Ex continenti.] hoc expone vt suprà de duobus reis.l.duos reos.§.fi.

s ¶ Cōtractus est.] s.verborum. & sic intelligi potest.s.si cer.pet.l.ij.§.fi.& facit.j.l.proxi.&.s.de verbo.obl.si ita stipu.§.chrysogonus. Sed cōtrà.s.si cer.pe.l.certi.§.quoniam.sol. vt ibi. Itē cōtra.s.de stipu.ser.l.j.§.ij.sol.vt ibi. Item contrà.C.de contrahē.stipul.l.iij.§.j.sed ibi inutilis stipulatio: hic vtilis. Itē contrà.s.ad Maced.l.contrà.&.s.de verbo.obl. quidam cùm filium. in fi. Solu. ibi ex interuallo: hic incontinenti.

t ¶ Stipulatio. [b]] si habes stip. so: habeas facta fuit, sed si habeas facta, vel nihil vsque ibi, mox pecunia &c.

b Tota hęc gl. in vetustis exē. non habetur.

v CVm enim.] Stipulamur.incontinenti.

x ¶ Id agitur.] hoc est dicere, quando hoc agunt inter se vt ex numeratione nō nascatur obligatio, non nascitur: vt hîc, &.s.si cer.peta.l.non omnis.& arg.l.cùm quid. Si verò dubitaretur vtrum hoc actum sit vel non: præsumitur actum quòd nascatur: sed secuta stipulatione fingitur nec nata: vt.s.de actio.& obli.l.obligationum ferè.§.fi.& de verbo.oblig.si ita stipulatus.§.chrysogonus. at in superiori nulla est fictio: vt no.s.si cer.peta.l.certi condictio.§.quoniam. & facit.s.l.proxi. Accur.

y ¶ Et magis.] repete & quia. ad quod facit.j.rem ra.habe.l.si fine. Sed quid si stipulatus fuero, & posteà non stipulor? Respō. ex numeratione datur mihi certi condictio.

SI Stichum.] Tex. hic in prin. est planus. ¶ Legata.] Pater tuus in testamento suo legauit mihi quendam fundum. ego venio ad te, qui es hæres, & dico tibi: promittis mihi dare fundum quem pater tuus legauit mihi? tu promittis. certè hîc fit nouatio propter istā stipulationem, si hoc est actum, scilicet vt fiat nouatio: & hoc si purè fuit legatus fundus, & in diem: quia certum est diem venturum. Si autem sub conditione sit legatum: non statim fit nouatio: sed ita demum existente conditione: & ponit exemplum ibi, nam aliâs &c. quod satis clarum est.§.seq. planus est. ¶ Idem.] Quando quis conuenitur, & promittit iudicatum soluere: posteà si condemnetur: an actio iudicati sit nouata? Respon. quòd non: quia ista stipulatio solummodo interponitur, vt fideiussoribus sit cautum. ¶ Si decem.] Ego stipulor à te hoc modo. Promittis mihi decem, quæ Titius mihi debet: aut decem quæ Seius mihi debet? Vtrum hic fiat nouatio? Respon. quòd non: quia nec Titius, nec Seius liberatur. ¶ Si ab alio.] Berta cùm mihi nuberet, Sempronius quidam promisit mihi dotem pro ea: post aliquod tēpus ego stipulor ab vxore mea dotem quam mihi promiserat Sempronius pro ea. hic fit nouatio, si hoc actum est vt fiat. nihil enim refert vtrum mulier det dotem, an alius pro ea. itē alius promittendo quod ego debeo, potest me liberare, si animo nouandi hoc factum est. si verò non est factum animo nouandi: tunc vterque promissor tenetur & primus, & secundus, tamē vno soluente alter liberatur. Quid autem erit. titius debebat tibi cētum: ego stipulor ista centum à titio: vtrum ipse liberetur à te propter istam stipulationem?

culum ad promissorem pertinere, quasi mora [a] purgata.

Obligatio in diem uel pura potest statim nouari, sed conditionalis demũ in conditionis euentum. Barto.

Legata vel fideicõmissa si in stipulationẽ fuerint deducta, & hoc est actum vt nouaretur: fiet nouatio. si purè quidẽ vel in diẽ fuerint legata, statim [b]. si verò sub cõditione, non statim nouatio est, sed vbi cõditio extiterit [c]. nã & aliàs qui in diem [d] stipulatur, statim nouat, si hoc actum est: cum certũ sit diẽ quãdoq; venturum. At qui sub cõditione [e] stipulatur: nõ statim nouat, nisi conditio extiterit.

Conceptio stipulationis nouantis potest praecedere stipulationem nouatam. Bar.

Si quis ita stipulatus [f] à Seio sit, Quod à Titio stipulatus fuero, dare spondes? an si posteà à Titio stipulatus sit, fiat nouatio, solusq; teneatur Seius? Et ait Celsus nouationẽ fieri, si modò id actum sit [g] vt nouetur, id est vt Seius debeat quod Titius promisit. nam eodẽ tempore [h] & impleri prioris stipulationis conditionem [i], & nouari ait. eoq; iure vtimur.

Actio iudicati non nouatur per stipulationẽ iudicatum solui. Bar.

Idem Celsus ait Iudicatum solui stipulatione, actionem iudicati non nouari: merito, quia hoc solũ agitur ea stipulatione, vt & fideiussoribus cautũ sit, non vt ab obligatione iudicati discedatur [k].

Si debita à duobus alternatiuè promittantur, nouatio non extinguitur. Bar.

Si decem quae mihi Titius debeat, aut decẽ quae Seius mihi debet, à Titio [l] stipulatus fuero [m]: putat Marcellus neutrum liberari [n], sed Titium [o] eligere posse pro quo decem soluere velit [p].

Potest alius me inuitum liberare, non autem mihi inuito actionem auferre. Barto.

Si ab alio † promissam sibi dotẽ maritus ab vxore dotis nomine stipulatus sit: non duplari dotem, sed nouationem fieri placet, si hoc actũ est. Quid enim interest, ipsa, an alius quilibet promittat? Quod enim ego debeo, si alius ꝓmittat: liberare me põt si, nouationis causa hoc fiat. si autem non nouandi animo hoc interuenit, vterq; quidem tenetur: sed soluente altero, alter liberabitur [q]. Non tamen si quis stipuletur [r] sibi quod mihi debetur, aufert mihi actionẽ: nisi ex voluntate [s] mea stipuletur. liberat autem [t] me is, qui quod debeo, promittit, etiam si nolim [v].

† Not. quẽ & inuitũ & ignorãtẽ liberari, sed non obligari. concor. tex in cano. quaeris. de conse. dist. iiij.

Per stipulationem interpositam à pupillo sine tutoris authoritate, non fit nouatio actionis sibi competentis, nisi eam ratificet postquàm factus est adultus, cùm non possit nouare. Paul. de Castro.

Idem. LEX IX.

Si pupillus [x] sine tutoris authoritate [y] rem saluam fore stipulatus, pubes factus ratam stipulationem habuerit nouãdi causa: tollitur tutelae [z] actio. Si verò nõ habuerit ratam: licet tutelae egisset [a], habet [b] tamen adhuc ex stipulatu actionẽ: sed iudex tutelae non aliter condemnare debet, quàm si ex stipulatione liberatio fieret [c].

Conditio extitura non reddit dispositionem conditionalem, sed puram. Pau. de Cast.

Qui sub cõditione [d] stipulatur, quae omnino extitura est, purè videtur stipulari.

pulationem? Respon. quòd non, quia nemini aufertur actio nisi ipse velit. si autem aliquis promittit pro me quod ego debeo, ipse me liberat, etiam si nolim. Franc.

a Quasi mora.] Sed quid noui hic fuit? Respõ. primo erat morosa & vitiosa: hîc non: & sic aliud hic praesumitur: hodie secus: vt. C. e. l. fi. Alij dicũt & hic expressè debere agi. & facit. ſ. de verb. obl. scire debemus. & . j. de 10 sol. qui decẽ. §. idẽ respon. & . ſ. de cõdi. furt. l. parui. & qđ ibi not. itẽ facit. ſ. de ver. obli. qui bis. & . l. si rẽ. & . ſ. titu. j. haeres à debitore. §. non est. & . j. eo. si rem. in prin.

b Statim.] s. fiet nouatio: sed non petitur 20 nisi die aduenĩete: vt ſ. e. l. in diẽ. sed contrà j. de accept. l. quod in diem. Sed ibi in diem incertũ: vel ibi cõsiderauit effectũ petitiõis.

c Extiterit.] i. tunc apparebit nouationẽ factã: vt. j. de accep. l. quod in diem. Ir.

30 d Qui in diem.] s. debitã. i. q nouat stipulationẽ conceptã in diẽ certam: & secundũ hoc aliâs. i. alio casu quàm legato. põt etiã & aliter legi: & sic duobus modis eisdem.

e Conditione.] i. cõditionalẽ stipulationẽ 40 nouat vel purã sub cõditione. & facit. j. l. quoties. & no. ꝙ hac. l. aequiparatur purũ debitum & in diem, cùm dies vtriusq; cesserit. vnde in diẽ obligatio nouatur per purã, & per in diem: & ecõtra pura per purã, & ꝑ in 50 diem si hoc actũ est.

Debitũ purũ & in diẽ aequiparantur.

f Si quis ita stipulatus sit.] i. promisit. sic. ſ. de cõdic. indeb. si non sortem. §. si centũ. aliâs est à Titio, & tũc plana.

g Actum sit.] vt. ſ. l. ij. §. dummodo. & . ſ. de re iud. l. iiij. §. si ex con 60 uentione. Accur.

h Tempore.] Nõ tamen eodẽ instãti: cùm hoc esset impossibile, vt. ſ. qui. mo. vsusfru. amit. sicut. §. penul. ibi, neque enim &c. & . C. de bo. quae libe. l. fi. §. fi. & not. ꝙ duplex hîc erat dubitationis causa. Prima, quia obligatio, quae nouat, prima reperitur: & quę nouatur, posterior: cùm aliâs sit econtra, sed hic speciale. Secunda, quia non videbatur Titius obligari, sed tamen obligatur eodem momento: & liberatur Seio succe70 dente in obligationem: sicut si alicui sub cõditione obligato mihi, pendente condi. accepto feram, conditione existente simul obligatur, & liberatur: vt infrà titu. j. sub conditio. & de accept. l. quod in diem. Idem si quod stipulatus sum à te sub conditione, stipuler ab alio nouandi animo.

i Conditionem.] Conditio propriè est quod Titius promittit, & sic debitum. & quòd dicit nouari hic: dic, scilicet obligationem secũdam, scilicet Titij: & sic sequens stipulatio momentanea est. & facit j. eo. l. quoties. §. fina.

k Discedatur.] si enim hoc ageretur, fieret nouatio: vt suprà pro80 xi. §. & sic est simile superiori. alij dicunt, putabatur simile superiori: sed non est.

l A Titio.] quodam tertio: vel etiam ab eodem.

m Fuero.] alternatiuè.

n Liberari.] j. e. si is cui decem contra. sol. vt ibi. Item contrà infrà eo. l. à te. sol. vt ibi. Item facit suprà de vsufruct. l. adhuc. ibi, si verò simul in sacculo.

o Sed Titium.] tertium. Accursius.

p Velit.] in dubio praesumo: vt. j. tit. j. l. & magis quod meo. vel secundum quosdam vt innuitur. j. e. l. à te. & . l. si is cui.

q Liberabitur.] licet autem me liberet pro me promittendo: non tamen &c.

r Stipuletur.] quod mihi debetur, supple: si non est hoc in textu.

s Ex voluntate.] praecedenti vel sequẽti: vt. j. e. si qs absente.

t Autem.] pro sed. et 10 est ratio. ſ. de nego. gest. l. soluendo.

v Etiam si nolim.] dummodo neg. gesſ. nõ habeat. & facit. j. de solu. l. solutionem. & . l. si debitori. & . ſ. de exce. l. si opera.

Si pupillus.] Pupillus omnis habet 20 priuilegium in bonis tutorũ suorum. Casus isto pręsupposito talis est. Pupillus quidã habens tutorem stipulatus est ab eo rem suam saluam fore. quod quidem facere nõ potuit sine tutoris authoritate. Pupillus iste factus 30 pubes habet hãc stipulationẽ ratam. certè act. tutelae tollitur. si autẽ hanc stipulationem non habuerit ratã, & agat act. tutelae: stipulatio prior rẽ pupilli saluã fore nõ tollitur. tamẽ iudex non debet tutorem condẽ40 nare act. tutelae: nisi pupillus liberet tutorem à stipulatiõe qua promisit rẽ pupilli saluã fore. Qui sub cõditione.] Stipulatus sum à te centũ sub cõditione si moriar. an ista stipulatio sit pura vel cõditionalis? Re50 spon. ꝙ pura est: quia cõditio est omnino extitura. Qui actum.] Stipulatus sum à te actũ qui plus est quàm iter. deinde sum stipulatus iter. vtrum hic fiat nouatio? Vel sic. stipulatus sum vsumfru. deĩde vsum nudũ: 60 an etiã hic fiat nouatio? Respõ. ꝙ non: quia cùm totũ stipulor: deinde partem: nulla fit nouatio. sed econtra si quis stipuletur iter, deinde actum: fit nouatio: quia plus continetur in secunda stipulatione quàm in prima. Fran.

x Si pupillus.] in duobus est duplicitas. Primò, quia vel ab extraneo est stipulatus sine authoritate tutoris: vel cùm plures essent tutores, ab vno stipulatur sine authoritate alterius. In secũdo quia sti70 pulatur rem pup. sal. fore, id est, id in quo tenebitur si rem non saluauerit in futurum. ad quod. ſ. l. proxi. §. si quis ita. vel rem pu. sal. fo. id est id quod iam debetur occasione tutelae: non dico quòd actio tutelae nascatur nisi finita tutela: vt. ſ. de tute. & rat. distra. l. si tutor. §. fi. & . l. seq. licet quidam dicant contrà.

y Authoritate.] sine qua authoritate actionem tollere non potest: sed nec nouare. Accursius.

z Tutelae.] id est verum priuilegiũ prioris obligationis. s. ex causa tutelae in posteriorem transfertur: nisi causa abijciẽdi priuilegij stipulatio facta sit: vt. j. eo. l. aliam. & . j. de priuile. credi. l. ij. & . iij.

80 a Egisset.] qđ potuit: qa ꝑ nouationẽ sublata nõ est, pupillo nequeunte suã cõditionẽ facere deteriorẽ: vt. j. e. l. nouare. §. pupillus.

b Habet.] videtur superflua haec liberatio: cùm semel soluendo ab vtraque sit liberatus. sed dic ꝙ non est propter hoc, quia si dubitetur de liberatione, statim possit ostendi. sic & . ſ. de peti. haere. l. penul. & facit. C. de bo. quae libe. l. fi. §. penul. & de rei ven. l. non solùm.

c Fieret.] vt & . ſ. l. proxi. §. fina.

d Qui sub conditione.] Pone exemplũ: si moriar, vel si antichri-

stus nascetur:vt.s.de cōdi.inde.l.nam & si.&.l.ꝙ si ea. & de iur.do. l.Iulianus.& tunc est pura.i.non cōditionalis:est tamen in diem, & ideo non potest statim agi:nec etiam fit nouatio prioris ad plenum: vt.s.e.l.in diem.& secundum hoc facit.s.de peri. & cōmo.l.necessariò.§.si ita.& de condi.inde.Iulianus. &.s.si quis omis.cau.testa.l.j. §.qui sub conditione. Vel pone casum vt.s. de ver.obli.l.in illa stipulatio.si calen.in fin. 10 ibi,si nō tetigero cœlū digito &c.& sic bene ponit hic omnino.

a Nihil agit.]Non fit nouatio cùm totum stipulat⁹ stipulor partem, etsi id agitur tacitè:vt hîc dicit. secus si expressè: vt.s.de ver. obli.l.qui vsumfru.il- 20 lud autē cōstat ꝙ secūdū hæc iura ex quibusdā præsumebatur nouatio: vt instit.eo.[a] §.præterea. vel dic ꝙ nec tacitè hîc agitur: cùm aliud sit vnū, aliud sit aliud. vel dic, nihil agitur quātū ad cōmodum: quia nullū 30 aliud emolumētū vel maius cōsequitur propter hoc quàm primo habuit. illud autē cōstat ꝙ bene tenet stipulatio, & aliqua est: quia alia est hæc seruitus quàm prima, sed tamē ex ea agere nihil prodest:nec affert ali- 40 quod emolumētum, nisi hoc fiat animo nouādi:vt.d.l.qui vsumfruc. & facit.s.de vsu & habi.per seruum.§. vsusfruct.

a Scilicet quibus mo. tollit obliga.

b Stipulatur.] vnde non fit nouatio: vt s.de ver.obl.l.scire debemus. & facit.s.de 50 excep.rei iudi.si mater.§.si quis iter.

Si secunda stipulatio continet minus:nō præsumitur nouatio. secus si continet plus.Bar.

Qui actum stipulat̃, deinde iter: nihil agit[a]. Item qui vsumfructū stipulatur:si vsum stipuletur, nihil agit. Sed si quis iter stipulatus, actum posteà stipuletur: aliud magis stipulatur[b]. Aliud enim est iter, aliud actus.

Qui potest recipere solutionē suo nomine, potest etiam nouare:secus quando alieno nomine.Paulus.

Paulus. LEX X.

CVi rectè soluitur, is etiā nouare potest: excepto eo[c] si mihi aut Titio stipulatus sim. nā Titius nouare non potest[d], licet ei rectè soluatur.

Delegatio est propriè quādo debitor unius debitorem suum delegat suo creditori. & sic requiritur duplex debitor:quia delegatus est debitor eius cui fit delegatio, & delegatus est debitori delegantis: & loco delegantis datur.Pau.

Vlpianus. LEX XI.

DElegare, est vice sua alium dare reū creditori, vel cui creditor iusserit[e]. Fit autē delegatio vel per stipulationem, vel per litis contestationem[f].

Delegatus sciens sibi exceptionem competere, eam uidetur remittere:non ignorans non potest excipere cōtra eum, cui facta est delegatio, sed contra delegantem sibi succurritur.Bar.

Paulus. LEX XII.

SI quis delegauerit debitorē[g], qui doli mali[h] exceptione tueri se posse sciebat, similis videtur ei qui donat:quoniā remittere exceptionē videtur. sed si per ignorātiam repromiserit creditori, nulla quidem exceptione aduersus creditorē vti poterit[i], quia ille suū[k] receperit:sed is, qui delegauit, tenetur condictione, vel incerti[l], si nō pecunia[m] soluta esset: vel incerti, si soluta esset: & ideo cū ipse præstiterit pecuniam, aget mandati iudicio[n].

Vlpianus. LEX XIII.

SI non debitorem[o] delegauero quasi debitorē creditori meo, exceptio locum non habebit: sed condictio[p] aduersus eum, qui delegauit, competet.

Stipulatio cōditionalis nouat puram in conditionis euentum : sed statim moram præcedentis obligationis purgat. Item stipulatio pura nouat conditionalem in conditionis euentum si tūc existat persona in quam obligatio cadat.Bar.

Idem. LEX XIIII.

QVoties quod purè debetur, nouādi causa sub cōditione promittitur: non statim fit nouatio[q], sed tūc demū cùm cōditio extiterit[r]. & ideo si fortè Stichus fuerit in obligatione, & pendente conditione decesserit: nec nouatio continget: quia nō superest res eo tempore quo cōditio impletur[s]. Vnde Marcellus[t], & si post morā

CVi rectè.] CASVS. Hîc dicit ꝙ ille, cui solui, potest, ille etiam potest nouare. excipit quasdā personas quibus rectè soluitur: tamē non possunt nouare: sicut est quando quis promittit Titio ipso Titio stipulante: vel alteri: quia vni eorum, scilicet alteri rectè soluitur: & tamen non potest nouare. l.sequen. plana est. Fran.

c Excepto eo.]& alijs quibusdā, vt procurator generali vel speciali, qui ad hoc mādatus erat, vt debitum acciperet: vt.j.titu.j.l.ve- 60 rò procuratori.&.s.de condi.inde.l.si procurator.& de procura.l. procurator cui.&.l.procurator totorum. &.l.mandato. Itē his, qui sunt in potestate nostra: vt.j.e.seruus.&.l.non ideo.&.l.filius.et.s.de pac.l.si vnus.in prin. Item illo cui mandaui solui: vt.j.e.si debitorē. sed Io. vt omnia hæc tolleret, dixit soluitur: scilicet vt sibi debitum, sed tunc non esset exceptio de adiecto. Accur.

d Non potest.]vt.j.tit j.l.quod stipulatus.

e DElegare.]Creditor iusserit: aliâs non est in textu creditor.

f Contestationem.]alio pro me exponendo litem ita vt solus teneatur: vt.j.tit.j.solutionem.&.s.de in rem ver.si pro patre.in 70 prin. sed quæ actio contra delegantem datur? Dic, illa vtilis quæ cōtra debitorem datur directa. Vel sic: vendidi tibi actionē: & te procuratorem in rem tuam feci: & litem contestatus es cum eo. incipit teneri tibi, & à me liberari. hodie verò non fit nouatio, nisi per stipulationem[b]: vt.C.de noua.l.j. vel illud quādo fit per stipulationem, non autem prohiberet fieri per contestationem litis.

b Vide ad hoc.l.singularia.s.si cer.pe &.l. qui vsumfructum.s. de ver.obli. plenius in.l. fi.C de nouatio.

SI quis delegauerit.] CASVS. Ego induxi te dolo, vt mihi promitteres centum, & sic habes excep.doli contra me. volui te delegare creditori meo: tu sciens te habere excep.doli, promisisti istam summā creditori meo, an tenearis? Respon. quòd sic: quia post- 80 quàm sciens te tutum esse exceptione promisisti: videris donare. Quid autem si ignorabas te habere excep. & promisisti, nūquid vti poteris excep. aduersus creditorem meum cui te delegaui? Respon. quòd non. Ratio est: quia creditor quod suum est, persequitur: tamē ego qui te delegaui, teneor tibi condi.incerti si tu non soluisti: vel certi condi. si soluisti. Fran.

g Debitorem.]patientem se delegari.

h Mali.]idem in similibus: vt.j.e.doli.

i Vti poterit.]& ideo solutum repeti non potest.

k Suum.]i.sibi debitū. sic.s.quod cum eo.l.ij. aliud si dolo: vt.s.de excep.do.l.Iulianus.& facit.s.de iure do.cùm in fundo.§.si.& de cōsti.pecu.l.ij.& de do.excep.l.apud Celsum.§.item quæritur.&.l.purè.§.si cum.& de condi.ob cau.l.si donaturus.§.si quis. &.C.e.si pater. Sed quid si est dubium sciuerit vel ignorauerit? Respon. si ex sua persona ei cōpete- 10 bat, præsumo scire. si ex aliena, non: vt arg. s.pro suo.l.fi.

l Vel incerti.]i.sine causa: vt &.s.de cōdi. sine cau.l.sine causa. &.l.j.&.C.de cōdi.inde.l.si citra.

m Pecunia.]scilicet vt liberetur.

20 n Iudicio.]cùm simpliciter mandauerit, id est non delegauerit. Accur.

SI nō debitorē.] CASVS. Titiū qui non erat debitor meus, delegaui creditori meo: cùm tū crederet se esse debitorem 30 meum. creditor meus vult eū côuenire. vtrū possit vti côtra eū exceptione, dicēs ꝙ indebitum promisit? Rñ. ꝙ non. tñ Titius habebit cōdictionem certi contra me, eo ꝙ soluit creditori meo indebitū. Fran. Accur.

40 o Si non debitorem.] credēs se quasi debitorem.

p Condictio.]certi: vt &.s.l.proxi.in fi. Sed argu. contrà.s.ad Velleia.quamuis.§.interdum. Accur.

QVoties.] CASVS. Debe- 50 bas mihi Stichū purè: tu nouandi animo promisisti mihi eundē Stichum sub conditione. an fiat nouatio? Respond. quòd non statim nisi conditione existente: intātum ꝙ si Stichus decesserit pēdente cōditione, & posteà cōditio extiterit: non fit nouatio: quia non subest res promissa. vsq; ibi, Vnde Marcellus.] Promisisti mihi Stichum tu fuisti in mora soluēdi: & sic Stichus mortuus est. post hoc Stichus deducitur in obligationē cōditionalem. dicitur hîc ꝙ mora purgatur per hanc stipulationem non tamen deduci videtur in stipulatio- 60 nem sequentem. Sed si id quod.] Iste.§. ponit casum cōuersum casui superioris.§. pone sic. Promisisti mihi Stichum sub conditione si nauis ex Asia venerit: stipulatus sum à te Stichū istum purè. vtrum fiat nouatio? videtur ꝙ sic: quia plus est in stipulatiōe pura quàm in conditionali. tamen hic dicitur ꝙ non fit nouatio, nisi demum conditione existente. & redditur pulchra ratio. nam hîc sunt duæ stipulationes. prima. s. & secunda, qua videbatur fieri nouatio. cōditio autē facit cōmitti primam stipulationem: & cùm cōmissa fuerit, transfert eam in secūdam stipulationē. & ideo si promissor pēdente cōditione fuerit deportatus, nulla nouatio potest fieri etiam conditione exi- 70 stente. nam cùm conditio existit, non subest persona, quæ obligetur. Francis. Accur.

q Fit nouatio.]quoniam ex conditionali stipulatione tantummodo spes est debitum iri: vt instit.de verborum obligati.§.ex conditionali. ergo nil ex ea debetur. tunc demum ergo cùm cōditio extiterit, nouatio erit. Sed contra infrà de regulis iuris.l.actus. sed speciale in acceptilatione, & similibus: vt ibi. secus in nouatione: licet sit actus legitimus. sic etiam est in stipulatione: vt suprà eodem. si Stichum.§.j.

r Extiterit.]& si defecerit, durat prima: vt instit. quibus modis 80 tol.oblig.§.quod autem diximus. nec obst. instit.de excep.in principio. quòd hîc ex certa scientia non errando promisit sub conditione quod purè debebat: ibi errando: & sic habet exceptionem in factum.

s Impletur.]ad quod est.s.de pericu.& commod.rei vend.l.quòd si pendente.in princi.

t Marcellus.]quia demum existente conditione fit nouatio. Accursius.

Stichus.

a ¶ Stichus.] iam mortuus.
b ¶ Purgari.] Imò non videtur purgari: vt. ff. de ver. obl. l. eum qui ita. §. fi. Sol. fortè illud est distinguendum: fuit in mora, quia interpellatus non dedit: an quia causam mortis occidẽdo præbuerit. vel hîc ab eodem: ibi ab alio: quod non placet. vel sol. vt ibi. Item cõtrà. j. e. l. si rẽ. Sol. ibi fuit expressim actũ vt non purgaretur mora[a]. hîc non fuit aliqd actũ, vt purgaretur. R. Vel econtra secũdum alios. sic ꝗ hic fuit actum vt purgaretur: ibi nõ. vel ibi in absente[b], hic in præsente seruo ꝓmisso secundum alios. vel sol. vt ibi. & facit. j. tit. j. q decẽ. §. cũ mihi stichũ.
c ¶ Statim.] vt & ff. e. si stichũ. §. legata. in fi. & §. sequen.
d ¶ Committit.] vt & ff. e. si stichum. §. ij.
e ¶ Conditione.] scilicet post deportationẽ antequã agnoscant bona à fisco: alioquin nõ videtur differre inter mortẽ naturalẽ & ciuilem: vt. j. e. nouatio. quæ est contrà. vel aliter si mortuus fuerit naturaliter. tũc cũ obligatio cadit in hæredem: non autẽ si fuerit deportatus, vt ibi. & facit. ff. de fideiuss. l. si debitori. & ff. vt in possessio. lega. l. postquàm. in prin.
f ¶ Obligetur.] ciuiliter sed naturaliter sic: vt. ff. de fideiuss. si debitori.

a Istud est diuinare secundũ Bar.
b Ista est vera & notabilis. secũdum Bar.

Stichus[a] in cõditionalem obligationẽ deductus est, purgari[b] moram, nec in sequẽtem obligationẽ deduci putat. ¶ Sed si id, quod sub cõditione debetur, purè quis nouãdi causa stipuletur: ne nunc quidẽ statim[c] nouat, licet pura stipulatio aliquid egisse videatur: sed tũc nouabitur, cùm cõditio extiterit. etenim existens cõditio primã stipulationẽ cõmittit[d], cõmissamq; in secundam transfert[e]. Et ideo si fortè persona promissoris pẽdente conditione[e] fuerit deportata: Marcellus scribit ne existẽte quidem conditione vllam contingere nouationẽ: quoniam nũc cùm extiterit cõditio, nõ est persona quæ obligetur[f].

¶ *Pœna non intelligitur repetita in stipulatione nouata. Barto.*

Iulianus. LEX XV.

SI creditor pœnam stipulatus fuerit si ad diem pecunia soluta nõ fuerit: nouatione facta[g] non committetur stipulatio[h].

¶ *Etiam obligationẽ quæsitam domino per seruum non potest ipse seruus nouare sine uoluntate domini.*

Florentinus. LEX XVI.

SEruus ne peculiarem[i] quidẽ obligationẽ citra[k] voluntatẽ domini nouare potest: sed adijcit potius obligationẽ, quàm pristinam nouet. & hoc verum est.

¶ *Nota hic quòd licet delegatio requirat stipulationem uel litis contest. inter delegatum & illum cui fit delegatio: non sic inter delegantẽ & delegatum: cùm solum requiratur uoluntas delegantis, quæ potest declarari per epistolam, & etiam nutu. Pau.*

Vlpianus. LEX XVII.

DElegare scriptura vel nutu, vbi fari non potest[l], debitorem suum quis potest.

¶ *In stipulatione non intelligitur repetitum pignus uel usura. Bar.*

Paulus. LEX XVIII.

NOuatione[m] legitimè facta & hypothecæ liberãtur, & pignus & vsuræ non currunt.

SI creditor.] CASVS. Promisisti mihi cẽtũ soluere in die paschæ. & si nõ solueres ꝓmisisti. l. loco pœnæ. facimus nouationẽ. tu non soluis ad diem ꝓmissum. vtrũ pœna cõmittat? Respon. ꝗ non. Franc.
g ¶ Nouatiõe facta] eius qd sub pœna debet. i. de forte. Accur.
h ¶ Stipulatio.] s. pœnæ. nam sicut pignus, sic & pœna tollitur sublata principali: vt hîc, & j. co. l. nouatione. Accur.

SEruus.] CASVS. Sticho seruo meo debebat Titi[9] cẽtũ quæ seruus meus ei mutuauerat ex peculio suo. vtrũ Stich[9] seruus possit nouare hãc obligationẽ sine cõsensu meo? Rñ. ꝗ non: imò si secũdò stipulatur, videtur potius adiecisse aliam stipulationem primæ stipulationi. Fran.
i ¶ Nec peculiarem.] nisi vt supra de iureiurand. l. huic contrà. & infra e. l. fina. in princi. & facit infra titu. j. l. fugitiuus. in fine. & de pactis. l. si vnus. in princi.
k ¶ Citra.] faciendo deteriorem condi. domini. vel citra, id est cõtrà. sic. ff. de acqui. pos. l. si ex stipulatione.
l ¶ DElegare.] Non potest. delegans: sed delegatus loqui debet: vt. C. e. l. j. Accur.

NOuatione.] CASVS. Ego mutuaui tibi cẽtum pro quibus obligasti mihi pignus quoddam. ego stipulor ista centum ab alio nouandi animo. sic tu liberatus es. an autem pignus tuum sit liberatum? Respon. quòd sic: nec etiam vsuræ currunt. Fran.
m ¶ Nouatione.] voluntaria, secus in necessaria: vt. C. de iudic. l. j. & infra eo. aliam. hoc autem verum, nisi in contrarium agatur: vt C. de fideiusso. l. nouatione. & C. etiam ob chirog. pecuniam. l. j. Acc.

DOli mali.] CASVS. Tu induxisti me dolo vt tibi promitterem centum vel cum essem filiusfami. dedisti mihi mutuum contra senatuscon. macedonianum. tu videns quòd si me conuenias: ego opponerem excep. senatuscon. vel excep. doli: delegasti me cuidam creditori tuo: puta Titio. Nunc quærit vtrũ possim his exceptionibus vti contra creditorẽ cui sum delegat[9] sicut possem vti cõtra te? Respõ. quòd non: quia in hac secunda ꝓmissione nihil dolo vel cõtra senatusc. factum est. Secus est in muliere: quia semper ꝓmittẽdo pro alio videtur fideiubere contra senatusc. Vellc. Cætera clara sunt vsq; in fi. l. & est pulchra. l. itẽ. l. seq. plana est. Fr.

¶ *Exceptio, quæ obstabat deleganti, non obstat ei cui est delegatum: nisi cõtra eum cadem ratio concedendæ exceptionis subsistat. Bar.*

Idem. LEX XIX.

DOli mali exceptio[n] quæ poterat delegãti opponi, cessat in persona creditoris cui quis delegatus[o] est: Idemq; est & in cæteris similibus exceptionibus[p]: imò & in ea, quæ ex senatuscõsulto filiofamil. datur. nam aduersus creditorem cui delegatus est ab eo qui pecuniam mutuam contra senatuscon. dederat, non vtetur[q] exceptione: quia nihil in ea ꝓmissione contra senatuscon. factum est[r]: ideoque quod soluerit[s], repetere non potest[t]. tantò magis fit ꝗ nec hic solutũ repetere potest. ¶ Diuersum est in muliere, quæ contra senatusconsultum promisit. nam & in secũda promissione intercessio est[v]. ¶ Idẽq; est in minore, qui circunscriptus delegatur: quia si nũc etiam minor est, rursus circunuenitur. ¶ Diuersum † est si iam excessit ætatem vigintiquinque annorum: quãuis adhuc possit[x] resti tui aduersus priorem creditorem. Ideo autem denegãtur exceptiones aduersus secũdum creditorẽ, quia in priuatis cõtractibus[y], & pactionibus non facilè scire petitor potest, quid inter eum, qui delegatus est, & debitorem actum est: aut etiam si sciat, dissimulare[z] debet, ne curiosus videat: & ideo meritò deneganda est aduersus eũ exceptio ex persona debitoris.

¶ *Qui habet administrationẽ bonorum suorũ: potest nouare per se uel per alium. Idem si habet liberam administrationem bonorũ alterius. secus si nec suorum nec alterius. Pau.*

Idem. LEX XX.

NOuare possumus aut ipsi si nostri iuris sumus aut per alios qui voluntate nostra stipulentur. ¶ Pupillus sine tutoris authoritate non potest nouare[a]: tu-

n ¶ Doli mali exceptio.] aliud in exceptione metus: vt. ff. de do. exce. l. apud. §. pen. secũdũ Azo. imò idẽ[c]: cũ promittẽdo videat remittere: vt. C. quod metus cau. l. ij. & ff. eo. l. si quis delegauerit. & C. e. l. j.
o ¶ Delegatus est.] siue sciuit, siue ignorauit: vt. ff. e. l. si qs delegauerit. & not. ꝗ habẽ da est distinctio q colligitur hic. & d. l. si qs delegauerit. & l. si nõ debitorẽ. & de exce. doli, purè. §. si cùm. & de re iudi. l. Nesennius.
p ¶ Exceptionibus] s. nõ introductis fauore, vt rei iudi. vel pacti, & similibus, q nec fauore, nec odio sunt inductæ. certè imò & si odio sunt inductæ, idem est: & hoc subijcit, imò &c.
q ¶ Non vtetur.] cùm tamen contra delegantem posset vti.
r ¶ Factum est.] imò contrà: vt. ff. ad Macedo. l. sed Iul. §. non solum. Solu. vt ibi. Accursius.
s ¶ Soluerit.] si soluit illi qui cõtra senatuscon. fecit, & non repetit: multò magis ab isto qui non fecit contra senatusc. repetere non potest. Accur.
t ¶ Non potest.] vt. ff. de condi. indeb. l. qui exceptionem.
v ¶ Intercessio est.] vt. ff. ad Velleia. quamuis. §. si mulier. contra secundam opinionem M. sed illã nõ approbam[9]: sed Iulia. vel dic vt ibi. ADDITIO. Ibi loquitur secundum opinio. Mar. quę non approbatur secundum Bartolum hîc.
x ¶ Possit.] in quadriennium hodie, olim vtilis anni: vt. C. de temp. in integ. restitũ. l. fina.
y ¶ In priuatis contractibus.] sunt enim quædam publicæ conuentiones: vt. ff. de pact. l. conuentionum.
z ¶ Dissimulare debet.] nec enim tenetur instruere: vt. ff. de publ. l. fi. §. diui. Sed arg. contrà. ff. de in rem verso. l. iij. §. penulti. sed ibi in mutuando: vel alia ratione: quia alium ex alterius contractu insoli dum volebat obligare.

NOuare possumus.]
a ¶ Nouare.] nisi faciat conditionem suam meliorem: vt. ff. e. l. cui bonis. nec delegare: vt. j. titu. j. l. pupillo.

c Ista reprehensio glo. est verisi. ma. secũdũ Bar. hîc.

† Bal. hîc referet istum tex. singul. ad hoc ꝗ licet minor. xxv. an. læsus restituatur. l. j. & ꝑ totum. ff. de mi. tamen si est læsus in tẽpore quadriennij cõcessi ad petendã restitutionem integrũ: restituitur. q text. noster hoc optime probat. tamẽ hoc est limitãdũ in casu. l. fi. C. de rep. hære di. Bolog.

tor pōt, ſi hoc pupillo expediat [a]: itē procurator omniū bonorū [b].

Mandatum de ſoluēdo non extenditur ut poſſit mandatarius promittendo nouare. Bar.

* Idem. LEX XXI.

SI debitorem meum iuſſero tibi ſoluere, nō ſtatim tu etiam ſtipulādo [c] id nouare poſsis [d]: quāuis debitor ſoluendo tibi liberaretur.

Paulus. LEX XXII.

SI quis abſente me à debitore meo ſtipulatus eſt nouandi [e] animo, & ego poſteà ratū habuero: nouo obligationem.

Pomponius. LEX XXIII.

FIlius patris actionem [f] ignorante eo nouare non poteſt.

Per mortem promiſſoris non extinguitur ſtipulatio conditionalis: ſed adueniente conditione committitur contra hæredes uel hæreditatem iacentem. Pau.

Idem. LEX XXIIII.

NOuatio autē non poteſt cōtingere ex ea ſtipulatione, quæ non cōmittitur [g]. Nec huic contrarium eſt, ꝙ ſi ſtipulatus à Titio fuero nouandi animo quod ſub conditione mihi Sempronius debet, & pendente conditione Titius [h] deceſſerit: quamuis ante aditam hæreditatem conditio extiterit, nouatio fiat. hic enim morte promiſſoris nō extinguitur ſtipulatio, ſed tranſit ad hæredem [i] illius cuius [k] perſonam interim hæreditas ſuſtinet [l].

Non omnis cui poteſt ſolui, poteſt nouare. Paulus.

Celſus. LEX XXV.

NOn ideo nouare veterē obligationem quiſquàm rectè poteſt, ꝙ interdum [m] rectè ei ſoluitur. nam & ijs, qui in noſtra poteſtate ſunt, quod ab his creditū eſt, rectè interdum ſoluitur: cùm nemo eorum per ſe nouare priorem obligationem iure poſsit [n].

Quando in ſummis alternatiuè poſitis cadere poterit affectio: utraque ſumma erit in obligatione tam minor quàm maior, ſicut in ſpeciebus. Pau.

Idem. LEX XXVI.

SI is cui decē Titius .xv. Seius debebat, à Titio [o] ſtipulatus eſt quod ille aut ille [p] debeat, dari ſibi: nouatum vtrunq; non eſt: ſed in poteſtate Titij [q] eſt pro quo velit ſoluere, & eum liberare. fingamus autē ita eſſe actum, vt alterutrum daret. nam alioquin [r] vtrūque ſtipulatus videtur: & vtrunq; nouatum [s], ſi nouandi animo hoc fiat.

Curſus uſurarum ex natura actionis procedens, in ſtipulatione nouātе non intelligitur repetitus. Barto.

Paulus. LEX XXVII.

EMptor cum delegante venditore pecuniam ita promittit, Quicquid ex vendito dare facere oportet: nouatione ſecuta vſuras neutri [t] poſt īſecuti tēporis debet.

Si ſecunda ſtipulatio cōtinet aliud, quàm prima: nouatio non præſumitur. Item quando æſtimatio debetur iure actionis, tempus contractæ obligationis: quando officio iudicis, tempus petitionis inſpicitur. Bar.

Idem. LEX XXVIII.

FVndum Cornelianum ſtipulatus: quanti fundus eſt, poſteà ſtipulor [v]. Si non [x] nouādi animo ſecunda ſtipulatio facta eſt, ceſſat nouatio: ſecūda verò ſtipulatio tenet: ex qua nō fundus, ſed pecunia debetur. Itaque [y] ſi reus promittendi [z] fundum ſoluat: ſecunda ſtipulatio iure non tollitur, nec ſi litem actor ex prima conteſtetur. Deniq; meliore vel deteriore facto

---

a Expediat.] ſed pupillus poteſt faciēdo conditionē meliorem: & tutor ita demum ſi pupillo expediat: vt hîc. ergo non videtur quòd plus poſsit tutor quàm pupillus. ſed dic ꝙ poteſt eſſe dubium: vel poteſt eſſe ꝙ nec melior nec deterior cōditio ſit. ſic. ſ. de tranſact. l. cùm hi. §. ſi prętor. vel fortè hîc ſubauditur maximè. ar. j. de acce. l. & per iuſiurandum. §. pen.

b Bonorum.] ſi habet liberam. aliâs nō: vt. ſ. de ꝓcur. cui. & l. ꝓcurator totorū. & C. e. l. non abſtulit.

SI debitorem.] CASVS. Iuſsi debitorē meū tibi ſoluere. an poſsis iſtud debitū ſtatim recuperare? Rñ. ꝙ nō niſi prius cedā tibi actiōes meas & faciam te procura. in rem tuam. Fran.

c Stipulando.] caue, quia non conſenſi vt ſtipuleris. aliâs contrà: vt. ſ. e. ſi ſtichum. §. fina.

d Poſsis.] quia non ideo agere potes: niſi actiones cedam faciēs te procuratorē in rem tuam. & facit. ſ. e. qui rectè.

SI quis abſente.] CASVS. Habebam debitorem Boñ. cum eſſem Romæ, tu ſtipulatus es ab eo me abſente. poſteà ego ſciens iſtā ſtipulationē, habui ratā. dicitur hîc ꝙ nouatio facta eſt valida poſt iſtā ratihabitionem. Lex ſequēs plana eſt. Fran. Acc.

e Nouandi.] vt mihi teneri deſinat. ad qđ eſt. ſ. e. ſi ſtichum. §. ſi.

FIlius.]

f Actionem.] nō etiā ſuam: vt. C. de bo. quæ lib. l. ſi. §. hoc proculdubio. in fin. & ſ. de iure delib. l. ait ꝑtor. §. eſt enim abſurdum. Sed contrà. ſ. de iureiur. l. huic. Sol. ibi poteſt nouare ſeruus vel filius faciēdo conditionē domini vel patris meliorē de inope ad diuitē: deteriorē non: vt hîc. vel ibi habuit liberam adminiſtrationē. & facit. C. de rebus cre. nec filius. & ſ. de pact. l. ſi vnus. in principio. Accurſius.

al. Pomponius.

Seruus poteſt nouare faciēdo cōditionē domini meliorem: deteriorem nō. & idem in filio.

NOuatio autem.] CASVS. Dicitur in hac lege ꝙ nouatio non poteſt fieri ex ea ſtipulatione quæ non poteſt cōmitti: & pone exēplum vt in gl. prima. Videbatur cōtrarium: quia reperitur caſus in quo poteſt fieri nouatio ex ea ſtipulatione quæ non poteſt cōmitti: vt hîc. Pone enim ſic. Sempronius debebat mihi centum purè: hæc centum ſtipulatus ſum à Titio ſub cōditione. pēdente cōditione, ſi Titius moritur: & conditio impleta ſit ante aditam hæreditatem: ſtatim fit nouatio: & tamen ſtipulatio non poteſt committi: cum nullus ſit adhuc hæres, qui cōueniri poſsit: ergo &c. Sed reſpō. quòd hic morte Titij non extinguitur ſtipulatio: quia tranſit ad hæredem ipſius Titij: cuius perſonam interim hæreditas ſuſtinet. Franciſcus Accurſius.

g Non committitur.] hoc eſt exemplum, ſi debes mihi purè, & ſtipulor ſub conditione: vt. ſ. e. l. quoties. vel pone vt. ſ. de verb. obl. l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. in prin.

h Titius.] nouus promiſſor. Accur.

i Ad hæredem.] ſ. eo. l. quoties. in fine. contrà. Sol. aliud in eo qui ex delicto ſucceſſorem habet: aliud in eo qui ex lege vel ex teſtamēto. vel ſolue vt ibi.

k Cuius.] ſcilicet promiſſoris.

l Suſtinet.] facit inſti. de ſtipu. ſer. in prin. & ſ. de acquirē. re. do. l. hæreditatis. & inſtit. de hæredi. inſtituen. §. ſeruus alienus. & ſuprà titu. j. l. mortuo. Accur.

NOn ideo.] CASVS. Dictum eſt. ſ. in. l. cui rectè. ꝙ ille poteſt nouare cui rectè ſoluitur. hoc non eſt ſemper verum. nam his qui ſunt in noſtra poteſtate, rectè ſoluitur id quod ipſi crediderunt: tñ ipſi non poſſunt nouare priorem obligationem. Legem ſequentem vide per te ipſum. Franc. Accur.

m Interdū.] i. antequàm ꝓhibeas ei ſoluere, habēs peculij adminiſtrationē: vt. j. titu. j. quod ſeruus. & facit. ſ. eo. filius.

n Poſsit.] in peiorē cauſam, ſed in meliorem ſic: vt. j. e. l. ſi. & de iureiuran. huic. quæ ſunt contrà.

o SI is.] A Titio. vel prędicto, vel alio.

p Aut ille.] alternatiuè.

q Titii.] noui promiſſoris. Accur.

r Alioquin.] id eſt ſi hoc fingas actum vt vtrunq; det. & ſic ponetur diſiuncta ꝓ cōiuncta: vt. j. de verbo. ſig. l. ſæpè. & ſecūdum hoc non eſt cōtrà. ſ. e. ſi ſtichum. §. ſi decē. & j. e. à te. & pro hac ſol. ſ. de iur. do. plerūque. in fin. Itē nonne quod minus eſt, ſemper videtur renouatū: vt. ſ. de ver. obli. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulāte? Rñ. nō, ſi ꝓmiſſor eligit quod maius eſt: vt hic, & ibi dixi. Acc.

s Nouatum.] vt & j. eo. l. à te.

EMptor.] CASVS. Vendidi Titio equum meum pro cētum ego delegaui ipm creditori meo qui ab eo ſtipulatꝰ eſt iſta centum. quæritur vtrū vſuras debeat mihi aut creditori meo? Rñ. ꝙ neutri debet, nec mihi, nec creditori meo. Fran. Accur.

t Neutri.] venditori non, cui deſierat obligatus eſſe. creditori nō, cui ex ſtipulatu tenetur actiōe: in qua vſuræ non pręſtantur iudicis officio: vt. C. de vſur. l. iij. Sed hîc cōtrà, quia vſuræ pręteriti temporis petuntur ex ſtipulatione: vt hîc dicit Roge. non quaſi vſura, ſed quaſi ſors. Vel dic non venire: quia non quod offi. ſed quod iure actionis poterat peti, hoc eſt nouatum: nec tamen venditori debetur vſura præteriti tēporis, cum officio debebatur, vel extinctum eſt extincta ſorte: vt arg. C. depoſiti. l. iiij.

FVndum.] CASVS. Tu promiſiſti mihi fundum Cornelianum, poſteà promiſiſti mihi pretium eius. vtrum hic ſit facta nouatio? Reſpon. ꝙ non, ſi non nouādi animo ſit facta hæc ſecunda ſtipulatio: tamen ſecunda ſtipulatio eſt valida, ex qua pecunia & non fundus debetur: in tantumquòd ſi promiſſor fundum ſoluat: ſecūda ſtipulatio non tollitur ipſo iure: nec etiam ſi actor conteſtetur litem ſuper prima, tollitur ſecunda. Item ſi actor agat ad fundū, & melior vel deterior factus ſit fundus: æſtimatio eius debetur præſens. ex ſecunda autem ſtipulatione ſi petatur pretium: venit æſtimatio quæ fuit tempore ſecundæ ſtipulationis. Franciſcus.

v Stipulor.] ab eodem vel ab alio, & ſic duæ ſunt ſtipulationes.

x Si non.] id eſt quia non.

y Itaque.] vbi non nouandi animo ſecunda ſtipulatio ſecuta eſt.

z Promittendi.] condemnatus ex prima ſtipulatione ad fundum præſtandum.

a ¶Sine culpa.]supple vel mora.vel largè culpam accipe vt etiam moram comprehendat[a].

b ¶Aestimatio.]nō quæ fuerit tēpore primæ stipulationis interpositæ:sed quāti fundus est tēpore quo petitur : vt.§.mā.l.si hominem.

c ¶Petito.]ex prima stipulatione.vbi autē per culpam vel post moram deterior facta est, habet ęstimatio quāto deterior res facta sit: vt.§.de cōdi.tri.l.pen.

d ¶In altera.]s.stipulatione quanti fundus est dari.

e ¶Aestimatio.] hoc vtiq; vera rōne, qa cū quis stipulatur quāti fundus est,pone ꝙ valet decē:ratione æquipollētium videtur certam pecuniam.s.quāti est pretium fundi,stipulari : vñ merito hîc inspicitur tēpus stipulationis: & facit.§.de ver.obl.l.si à colono.

a Adde gl Bar. & doc. in.l. quod nerua.§. de eo:& in l.si mora.§.so. mat. & plenius in.l.in actionibus.§.de in litē iurando.

sine culpa [a] debitoris posteà fundo,pręsens ęstimatio [b] fundo petito [c] rectè consideratur,in altera [d] verò ea æstimatio [e] venit, quæ secundæ stipulationis tempore fuit.

¶Per litis cōtestationē non fit deterius ius agētis.Itē in stipulatione nouante intelligūtur repetita priuilegia,quæ fauore agētis uel causæ erāt in prima,nisi aliud actum sit.Bar.

Paulus. LEX XXIX.

ALiam causam esse nouationis voluntariæ [f], aliam iudicio accepto †, multa exēpla ostendunt.Perit enim priuilegium dotis [g] & tutelæ,si post diuortiū dos in stipulationem deducatur [h], vel post pubertatē tutelæ actio nouetur,si id specialiter actum est [i]:qđ nemo dixerit lite cōtestata [k].Neq; enim deteriorem causam nostram facimus actionem exercētes [l], sed meliorem : vt assolet dici in ijs actionibus,quæ tempore vel morte finiri possunt [m].

† al. iudicij accepti.

¶Res semel liberatæ per nouationē sine nouo consensu domini non reobligātur. Pau.de Ca.

Idem. LEX XXX.

PAulus respōdi * si creditor à Sempronio nouādi animo stipulatus esset ita vt à prima obligatiōe in vniuersum discederetur [n]: rursus easdem res à posteriore debitore [o] sine consensu prioris [p] obligari non posse.

* In uetustiss.Cod.incip.l.Si creditor &c.

ALiā causam.] CASVS.Duplex est nouatio: quædam est volūtaria,quędā necessaria. Volūtaria est quæ fit per stipulationē extra iudiciū.Necessaria est quę fit in iudicio per litis contesta. Et est magna differentia inter istas duas nouatiōes. Nam per voluntariā nouationē perdūtur priuilegia illius actionis quę nouatur, vt apparet in act. tutelæ:quam si pupillus post pubertatem deducat in stipulatum, perdit sua priuilegia. Itē in act. dotis etiam si nouatur,perduntur eius priuilegia. Secus autem est in nouatione necessaria,quæ per litis contesta.fit:quia per litis contesta. facimus conditionem nostram meliorem:vt licet cernere in actionibus,quæ tempore finiuntur.nam si super eis lis contestetur, perpetuantur.Fran.Accursius.

f ¶Voluntariæ.]quæ fit per stipulationem & per lit. contest. cum alio sponte:vt.j.titu.j.l.solutionem.

g ¶Dotis.]ex parte mariti,qui esset conuentus inquātum facere potest:& ex parte mulieris quæ præponebatur alijs creditoribus.

h ¶Deducatur.]scilicet animo nouandi.

i ¶Actum est.]ꝙ nouetur actio tutelæ causa abijciendi priuilegij: aliàs durat priuilegium:vt.§.de priuile.cred.l.ij.§.parui quoque.

k ¶Lite contestata.]contra ipsum debitorem nostrum.

l ¶Exercētes.]vt.j.de reg.iu.l.non solet.&.§.de vsur.l.lite.& facit C.etiā ob chi.pe.l.j.Sed cōtrà b.§.ad Velleia.aliqñ.§.de pigno.Sol. vt ibi.Itē hoc fallit circa electionē:vt.§.de ver.obl.si qs stipulat^e sit.

m ¶Finiri possunt.]quas perpetuamus, nisi in act.de do.& dic distinctionem vt.C.de iudi.l.j.

b Glos.ista male signat istud cōtrariū imò debet signa.j.l.prox.secūdū Bar. hîc.

PAulus respondi.] CASVS.Titius debebat mihi centum aureos,& pro hac summa dedit mihi pignora.ego nouandi animo stipulatus sum hanc summam sempronio:ita vt omnino ab omni priore obligatione discederem.Nunc quæritur vtrum iste secundus promissor posit obligare pignora quæ erant prioris debitoris?Respon.quòd non.Francis.

n ¶Discederetur.]& sic extinctum est pignus.

o ¶Debitore.]delegato.

p ¶Prioris.]cuius res obligatæ fuerunt quæ iam liberatæ sunt per nouationem.ad quod est.§.loca.item quæritur.§.si.

SI rem aliquam.] Pone casum in hoc princip. vt.§.e.l.quoties. ¶Si duo rei.]Stipulati sumus tu & ego à Titio centum,& sic sumus duo rei stipulādi.hîc quæritur de duabus quæstionibus.Primò an vnus reorum stipulandi habeat ius nouandi.Item secundo quæritur quid iuris vnusquisq; habeat in tali stipulatione? Primò respōdet ad secundam quæstionem & dicit ꝙ vni reorum stipulandi rectè solui potest.Item si vnus reorum petat in iudicio:videtur totā causam in iudicium deducere.vsque ibi,item vnus.ponit aliud, dicens quòd vnus acceptum ferendo tollit totam obligationem.vsque ibi, ex quibus:facit conclusionem quòd vnusquisque videtur sibi acquisisse in hac obligatione,ac si ipse solus esset stipulatus. deinde ibi secundum quod.respondet primæ quæstioni dicens quòd etiam vnus reorum potest nouare totam obligationem.ratio est : quia ea stipulatio de qua paulo antè dixit est similis solutioni.vsq; ibi, alioquin. vbi ponit quædam sequi inconuenientia, si prædicta non essent vera : quia sequeretur quòd si tu & ego haberemus vnum debitorem communem,& ego eum delego creditori meo, & ipse creditor stipuletur ab eo:quia non liberaretur à te:quod tamen est absurdum dicere. Vel si mulier iusit fundum sibi & alij promissum doti promittere, vel ipsamet promittit.nā debitor fundi liberabitur.Fran.

*¶Stipulatio conditionalis nouat puram in cōditionis euentum,si tunc res existat:uel ante secundam stipulationē post moram desierit : uel post secundam facto debitoris perierit.*Bar..

Venuleius. LEX XXXI.

SI rem aliquam [q] dari stipulatus sim,deinde eandé nouandi animo sub conditione ab eodem stipuler:manere oportet rem in rebus humanis vt nouationi locus [r] sit:nisi per promissorem steterit [s] quo minus daret. Ideoque si hominem mihi dare te oporteat, & in mora fueris [t] quo minus dares : etiam defuncto eo teneris. etsi [v] priusquàm decederet, cùm iam mora facta sit, eundem à te sub conditione stipulatus fuero [x], & seruus posteà decesserit, deinde conditio extiterit, cùm iam ex stipulatu obligatus es mihi : nouatio quoque fiet [y].

¶Vnus ex reis credendi potest in alterius præ-

q ¶Si rem aliquam] Dic si purè debes mihi aliquam rem, & stipulor sub conditione: nunquid fit nouatio? Respō. distinguēdum. nam aut res nō existit sine suo dolo : & tunc nō fit nouatio aut existit, vel nō existit suo dolo:quod idem est & tūc fit nouatio.Itē & hoc probo : qa si mihi debes, & es in mora: perpetuatur obligatio re deficiēte. ergo si mihi debes purè, & à te animo nouādi stipulor sub conditione, & res tuo dolo desinat esse tempore existētis obligatiōis:nihilominus fit nouatio:qa tuo facto ppetuasti stipulationem. sic ergo si obligatio durat, potest contingere nouatio.

Nouatio an possit fieri de re per stipulatione cōditionalem debita,si non extet res ipsa.

r ¶Locus.] hoc totū dictum est.§ eo.l.quoties.sed videtur aduersari quod sequit̄,nisi per promissorē &c. Et quod posteà subijcit̄, nouatio quoque fiat: nam cum facta nouatione mora purgaret̄: non deducitur in frequentem stipulationem vel mora vel Stichus: vt ibi docet Mar.Item cùm non sit res eo tempore quo conditio impletur,non contingit nouatio:vt ibi dicitur.Sol.hic fuit actū vt mora transiret in sequentem obligationem,nec purgaretur mora prioris.Ibi verò actum non fuit secūdum R. & secūdum hoc mora fuit hîc commissa ante stipulationem conditionalem , & actum vt obligatio nouetur,non verò mora.Sed opponitur:cùm conditionalis stipulatio nouandi animo facta sit:ex priore stipulatione non est petitio:sed nec ex secunda ante conditionis euentum.ergo nec mora:vt suprà si certum peta.l.lecta.sed hoc est verum nisi ante esset cōmissa.Item cum tempore conditionis non subsit res:non cōmittitur stipulatio:ergo nec fit nouatio ea stipulatione,quæ non committitur. Sed respon.subesse videtur propter moram:licet Ioā. aliter dixerit, scilicet quòd promissor hîc hominem occidit pendente conditione, qua ipse fuit in mora:ideoq; debet teneri vtiliter,ac si homo viuat tempore conditionis . & hoc est ibi, nisi per promis. &c. putà, quia conditione pendente rem promissam sub conditione post morā interemit.sed secundum hoc videtur idem dicere per ea,quæ sequuntur:& si priusquàm &c.vel potes primā partem legis intelligere qñ quis stipulatus est sub conditione seruum, qui fuerat mortuus post moram.quare habet locum in moroso promissore sicut in fure.§.de verb.obli.inter stipulantem.§.penul.sed in contrario non erat mortuus tempore stipulationis:& secūdum hoc dices nisi per promissorem &c.scilicet ante stipulationem eo mortuo post moram. Alij dicunt ecōtra ꝙ ibi erat mortuus post moram ante stipulationē:hîc verò erat in mora ante stipulationem:sed non mortuus : quod est verius.Quod autem sequitur,& si priusquàm &c.intelligitur quando seruus post moram sub conditione promissus,pendente cōditione mortuus est occidente ipso promissore:& hoc est si seruus posteà pendente conditione decesserit:scilicet facto tuo. Si tamen dicatur prius dictum causa euidentiæ vel placationis repeti :non est absonum neque nouum.

s ¶Steterit.]id est in mora fuerit:non tamen aperit ante stipulationem conditionalem vel posteà ea pendente:sed plenè modò dixi.

t ¶In mora fueris.] vnde perpetuata est obligatio:nec hîc aperit quando.

v ¶Et si.]id est quamuis.

x ¶Stipulatus fuero.]animo nouādi:sed nō animo purgādi morā.

y ¶Quodque fiet.] suprà de verborum obligatio.l.eum qui.§.fin. contra.sol.vt ibi.Accur. ADDITIO Dic quòd ibi loquitur quando vnus erat debitor.& ab alio sum stipulatus rem animo nouandi:hîc quando ab eodem debitore.vnde quantum ad eum vide-

tur res extare, cùm interijt post eius moram non purgatam: secus quo ad alium secundum Bar. hîc.

a ¶ Sibi acquisierit.] similiter quæritur.

b ¶ Ferè.] ferè dicit propter id quod dicitur. §. de duobus reis. l. ex duobus. & propter id, quod dicitur. §. de constituta pecu. l. idem est. vel hoc propter casum quādo non sunt socij: vel propter id, quod posteà dicit excepto 10 eo &c. vel ferè inter omnes cōuenit. aliqui enim fortè dissenserunt: & secundum hoc cōuenit inter omnes sapiētes. Accursius.

Iudicium nouare, delegare, & nomen debitoris cedere. Barto.

¶ Si duo rei stipulandi sunt: an alter ius nouandi habeat, quæritur: & quid quisque iuris sibi acquisierit [a] ? Ferè [b] autē conuenit & vni rectè solui, & vnum in iudicio potentem, totam rem in litem deducere. Item vnus acceptilatione [c] perimit vtriusq; obligationē. Ex quibus colligitur vnumquemque perinde sibi acquisisse, ac si solus stipulatus esset: excepto [d] eo quòd etiā facto eius cum quo commune stipulandi ius est [e], amittere [f] debitorem potest. secundum quod si vnus [g] ab aliquo [h] stipuletur, nouatione quoq; [i] liberare eum [k] ab altero [l] poterit, cùm id specialiter [m] agit: eo magis [n], cùm eam stipulationem similem esse solutioni existimemus. alioqn [o] quid dicemus, si vnus [p] delegauerit creditori suo communem debitorem, isq; ab eo stipulatus fuerit [q]? aut [r] mulier fundum [s] iusserit [t] doti promittere viro, vel nuptura [v] ipsa doti eū promiserit? nam debitor ab vtroque liberabitur.

c ¶ Acceptilatione] vt &. j. de accep. l. & per iusiurandum.

d ¶ Excepto.] ecce 20 quare dixit ferè. Accursius.

e ¶ Stipulandi ius est.] aliàs stipulantis, aliàs stipulatiōis. Accursius.

f ¶ Amittere.] acceptoferendo, aliàs admittere. Accur.

g ¶ Si vnus.] reorum 30 stipulandi.

h ¶ Ab aliquo.] vel extraneo vel reo debendi.

i ¶ Quoque.] non solum solutione & acceptilatione: vt suprà dictum est.

k ¶ Eum.] reum debendi.

40 l ¶ Ab altero] reo stipulādi. Sed cōtrà. §. de pac. si vnus. in princi. solu. aliud in pacto: vt ibi. & aliud in nouatiōe vel accepti, vt hîc, ad quod. §. de libe. lega. si quis reum. §. j. hoc nō placet: quia & de nouatione ibi di- 50 cit. vel qd ibi dicit, idemq; in duobus reis stipu. non ad oīa præcedentia refertur: sed ad id, quod dictū est, pactum vnius non nocet alteri: non autem ad id, quod ibi de nouatione præmittit: nisi sic dicatur quòd pactum factum ab vno reorum stipulandi, alteri non noceat: sed nouatio & acceptilatio sic. 60 Vel verius ibi non socijs: hîc de socijs: & quod ibi præmittit de duobus argentarijs socijs, scilicet vt neque pactum neque accepti. vnius alteri noceat, speciale est in argentarijs: vel impropriè dicuntur ibi socij argentarij quorum nomina simul facta sunt: secus in illis, qui sunt socij: vt hîc. vel hîc ab altero volente: ibi non. Vel sol. vt ibi.

* al. Paulus.

Si stipulor ab uno quod mihi debetur à duobus, animo nouandi: uterque liberatur si copulatiue, uel eo casu quo alternatiua ponitur pro coniunctiua.

*Papinianus. LEX XXXII.

A Te hominem, & à Seio mihi decem dari oportere stipulor: ab altero [x] nouandi causa ita, Quod te aut Seium dare oportet. Vtrūque nouatur. Paulus. Merito: quia vtrūque [y] in posteriorem deducitur stipulationem.

m ¶ Id specialiter.] vt fiat nouatio: & expressim hoc casu: vel dic sàtis esse agi iure veteri: hodie opus est exprimi: vt. C. eo. l. fi.

n ¶ Eo magis.] scilicet fiet nouatio.

o ¶ Alioquin.] id est nisi dicas alterum nouare posse, & debitorem 70 cōmunem ab vtroque liberari, vel id est, si dixerimus non esse acceptilationem solutioni similem, secundum H.

p ¶ Si vnus.] ex reis stipulandi.

q ¶ Fuerit.] nam secundum hoc non obligabitur illi, cùm non liberetur à primo creditore & vtroque: quod est absurdum.

r ¶ Aut.] quid dicemus si &c. Accursius.

s ¶ Fundum.] sibi & alij promissum.

t ¶ Iusserit.] promissorem fundi illius: cùm ipsa erat vna de reis stipulandi.

v ¶ Nuptura ipsa.] Duobus modis intelligi potest quòd rea erat 80 stipulādi, & per voluntatē debitoris viro futuro promisit fundum sibi & alij correo debitum. vel rea erat promittendi: & altero creditorum volente ipsa suo viro promisit fundum: & hoc mulieris gratia, secundum Ioan. Quod autem subijcit, nam debitor &c. secūdum vltimam expositionem non refertur ad primum dictum.

A Te hominem.] CASVS. Stipulor à te hominē: & à Seio stipulor decem: posteà ab aliquo tertio stipulor hoc modo: quod illum & Seium dare oportet: promittis mihi? ille promittit: certè fit nouatio: quia totum deducitur in secundam obligationem. Franciscus Accursius.

x ¶ Ab altero.] tertio vel vno reorum.

y ¶ Vtrunque.] cùm hoc actum sit. Rog. ne sit contrà, suprà eo. si is, cui. hic ergo aut pro & accipitur, ibi propriè. ad quod est infrà de verborum significati. l. sæpe.

Exceptio cohærens personæ, quæ obstat delegāti, non obstat ei cui facta est delegatio. Bart.

Tryphoninus. LEX XXXIII.

SI Titius donare mihi volens, delegat [z] à me creditori meo stipulanti spoponderit, non habebit aduersus eum illam exceptionem, vt quatenus facere potest, cōdemnetur [a]: nam aduersus me tali defensione merito vtebatur, quia donatum ab eo petebam: creditor autem debitum persequitur.

Si Titius.] CASVS. Titius homo liberalis volebat mihi donare viginti aureos: ego dixi, optimè venisti: ego habeo creditorē qui me premit cotidie: rogo te da illi hāc summam pro me: quia ei in viginti teneor. Titius promisit creditori meo. de iure 20 autē est quòd donator cōuenitur in quantum facere potest: non in plus. Nunc quæritur vtrum iste Titius donator possit vti hac exceptione, ne conueniatur, nisi in quātum facere potest, aduersus creditorem meū, 30 cui eū delegaui? Respon. quòd non: quia creditor suū debitum recipit, non donationem aliquam. Franc. Accur.

z ¶ Delegatus.] per hoc apparet quòd iam mihi promiserat: aliàs non posset dici delega 40 tio. vel ponit impropriè. sic suprà eodē. si vsusfructus.

a ¶ Condemnetur.] idem si donaturus tibi promiserim ei, cui tu donare volebas. idēq; est si quod tibi me debere existimabā, iussu tuo spopondi credito- 50 ri tuo. sed secus, si qđ tibi debere credebā, iussu tuo spopondi ei cui tu donare volebas, vel ei, quē creditorē tuum putabas: vt. §. de donatio. l. ij. §. j. & de exceptio. do. l. Iulian. & l. purè. §. si cùm. & suprà eodem. l. si quis. & l. si non. & l. doli. & de re iudicata. Nesennius. & facit suprà de dot. l. qui id, quod ex 60 causa. Item contrà suprà de iure dotium. l. si extraneus. sol. vt ibi. Accursius.

Qui habet liberam peculij administrationē, potest nouare: nisi animo donandi hoc facit. Bartolus.

Paulus. LEX XXXIIII.

DVbitari non oportet quin filius seruúsve, quibus administratio [b] peculij permissa est, nouandi quoq; peculiaria debita ius habeant [c]: vtique si ipsi stipulētur: maximè [d] si etiā meliorem suam conditionē eo modo faciant. nam si alium iubeant stipulari, interest vtrum donandi animo [e] alium iubeant stipulari, an vt ipsi filio seruóve negotia gerant: quo nomine etiam mandati [f] actio de peculio acquiritur [g]. ¶ Agnatum furiosi, aut prodigi curatorem [h] nouandi ius habere, minimè dubitandum est, si hoc furioso vel prodigo expediat [i].

DVbitari.] CASVS. Filiusfamiliàs, aut serui, qui habent debita peculiaria, possunt ea nouare si ipsi stipulentur conditionem suam meliorem faciant. Si verò alium iubent stipulari: si faciunt donationis causa, non valet. Si verò ideo iubēt stipulari quasi negotiorum gestorem, tunc valet. §. sequens & seq. clari sunt. Franciscus Accursius.

b ¶ Administratio.] libera: vt. §. de procur. l. procurator cui. & C. quod cum eo. l. si liberam.

70 c ¶ Habeant.] vt suprà de iureiuran. l. huic. Sed contrà, suprà de pactis. l. si vnus. in princip. Solu. ibi in non peculiaribus. vel ibi donando: vt hîc dicit. & sic etiam intellige. infrà titu. j. l. fugitiuus. in fine. & suprà eo. seruus. & facit, suprà de condictio. indebi. l. naturaliter. & de pec. libera. §. fina.

d ¶ Maximè.] abundat: vt & suprà quæ res pignori obligari possunt. l. j. vel idem si non meliorem: dum tamen non deteriorem, nam &c.

e ¶ Animo.] quando non fit nouatio: quia deterior fit conditio.

80 f ¶ Mandati.] vnde non efficitur deterior cōditio, licet non melior. Accursius.

g ¶ Acquiritur.] contra illum, qui stipulatus est animo nouandi à debitore serui, vel filij mandato filij vel serui, per quæ tenebitur stipulator cedere act. ex statu domino vel patri.

h ¶ Curatorem.] legitimum: aliàs est datiuus tantùm: vt instit. de cura. §. item furiosi.

i ¶ Expediat.] de inope debitore ad diuitē: vt suprà eo. l. nouare. §. pupillus.

pupillus. Accursius.

a ¶ Id dare spondes.] sed hæc non videtur vna nisi dicas propter vnam conceptionem, & quia ab vno, plures tamen sunt res: vt. ff. de verbo. obliga. l. pluribus.

quando soluunt vsuras, quas non receperunt, videtur ei quod soluāt lumina vel occulos: sed de sorte non sic eis videtur, cum ipsam acceperint. alij dicunt quod sors: quia sors parit vsuras: sed vsura non parit vsuras.

¶ DE SOLVTIONIBVS, ET LIBERATIONIBVS.

¶ *Dixit de nouationibus, quæ æquiualent solutionibus: ut supra titu. j. l. si rem. in fi. nunc generaliter de solu. Et est sol. rerum, & ita in facto. liberatio est obligationum: et ita iuris tātum. largissimè tamen ponitur: aliàs solu. pro qualibet liberatione: ut infra. e. l. solutionis. sed quidam hic dicunt de liberationibus illis, scilicet ubi remanet obligatio: ut aliquo deportato: quod nō placet: sed de his dicitur. j. de senten. pas. & de bonis dam. dicitur ergo hic generaliter de liberationibus obligationum, tam de his quæ ipso iure, quā etiam quæ pacto contingunt: ut infra eo. stichum. §. naturalis. & singulos casus in hoc titu. & C. e. inuenire magis est laborosum, quam subtile.*

¶ *Vna stipulatio potest nouare plures stipulationes. Barto.*

¶ In summa admonendi sumus nihil vetare vna stipulatione plures obligationes nouari: veluti si ita stipulemur, Quod Titium & Seium mihi dare oportet, id dare spōdes[a]? Licet enim ex diuersis causis singuli fuerant obligati, vtrique tamen nouationis iure liberantur: cùm vtriusque obligatio in huius personam à qua nunc stipulemur, confluat.

TITVLVS III.

De solutionibus & liberationibus.

¶ *Debitor in diuersis summis & ex diuersis causis, cùm soluit unam summam, potest eligere in quam causam uelit eam cedere, & si hoc facit, & creditor tacet, cedit in illam solam. si autē contradicit, se inuicem impediunt: quia creditor recipere non cogitur: & sic in nullam cedit. si autem non eligat, uel eligat, sed non incontinenti creditor potest eligere in quam cedat, dummodo eligat similiter incontinenti, & in illam causam in quam uerisimiliter ipse eligeret pro se, si esset debitor: scilicet in grauiorem. & si hoc facit, & debitor tacet: similiter cedit in illam. si autem contradicit, in nullam cedit: sed cogitur restituere. si autem nouiter eligat, cedit in causam duriorem: & quæ sit durior, hic declaratur. sed si neutra durior est, cedit in antiquiorem. Pau.*

¶ Quoties.] CASVS. Debebam tibi cētum aureos ex causa venditionis fundi, & sine vsuris. item debebam tibi alia centum causa mutui sub vsuris. item alia centum sub maiori pœna, quē sint vsuræ. Soluo tibi centum scuta, & dico, ego volo quòd deducas mihi hoc debitū, qd soluo ī illud debitū, quod debeo tibi sub pœna. tu dicis ego nolo, sed volo tibi deducere in debitum, quod est sine vsuris? Quæritur quis nostrum est potius audiendus? Respon. ꝙ ego debitor, qui soluo. Sed ponamus ꝙ ego sum negligens in eligendo in quod debitum velim solutum esse. quid iuris? Respō. ꝙ tu creditor poteris eligere in quale debitum illud accipias, dūmodo statim eligas: & in illam causam in quam si tu debitor esses, eligeres: & ponit textus multa exempla: quæ vide per te. Sed si à neutro dictum sit in quod debitum soluatur: tunc intelligitur solutum in illud debitum, cuius dies, vel conditio iam venit. h. d. hæc lex cum tribus legibus sequentibus. Fran. Accursius.

Vlpianus. LEX I.

QVoties quis[b] debitor ex pluribꝰ causis[c], vnū debitū soluit: ī arbitrio soluētis est dicere[d], qd potius debitum voluerit solutū: & quod dixerit, id erit solutum, Possumus enim certam legē dicere ei † quod soluimus[e]. Quoties verò[f] non dicimus: id, quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum ferat: dummodo in id constituat solutū, in quod ipse, si deberet, esset soluturus, quoque debito se exoneraturus esset, si deberet: id est, in id debitum[g], quod non est in controuersia[h]: aut in illud, in quod quis[i] pro alio fideiusserat: aut cuius dies nondū venerat[k]. Æquissimum enim visum est, creditorem ita agere rem debitoris, vt suam ageret. Permittitur ergo creditori cōstituere in quod solutum velit[l]: dummodo sic constituat, vt in re sua constitueret[m]. Sed constituere[n] in re præsenti, hoc est, statim atque solutū est[o], debet.

† al. ei, cui soluimus.

Florentinus. LEX II.

CVm in re[p] agenda hoc fiat[q], vt vel creditori liberum sit non accipere: vel debitori non dare, si alio nomine exolutum quis eorum velit.

Vlpianus. LEX III.

CÆterū[r] posteà non permittitur[s]. Hæc res[t] efficit vt in

b ¶ Quoties quis.] Vt plenè liqueat articulus iste, & intelligas vsque ad. §. si duos. dic ꝙ aut est causa principalis non vsuraria: aut est principalis vsuraria. In primo quando est principalis, & non vsuraria: si debitor eligit dicendo: ego soluo in talem causam, & creditor tacet, id erit solutum: quia pactum in traditione appositum est seruandum. Præterea rei nostræ certam possumus dicere legem: & sic loquitur lex ista in primo responso. sed & si debitor dicit, soluo in talem causam: tamen creditor dicit, nolo in hanc causam: inuicem se impediunt: vt. j. l. ij. & licet creditori non accipere, tamē cum damno suo: quia si deponitur & consignatur: denegabitur ei actio postea ipso iure: aliàs ope exceptionis. Si autem debitor tacet, & creditor eligit: statim id erit solutum: dum tamen eligat in causam in quam si ipse debitor esset, solueret. Igitur si aliquid debebatur sine controuersia, paulo non &c. & sic loquitur secundum responsum huius legis. Si autem concordant creditor & debitor, planum est. si autem nullus eligit incontinenti, tunc recurritur ad iuris potestatem: vt. l. cæterum. quæ est vt si in diem vel sub conditione debetur, videatur id solutum cuius dies venit: & magis quod meo &c. & potius &c. in his verò &c. si autem nulla prægrauat, in antiquiorem erit solutum. si autem vna est vsuraria, alia non: neutro eligente tunc computatur in vsurariam tanquam in grauiorem: vt infrà eodem. l. si quid ex famosa. si autem vna principalis & vsuraria: neutro eligente solutum videtur in grauiorem causam. quæ autem sit grauior, dicunt quidam vsurariam: quia tenaces debitores,

c ¶ Causis.] principalibus: aliàs contrà: vt. C. eodem. l. j. & de vsuris. l. si vsuras. & dices. j. e. l. in his. §. imperator. & est ratio dictæ. l. si vsuras. ADDITIO. Dic istā glossam esse veram & bene dicere quando solutio est facta simpliciter electione à nemine facta, secundum Bar. hīc.

d ¶ Dicere.] in ipsa solutione: vel iuxta ante vel post: vt. C. de vsuris. l. si vsuras.

e ¶ Soluimus.] vt ff. de pactis. l. in traditionibus. & C. eo. l. j. & j. eo. paulus. & ff. de ser ui. l. si cui. in prin. & facit. C. de do. quæ sub modo. l. perfecta. & C. de do. l. sancimus. §. ne autem. & ff. de transac. cùm hi. §. si eidem. Accursius.

f ¶ Quoties verò.] aliâs quos verò: & aliâs quòd si.

g ¶ Debitū.] hæc exēpla denotant verisimilitudinem, non necessitatem. nam & si in non grauiorem causam, cō stat per confessionem partium eum solutu rum si deberet: in eandem causam hic accepto feret secūdū Azo. In alio quoque casu prodest electio incontinēti facta: quia si plures essent pares causæ: si in vnam eligit solutionem, potest prodesse ei, si fortè in electa causa nō habet probationes in euidenti secūdū Io. & Azo. sed hoc non placet quibusdā: vt iam dicam. sed & si nunquam eligit, vel ex interuallo: decedit de omnibus pro rata: vt. j. eo. illud. & hoc casu prodesset ei eligere. Item quod de electione dicit, intellige cùm creditor eligit, & debitor tacet: alioquin si consentiat: nō est opus discretione causæ. vel si dissentiat incontinenti, repetit: vt. j. eo. l. ij. secundum Azo.

h ¶ Non est in controuersia.] id est non debet constituere pro eo, quod non est in controuersia: sed pro eo, quod est in cōtrouersia: vt sic vitetur controuersia. & repetitur in sequentibus duobus exemplis hæc glo. Vel si intelligatur affirmatiuè, id est, est ꝙ illud, quod non est in controuersia, debeat solui. q. d. certum & liquidum: nō autem id de quo dubium est per controuersiam, id est per negationem, planum est. & sequentia legentur negatiuè: vt. j. l. iij. & iiij. vel dic haud pro non. & est plana.

i ¶ Quis.] scilicet debitor qui non elegit, vt dictum est. non autē dicas quis extraneus, qui fideiussit pro debitore: quia illud esset grauius debitori: vt. j. eo. & magis. & l. fina.

k ¶ Nondum venerat.] imò potius in illud cuius dies venerat: vt j. eo. l. cùm ex pluribus. & est sciendum quòd hæc exempla denotant similitudinem: vt modò dixi.

l ¶ Velit.] id est velle debet: vt subijcit. & sic ponitur in prin. decretorum. & statim hīc colligitur.

m ¶ Constitueret.] aliud in pretio pignoris venditi: vt. j. eo. l. paulus. §. paulus. in fine.

n ¶ Constituere.] scilicet creditorem accipiendum est.

o ¶ Solutum est.] aliquid: & si non totum.

p CVm in re.] quæ fuit supple, ne propter verbum futurum agenda necesse habeas dicere ꝙ tantū ante habeat fieri. & facit. ff. de vi & vi arma. l. iij. §. cùm igitur. & j. rem ra. habe. quo enim.

q ¶ Fiat.] id est fieri debeat, scilicet electio creditoris vel etiam debitoris: vt subijcit.

r CÆterum posteà.] id est post solutionem factā ex interuallo.

s ¶ Non permittitur.] constituere.

t ¶ Hæc res.] quia creditor debet rem debitoris agere vt suam.

duriorem cauſam ſemper videatur [a] ſibi debere accepto ferre. Ita enim & in ſuo [b] conſtitueret nomine [c]. Quòd ſi fortè à neutro dictum ſit [d]: in ijs quidem nominibus, quæ diem vel cõditionem habuerint, id videtur ſolutum, cuius dies venit [e].

Pomponius. LEX IIII.

ET magis quod meo nomine [f], quàm quod pro alio fideiuſſorio nomine debeo: & potius quod cum pœna, quàm quod ſine pœna debetur: & potius quod ſatiſdato [g], quàm quod ſine ſatiſdatione debeo.

Vlpianus. LEX V.

IN ijs verò, quæ præſenti die debentur: conſtat etiam quoties indiſtinctè quid ſoluitur, in grauiorem cauſam [h] videri ſolutum. Si autem nulla prægrauet, id eſt, ſi omnia nomina ſimilia fuerint: in antiquiorem [i] cauſam. Grauior autem videtur quæ ſub ſatiſdatione debetur, quàm ea, quæ pura eſt [k].

Pone hic caſum quòd debebas mihi centum, & dederas duos fideiuſſores: poſteà ſoluis mihi quinquaginta cum hoc pacto, quòd in alijs quinquaginta tu remaneas obligatus, & etiam unus de fideiuſſoribus: alter autem liberetur ex toto: utrum poterit hoc fieri? Reſpondetur quòd ſic: quod eſt notandum. Pau.

Si duos † quis dedit fideiuſſores: poteſt ita ſoluere vt vnum liberet [l].

a Videatur.] ſcilicet creditor. Accur.
b Suo.] ſcilicet ſi ſoluturus eſſet.
c Nomine.] id eſt creditore iſte creditor. id eſt ita eſt veriſimile. poteſt tamen eſſe econtra: vt no. ſ. eo. l. j.
d Dictum ſit.] nec à creditore aliquo tẽpore: quia prius mortuus eſt: nec à debitore. Vel dictum ſit à creditore: ſed ex ĩteruallo: vt ſtatim dixit. ſed ſecundũ hoc nulla videtur differentia, vt conſtituat ſibi creditor electionẽ incontinenti: an taceat vterque. Sed Ioã. dicit talem eſſe. nam vbi nil ab aliquo dicitur, & nulla ſit grauior, cedit in antiquiorẽ: vt. j. in his. ij. reſpon. vbi verò creditor ſeruat ſibi electionem: etiã in nouam cauſam cedere poteſt ſecundum eius arbitrium. quod poteſt ei prodeſſe etiã in hoc: quia de nouo fortè debito probationes non habet: ſed de antiquo habet: ſecundum Ioan. & Azo. ſed hoc quibuſdam diſplicet: quia ſecundum hoc nõ ita debitoris vt ſuum gerat negotium. Itẽ vbi neuter aliquid dixit: ſed plures cauſæ ſunt grauiores, vel antiquiores: cedat in vnanquãque pro rata: vt. j. eo. illud. vbi verò habet electionem, in vnã tantùm eligere poteſt. ſed Azo. aliter placet. cũ enim ſibi creditor ſeruat electionem etiam in leuiorem cauſam accepto feret, & in quancunque velit: dummodo ſic faciat vt ĩ re ſua faceret. nam & ſi rem ſuam gereret, fortè talis perſona eſt, quæ in leuiorẽ cauſam ſolueret. ſi obijcias: quare ergo dicitur creditorẽ videri accepiſſe in grauiorem? Reſpon. præſumptio eſt quòd ſic ageret ſuum negotium, ſcilicet ſoluendo in grauiorem cauſam. ſed ſi aliter conſtat: & in non grauiorem cauſam computare poterit. Et ſic no. ex prædictis quòd aut debitor eligit, & creditor conſentit: aut econtra creditor eligit, & debitor conſentit: & in his caſibus non eſt opus his legibus. aut debitor eligit, & creditor tacet: vt in princ. titu. aut econtra debitore non eligente creditor incontinenti eligit, & debitor tacet, vel dicit ſcilicet debitor erit, vel eſſe debebit vel ſimilia: vt in ſecundo reſpon. primæ. l. aut altero eligente alter diſſentit: vt. l. ij. aut neuter eligit tunc, ſed ex interuallo vel nunquam: vt hac lege cæterum. in prin. & in fi.

† Adde gl. & Bar. in. l. creditor. §. ſi duobus ſ. manda. & in. l. vnde quæritur. & ibi Ange ſ. commo. & omnino Bald. quia iſta materia eſt intricata. in. l. ſi paternam. C. ad vell.

e Venit.] vt &. j. eo. l. cùm ex pluribus.
f ET magis quod meo noĩe.] facit. ſ. ad Treb. l. ſi res aliena. ĩ fi.
g Satiſdato.] id eſt cum fideiuſſore. hoc tamen patitur exceptionem: vt. j. l. ob triginta. Accur.

IN iis verò.] CASVS. Dictum eſt. ſ. e. l. iij. quòd ſi neuter nec creditor, nec debitor eligat in quam cauſam velit eſſe ſolutum: ꝙ videtur eſſe ſolutum in his nominibus quorum dies aut conditio venit. Quid ſi duo debita cadunt in vnum diem: in quod videtur eſſe facta ſolutio? Reſpon quòd videtur facta in grauiorem cauſam: & eſt grauior cauſa ſiue grauius debitum, quòd ſub ſatiſdatione debetur, quàm id, quod ſine ſatiſdatione debetur. §. ſequentem vide per teipſum. Apud Marcellum.] Debebas mihi centum ſoluenda per terminos: videlicet quolibet termino: xxv. tu tantùm ceſſaſti in ſolutione, ꝙ vſuræ aſcendunt vſque ad. xv. nunc venis & ſoluis. xxv. ego dico tibi quòd volo ea tibi deducere in ſortem & in vſuras. hîc quæritur vtrum omnia iſta. xxx. deducãtur in ſortem, ſcilicet. xxv. & quod ſupereſt, ſcilicet. v. deducentur in vſuras. An verò econtra? Reſpon. quòd primo deducuntur. xv. in vſuras: & quod ſupereſt, ſcilicet alia. xv. deducuntur in ſortem: vt ſic primo & ante omnia ſoluantur vſuræ: poſteà ſors. Rationem accipe in. l. ſequen. Franciſcus Accurſius.

Pecunia redacta ad uenditionem pignoris cõuertitur ad uſuras debitas, no ſolùm ciuiliter & naturaliter, ſed etiam naturaliter, tãtùm pro quibus erat obligatum, & æqualiter, non pro rata: licet ſummæ uſurarum ſint inæquales: & ſiquid ſupereſt, conuertitur in ſortem: ſed pecunia ſimpliciter ſoluta per debitorem non conuertitur in uſuras ciuiliter non debitas, licet naturaliter tantùm debitas, ſed in ſortem. ſi autem ſunt debitæ ciuiliter & naturaliter: tunc prius in uſuras: & ſiquid ſupereſt, conuertitur in ſortem, etiam ſi creditor copulatiuè dicat ſe recipere, tam pro ſorte, quàm pro uſuris. Pau. de caſtro.

Imperator Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit, cum dictis pignoribus creditor pecuniam redegit, ſi ſint vſuræ debitæ [m], & aliæ indebitæ [n], quod ſoluitur [o] in vſuras [p], ad vtranque cauſam vſurarum, tam debitarum, quàm indebitarum [q] pertinere: puta cùm quædam earum ex ſtipulatione, quædam ex pacto naturaliter debeantur. Si verò ſumma vſurarum debitarum & indebitarum non eadem ſit, æqualiter ad vtrãque cauſam proficit quod ſolutum eſt, nõ pro rata [r]: vt verba [s] reſcripti oſtendunt. Sed ſi fortè vſuræ non ſint debitæ [t], & quis ſimpliciter ſoluerit quas omnino non erat ſtipulatus [v]: Imperator Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit, vt in ſortem cedant. Eidem autem reſcripto ita ſubijcitur: Quod generaliter conſtitutum eſt, prius in vſuras nummum ſolutum [x] accepto ferendum: ad

h In grauiorem cauſam.] quę ſit grauior, dic vt. ſ. l. j. & l. proxi. & j. e. ſi quid ex famoſo. & l. cùm ex pluribus. Sed contrà. C. eo. l. j. & de vſuris. l. ſi vſuras. ſolu. hic in pluribus principalibus. & eſt ratio, vt no. in dicta. l. ſi vſuras. Accur.
i In antiquiorem.] Qualiter accipiatur antiquior: dic vt. j. eo. l. ſi ex pluribus. §. fin. & l. vbi fideiuſſor.
k Pura eſt.] i. ſimplex. non autem dicit ad differentiam conditionalis. & facit. ſ. l. proxi. in fi.
l Liberet.] ſi dicas quòd quilibet pro parte fideiuſſerat: expeditum eſt. ſi verò dicas quòd ſimpliciter, & ſic tenetur in ſolidum: vt inſti. de fideiuſſo. §. ſi plures. Adhuc dic ꝙ ſoluendo medietatem debiti pro vno eorum eum liberet, & alter remanet obligat⁹: ſi hoc fiat creditore volente. Item plus dico eo inuito: nec obſtat ꝙ nõ admittitur particularis ſolu. vt. ſ. de vſuris. l. tutor. §. Lucius. niſi in caſibus quos no. ſ. ſi cer. pe. l. quidam. quia illud eſt cũ ſuo nomine. hîc autẽ alieno, id eſt fideiuſſoris nomine ſoluebatur: & plerunque cõſequitur quis per alium quod per ſe non poteſt: vt. j. de accept. & per iuſiuran. §. & ſi fideiuſſori. vel dicas ꝙ hic nõ fuit ſolutio particularis, ſed ſolida. ſi enim erãt ambo fideiuſſores ſoluendo, non tenebãtur niſi viriliter ex beneficio epiſtolæ diui Hadriani: vt inſtit. de fideiuſſo. §. ſi plures. & C. de conſtit. pecu. l. fi. ſi ergo ſoluit pro vno dimidiam: ſoluit totum quod ille debebat. Aliud autem dicerem ſi alio non ſoluendo exiſtente velim ſoluere dimidiam pro illo qui eſt ſoluendo & eum liberare: quia non poſſum creditore inuito. & facit infrà eodem. l. quoties. & ſuprà, de fideiuſſo. l. ſi ſtipulatus. §. finali.
m Debitæ.] ciuiliter & naturaliter.
n Indebitæ.] ciuiliter: ſed debitæ naturaliter.
o Soluitur.] ab emptore pignorum.
p In vſuras.] id eſt, quod de iure videtur ſolui in vſur. vt. ſ. de pig. act. l. cum & ſortis.
q Indebitarum.] vbi par ſumma eſt vtrarunque vſurarum. ſcilicet pro rata.
r Pro rata.] Arg. contrà. j. eo. pupilli. §. pe. & ſ. de dam. infec. ſi finita. §. cùm autem. & hoc ſi creditor non eligit: quod poteſt: vt. j. eo. Paulus. §. Paulus.
s Verba.] quæ non habemus.
t Non ſint debitæ.] nec ciuiliter nec naturaliter: & tunc conſonat. ſ. de condi. indebi. ſi non ſortem. in prin. in eo quod dicit, ſi ſorti debitas &c. & ſecũdum hoc rectè legitur hæc litera: quia ſimpliciter ſoluit vſuras non dicendo quas vel in quas omnino &c. Alij dicunt ꝙ non ſunt debitæ per ſtipulationem, ſed nudo pacto ſic. ſ. eo. & j. eo. & tunc applica hunc verſum principio, non ſunt debitæ quas omnino &c. vel fini. in ſortem cedant quas omnino &c. id eſt quia omnino &c. Si aũt rectè legeris: ſcilicet ꝙ ſimpliciter in vſuras ſoluiſſet quas omnino non promiſiſſet: tunc non in ſortem, ſed in vſuram naturaliter debitam cederet: vt in fine huius. §. Dices ergo ſimpliciter, id eſt non dicendo in ſortem vel vſuras. Nec obſtat. C. de vſuris. l. ſi vſuras. C. eo. l. j. quia ibi naturaliter & ciuiliter debentur, hîc verò vel nullo modo ſecundum primum intellectum, vel naturaliter tantùm ſecundum alium, vt &. j. ſtatim dicitur.
v Non erat ſtipulatus.] ſcilicet creditor. vel, id eſt non promiſerat debitor. ſic. ſ. de condi. indebi. ſi non ſortem. §. ſi decem.
x Solutum.] ſimpliciter.

Exoluere.

a ❡ Exoluere.] actionis iure, vel pignoris retẽtione: vt. C. de vſuris. l. ſi vſuras. Accurſius.

b ❡ Conuentione.] quæ peti non poterat.

c ❡ Repeti.] naturali cauſa inhibente repetitionem: vt. C. de vſuris. l. iij. & l. per retentionem. Accur.

eas vſuras videtur pertinere, quas debitor exoluere [a] cogitur. Et ſicut ex pacti cõuentione [b] datæ, repeti [c] non poſſunt: ita proprio titulo non numeratæ [d], pro ſolutis, ex arbitrio percipientis non habebuntur [e].

❡ *Quando mens legis eſt certa: de ordine non curatur. Barto.*

❡ Apud Marcellum [f] libro. xx. Digeſtorum quęritur, ſiquis ita cauerit debitori, in ſortem & in vſuras eius ſe accipere: vtrùm pro rata et ſorti & vſuris decedat: an verò priùs in vſuras: & ſiquid ſupereſt, in ſortẽ? Sed ego non dubito, quin hæc cautio in ſortem & in vſuras admittatur: ſed priùs in vſuras, & tunc deinde ſiquid ſuperfuerit, in ſortem cedat.

Paulus. LEX VI.

NEc enim ordo † ſcripturæ [g] ſpectatur, ſed potiùs ex iure ſumitur id, quod agi videtur [h].

❡ *In cauſam quæ maius periculum comminatur: in dubio ſolutum uidetur. Bal.*

Vlpianus. LEX VII.

SIquid ex famoſa [i] cauſa & nõ famoſa [k] debeatur: id ſolutum videtur, quod ex famoſa cauſa debetur. Proinde ſiquid ex cauſa iudicati [l] & non iudicati debeatur: id putem ſolutum, quod ex cauſa debetur iudicati. & ita Pomponius probat. Ergo ſi ex cauſa quæ inficiatione creſcit, vel pœnali [m] debetur: dicendum eſt id ſolutum videri, quod pœnæ habet [n] liberationem.

❡ *Hanc legem intellige, quando neuter eligit in continenti. ſed ſi debitore non eligente, creditor incontinenti eligeret, poſſet eligere unam tantum. Pau.*

Paulus. LEX VIII.

ILlud non ineleganter ſcriptum eſſe Pomponius ait, ſi par & dierum [o] & cõtractuum [p] cauſa ſit, ex omnibus ſummis pro portione [q] videri ſolutum.

❡ *Si ſeruus eſt adiectus: non poteſt ſolui domino. Bartolus.*

d ❡ Non numeratæ.] vt. ʒ. §. ſed ſi fortè. duobus ergo modis hoc expone, vt ibi diximus.

e ❡ Non habebuntur.] aliter eſt cũ creditor pignus vẽdit: vt ј. e. Paulus. §. j. quæ eſt cõtrà. & l. creditor. §. j. & ʒ. ea. l. §. Imperator.

f ❡ Apud Marcellum.] adiunge cum. l. ſeq.

g NEc enim.] Scripturæ. No. ordinem nõ curari. ſic. ʒ. de pe. l. quidam. & de dã. infec. ſi finita. §. ſi plures. Sed ar. contrà. ʒ. de fideicom. lib. generaliter. §. ſiquis alienum. & in aut. de hæredi. & fal. §. in ordinatum. & ʒ. ad Trebel. l. hęredes. §. fi. & de vul. ſub. l. ij. §. prius. & de ſtipu. ſer. l. ſi communis ſeruus. & de leg. ij. cùm pater. §. à te.

† An ordo ſit curãdus addo gloſ. videndã in c. j. §. itẽ ꝙ ad dictas. de colla. in prag. in verbo, ordinẽ.

h ❡ Videtur.] id autẽ agi videt, quod priùs acceſſit: deinde principale computetur: cùm hoc ius deſideret. vt ſupra. l. proxi. §. eidẽ autem.

SIquid.] CASVS. Tu debebas mihi centũ ex cauſa furti. itẽ debebas mihi alia centũ cauſa vẽditionis. tu ſoluis: & nullus noſtrum exprimit in quã cauſam ſoluatur. certè dicitur hîc, ꝙ videtur eſſe ſolutum in cauſam furti: quia eſt grauior. item ex cauſa iudicati & nõ iudicati debitum videtur eſſe ſolutum in cauſam iudicati. Item debebas mihi decem ex cauſa legis Aquil. & alia decem cauſa venditionis. certè ſi ſoluas nullo noſtrũ exprimente in quam cauſam ſoluatur: videtur eſſe ſolutum in cauſam legis Aquil. quia creſcit per inficiationem. Frã. Ac.

i ❡ Siquid ex famoſa cauſa.] vt furti & tutelę.

k ❡ Non famoſa.] vt ex illis contractibus qui non infamãt. & facit. ј. de regu. iuris. l. ſi in duabus. & ſuprà, de ſuſpec. tuto. l. hæ enim. Accurſius.

l ❡ Iudicati.] quæ durior eſt ꝓpter vſuras maiores: vt. C. de vſur. rei iudi. l. j. & iij & propter id qđ dicit̃. C. de execu. rei iudi. l. ſi cauſam.

m ❡ Pœnali.] ex conuentione forte.

n ❡ Habet.] facit. ʒ. eo. cùm ex pluribus. & ʒ. eo. l. j. & iiij.

ILlud non.] CASVS. Titius debebat mihi viginti ex cauſa venditionis: itẽ alia viginti ex cauſa locationis: & omnia iſta debebat mihi ſoluere in vno die. ſoluit viginti quæ recipio, & nõ dicit in quam cauſam ſoluat, neque ego. dicitur hîc quòd media pars ſcilicet deducentur in cauſam vẽditionis, & decem in cauſam locationis pro æquali portione. ſeq. l. eſt plana. Fran. Accur.

o ❡ Et dierum.] ſecus ſi antiquior ſit aliqua: vt. ʒ. eo. in his. in prin.

p ❡ Contractuum.] quia ex nullo infamia contingit, vel ex quolibet: vt. ј. de reg. iuris. l. ſi in duabus. qui autem contractus infament, habes. ʒ. de ijs qui not. infa. l. j.

q ❡ Pro portione.] nec curo an vna ſumma ſit maior quàm altera: vt dicta. l. ſi in duabus. Accur.

Vlpianus. LEX IX.

SI ſtipulatus ſum mihi, aut Sticho ſeruo Sẽpronij ſolui: Sempronio ſolui non poteſt, quamuis dominus ſerui ſit [r].

❡ *In obligatione quantitatis uel ſpeciei, certè ſolutio partis liberat à parte: ſecus in obligatione generis: niſi in eadem re reliqua pars ſoluatur. Bartolus.*

❡ Qui decem debet: partem [s] ſoluendo, in partem obligationis liberatur [t], & reliqua quinque ſola in obligatione remanent. Itẽ qui Stichum debet, parte Stichi data, in reliquam partem tenetur, Qui autem hominem debet: partẽ Stichi dando, nihilominus hominem debere non deſinit: denique homo adhuc ab eo peti poteſt. Sed ſi debitor reliquam partem Stichi ſoluerit, vel per actorem ſteterit, quò minùs accipiat: liberabitur [v].

❡ *Adiectus nullo modo poteſt liberare, niſi recipiendo ſolutionem. Bar.*

Paulus. LEX X.

QVod ſtipulatus ita ſum, Mihi aut Titio: Titius nec petere, nec nouare, nec acceptum facere poteſt: tantumque ei ſolui poteſt [x].

❡ *In ſolutione quæ ad commodum pupilli non cedit: tutoris authoritas non requiritur. Bar.*

Pomponius. LEX XI.

SI ſtipulatus fuero mihi aut pupillo [y] dari: promiſſor ſine tutoris authoritate ſoluendo pupillo, liberatur à me [z].

❡ *Solutio facta uero procuratori, uel etiam adiecto ad ſolutionem recipiendam, liberat ſoluentem. idẽ ſi ei qui ſemel fuit procurator, ſed poſteà fuit reuocatus, ſi ſoluens ignorabat reuocationem: ſecus ſi ſciebat. poteſtas tamen data adiecto ex forma contractus, reuocari non poteſt. item: facta ei, qui nunquam fuit procurator, adhuc liberat, ſi habet ratam per creditorem. & ad hoc ut non incidat in pœnam ille, qui de rato promiſit: debet incontinenti ratam habere, poſt quàm ſciuit eam factam: cum moderamine tamen: quod iudicis arbitrio relinquitur. Pau.*

Vlpianus. LEX XII.

VEro procuratori rectè ſoluitur. Verùm autem accipere debemus eum, cui mandatum

r SI ſtipulat⁹.] Sit. niſi voluntate ſerui: vt. ј. eod. Stichum. §. vſumfructũ. & ʒ. de condi. & demon. l. qui hæredi.

s ❡ Partem.] vt quinque. Accur.

t ❡ Liberatur.] Arg. contrà. ʒ. de verbo. obliga. Iul. §. j. ſed dic vt ibi, & recolas qđ not. ʒ. de verbo. obli. l. ij. in princip.

v ❡ Liberabitur.] ſi poſteà res perierit ſine culpa ſua: vt. ј. eo. l. qui decem. in princip. & facit. ј. eo. l. qui hominem. §. j.

QVod ſtipulatus.] CASVS. Cùm ſtipulor mihi aut alij alternatiuè: alius nec nouare nec petere nec acceptũ facere poteſt: ſed tantũ ei ſolui poteſt. l. ſeq. plana eſt. Fran.

x ❡ Solui poteſt.] vt ʒ. titu. j. l. cui rectè. nec poteſt ei cõſtitui: vt. ʒ. de conſtitu. pecu. l. ſed & ſi. §. ſi mihi.

y SI ſtipulatus fuero.] Pupillo. pubertati proximo. & facit. ʒ. ſi ſtipulatus. j. rñ.

z ❡ A me.] quia ſolutionis non obligationis cauſa adiectus eſt. tũc enim non liberaretur, ſi obligatio eſſet acquiſita pupillo: niſi cũ authoritate tutoris. Itẽ ј. eo. ſi ſeruus dare decem. contra. Sol. vt ibi. Accurſius.

VEro procuratori.] CASVS. Hæc lex quatuor principaliter dicit. Primò dicit, quòd ſiquis ſoluat meo procuratori cui ſpecialiter mandaui vt pecuniam reciperet: vel cui omnium negotiorum adminiſtrationem dedi: liberatur. Secundò ibi, interdum tamẽ. dicit, quòd aliquando licet non ſit quis procurator: ſi tamen ei ſoluatur, liberatur debitor: ſicuti contingit quãdo quis ſtipulatur ſibi aut Titio: nam ſoluendo Titio liberatur debitor. Tertiò dicit. Pone, ego debebam tibi decem: tu mandaſti mihi quòd ea Titio ſoluerem: poſteà pœnitens mandaſti, quòd non ſoluerem Titio. ego autem ignorans te vetuiſſe, ſolui. certè liberor. ſi autem ſciuero: non liberor. Secus eſt ſi aliquis ſtipulatur ſibi aut Titio: quia licet prohibeat ſtipulator ne Titio ſoluatur: non eo minus ei ſoluendo liberatur debitor: quia ſtipulatio iſta habuit tacitam conditionem, vt ei poſsit ſolui, quam conditionem ſtipulator non poteſt mutare. Quartò dicit: licet non ſoluat quis vero procuratori: ſi tamen dominus: id eſt creditor ratum habeat, liberatur debitor, & debet habere ratum ſtatim poſt, quàm ſcit. quod qualiter accipiendum eſt habetur in. l. ſequen. Franciſcus Accurſius.

a ¶ Specialiter.] vt &. ʒ.eo.l.hoc iure.
b ¶ Administratio.] & libera secundum quosdam, non aliàs: vt argu.ſ.de pcurato.l.pcurator cui.&.l.seq.&.l.procurator.&.l. mādato.& insti.de rerū diui.§.nihil.sed tu dic etiā nō libera: vt hic, &.ʒ.e. qui hominem.§.si Titius.&.l.solutā.&.ſ.de cōdi.indebi.l.si procurator.in princ.&.§.idem Labeo.ver. Celsus. & ſ.de pac.l. qa & solui. &.ʒ. de iniur.l.sed si sovnius.§.procuratorē. Sed an psonis illis quę sine mādato agunt, solui poterit? Respon. nō: vt.ʒ.iudi.sol.l.iij.§.sed si fortè ex liberis. In quibusdam tamen casibus exigitur speciale mādatum: vt.ſ.de procu.l.Pomponius. Acc.
20 c ¶ Nō procuratori.] Argu. contra eos, qui dicūt adiectum teneri actione mandati: & dicunt mandatū interuenire etiam in absentia, licet non per nūcium vel epistolam: qđ est contra naturā mandati: vt.ſ.de procura-30 to.l.j.& pro eis est.ſ. de verbo.obliga.l.Iul. §.j. Accursius.
d ¶ Cuius.] subaudi illi, cuius nomē stipulationi &c. Accur.
e ¶ Sed & siquis.] scilicet creditor.
f ¶ Liberor.] ad hoc facit.ſ.de offi. præsi.l. 40 si fortè.& instit.manda.§.idem si adhuc.& ʒ.eo.l.cùm quis.§.j.& ibi plenius dices.&.ſ. ad Macedo.l. si autem sciente. Sed argu. contrà.ſ.de manu.vin.l. si pater.
g ¶ Mihi.] authori legis.
50 h ¶ Non potuit stipulator.] nisi vt.ʒ.eo. l.cùm quis.in princ.& l.si quis stipulatus fuerit decem in melle.§.j. & facit.ʒ.eo.l.aliud. & adiūge huic legi duas sequentes. Accur.
i ¶ Comparatur.] ad quod est.ſ.de vi & vi 60 ar.l.j.§.sed & cū qs. &.ʒ.de regu.iur. l. hoc iure.§.j.&.ʒ.eo.solutā. &.ſ.de iudi.licet. Sed argu.contrà.ſ.de his qui not.infa.l.quid ergo. Accur.

est vel specialiter [a], vel cui omniū negotiorum administratio [b] mandata est. Interdum tamen & non procuratori [c] rectè soluitur: vt puta ei, cuius [d] stipulationi nomē insertum est: veluti si quis stipuletur, sibi aut Titio.

¶ *Mandatum potest reuocari, sed non facultas soluendi adiecto. Bar.*

¶ Sed & si quis [e] mādauerit, vt Titio soluam, deinde vetuerit eum accipere: si ignorās prohibitum eum accipere, soluā, liberor [f]: sed si sciero, nō liberor. Alia causa est: si mihi [g] proponas stipulatum aliquem sibi aut Titio. hic enim etsi prohibeat me Titio soluere, soluendo tamen liberabor: quia certam conditionem habuit stipulatio, quam mutare non potuit stipulator [h]. ¶ Sed etsi non vero procuratori soluam, ratum tamen dominus habeat, quod solutum est: liberatio contingit. Rati enim habitio mandato comparatur [i].

al. Iuli. Iulianus. LEX XIII.

Ratum autem habere dominus debet [k], cùm primū certior [l] fact⁹ est. sed hoc ὠπλάτει cū quodam spatio tēporis accipi debet: sicut in legato [m], cùm de repellendo quæreretur, spatium quoddam temporis assumitur, nec minimum, nec maximum, & quod magis intellectu percipi, quàm elocutione exprimi possit.

Vlpianus. LEX XIIII.

Quod si fortè quis ita soluat, vt nisi ratum habeatur, cōdicat: si dominus solutionem ratā non habuerit, condictio ei qui soluit, competit [n].

¶ *Solutio facta tutori, qui non administrat, potest tamen administrare si vult: liberat soluentem. sec⁹ si non potest administrare, quia est sibi interdicta administratio per legem, aut per iudicem uel testatorem. solutio uerò facta ei, qui potest ab administratione repelli, non tamen est repulsus, adhuc liberat soluentem. Paulus de castro.*

¶ Sunt quidam tutores, qui honorarij [o] appellātur: sunt qui rei [p] notitiæ gratia dātur: sunt qui ad hoc dantur, vt gerant [q]: & hoc vel pater adijcit, vt vnus puta gerat: vel voluntate tutorum vni committitur gestus: vel prætor ita decernit. Dico igitur, cuicunque [r] ex tutoribus fuerit solutum, etsi honorarijs, (nam & ad hos [s] periculum pertinet) rectè solui [t]: nisi interdicta eis fuerit à prætore administratio [v]. Nam si interdicta est, nō rectè soluitur. Idē dico, & si sciēs quis suspectis postulatis soluat. nā his interim videtur interdicta administratio [x]. Quòd si iam remoto soluerit ei, qui tutor esse desierat, non liberabitur. Quid ergo si soluit ei, cuius ī locū curator erat constituēdus [y], vtputa relegato in perpetuum vel ad tempus? Dico, si antè soluit, quā substitueretur [z] curator [a], oportere liberari. ¶ Sed & si ab futuro causa reipublicæ soluerit: rectè soluit: quinimò et si absenti [b] soluit: si modò nō est ali⁹ in locum eius substitutus. Siue autem legitimi sint, siue testamentarij, siue ex inquisitione dati, rectè vel vni [c] soluitur. ¶ Ei qui notitiæ gratia datus est, an rectè soluatur, videndum est: quia ad instruendos contutores datur. Sed cùm tutor sit: nisi prohibitum fuerit [d] ei solui, puto liberationem cōtingere [e]. ¶ Curatori quoq; furiosi rectè [f] soluitur. Item curatori non sufficientis [g] sibi, vel per æta-

k ¶ Ratum.] Domin⁹ debet. vt non committatur stipulatio ratam rem dominum habiturum contra procuratorem, cui est solutum. & est ad hoc.ʒ. rem 70 ra. ha.l.quo enim.in prin.&.ſ.ad Macedo.l.si filiusfami.
l ¶ Certior.] certus de pecunia soluta.
m ¶ In legato.] neutraliter potest legi, vt si penum hæres non dederit decem dato? vt suprà, ad legem falc.l.j.§.item si talē. Item aliud exemplum: vt suprà, de adi.lega.l.iij.§.si quis Titio. Item aliud: vt suprà manda.l.si hæreditatem.§.j. Et aliud vt suprà, de statulibe.l.si peculium seruo.in fi. Item in masculino genere legi potest, vt si potuit redire Titius legatus: vt suprà, quibus ex causis maio.l.si cui.in prin.&.§.fina.& de iudicijs.l.ij.§.planè.& infrà, de re mili.qui commeatum.in prin.
80 ¶ Quod si fortè.] CASVS. Debebam Titio decem: tu venis ad me, & dicis. Titius mandat tibi, quòd des mihi decem, quæ ei debes. ego dico, ostende literas suas siue procuratoriū. tu respondes: ego promitto tibi, quòd ipse habebit ratam solutionē: solue mihi audacter. dixi: sum contentus tibi soluere sub tali conditione, quòd si Titius creditor meus non habeat ratum, quòd condicam à te istam pecuniam: & bene, dixisti, fiat. Titius creditor non habet ratam solutionem. certè ego potero cōdicere pecuniam istam à te. ¶ Sunt quidam.] Iste.§. benè distinguit genera tutorum: & breuiter dicit, quòd omnibus tutoribus qui hic enumerantur, rectè soluitur. Cætera satis plana sunt cū.§.sequen.& vsque in fi.legis. Franciscus Accursius.
n ¶ Competit.] facit.ſ.de condi.indebi.l.ij.in princi.& de condi. ob cau.l.si procuratori.& C.de cōdi.indebi.l.creditoris.
o ¶ Honorarii.] scilicet 10 cet sui honoris gratia dati: vel dic, id est à prætore dati: sicut dicitur honoraria actio à prætore inuēta. & pro hoc est insti.de iure naturali.§.prætorum. prima placet, non secunda: quia non distinguitur inter eos, qui dant 20 tutores. tuebitur ergo hic tutor, ne aliqs vexet pupillum iniustè. Accur.
p ¶ Qui rei notitiæ.] vt liberti: vt.C.de pericu.tut.l.j.
q ¶ Vt gerant.] id est habeant necesse gerere. honorarij verò nō 30 coguntur gerere: sed possunt si velint, nisi sit eis interdictum: coguntur tamen repellere malè gerentes: vt habes hîc: &.ſ.de admi. tuto.l.iij.§.si parēs.& §.tantundem.& facit insti.de satisda.tu.§.ij.&.ſ.de admini.tu.l.Ti 40 tium.j.respon.
r ¶ Cuicunque.] etiam nō gerenti: vt.ſ. de acquiren.hære.l.pupillum.& sic est cōtrà.ſ.de aut.tu.l.& si pluribus. Solu.ibi nō fuit concessa, sed denegata administratio. Itē etiā reo capitis postulato: 50 vt.ʒ.e.l.quāuis.in fi.
s ¶ Ad hos.] interpositio est.
t ¶ Rectè solui.] sec⁹ in procura.vt.ʒ.eod.l. debitores.
v ¶ Administratio.] & aliquando interdicitur expressim. Itē aliquando tacitè, vt si cō 60 mittatur alij. vt ergo prohibitione administrationis prohiberi videtur sol.ita & ex concessiōe vī ei soli pmitti, cui soli administrationem concedo: vt &.ʒ.iudi.sol.si quis apud.§.ij.&.ʒ.de ritu nuptia.si quis tutor.§.ij.
x ¶ Administratio.] vt &.C.de suspec.tu.l.eum quem.& insti.de su 70 spec.tuto.§.si quis autem. Accur.
y ¶ Constituendus.] præsens ergo erat adhuc: aliàs contrà. vt.ſ.de tutoribus & cura.da.ab his.l.curator. Item maior infante. aliàs contrà: vt.ſ.qui pe.tu.l.ij.
z ¶ Substitueretur.] quia non desinit tutor esse: vt probatur.ſ.de administratio.tutorum.l.fine hærede.§.fina. nam nec amittit ciuitatem vel libertatem: vt.ʒ.de interdic.& releg.l.relegatorum.§.hæc differentia. Accursius.
a ¶ Curator.] & sic ei præsenti.
b ¶ Absenti.] reipublicæ causa tutori.
80 c ¶ Vel vni.] omnia fiunt etiam cum vno: nisi vt.C.de autho. præstan.l.finali.
d ¶ Fuerit.] facit.C.de pericu.tu.l.j.
e ¶ Contingere.] hoc si cum iudice facta fuerit solu.vt.C.de admini.tuto.l.sancimus. secundum quosdam. Tu dic etiam sine eo: sed datur restitutio: vt insti.qui.alie.li.§.nunc admonendi.
f ¶ Rectè soluitur.] vt &.ſ.de cura.furio.l.consilio.§.fi.
g ¶ Non sufficientis.] his casibus soluitur secundum distinctionem illam,

illam, cùm soluitur pupillo &c. vt no. C. si aduer. sol. l. j. & institu. qui. alie. licet. §. nunc admonendi. & facit. j. l. proxi.
a ¶ Causam.] quia datus est bonis. & facit suprà, de acquir. hære. l. pupillus.
b ¶ Pupillum.] & sic non repetit: vt &. s. si cer. peta. l. non omnis. §. si pupillus. Sed contrà. s. de condi. inde. interdũ. Solu. hîc tale debitum erat, quod expediebat pupillo fore solutum, ibi naturale debitũ tãtum erat: vel hîc vsurariũ: ibi non. vel vt ibi. Et adde distinctionem quam not. C. si aduer. sol. l. ij.

tem, vel per aliam iustam causam [a], sed & pupilli curatori rectè solui constat. ¶ Pupillum [b] sine tutoris authoritate nec soluere posse palàm est. Sed & si dederit nummos, non statim fient accipientis vendicarique poterunt. Planè si fuerint consumpti nummi, statim liberabitur.

¶ Pupillus soluendo sine tutoris authoritate, non transfert dominium pecuniæ, quia non potest alienare: & ideo non liberatur, nisi pecunia posteà consumatur: quia tunc consolidatur solutio, & uidetur à principio fuisse translatum. itẽ pupillo sine tutoris authoritate non potest solui, ut soluens liberetur ipso iure. sed si pecunia est salua, uel conuersa in utilitatem pupilli, liberatur ope exceptionibus. Pau.

Vlpianus. LEX XV.

PVpillo solui sine tutoris authoritate non potest. Sed nec delegare [c] potest: quia nec alienare vllam rem potest. Si tamen soluerit ei debitor, & nummi salui sint [d]: petentem pupillum doli mali exceptione debitor submouebit [e].

¶ Debitor conditionalis solutione uera uel ficta, tunc liberatur uerè, quando conditio extiterit, retro tamen fingitur liberatus. Bar.

Pomponius. LEX XVI.

SVb conditione debitor, si ei accepto feratur, posteà conditione existente intelligitur iam olim [f] liberatus: & hoc [g] etiam si solutio re fiat, accidere [h] Aristo dicebat. Scripsit enim, siquis sub conditione pecuniam promisit, deditque eam ea conditione, vt si cõditio extitisset, in solutũ cederet: existente cõditione liberari eum: nec obstare ei, quòd antè eius pecunia facta est [i].

¶ Si procurator pecuniam domini soluat suo nomine, neuter liberatur: sed cõsumpta pecunia liberatur ipse, non dominus. Pau.

Idem. LEX XVII.

CAssius ait, si pecuniam alicui dedi, vt eam creditori meo solueret: si suo nomine [k] dederit [l], neutrum liberari: me, quia non meo nomine data sit: illum, quia alienam dederit: cæterùm mandati [m] eum teneri. sed si creditor eos nummos sine dolo malo cõsumpsisset: is qui suo nomine [n] eos soluisset, liberatur: ne si aliter obseruaretur, creditor in lucro [o] versaretur.

¶ Si ad reuocationem mandati sufficit unum: illud ignorari oportet debitore soluente. si requiruntur duo sufficit ignorari unum, ut liberatio competat: licet recipiens scienter furti teneatur. Bartolus.

Vlpianus. LEX XVIII.

SIquis seruo pecunijs exigendis præposito soluisset post manumissionem: si quidem ex con-

PVpillo.] CASVS. Pupill' nõ potest accipere debitũ sine tutoris authoritate. Sed ponamus, ꝙ pupillus nõ petit debitum, sed delegat alteri: an hoc facere possit? Respon. ꝙ nõ. Si tamen aliqs pupillo soluerit, & posteà iterum pupillus petat: si nũmi soluti sunt salui, pupillus repellitur doli mali exceptione. Fran. Accursius.
c ¶ Sed nec delegare.] vt debitor liberetur, etiam si nummi accipientis fiant. & facit. s. titu. j. l. nouare. §. pupillus. in procuratore dic: vt. j. e. l. debitores.
d ¶ Salui sint.] hoc qualiter intelligitur, habes. j. eo. in pupillo.
e ¶ Submouebit.] ne iuris occasione trahat ad iniquum cõpendiũ, vt. C. pro emp. l. eum. et facit. s. l. proxi. §. pe. & quod ibi not. item facit. s. de except. in pupillo. & de excep. do. apud Celsum. §. siquis.
SVb cõditione.] CASVS. Debebam tibi decem sub cõditione, si nauis ex Asia venerit tu me ante conditionem existentem liberasti. post existit conditio. certè videor liberatus fuisse eo tempore, quò me liberasti. Idem est in solutione facta ante conditionis aduentum: quia conditione existente videtur debitor liberatus eo tempore quo soluit. Franciscus Accursius.
f ¶ Olim.] licet aliud sit in veritate: quia tantum condict. existente obligatur, & per consequens liberatur. nec enim liberatur antè, quã obligetur: vt infrà, de accep l. quod in diem. & argumen. suprà titu. j. l. quoties. §. sed si id. & idem intelligo in sequenti casu: quia demum existente condi. liberatur in veritate: licet fingatur tempore traditionis pecuniæ liberatus. Hoc autem [a] quòd intelligatur iam olim liberatus in primo casu. l. prodest: quia si tempore acceptilationis nullos habebat creditores, & tempore conditionis habet multos, non possunt per Paulianam reuocare liberationem, quasi in fraudem factam: quia fingitur liberatus antè, quàm isti essent creditores: & sic cessare fraudem. ad quod est suprà, quæ in frau. credi. l. j. in fin. Item in secundo casu non communicabitur hæc pecunia inter creditores, qui post traditionem pecuniæ cœperunt esse creditores, & missi sunt in possessionem bonorum, vtpote cùm diu sit, quòd verè vel fictitiè recessit de bonis debitoris. Item nota, quòd sicut fingit lex aliquid quod est impossibile: sic etiam potest fingere quod nullum est. & sic potest intelligi. C. de dona. inter virũ & vxorem. l. antepenulti. scilicet vt fingatur domina fuisse à tempore collatæ in eam donationis.

a Istam gl. not. ad hoc ꝙ alienatio facta ĩ fraudem futuri creditoris, non potest reuocari per Paulianam. hoc idẽ probatur in. l. j. C. de iure fisci lib. x. & ibi Bart. secũdũ vnã lect. istius textus. Bol.

g ¶ Et hoc.] scilicet ꝙ tempore alio liberetur pro vero, & alio liberatus fingatur: accidit etiam si solutio re &c. nam & in superiori casu imaginariè fit solutio: in inferiori fit re: vt insti. quibus modis tol. ob. §. item per acceptilationem. fingitur ergo liberatio tempore traditionis pecuniæ: sed pro vero existente conditione liberatur. Alij, vt H. dicunt sic: & hoc si solutio &c. scilicet quòd alio tempore traditur pecunia, & fit accipientis: & alio fingitur tradita: scilicet tempore existentis conditionis: quod non placet.
h ¶ Accidere.] aliâs accedere: & aliâs accidere.
i ¶ Facta est.] & sic fingitur liberatus: sed pro vero conditione existente liberatur. Item & fingitur liberatus tempore traditionis pecuniæ. hoc enim dicit hæc lex, siue dicas dominium pecuniæ translatum tempore traditionis, siue non. sed an dominium pecuniæ sit trãslatum cum pecunia traditur? Videtur hîc dicere, quòd sic. sed econtrà quòd non. s. de acqui. pos. l. qui absenti. §. siquis. quæ est contrà. Sol. hic non fuit facta: & quod dicitur facta est, id est facta fingitur: & secundum hoc duæ sunt fictiones hîc: prima quòd tunc fingitur liberatus. secũda ꝙ fingitur dominiũ pecuniæ trãslatum: sed pro vero non est trãslatũ. Alij dicunt econtrà. s. quòd hîc est translatũ statim. & quod in contrario dicitur ꝙ demũ existente conditione. s. de fictione: sed pro vero statim. vel hîc fuit data pecunia sub modo per vt, ibi sub cõditione per si. vel hic voluit facere pecuniã statim eius, cui dabat sub cõditione antecedẽdo in solutione. Ibi autẽ noluit rẽ fieri eius cui tradebat nisi conditio existeret. Nec obstat quod dicit: deditq; eã sub cõditione: quia cõditio fuit, vt cederet in solutũ: nõ autẽ in trãslatione dominij: & sic habetur, ac si simpliciter tradidisset: quo casu transit statim dominium: vt. s. de iure do. l. sed nisi. & secundũ hoc nõ obstat in eodem tit. de iure do. si ego. §. si res. &. s. de dona. l. ij. §. si pecuniam. & si cer. pet. l. nõ omnis. vel fortè aliud est in pecunia, quæ vsu cõsumitũ quã sit in specie. hæc nõ valet: vt. d. l. de dona. l. ij. §. si pecuniã. & facit. s. si cert. pe. l. nõ omnis. §. & cum pecunia. Ac.

CAssius ait.] CASVS. Debebam Sempronio centum aureos. dedi tibi hanc summam, vt eam Sempronio pro me solueres. tu nequam homo, quia fortè eidem debebas, dedisti hanc pecuniam tuo nomine, non meo. dicitur hîc, ꝙ neuter liberatur. ego non: quia non dedisti nomine meo. tu non: quia alienam pecuniã soluisti: tamen tu teneris mihi actione mandati, & etiam furti: tamen si creditor eos nummos cõsumpserit sine dolo malo: tu liberaberis, qui eos dedisti. Nam aliter si neque tu, neque ego liberarer: creditor lucrifaceret hanc pecuniam iniustè. Franciscus.
k ¶ Si suo nomine.] pro se, cùm & ipse deberet eidem.
l ¶ Dederit.] ad quod est. C. siquis alteri vel sibi. l. multum.
m ¶ Mandati.] & etiam furti: vt. j. de fur. siquis vxo. §. Iulia. & facit. suprà, manda. l. si verò non. §. dedi. & de nego. gesto. si pupilli. §. si quis pecuniam.
n ¶ Suo nomine.] sed antequam consumat, ratum habere possum: vt. C. de dona. l. si tibi. Accur.
o ¶ In lucro.] quod esse non debet: vt suprà, de condi. indebi. l. nam hoc natura.
SIquis seruo.] CASVS Habebam seruum Stichum fidelem hominem: quem misi in prouinciam quandam, vbi mihi debebatur magna summa pecuniæ, vt eam recuperaret. quædam debita recuperauit: quædam non. Interim ego manumisi Stichum: post manumissionem veniunt hi, qui non soluerant, & soluunt huic Sticho manumisso. quæritur nunc vtrum ipsi liberentur? Distinguitur vtrum ista debita quæ soluta sunt post manumissionem, fuerint contracta ex contractibus domini: an ex contractibus peculiaribus. primo casu necesse est, quòd ignorauerint eum debitores manumissum fuisse, quando soluunt ei. si verò hæc debita sunt facta ex contractibus peculiaribus, tunc non nocet debitoribus, si sciunt eum manumissum, quando soluunt. si tamen ignorent ei peculium esse adẽptũ: & in vtroque casu iste Stichus tenetur domino actione furti, si causa intercipiendi hanc pecuniam à debitoribus recipiat. & probat hoc ratione tali. nam si debitori meo mandauero vt pecuniam soluat Titio meo creditori: deinde vetuero Titium accipere: Titius autem simulans se procuratorem esse, hanc pecuniam recuperet. committit furtum: debitor tamen liberabitur. Fran.

a ¶ Sufficiet.] & necesse est.ad quod est.j.e.l.quod seruus.§.fi.aliàs si sciret mutatum statum,deberet credere mandatum reuocatum : vt institu.manda.§.& huic.

b ¶ Ademptum.]quia præsumitur q̃ non sit ademptum:vt.C. de pecu.eius qui me.liberta.l.j.& facit.s.pro emptore.l qui fundum.§. seruus.& de pac.si vnus. ibi,sic enim & his &c. &.C.e.l.si eum.&.s. de actio. & obli. serui.in 10 §.&.s.si cer.pe.l.eius. &.j.eo.quod seruus.j. respon. Accur.

c ¶ Vtroque autem casu.] id est cũ soluit ex contractu domini, vel causa peculiari, & liberatus est debitor.

d ¶ Domino facit.] id est debitori:quãuis 20 eam cogatur actori cedere si vult se tueri ex cep.creditori autẽ nõ potest acquiri:quia nihil vnquam in illa re habuit: vt.j.de furtis. l.si vẽdidero.§.si vnus. secundum quosdã. sed hæc gl.non videtur bona hĩc,cùm ibi loqua- 30 tur de cõditione furti: hĩc autem de actione furti. dabitur ergo creditori quãdo ab initio accepit,vt domino acquireret:licet postea interuerterit:& debitor liberabitur.ceterũ si ab initio habuit animum lucrandi,furtum 40 faciet domino in cuius permãsit dominio: vt.j.e.cùm quis.§.j.secũdũ quosdã. ad quod est.j.de fur.l.falsus.§.j. &. l.si is qui rem.§.Iulianus.

e ¶ Liberabitur.] si non animo interuertẽ di acceperit ab initio: 50 vt modo superiori casu nota.& facit.s.de p̃cura.l. si procurator. &.C.de fur.l.falsus.& j.e.l.cùm quis.§.j.&.s. e.l.vero procuratori.

Fugitiuus seruus.] CASVS. Stichus seruus meus à me fugiens surripuit mihi nummos quos dedit mutuo Titio.dicitur hĩc, q̃ Titius est mihi obligatus.si autẽ Titius existimabat hũc Stichũ liberũ esse, & ei soluerit:liberabitur à me.Quid autem si iste Stichus nõ recuperauit istos nummos,sed iussit Titium debitorem alicui alteri soluere,& id ratum habuit?Certè hoc casu non liberatur à me. & est ratio:quia primo casu,quando soluitur ipsi Sticho,intelliguntur nummi fieri mei,& quasi mihi soluti.alio verò casu non ita est, scilicet quando iussit alij soluere pecuniam.Fran.

tractu domini,sufficiet[a] q̃ ignorauerit manumissum.quòd si ex causa peculiari:quamuis scierit manumissum,si tamẽ ignorauerit ademptum[b] sibi peculiũ,liberatus erit. Vtroque autem[c] casu manumissus,si interuertendi causa id fecerit,furtum domino facit[d]. Nã & si debitori meo mandauero vt Titio pecuniam solueret,deinde Titium vetuero accipere:idq; ignorãs debitor,Titio simulãti se procuratorem esse,soluerit: & debitor liberabitur[e], & Titius furti actione tenebitur.

¶ *Solutio facta seruo fugitiuo ab ignorante, eum liberat,si pecunia soluta efficiatur domini. Bartolus.*

Pomponius. LEX XIX.

Fugitiuus seruus meus cùm pro libero se gereret[f], nummos mihi surreptos, tibi credidit. obligari[g] te mihi Labeo ait.Sed si eum liberum existimans, solueris ei:liberari[h] te à me.Sed si alij soluisses iussu eius,vel id ratũ habuisset, non liberari[i] : quia in priori casu mei nummi facti essent, & quasi mihi solutum intelligeretur. Et ideo seruus[k] meus quod peculiari nomine crediderit, exigendo liberabit debitorem[l] : delegando autem, vel nouando[m] non idem consequetur.

¶ *Si res non efficiatur perfectè creditoris,debitor non liberatur.Bar.*

Idem. LEX XX.

Si rem meã[n] quæ pignoris nomine alij obligata esset,tibi debitam[o] soluã,non liberabor : quia auocari tibi res possit ab eo qui pignori accepisset.

¶ *Quando duo tenentur eidem ad idem debitum,uno conuento, & etiam condemnato, si adhuc non soluit,non liberatur alter.eo autem soluẽte si alter tenebatur in subsidium, similiter nõ propriè liberatur,sed in obligationem non incidit.Paulus.*

Paulus. LEX XXI.

Si decem stipulatus à Titio,deinde stipuleris à Seio, quanto minus ab illo consecutus sis[p] :etiã si decem petieris à Titio, non tamen absoluitur Seius. Quid enim si condemnatus Titius nihil facere potest?Sed si cũ Seio prius egeris[q], Titius in nullam partem liberabitur[r]. Incertum quippe est, an omnino Seius debiturus sit[s]. Denique si totũ Titius soluerit : nec debitor fuisse videbitur Seius, quòd[t] conditio eius defecerit.

¶ *Intellige hanc legem in debitore paterno,qui contraxerat cum ipso patre: & tunc filius non potest eum liberare,etiam solutionem recipiendo,quia quantuncunque sit coniuncta persona, & possit agere pro patre,non tamen potest solutionem pro eo recipere.Paulus.*

Vlpianus. LEX XXII.

Filiusfamiliâs[v] patre inuito debitorem eius liberare non potest. acquirere enim obligationem potest, diminuere non potest.

¶ *Potest quis alium inuitum liberare soluendo pro eo,uel iudicium suscipiendo animo nouandi.Paulus.*

Pomponius. LEX XXIII.

f ¶ Se gereret.]non diu.aliàs desinerem possidere : vt.s.de acquir. possess.l.iij.§.si seruus.& ideo mihi non quæreret possessionem, sed 70 dominium:vt.s.de acqui.pos.l.j.§.sed & per eum.& de acquirẽ. re. domi.l.si seruus meus.&.l.homo liber. §. quicquid.Item non credit se liberum:vt supra,de acquiren.pos.l.per eum.§.per seruum.secundum quosdam.Sed quid ad Rhombum de possessione? non enim de possessione quærenda,vel dominio hĩc tractatur:sed de obligatione personali,quæ quæritur domino per seruum quantuncunque fugitiuum:vt.s.de verbo.obli.l.seruus vetitẽ.&.s.manda.si mandauero.§. fugitiuus.Accursius.

g ¶ Obligari.] facta consumptione. priùs autem habeo rei vendi. quia seruus non potuit dominium transferre:vt suprà,si certum pe- 80 ta.rogasti.§.fina.

h ¶ Liberari.]imò non videtur liberari:vt.j.e.l. qui hominem. §. si nullo.in fi.§.solu.hic credebat liberum:ibi seruum,quamuis non fugitiuum.vnde non debuit ibi temere soluere ei.vel ibi sciebat fugitiuum:hĩc non.cui solutioni videtur obstare princi.illius.§. Tertiò hĩc de æquitate liberatur:ibi de rigo: e non. vel ibi debebatur pecunia ex venditione:hĩc ex mutuo.& potest esse ratio : quia duo volebat ibi emptor,scilicet dominium rei,& se liberari.Hic autem tãtum liberari:quod facilius consequitur.vel non liberatur ibi,scilicet à rei vendi.Alij dicunt,quòd hic liberatur per exceptionem:ibi non,scilicet ipso iure.arg.s.si cer.pet.cùm fundus.§.j.vel secundum alios fortè aliud est in venditore qui de sola culpa tenetur,quàm in debitore qui soli creditori tenetur soluere:vnde cùm strictius hic teneatur, soluendo ipso iure liberetur:quod nõ placet.

i ¶ Non liberari.]sic s.si cer.pet.l.cùm fun- 10 dus.§.j.sed certè imò videtur quod sic:vt.s. manda.si mandauero. §.fugitiuus.Sol.vt ibi, vel dic aliud in venditore,qui de sola culpa tenetur , vt ibi , quàm in debitore q soli creditori tenetur soluere: quod non placet per.l.: 20 s.si cer.peta.cùm fundus.§.j.

k ¶ Seruus meus.] etiam non fugitiuus.

l ¶ Debitorem.]vt & s.titul.j.l. non ideo.& de pac.l.si vnus. circa princip.

m ¶ Nouãdo.]de hoc dic vt.s.titu.j.l. fin.in 30 princip.

n Si rem meam.] CASVS. Debebam tibi rem aliquam ex causa legati, vel alia causa.istam rẽ ego obligaui Titio:postmodum illam tibi solui: an liberer ? Respon. q̃ non:quia creditor cui 40 eam obligaui, potest eam à te auferre actione Seruiana vel hypothecaria.Fran.

n ¶ Si rem meã.]aut debeo speciẽ:& sic debeo dare,vt non possit vllo modo auelli vel euinci : aliâs non liberor:vt hĩc,&.j. eo. qui 50 sibi aut Titio.&.s.de acquir. pos.l.non videtur.& de statulibe.l. iij.§. siquis seruum.in fi.§.&.s.de act.emp.datio.j.responso.& de lega.ij.Mæuius.§. pe. & j.eo.qui res.j. respon. hoc forte nisi causa præcesserit obligatio- 60 nem:vt in eo qui peruenit ad libertatem:vt.s.de verbo.obliga.l. si seruum.§.sed & si fit quidam.in fine.§.si autem in genere, necesse est corpus sic solui,vt auelli non possit:vt.j.eo.l.cùm quis.§.qui hominem.&.l.qui decem.§.fi.Item no.vt.j.eo.etiam.&.l.qui sibi.sed fallit in casibus not.s.si cer.pet.quidam.

o ¶ Debitam.]puta ex legato.

Si decem.] CASVS. Stipulatus sum à Titio decẽ:posteà stipulatus sum à Seio hoc modo.Sei promittis mihi, q̃ solues quanto minus ex his decem fuero à Titio consecutus?ille promittit.facio conuenire Titium,& condemnari.certè Seius propter hoc non libe- 70 rabitur:quia fortè Titius non erit soluẽdo.si autẽ fecero prius conueniri Seium,certè Titius in nullo liberabitur:nã est incertũ,an Seius sit aliquid debiturus.Nam si Titius totum soluerit:certum est, q̃ Seius nunquam fuit debitor cùm promiserit sub conditione, si non totum fuero à Titio consecutus.cùm ergo totum sim consecutus:deficit conditio. Lex sequens plana est.Franciscus.

p ¶ Consecutus sis.]id est consequi poteris.

q ¶ Egeris.]& malè,quia primo Titium deberes conuenire. Accur.

r ¶ Liberabitur.]per conuentionẽ Seij inutilẽ siue pẽdet causa,siue absolutus sit Seius.Sed quid si de facto cõdemnatus fuit & exactus? 80 videtur teneri Titius,quasi actor ex sua astutia habeat.argu. s. de hære.ven.l.venditor ex.sed dic contrà per.l.s.si cer.pe.l.si.ij.respon. & facit.s.de verbo.obliga.l.decem.& de ijs qui deiec.vel effu.l.perceptione.&.j.de verbo.significa.l.si ita à te stipulatus.

s ¶ Debiturus sit.]ante Titium excussum.

t ¶ Quòd.]id est quia.

v ¶ Filiusfamiliâs.]facit C.de pactis.l.filius.&.C.de rebus credi. l.nec filius.&.s.quod quisque iur.l.iij.§.si filius.Accur.

Solutionem.

SOlutionem.] CASVS. Titius fecit conueniri debitorē ſuū in iudicio. Seius obtulit ſe pro debitore in iudicio, dicens ſe velle accipere iudicium pro iſto debitore. quæritur vtrum iſte debitor liberetur? Reſpon. quòd ſic, etiam inuitus & ignorans. Franciſcus Accurſius.

SOlutionem [a] † vel iudiciū pro nobis accipiendo, & inuiti & ignorantes liberari poſſumus.

Qui pro pluribus obligatus exiſtit, poteſt ſoluere pro quo uult: in dubio uerò uidetur ſoluiſſe pro eo, pro quo prius ſe obligauit. Pau.

Vlpianus. LEX XXIIII.

VBi fideiuſſor [b] pro duobus in dena fideiuſsit, obligatus eſt in viginti & ſiue.xx. [c] ſiue dena [d] ſoluerit, vtrūque reum liberabit. Sed ſi quinque ſoluerit, videamus quē ex reis releuet. In. v. erit ille releuatus de quo actum eſt [e]: aut ſi non appareat, antiquum debitum erit inſpiciendum [f]. Idem & ſi quindecim ſint ſoluta. ſi quidem appareat quid actū ſit in decem [g]: & alia [h] in quinque [i] erunt releuata. ſi verò non appareat: ex antiquiore contractu decē, ex alio quinque erunt releuata.

Qui ſoluit plus ſua parte pro hæreditatis portione, repetit illud plus: niſi portio cohæredis ſibi accreuerit. Pau.

Pomponius. LEX XXV.

EX parte hæres inſtitutus, ſi decem, quæ defunctus promiſerat, tota ſoluerit [k]: pro parte quidē qua hæres eſt, liberabitur: pro parte autē reliqua ea cōdicet. ſed ſi antè quàm cōdicat, ei accreuerit [l] reliqua pars hæreditatis: etiam pro ea parte erit obligatus: & ideo condicenti indebitum, doli mali exceptionem obſtare [m] exiſtimo.

Pretium perceptum ex uenditione pignoris uerè uel fictè, liberat debitorem: niſi uenditio retractabilis ſit. Pau.

Idem. LEX XXVI.

SI creditor fundum pignoratū vendiderit, & quantum ei debebatur. receperit: debitor liberabitur. Sed & ſi acceptum emptori pretium tuliſſet creditor, vel ab eo ſtipulatus [n] eſſet, debitor nihilominus liberabitur. Sed & ſi ſeruus pignoratus à creditore væn ierit: quandiu redhiberi poſsit, non liberabitur [o] debitor: ſicuti quolibet pignore vēdito, quandiu res inempta fieri poſsit [p].

Si in re ſoluta deficit aliquod ius: liberatio nō contingit. Barto.

Vlpianus. LEX XXVII.

ETiam circa ſtipulationē [q], & ex teſtamēto actionem, ſi res tradita fuerit, quæ debebatur, quā diu aliquid iuri [r] rei deeſt, adhuc tamen ipſa res petenda eſt: vtputa fundum poſſum petere, licet mihi traditus ſit, ſi ius quoddam cautionis ſupererit [s].

Soluentes falſo adminiſtratori liberantur, ſi pecunia conuertatur in utilitatem creditoris. Bartolus.

a Solutionem.] ſcilicet faciēdam à nobis. accipiendo alius in ſe pro nobis, id eſt ſol-10 uendo liberamur nos etiam inuiti & ignorantes: vt hîc, & ſuprà, de nego. geſto. l. ſoluendo. & inſtit. qui mo. toll. ob. in princip. & argumen. infrà eo. l. ſi debitor tuus. & .ſ. ti. j. ſi Stichum. §. fi. item iudicium accipiēdo a-20 lius pro nobis animo nouandi & transferēdi omnino iudiciū in ſe, liberamur inuiti: vt ſ. tit. j. l. delegare. & de in rem ver. l. ſi pro patre. ij. reſpon. & de interro. act. qui ex parte. & l. qui ſeruum. Et no. ꝙ talis eſt grammati-30 ca hîc in legendo, Titius nos audiuim⁹. ſed licet debitor ſit inuit⁹: creditorē tamen velle oportet. nam nemo eū agere cogit: vt. C. vt nemo inuitus. l. j. nec ſolutionem recipere: verū tamē poteſt offerri, cōſignari, & deponi: & ſic 40 inuito creditore liberatur debitor: vt. C. de vſu. l. acceptam. Item quod dicit alium ſuſcipientem iudicium pro alio, eum liberare inuitum: videtur contrà in aut. vt omnes obe. iudi. §. ſi verò alter. ibi, ſi quid ipſi &c. Solu. ibi 50 procuratorio nomine, non animo nouandi. vnde poteſt debitor alium conſtituere, & illum non habere etiā creditore inuito, vt ibi, & .ſ. fami. erciſ. l. planè. hic autem in rem ſuam procurator eſſe volebat, & animo nouandi. Item ad vtrunque videtur contrà. j. de reg. iur. l. inuito. & l. inuitus. Sol. illa in priuilegijs: vt dixi in. l. inuito. Item ſolutione liberor ipſo iure: vt inſtitu. quib. mo. tol. ob. in princip. ſed in iudicio liberor per exceptionem tantum ſecundū Al. vt. C. de pac. l. poſt ven. & de interro. ac. l. qui ex parte. vel verius dic, ꝙ ipſo iure, ſi agatur ab vtroque. nam & hic & aliâs aſsignantur vt paria ſolutio & iudiciū: vt hîc, & 60 ſ. ti. j. l. delegare. & de in rem ver. ſi pro patre. ſecundum Azo. Item hæc nouatio iudicio accepto olim præſumebatur, hodie non ſic: niſi exprimatur verbis: vt inſti. qui. mo. tol. obli. §. præterea. & quando fit nouatio, iurabit de calūnia talis procurator in rē ſuā: vt not. C. de iura. cal. l. ij. §. ſin autē reus. Itē an repetat à domino pro quo ſubijt iudicium? Reſpon. ſic, ſi eo animo acceſsit: aliâs non: vt. ſ. de interro. ac. l. qui ſeruum. vtrobique tamen iurat de calum. nam & fideiuſſor conuentus iurat: licet repetat à reo. Accur.

† Collige ex iſta lege quòd quis poteſt inuitus, & ignorans liberari: ſecus obligari: concor. text. in c. quæris. de conſe. diſt. iiij.

h ¶ Annus.] s. vtilis, intra quẽ poterat actor in integrum restitui. hodie quadriennium: vt.C.de temp.in integ.resti.l.fi. sed tunc opponitur: quomodo poterit præterire, cùm non potuit cõuenire fideiussorem: vt subijcit.&.ff.de diuer.præscrip.l.j. sed respõ. quòd mutat 80 casum ibi, & quidem &c. nã primo fuit potestas experiundi: & sic p terijt, exinde non fuit potestas experiundi: & sic non præterijt. & scũdũ hoc dices Iul. male dixisse, quia si præterijt annus, quia fuit ptãs experiũdi, & sic liberatur reus, p cõsequẽs & fideiussor ex pso na rei: vt.ff.de excep.l.oẽs. Alij, vt Azo, dicũt, annus.s.cõtinuus, nõ vtilis: propter id, quod subijcit, q nõ fuit ptãs experiundi: & sic tota litera de vno casu dicit. & bene dicit Iul. Nam cõstat q nec anno cõtinuo,

Pñs cõtra absentem quandoque restituitur.

† Aliâs, nõ habet vsufructu manente.

tinuo,nec biennio,nec etiam decennio cōtinuo liberatur fideiussor, si non fuit potestas experiundi:& ita nō currit vtilis annus:& potest esse quòd non est potestas experiundi cum fideiussore vel reo, quia fortè fuit absens,vel in dignitate positus,vel in simili casu:vt plures sunt.§.qui.ex cau.ma.l.j.§.j.vsque in fi.Item si potuit conuenire reū, licet nō fideiussorem: nunquid præterijt annus?Respon.sic.loquitur ergo cùm non potuit cōuenire fideiussorem, vel nec reū ex aliqua causa:& ita sicut contra reū,ita contra fideiussorem nomine rei restituitur intra vtilem annū:aliàs nō, cùm possem reum conuenire,& interrūpere:& per hoc fideiussoris obligationem: vt.C. de duobus reis.l.fi.

iussor liberetur? quod Iuliano nō placebat:& quidem si cum fideiussore experiundi potestas nō fuit [a]. Sed hoc casu [b] in ipsum fideiussorem ex edicto [c] actionem restitui debere:quemadmodum in eum fideiussorem [d],qui hominē promissum occiderit [e].

Si fideiussor debitori succedit:obligatio fideiussoria extinguitur:secus in pignore.Bar.

Qui pro te apud Titium fideiusserat, pignus in suam obligationē dedit.post idem [f] hæredem te [g] instituit. Quamuis ex fideiussoria causa non tenearis [h],nihilominus tamen pignus obligatum [i] manebit.At si idem [k] alium fideiussorē dederit,atque ita hæredem te instituerit:rectius existimari ait sublata obligatione eius pro quo fideiussum sit,eum quoque,qui fideiusserit,liberari.

Si pecunia deponatur per debitorem penes electum per creditorem:periculū est ipsius creditoris.sed si ipse debitor eligit: ita demum est periculum creditoris,si ipse fuit in mora percipiendi:secus si debitor fuit in culpa offerēdi,uel neuter fuit in mora uel culpa:qa tūc pertinet ad ipsum debitorem:sed in debito speciei hoc ultimo casu quando neuter fuit in mora uel culpa, periculum pertinet ad ipsum creditorē, cùm interitu speciei debitor liberetur.Pau.de cast.

Idem. LEX XXXIX.

SI solutus tibi pecuniam, iussu tuo signatam eam apud nūmularium, quoad probaretur deposuerim : tui periculi eam fore [l] Mela libr.x. scribit. quod verum est:cum eo tamen, vt illud maximè spectetur,an per te steterit quò minus incōtinenti probaretur [m], nam tunc perinde habēdum erit, ac si parato me soluere, tu ex ali-

Annus.]etiam pro fideiussore ex persona rei liberato : quia qui potest facere vt possit &c.vt.j de reg.iur.l. q potest. Alij dicunt q secundum hæc iura nō interrumpebatur contra fideiussores,p hoc q contra reum agere-tur:sed hodie sic per dictā.l.vel illa in correis tantū dicit,non in reo &fideiussore,vt hîc patet cùm dicit in his casibus quos nunc seruo &c.

a Non fuit.]verum est q non liberatur.

b Casu.]scilicet quādo fuit experiundi potestas cum reo,non cū fideiussore.vt.§.proxi. & quidem &c.

c Ex edicto.] posito.§.ex qui. cau. maio. l.j.H.

d Fideiussorem.]scilicet restituitur vtilis ex stipulatu.Sed contrà. §.de dolo.si fideiussor. So.hîc de æquitate,ibi de rigore. vel hîc fuit fideiussor liberati debitoris, ibi liberandi:qa hîc nō fuit in mora debitor,ibi sic. vel pleni° dic vt ibi.

e Occiderit.]ante morā rei,& post moram suam:quo casu vtilis actio in fideiussorem datur:vt suprà, de vsur.l.mora.§.finali.

f Idem.]scilicet fideiussor.

g Te.]debitorem.

h Tenearis.]vt suprà,de fideiusso.l.hæres à debitore.Accur.

i Obligatum.]habet enim suas conditiones hypothecaria vt durer donec debitum sit solutum,vel aliàs satisfactū:vt.§.de pi.l.grege.§.etiam.hoc enim pignus cùm liceret ob chirographariam pecuniam etiam retinere:multò magis hoc casu tenebit.hoc in secūdo fideiussore nullo modo potest dici,vt ob pecuniam in qua se non obligauit,teneatur secundum R.& Ir.

k Si idem.]fideiussor.ad quod est.§.de fideiusso.l.græce.

l SI solutus.]CASVS.Debebā tibi.c.aureos. volebam tibi soluere,& obtuli tibi.tu dubitabas an ista pecunia esset bona siue pbabilis.noluisti eā recipere.tamen contentus fuisti q deponeretur apud quendam nummularium donec videretur,si pecunia esset bona.ista pecunia perdita est.quæritur cuius periculo perierit, tuo, an meo?Respondetur quo tuo periculo perijt.& hoc verum est, si per te stetit quò minus pecunia probaretur:quia tunc habēdum est perinde ac si noluisses recipere quando tibi obtuli.Nam quando debitor offert pecuniam creditori,& non vult recipere,& pecunia perit:debitor liberatur.hoc ita,si debitor obtulit pecuniam debito tēpore & loco.Item idem est in hoc casu . vt ecce vendo tibi certam mercem:tu promittis pro ea pretium:tu eras homo modice fidei:quia solebas accipere quinquenālas:aut quia abnegasti proprium signū tuū manuale:ideo nolui tibi tradere merces meas ante quā pecuniā mihi numerares:tandem conuenimus vt iste merces deponant apud certū hominem,& etiā pretiū.quæritur cuius periculo sunt merces & pecunia deposita?Rñdetur,q si emptor elegerit eū, apud quē deponeretur,est periculo suo.itē merx deposita est etiam periculo emptoris.ratio, qa emptio est perfecta, & sic periculū rei venditæ transit ad emptorem.Fran.

qua causa accipere nolles [n].in qua specie nō vtique semper tuum periculū erit.Quid enim si non opportuno tēpore vel loco obtulerim [o]? His cōsequens esse puto, vt etiam si emptor nummos, & venditor mercem,quòd inuicem parum fidei haberent,deposuerint [p] :& nūmi,emptoris periculo sint: vtique si ipse eū apud quem deponerent, elegerit,& nihilomin° merx quoq;,quia emptio perfecta sit [q].

Etiam si tertius soluat debitum liberatur pignus tam conuentionale,quàm prætoriū:& nascitur & acquiritur debitori pignoratia, uel aliud remedium petitione pignoris.Pau.

Marcellus. LEX XL.

SI pro me [r] quis soluerit creditori meo,licet ignorante me: acquiritur mihi actio pignoratitia. Item si quis soluerit legata, debent discedere legatarij de possessione [s] :alioquin nascitur hæredi interdictum [t] vt eos deijcere possit.

Accusato uel inquisito de crimine de quo ueniant bona publicanda,non uidetur interdicta administratio bonorum suorum pendente accusatione uel inquisitione quominus debitores sibi soluendo liberentur, & ipse etiam alij soluere poterit.Pau.

Idem. LEX XLI.

REo [v] criminis † postulato interim nihil prohibet rectè pecuniam à debitoribus solui [x]; alioquin plerique innocentiū necessario sumptu egebunt.

Paulus. LEX XLII.

SEd nec illud prohibitum videtur, ne à reo [y] creditori soluatur.

Quando principalis obligatio tollitur ipso iure,tolluntur etiam accessoriæ tam personales

l Eam fore.] quia mala electio,mali.f.nūmularij, est in culpa: vt.§.de neg.gest.nam & seruus.§.fin.& hoc in primo dicto . vel si bene elegit: quia tū distulit accipere nocet ei,vt subijcit in secūdo dicto,cū tū &c. primo ergo non bene elegit: secundo & si bene, cùm per eum steterit , tertium dictum incipit nam tūc &c.in qua.s.tertia, & sic incipit quartū dictum.

m Probaretur.]pecunia.

n Nolles.]ad quod est.C. qui potio.in pigno.hab.l.prima & suprà eodem.l. si debitor.& suprà de verborum obligatio . interdū. in fi.&.j.eo.l. qui decem.& .§. commo.l.si vt certo.§.abesse.sed contrà.j.e.l.creditor.in princ.solu.vt ibi.

o Obtulerim.] ad hoc.C.eo.l.obsignatione.& quod ibi dixi.& §.de ver.obli.qui Romæ.& de vsur.l.mora.in princ.

p Deposuerint.]apud eundem.

q Perfecta sit.]ad hoc.§.de actio. emp.l. Iulianus.§.offerri.Accursius.

r SI pro me.]CASVS. Debebam Titio.c.pro quibus obligaui ei pignus aliquod.Mæuius amic° meus soluit p me,me ignorante.dicitur hic q acquirit mihi actio pignoratitia ad repetendum pignus meū. vsq; ibi,Itē si qs. Itē si qs.]Pater me° faciēs testamētū instituit me hæredē:& legauit certas res Titio & Seio.isti duo legatarij petierūt se mitti in possessionē cā legatorū seruandorū.post eā solui legata. dicit iurisco. q legatarij debēt discedere de possessione legatorū: alioquin nascitur mihi interdictū,Quorū legatorū,ad restituēdā mihi possessionē.seq.tres.ll.sunt planæ.Fran.

r Si pro me.]facit.§.eo.l.solutionem.& de nego gest.l. soluendo. Accursius.

s De possessione.]impropriè,cum causa legatorū seruandorum missi.sunt:vt.§.quo.lega . l.j.§.quæsitum.hæres enim possidere non desijt.

t Interdictum.]quorū leg.vt.§.quo.leg.l.j.§.quæsitū.vel vti possi.vt.§.quibus ex cau.in pos.ea.l.hæc autem.§.fi.

v REo.]scilicet creditori.

x Solui.]vt &.j.de iure fis.aufertur.§.in reatu.&.j.eod. l. quamuis.§.primo & suprà eodem quòd si fortè.§.quid ergo.excipitur tamen crimē perduellionis:vt.C.ad legē Iul.maie.l.fi.quæ est cōtrà.illud enī speciale est.Itē fallit in eo,qui fugit:cuius bona annotātur,id est sequestrantur:vt.j.de requi.reis.l.fi.§.fi.quæ est contrà.& facit.§.de do.l.post cōtractū. ADDITIO Dic q in.l. cōtraria reus erat cōtumax:hîc verò cōparuerat secundum Bar.hîc.

y SEd nec illud.]ne à reo.s.debitore.

Electio mala in culpa est.

† al.Papinianus.

† Ista.l.iuncta.l.post cōtractum. alleg in gl. facit in arg. iūcto text. in ca. si tibi absenti. de priuil.li. vj. q electores priuādi per sententiam possūt ante priuationē eligere. gl. est in.ca. j. §.q prædicta. in verbo ipso iure.de elect. in pra. sanc. Adde prædictis quod notaui in apost. ad.l. post contractū.in apostil.in verb. condēnatio secuta sit super text. ff. de dona.

a IN omnibus.]Liberationum.ipso iure:quæ sunt.x.vt in sum.in prin.siue hoc interueniat in persona rei,siue fideiussoris.aliud cũ per exceptionem.tunc enim distinguitur:vt.s.de pac.l.& hæredi.§.fi.&.l.nisi.&.l.idem.&.l.videlicet.&.l.quod dictum.

b Appromissores.]id est fideiussores.

quàm reales.item sub accessoria per confusionẽ non tollitur principalis nec ipso iure,nec ope exceptionis.Pau.

Vlpianus. LEX XLIII.

IN omnibus speciebus liberatio num[a] etiam accessiones liberã tur:puta appromissores[b], hypothecæ,pignora:præterquã[c] quòd inter creditores & appromissores confusione facta reus non liberatur[d].

Vna solutio potest parere diuersos effectus non contrarios.Bar.

Marcellus. LEX XLIIII.

IN numerationibus aliquando euenit vt vna numeratione duę obligationes tollantur vno momẽto[e]:veluti si quis pignus pro debito vendiderit creditori.euenit enĩ, vt ex vendito tollatur obligatio & debiti. ¶Item si pupillo, qui sine tutoris authoritate mutuam pecuniam accepit[f],legatum à creditore fuerit sub ea conditione, si eam pecuniam numerauerit[g]:in duas causas videri eum numerasse,& in debitum suum[h],vt in Falcidiã hæredi imputetur:& cõditionis gratia, vt legatum consequatur. ¶Item si vsusfructus pecunię numeratæ legatus fuerit,euenit vt vna numeratione liberetur hæres ex testamento,& vt obliget sibi legatarium[i].Tantundẽ est & si dãnatus fuerit alicui vendere vel locare. nam vendendo vel locando & liberatur ex testamento hæres, & obligat sibi legatarium.

Pactum de pignore dando in solutũ,non præiudicat creditori poßidenti.Bar.

Vlpianus. LEX XLV.

c Præterquã.]hæc exceptio dat intelligi locutũ esse suprà,siue reus liberetur ipso iure,liberetur etiam fideiussor,siue econtra: aliâs non bene exciperet,secundum Hug.

d Liberatur.]puta reus stipulandi successit fideiussori,vel ecõtra. aliud si successisset reo debẽdi:vt.s. de fideius.l.heres.§.quòd si stipulator.&.§.ꝙ si idem. & facit.s.tit.j.l. nouatione. &. j.tit.j.l. & per iusiurandum.§. & fideiussori.Accur.

IN numerationibus.] CASVS. Pulchra lex,& in principio suo hoc dicit, ꝙ sępe vna numeratione tolluntur duæ obligationes.pone sic casum. Tu mutuasti mihi decem : pro quibus dedi tibi pignus.vendidi tibi hoc pignus.hic tolluntur duæ actiones. Prima quæ nata erat ex hac numeratione.s. certi condictio ex mutuo.Secunda quę est ex vendito, quæ mihi competisset, si nihil tibi debuissem.Item ponit aliud exemplũ.Męuius dedit cuidam pupillo pecuniã mutuã, posteà instituit pupillum hæredem sub conditione,si hãc pecuniã soluat.si pupillus hãc pecuniã soluat, videt̃ soluisse ĩ duas causas. Primò in debitum suũ. Secundò vt legatũ cõsequatur. Item aliud exemplum. Si Titius legauit vsumfructum certæ pecuniæ : hæres numerando pecuniam legatario,duo efficit. Nam seipsum liberat, & legatarium obligat ad restitutionem illius pecuniæ finito vsufructu.Aliud exemplum clarum est.Franciscus.

e Vno momento.]& si reus soluerit,liberat̃ etiã fideiussor,& ecõtra:vt insti.quibus modis tollitur obli.in princi. &.s.e.l.cũ qs. §. de peculio.hoc enim,quod hic subijcit,non est bonum exẽplũ:quia non est numeratio,sed remissio.pro eodem tamen est : vt.s. de condi. ob causam.l.si mulier.Et idem in alijs exẽplis in lege ista positis,vt non sint bona exempla ad hanc regulam,sed sint similia.Accur.

f Accepit.]& sic naturaliter tantum tenetur.

g Numerauerit.]id est soluerit.

h In debitum suum.]quod dic naturale,quia proximus pubertati erat:aliâs nec naturaliter:vt.s.de act. & obliga. pupillus. si enim implendæ conditionis causa tantum daretur hæredi,non imputaretur in Falci.Ro.vt.s.ad.l.Fal.l.si pupillus.& facit.s.quando dies lega.cedit,cum illud.§.hæres.

i Sibi legatarium.]de tanta pecunia restituenda finito vsufruc. nec ob.s.eo.l.qui hominem.§.fi.& de condi.indebi.l.cùm is. §. j. vbi eadem solu.non parit duos contrarios effectus : quia hîc non sunt contrarij.Est enim alia causa liberandi, & alia obligandi : at tunc essent contrarij quando liberaret debitorem, & repeteretur vt indebitum.

QVamuis.] CASVS. Sempronius duxerat in vxorem Bertam:à qua dotem.c.aureorum receperat:pro qua dote obligauit sibi fundos quosdã, & promisit, ꝙ si matrimoniũ solueretur, daret in solutum hos fundos pro dote.solutum est matrimonium. nunc dubitatur vtrum mulier possit fundos istos petere? Respond. ꝙ non,si maritus vult reddere dotem,quam accepit.

Idem Frontoni.]Seius fuit tutor alicuius pu.accusatus est crimine capitali ab aliquo:tamen perseuerauit in administratione.quæritur an debitores pupilli possint huic tutori soluere. Respond. quòd sic.Franciscus.

QVanuis[k] stipulãti vxori vir spoponderit[l],dirempto matrimonio prædia, quæ doti erant[m] obligata[n],in solutum dare tamen satis esse offerre[o] dotis quãtitatem.

Per processum criminalem inchoatum cõtra tutorem uel alium administratorem non interdicitur sibi administratio.Pau.

¶Idem Frontoni respondi perseueranti tutori in tutelæ administratione,licet capitis reo postulato,potuisse id,quod pupillo bonafide debetur,exolui[p].

Si species pro specie soluta euincatur in totũ uel in partem,liberatio non contingit.Bar.

Marcellus. LEX XLVI.

SI quis aliam rem pro alia volẽti soluerit,& euicta fuerit res, remanet pristina obligatio[q]. Sed & si ꝑ parte fuerit euicta,tamen ꝑ solido obligatio durat.nam non accepisset rem integram creditor nisi pro solido[r] eius fieret. Sed & si duos fundos verbi gratia pro debito dederit:euicto altero fundo, remanet integra[s] obligatio. Tũc ergo res pro re soluta liberationẽ præstat,cũ pro solido[t] facta est suscipientis[v].Sed si quis per dolum pluris æstimatum[x] fundum insolutum dederit:non liberabitur,nisi id,quod deest,repleatur.

Quando aliquem esse locupletem,est causa actionis dandæ,uel denegandæ:tempus litis contest.inspicitur:& ille dicitur locupletior,qui nõ est pauperior.Bar.

Idem. LEX XLVII.

IN pupillo cui sine tutoris authoritate solutum est[y],si quæ

k Quamuis.]aliâs quãuis,& aliâs calipodius respond. quàmuis &c.

l Spopõderit.] constante matrimonio.

m Doti erant.]id est pro dote,quæ erat c.pone.

n Obligata.]vxori pro ea reddenda.

o Offerre.] vxori cui promisit.sic.C. de pac.pig.l.j. Sed contrà.s.de pig.act.l.Titius.Solu.hîc qñ spopondit dare in solutũ.i. vir erat in possessione pignorũ fuerat creditor, vnde debitori non licet offerre. vel vt ibi.

p Exolui.]facit.s.e.l.reo.&.l.quod si fortè.§.quid ergo.Accursius.

SI quis aliam.] CASVS. Ista lex sub paucis verbis ponit quatuor casus. Primus est.Tu promisisti mihi fundum cornelianum:ego fui contentus, accipe fundum Sempronianum, iste fundus Sẽpronianus est euict᷒ à me.dicit̃ hîc ꝙ prima actio durat mihi. Itẽ alius casus:si tu soluisti mihi fundum quem debebas,& pars eius est euicta, dicitur quòd obligatio manet insolidũ.ratio redditur in textu.Duo casus sequentes facillè intelliguntur per præcedentes.Fran.

q Pristina obligatio.]vt&.C.de sentẽ.l.libera. sed videtur exceptio vtilis ꝑ eui. non prima:vt.C. de euicto. si prædiũ.quę est contrà.Sol.hîc loquitur cũ non sit accipientis,ibi accipientis fuit licet esset alij obligata.vel dic vt dixi in.d.l. libera:Itẽ in eo modo est contra.s.de pig.act.l.eleganter.in prin.ibi,quẽadmodũ pro soluto &c.Sol.hîc eo modo accepit vt non discederet à prima obligatione aliâs quã si fuerit facta eius res,ibi verò non ita. Vel hîc aliud ꝑ alio,ibi aliud pro pecunia.

r Nisi pro solido.]sic suprà de in diem addic.l. ꝙ si vno.cum suis concor.

s Remanet integra.]secus si duos fundos vendiderat:& alter euincatur: vt.s.de eui.cũ plures.quæ est contrà.vt ibi dixi.

t Pro solido.]nã nõ recessit ab obligatiõe nisi fret᷒ hac acqsitiõe.

v Suscipientis.]est & alia rõ:quia nemo inuitus compellitur ad communionem:vt.s.de condi indebi.l.si non fortẽ.§.si centum.

x Aestimatum.] maximè subaudi.nam idem si non pluris: cùm aliâs dare nolebat nisi dolo inductus:vt argu.s.de verbo. obligati. si quis cum.

IN pupillo.] CASVS Mutuaui pupillo centum.dum ab eo peterem,vult se defendere:dicens se non esse locupletiorem factũ ex ista pecunia.ego dico ꝙ sic:& facio eum vocari in ius hîc quæritur si pupillus sit locupletior,quo tp̃e debet illud inspici.R̃ndet̃ ꝙ tẽpore litis contestatæ:quia si tunc habeat saluã illã pecuniã,vel eã in vsus necessarios consumpserit:tenebitur mihi eã soluere.nam cũ rem necessariam emit intelligitur esse locupletior:sicut à simili cessat senatuscõ.macedo.qñ quis mutuat filiofa.in vsus necessarios,licet postea illam pecuniam perdiderit.Fran.

y Solutum est.]i.cui est numeratũ.i. pecunia mutuo data est pupillo

pillo. nam in fine ponit alium casum cùm aliquis suus debitor soluerit ei.

a ¶ Quo agitur.] id est li. conte. vt & .ff. de mino. l. si minor. xxv. annis filio. & de nego. gest. l. litis contest. & .ff. de dona. inter virum & vxo. l. quod autem. sed & rei iudi. vt .ff. de peti. hęre. l. si à patre. §. quo tempore.

ratur quo tẽpore sit locupletior: tẽpus quo agitur[a] inspicitur: aut si exceptio[b] doli mali opposita ei noceat, tempus quo agitur[c], spectatur. Planè (vt Scæuola aiebat) etiam si perierit res ante litẽ contestatam, interdum quasi locupletior[d] factus sit, intelligitur: id est si necessariam rem sibi emit, quã necessario de suo erat empturus. Nam hoc ipso quòd non est pauperior[e] factus, locupletior est. Sic & in filiofa. putabat Macedonianum cessare, si in necessarias[f] causas filius mutuam pecuniam acceperit, & eam perdiderit[g].

b ¶ Si exceptio.] vt cùm debitor soluit ei. & facit. ff. de doli exceptio. l. apud. §. si quis pupillo.

c ¶ Qua agitur.] id est tempus litis contestatæ: vt .ff.

d ¶ Locupletior.] quàm esset futurus si pecuniam non accepisset. nam tantum de suo amisisset: & facit. ff. de peti. hære. sed & si lege. §. j.

e ¶ Non est pauperior.] soluẽdo de suo. Sed contrà .ff. de dona. inter virum & vxorẽ. l. quod autem. §. j. & l. si sponsus. §. concessa Sol. vt ibi. & facit. ff. de mino. l. verum. §. itẽ nõ restituet. & .C. de resti. mi. l. fina. & .ff. quod metus causa. l. si ipsa.

f ¶ Necessarias causas.] vnde tenet quasi locupletior pater: licet non sit. Accur.

g ¶ Perdiderit.] in pupillo autem secus dico si ponas eum pecuniã amisisse, non rem ex ea emptam: quia restituendus erit. nec dicas quod ei fuit solutũ ex necessaria causa: & tamẽ datur ei restitutio si amisit: vt. ff. de mino. l. ait prętor. in prin. & facit. ff. ad macedo. l. si filius. & l. item. §. interdum. Accursius.

¶ In prætorio pignore fructus extenuant debitum. Bartolus.

Marcellus. LEX XLVIII.

Titia† cùm propter dotem[h] bona mariti possideret[i], omnia pro domina egit: reditus exegit: & mouentia distraxit. quæro an ea, quæ ex re mariti percepit, in dotem ei reputari[k] debeant. Marcellus respondi reputationem eius quod proponeretur: non iniquam videri. pro soluto enim magis habendum[l] quod ex ea causa mulier perceperit. Sed si forte vsurarum quoque rationem arbiter dotis recuperandæ habere debuerit: ita computandum, prout quodq; ad mulierem peruenerit, non vt ex vniuersa summa decedat[m], sed prius in eam quantitatem[n] quam vsurarum nomine mulierem consequi oportebat. quod non est iniquum.

† Hîc habemus tex. singul. ad hoc quod dominus probatur ex eo quod quis se gerit vt dominũ in re, & percipit fructus & eos distrahit vt dominus. Pro quo facit etiã tex. in l. quidã in suo. ff. de cõstit. insti. Bolo.

Titia.] CASVS. Titius duxit in vxorem Bertã, à qua dotem accepit: & pro hac dote mulier possidebat bona mariti: & omnia agebat sicut domina omniũ bonorum reditus exigebat. res mobiles vendebat. post hoc solutũ est matrimonium. mulier vult habere dotem suam. nunc quæritur vtrum ea, quæ recepit, cùm vt domina administraret, sint ei computanda in dotem: vt scilicet tanto minus percipiat? Respõdetur quod sic. & hoc vsque ibi, sed si fortè. Sed ponamus. mulier propter retardatã solutionem dotis debet habere vsuras. nunc pone sic. Mulier ista petit dotem suam quæ fortè erat mille aureorum. administrando recepit fortè ducentos aureos. vsuræ autem quæ sibi debentur ratione retardatæ solutionis dotis, sunt centum & quinquaginta. vir dicit: domine iudex, computentur sibi in dotem ducenta quæ recepit ex administratione. mulier respondet. non domine, sed prius computentur in vsuras quas mihi debet. hîc quæritur, quid iudex facere debet. Respondetur quòd prius computabit in vsuras de istis. cc. s. c. & quinquaginta, & alia quinquaginta cõpensabit super dote: sic quod primò & ante omnia vsuræ delebuntur de libro viuentium: posteà super cæteris ponetur ratio. h. d. hæc lex scabrosa & difficilis. Francis.

h ¶ Dotem.] sibi restituendam.

i ¶ Possideret.] iudicis permissu cùm ab aliquo non defenderetur.

k ¶ Reputari.] id est computari.

l ¶ Habendum.] quàm pro lucro: vt & .ff. qui. ex cau. in pos. ea. l. fulcinius. in prin. & de bo. aut. iudi. pos. prætor. in prin. & .ff. de vẽtre in pos. mit. l. j. §. fi. sed videtur non esse pro soluto: vt. j. eo. stichum. §. si creditor. quæ est contrà. solu. hîc bona obligata erant, ibi non. vel hîc fortè authoritate iudicis possidebat, ibi non. vel ibi fortè vt hæres possedit, hîc non.

m ¶ Decedat.] scilicet sortis & vsurarum: licet sit argu. contra. ff. de eo quod certo loco. l. fina.

n ¶ Quantitatem.] cõputãdum est. ad quod. ff. vt in pos. leg. is cui. §. quæri. & . j. eo. paulus. §. j.

Solutam pecuniam.] CASVS. Ista lex ponit modos soluẽdi, & quibus modis quis liberatur soluendo: & quibus personis, vsque ad. §. quod si acceptolatũ sit. vbi dicit quod licet acceptilatione tollatur obligatio: tamen remanet pignoris datio siue obligatio. Frãciscus.

¶ Verbum solutam, iunctum cum uerbo pecuniam, importat ueram & naturalem solutionem per quam debitor liberatur ipso iure: siue soluat creditore, siue eius legitimo administratori: siue cuiquam alteri de uoluntate creditoris. sed uerbum satisfactio, importat etiam solutionem fictã quæ fit per acceptilationem. Paul.

Martianus. LEX XLIX.

Solutam pecuniam intelligim⁹ vtique naturaliter, si numerata sit creditori. Sed & si iussu[o] eius alij soluatur, vel creditori eius, vel futuro debitori, vel etiam ei cui donaturus erat, absolui debet. Ratam quoque solutionem[p] si creditor habuerit, idem erit. Tutori quoq; si soluta sit pecunia, vel curatori, vel procuratori, vel cuilibet successori, vel seruo actori[q], proficiet ei solutio. ¶ Quòd si acceptolatũ sit id propter quod[r] stipulationis nomine hypotheca erat obligata, vel sine stipulatione accepta sit: solutionis[s] quidem verbum nõ proficiet, sed satisdationis[t] sufficiet[v].

o ¶ Sed & si iussu.] facit. ff. de pign. actio. l. solutum. §. solutam. & . j. de regu. iur. quod iussu. & .ff. de exce. do. si opera. Sed contrà de condi. ob cau. l. qui se. §. si autẽ vere. vbi dicitur, quod nõ liberatur qui viro soluit iussu mulieris creditricis. solutio vt ibi. item facit ff. de statulibe. l. mortuo. Azo.

p ¶ Solutionem.] factam alij sine iussu domini.

q ¶ Actori.] pecunijs exigendis præposito. R. vt. ff. eo. l. si quis seruo.

r ¶ Quod.] nominaliter ponitur, & in neutro genere. s. quod erat hypotheca, hypotheca dico obligata nomine stipulationis: vt obligas? obligo. vel sine stipulatiõe, vt subijcit. s. nudo pacto.

s ¶ Solutionis.] i. acceptilationis. nam acceptilatio est solutio seu dissolutio obligationis. non sufficit vel proficiet, vt aliâs est in text. s. vt tollatur pignoris obligatio: subaudi vi acceptilationis, sed vi satisfactiõis. satisfactiõe enim tollitur pignoris obligatio: vt. ff. de pig. act. l. si rem. §. omnis. & l. seq. & .ff. quibus mo. pign. vel hypo. sol. l. item liberatur. sic. j. titu. j. si accepto. & l. fi. & .ff. de rescin. vendi. l. cũ emptor. vel aliter subaudi in litera propter i. si acceptolatũ sit illud principale debitum propter quod &c.

s ¶ Solutionis.] id est acceptilationis: vt. ff. dictũ est. sed videtur quod debeat tolli obligatio pignoris tũc vi acceptilationis: sed certè nõ: quia obligatio pignoris non contrahitur verbis, sed consensu: vt. ff. de pact. l. si tibi. §. de pignore. Alij dicunt deesse in litera, & eam esse falsam.

t ¶ Satisdationis.] aliâs satisfationis. aliâs satisdactionis. Accur.

v ¶ Sufficiet.] aliâs sufficit. aliâs proficit.

¶ Indebitum solutum scienti, contra agẽtem ex eadem causa, ope exceptionis repetitur. Bar.

Paulus. LEX L.

Si cùm aurum tibi promisissem ignoranti, quasi aurum æs soluerim, non liberabor: sed nec repetam hoc quasi indebitum solutum quod sciens feci petentem tamen aurum, exceptione submouebo, si non reddas[x] æs quod accepisti.

Si cum aurum.] CASVS. Promisi tibi massam auri vsque ad sex libras. ego versutus homo solui tibi ignoranti æs pro auro. an liberor? Rñ. quod non. Item licet non liberor: tamẽ non possum repetere illud æs quod sciens solui. tamen si tu petas à me aurum: potero te repellere exceptione donec mihi æs reddideris. Franciscus Accursius.

x ¶ Si non reddas] verba exceptionis. vel dic quod factũ denotat. & facit. ff. de pigno. act. l. eleganter. §. qui reprobos. & .ff. de contrahẽ. em. l. in venditionibus. §. inde quæritur. & . j. eo. si is cui. Item facit. j. de reg. iu. l. cuius per sed ibi exponitur: id est irreuocabilis datio: & hîc est irreuocabilis. nec enim hîc dicit quòd reuocari vel repeti possit. Item arg. contrà. ff. de verb. obl. si id quod. & de pig. act. l. j. sed dic vt ibi. Item facit. ff. de cond. inde. l. si non sortem. §. si centum. & l. Neratius. & .ff. de iur. dotiũ. l. si is qui. §. quod dicitur. in fine. & de ædil. edi. l. videamus. & l. illud. in fine. Accursius.

Idem. LEX LI.

Dispensatori qui ignorante debitore remotus est, ab actu, rectè soluitur. ex voluntate enim domini ei soluitur: quàm si nescit

Dispensatori.] CASVS. Habebam administratorem omnium bonorum meorum qui solebat recuperare debita mea. aliqui debitores ei soluerũt: aliq verò nõ. Reuocaui hũc dispensato-

rem ab administratione sua ignorantibus debitoribus. dubitatur si ei posteà soluant ignorantes reuocatum, an liberentur? Respõdetur quòd sic. lex sequens plana est. legis sequentis casum pone. §. eo. l. si pro me. Franciscus Accursius.

mutatam qui soluit, liberatur[a].

Vlpianus. LEX LII.

Satisfacio[b], pro solutione est.

Paulus. LEX LIII.

Soluere pro ignorante & inuito cuique licet: cùm sit iure ciuili constitutum[c] licere etiã ignorantis inuitique meliorem cõditionem facere.

Paulus. LEX LIIII.

Solutionis verbum pertinet ad omnem liberationẽ quoquo modo factam: magisque ad substãtiam obligationis refertur quàm ad nummorum solutionem[d].

Solutio, quæ debet durare momento ex pacto habito inter partes, non liberat soluentem. Pau.

Vlpianus. LEX LV.

Qui sic soluit vt recuperet, nõ liberatur: quemadmodum non alienantur nummi, qui sic dãtur vt recipiantur[e].

Paulus. LEX LVI.

Qui mandat solui: ipse videtur soluere[f].

Contestatio litis tollit facultatem soluendi circa rem adiectam ad solutionem & circa personam. Bartolus.

Vlpianus. LEX LVII.

Si quis stipulatus fuerit decẽ[g] in melle, solui quidem mel potest antequã ex stipulatu agatur: sed si semel actum sit, & petita decem fuerint, amplius mel solui nõ potest. Itẽ si mihi aut Titio stipulatus fuero dari, deinde petam: amplius Titio solui non potest: quãuis ante litem contestatam possit.

Post constitutum tollitur facultas soluendi adiecto à filio potest soluere pater: & quod adiecto soluitur, potest conduci à domino. Bar.

Idem. LEX LVIII.

a Liberatur.] facit. §. si certum peta. l. eius. & §. e. si quis seruo. & l. quod seruus. & l. vero. §. j. & insti. manda. §. re ✝c. Accursius.

b Satisfacio.] id est datio fideiussoris vel pignoris: quod accipe creditore volẽte: vt & §. quib. mo. pign. vel hypo. solui. l. itẽ liberatur. §. qui paratus. & de pign. act. si rem. §. fi. & l. seq. & insti. de rerum diui. §. vẽdite. & §. de re iudi. l. iiij. §. ait prætor.

c Soluere.] Constitutũ. vt. §. de neg. gest. soluendo. & §. eo. l. si pro me. & §. de excep. do. si opera. Sed cõtrà. C. de iure delibe. l. nec emere. Sol. per obliquum potest, vt hîc. nõ directo: vt ibi: & ibi solue. sic. §. de dona. l. hoc iure. §. non potest. & j. de regul. iur. l. inuito.

d Solutionis verbum.] Solutionẽ. id est numerationẽ. & facit. j. de verbo. signi. l. liberatione. & l. solutionis. & j. rem ratam. habe. amplius. ibi, nã & si &c.

Qui sic soluit.] CASVS. Debebam tibi cẽtum. ego soluo tibi sub hac conditione, vt iterum à te recuperem. an liberer? Respondetur quòd non: quia non alienantur nummi qui sic dãtur vt recuperẽtur. iterum lex sequens plana est. Fran. Accur.

e Vt recipiantur.] ad quod est. §. de dona. cau. mor. l. non videt. & §. commo. l. iij. §. fin. & l. seq. Sed contrà. §. de do. l. qui id quod. §. ea lege. Solu. vt ibi[a]. Item §. si cert. peta. l. si tibi. sol. vt ibi. Item cõtrà. §. eo. l. si quis duos. solũ. vt ibi. ADDITIO. Dic secundum Bar. hîc quòd ille cui soluitur, tenetur reddere ex pacto: sed si statim ipse reddidit ex sua liberalitate, translatio dominij non impeditur: vt in. l. contraria.

a Vel solue vt per Bart. hîc.

f Qui mandat.] Videtur soluere. solutione facta à procuratore: ad quod est. §. eo. solutam. Accur.

Si quis.] CASVS. Tu debebas mihi decem aureos ex stipulatu quia carebas pecunijs, dixi tibi. vis mihi soluere decem cados mellis, vel olei pro illis decem aureis quos mihi debes? tu promittis. dicitur hîc quòd tu potes soluere mel vel oleum, si hoc facias antequam agam contra te ex prima stipulatione ad decem aureos. Nam si semel litem fuero contestatus contra te: amplius non poteris soluere mel vel oleum: sicut euenit à simili in hac stipulatione. promittis mihi aut Titio centum? Nam Titio potest solui antequam lis contestetur: posteà verò non. Franciscus.

g Fuerit decem.] quia decẽ sunt in obligatiõe sed mel est in solutione tantum: & sic dic, id est aut mel. & ita est bonum simile quod sequitur: item si mihi &c. sicut video in adiecto quòd ei non quæritur obligatio. sic hîc mel est adiectum. Item pro hoc primo dicto facit suprà, de re iudi. l. miles. §. decem. & de peti. hære. item veniunt. §. cùm prædiximus. Ad secundum facit suprà, de diuer. & temp. præscrip. l. si ex duobus. & de fideiuss. l. fideiussor obligari. §. fina. Vel potest dici hîc primum dictum glos. poni vt dicimus in vulgari: decem quæ mihi debes, dabis mihi in melle? id est solutionem illorum decem facies in melle: quia dabis decem cados mellis pro illis decem aureis. & tunc etiam decem sunt in obligatione, & mel in solutione. Item facit suprà de actioni. & obli. obligationum fere. §. accessio. & ad leg. Fal. l. j. §. item si ita. & §. eod. l. vero. §. j. & de ver. obl. insulã. Accursius.

Si quis offerenti se negotijs alienis, bona fide soluerit: quærit quando liberet? Et ait[h] Iulianus cùm dominus ratum habuerit[i], tunc liberari. Idem ait, antequàm dominus ratum habuerit, an condici ex ea causa possit? Et ait interesse, qua mente solutio facta esset, vtrum vt statim debitor liberaretur, an verò cùm dominus ratum habuisset[k]. priore casu confestim posse condici procuratori: & tũc demum extingui cõdictionem, cũ dominus ratũ habuisset, posteriore tunc demũ nasci condictionẽ, cũ dominus ratũ nõ habuisset.

Facultas habendi ratum transit in vniuersalẽ successorem eius qui debet ratum habere, & sufficit ratihabitio illius. Paulus.

Si creditor cuius ignorãtis procuratori solutum est, arrogandum se dederit[l]: siue ratũ habuerit ✱ pater, rata solutio[m] est: siue non habuerit, repetere[n] debitor potest.

Potestas ratificandi non perditur facto alterius quàm debentis ratum habere. Pau.

Et si duo rei stipulandi sunt, quorum alterius absentis procuratori datum est: & antequã is ratum haberet, interim alteri solutũ est: in pendenti est posterior solutio, ac prior: quippe incertum est, debitũ an indebitum exegerit[o].

Facultas soluendi adiecto non perditur per constitutum factum creditori: & competit ei, qui tenetur accessoriè. & solutum adiecto censetur solutum principali: & ab eo repetitur si erat repetendum tanquam indebitum solutũ. Pau.

Paulus. LEX LIX.

Si ita stipulatus sim mihi aut Titio dare spondes? & debitor

Si quis offerenti.] CASVS. Titius erat absens in lõginqua regione. Mæuius amicus suus videns negotia sua perire, & possessiones suas, & domos ruinam minari: gessit negotia ipsi Titij: inter quæ recuperauit aliqua debita à debitoribus Titij. hîc quæritur quando liberentur debitores Titij soluẽdo huic Męuio negotiorum gestori. Respondetur quòd tunc demum quando ipse Titius ratam habebit solutionem ab eis factam. Sed dubitatur vtrum interim quòd ratum non habet Titius, debitores possint hanc pecuniam solutã condicere. distinguitur. aut ipsi soluerũt eo animo vt statim liberentur nõ expectata ratihabitione domini negotiorum: & tunc poterunt condicere pecuniam solutã aut soluerũnt ea intẽtione vt tunc demum liberẽtur, cùm Titius creditor ratum habebit: & tunc nõ poterunt condicere nisi cũ certum sit Titium nõ habere ratam hanc solutionem.

✱ in vetustis quibusdam & scriptis & impressis exẽplaribus legitur, siue ratũ habuerit pater solutionẽ, siue non habuerit, repetere &c.

Si creditor.] Mæuius creditor quorũdam habebat procuratorem: cui ignorante Mæuio est facta solutio. posteà iste Męuius dedit se ad arrogandum Sempronio. dicitur hîc quòd si pater adoptiuus Sempronius habeat ratam solutionem, debitores liberantur. si verò non habeat ratam: tunc debitores poterunt condicere pecuniam ab isto procuratore Męuij cui soluerunt. Et si duo.] Titius & Męuius stipulati sunt à Seio. c. aureos: & sic sunt duo rei stipulãdi. vnus eorũ, puta Titius erat absens, cuius procuratori soluit Seius: & antequã Titius ratũ haberet, soluit etiã alteri. certè posterior solutio est in pendenti an sit solutio vel nõ. Nã si Titius cuius procuratori primo solutũ est, habeat ratã solutionem: alter puta Mæuius recipit indebitũ. sin autẽ Titius ratũ nõ habeat: Mæuius recipit debitum. Franciscus. Accu.

h Ait.] quærendo & respondendo.

i Habuerit.] in medio tempore post solutionem ante ratihabitionem.

k Habuisset.] si esset liberatus. & si nõ haberet ratũ, nõ esset liberatus. qñ autẽ dicatur habere ratũ, dic vt. j. rẽ ratã habe. l. quo enim. §. j. & facit. §. eo. l. verò. §. j. & de condi. indebi. l. si procurator. & causa tota lex loquitur in eo qui non habet mandatũ. Item facit. C. de fur. l. falsus. & quod ibi no. & j. de fur. l. falsus. §. j.

l Se dederit.] ante quã ipse ratũ habeat: quo facto iam nõ expectatur sua ratihabitio, sed patris adoptiui. & facit. j. rẽ ratam ha. l. penul. & l. fi. §. fi. Accursius.

m Rata solutio.] aliàs ratã solutionem, & tunc subaudi esse.

n Repetere.] per condictionem ob causam.

o Exegerit.] scilicet posterior: ad quod est. j. eod. cum ex pluribus. §. finali.

Si ita stipulatus.] CASVS Stipulatus sum à te centũ mihi aut Titio solui. certum est quòd tu potes liberari soluendo Titio. Sed ponamus quòd tu posteà constituisti te mihi soluturum:

rum: & sic cōpetit mihi actio de constituta pecunia. dubitatur vtrū adhuc possis soluere Titio adiecto. Respondetur quod sic. Itē stipulat⁹ sum à Pāphilo filio fami. mihi aut Titio decem dari. dicitur hīc quod pater Pamphilū pōt soluere Titio ex peculio filij, dūmodo suo nomine soluat. & reddit rationem: quia soluendo adiecto in obligatione, videtur debitor soluere principali. postea cōcludit ex prædictis quod si adiecto ī obligatiōe soluat indebitū illud pōt à principali stipulatore condici: quia ni hil refert an verò te iubeā adiecto soluere: an verò ab initio stipulatio ita concepta sit. Franciscus. Accursius.

constituerit se mihi soluturū: quāuis mihi competat de constituta actio, potest [a] adhuc adiecto [b] soluere. Et si à filiofamiliàs mihi aut Titio stipulatus sim, pater potest Titio soluere quod in peculio est [c]: scilicet si suo non filij nomine soluere velit. dum enim adiecto soluitur, mihi solui videtur: & ideo si indebitum adiecto solutum sit, stipulatori posse condici Iulia [d]. putat: vt nihil [e] intersit iubeam te Titio soluere, an ab initio stipulatio ita concepta [f] sit.

Vsucapio creditoris pro soluto liberat debitorem soluentem. Bart.

Idem. LEX LX.

Is qui alienum hominem [g] insolutum dederit: vsucapto homine liberatur.

Duæ causæ lucratiuæ non possunt concurrere circa idem. Bart.

Idem. LEX LXI.

Quoties id, quod tibi debeam, ad te peruenit, & tibi nihil absit [h], nec quod solutum est, repeti [i] possit: competit liberatio.

Debitum in seruitute contractum minuit peculium: secus si est contractum in libertate. Item quod semel reprobaui, postea approbare non possum ad actionem consequendam. Bar.

Idem. LEX LXII.

Dispēsatorem [k] meum testamento liberum esse iussi, & peculiū ei legaui, is post mortem meā à debitoribus [l] pecuniā exegit. an hæres me⁹ retinere ex peculio eius quod exegerit possit, quæri-

a Potest.] s. de cōsti. pecu. si verò mihi. cōtra. sol. ibi nō est actū in constituendo vt sol uat adiecto, & ideo nō pōt solui adiecto, sed soli mihi: vel econtra: vt ibi.

b Adiecto.] vt vtraque tollatur obligatio: sicut in casu sequenti quoad concurrunt. Accursius.

c In peculio est.] & liberabitur pater insolidum. s. si suo & c. nam secus si nomine filij soluat. tūc enim nisi totū soluat non liberatur filium: cum filius in totū teneatur vt & arg. s. de consti. pecu. l. j. in fi. & l. ij.

d Iulia.] vt. s. eo. l. quod hominem. in prin.

e Vt nihil.] quantū ad tres pdictos casus huius legis. interestta men ad aliū: vt. j. eo. l. antepenul. & s. eo. ve ro. §. j. quæ sunt cōtrà.

ADDITIO. Dic secundū Bar. hīc quod hīc nihil interest quātū ad ea quæ hac lege dicuntur: sed quātum ad alia bene interest: vt legibus contrarijs.

f Concepta sit.] s. mihi aut Titio. & facit. s. de condi. inde. l. si procurator. §. j.

Is qui alienum.] CASVS. Titius promisit mihi hominem in genere: ipse soluit mihi hominem alienum. quæritur an liberetur? Respondetur quòd si ego vsucepi hominem istum, quòd Titius liberabitur. sint autem non vsucepi, non est liberatus. Franciscus Accursius.

g Hominem.] facit. s. de dona. causa mor. l. qui alienam. & s. man. l. Iulianus ait. §. fi. & de euict. l qui alienā. & de cōdi. inde. l. indebiti. §. j. & j. eo. l. si hominem. Accur.

Quoties.] CASVS. Debebam tibi seruum Stichum in specie. iste Stichus aliqua ex causa puenit ad te, ita quod tibi propterea nihil abest. hoc est dicere, quia fortè tibi nihil constitit. nūc quæritur vtrum ego sim liberatus à te? Rñdetur quod sic: dummodo id quod ad te peruenit, à nullo possit peti vel repeti. lex sequens ponit casum ad longum. Fran. Accur.

h Nihil absit.] propter primum & secundum contractum.

i Repeti possit.] i. quoquo modo aduocari: ad quod est. s. de leg. j. l. non quocunque. in princ. & intellige hanc legem quando causa vtraque erat lucratiua: puta ex lega. vel ex donatione. secus si neutra, vel altera: vt. s. de actio. & oblig. l. si is qui stichum. & l. ex promissione. & con. cor. s. solu. matri. non solùm. in fin. & C. de re iudi. l. j. & s. de acti. em. non est nouum. & de actioni. & obliga. l. omnes. cum suis concordantijs.

k Dispensatorem.] id est seruum generaliter in gerendis negotijs, & per hoc debitoribus exigendis præpositum. Accursius.

l A debitoribus.] hæreditarijs, non serui.

m Post aditam.] quo ipso liber est: vt. C. de caduc. tolend. §. in nouissimo.

tur? Et si quidem post aditam [m] hæreditatem exegerit pecuniam, dubitari non debet, quin [n] de peculio eo nomine retineri nihil debeat: quia liber factus incipit debere [o], si liberantur solutione [p] debitores. Cùm verò ante aditam hæreditatem pecuniam accepit dispensator: si quidem liberantur [q] debitores ipsa solutione, non est dubiū quin de peculio [r] id retinēdū sit, quia hic incipit debere [s] hoc hæredi [t] quasi negotiorum gestorum, vel mandati actione. Si verò non liberatur [v], illa quæstio est, [x] cùm negotium meum gerens, à debitoribus meis acceperis [y], deinde ego ratum non habuero [z], & mox agere velim [a] negotiorum gestorum actione, an vtiliter agam si caueam te indemnem [b] futurum? Quod quidem ego non puto [c]. nam sublata [d] est negotiorum gestorum actio eo quod ratum non habui, & per hoc [e] debitor mihi constituitur [f].

Seruus in quo habeo vsumfructum, potest mihi liberationem acquirere: & eadem solutio potest liberare soluentem à creditore, & creditorē ab altero: & si pater est furiosus, dos debet restitui curatori suo cum consensu filij, uel filiæ, & cum consensu curatoris: & pupillus sine tutoris authoritate non potest liberare suum debitorem nec se alteri obligare efficaciter. Pau.

Idem. LEX LXIII.

Si debitor [g] sit serui fructuarius [h], potest is seruus per acce

n Quin.] aliàs quia. & aliàs quin.

o Debere.] & per hoc quod iam liber cœpit debere: non minuitur peculium. Itē quod dicit debere, dic actio. neg. gest. si & nomine creditoris sit solutum, & ratū habet, quod est eo ipso quod nesciebat dominum mortuum: & nō dominus vel hæres domini conuenit eum. Accursius.

p Solutione.] qa ignorauerunt mortuū creditorē: & per hoc noīe domini ei soluebāt: vt. s. eod. l. si quis seruo. in prin. Alij intelligūt in debitorib⁹ peculiaribus exactis: & hic dicūt eos liberari: scilicet quia ignorauerunt peculiū ademptum. vt. d. l. si quis seruo. §. j. quod non placet: quia pro certo ponit hæc lex in princ. quod peculium ei fuit legatum. Quid autem si illi non liberātur: vt qa sciuerūt dominū mortuum? Dicā dispēsatorē non teneri domino: sed tenetur exactis per condi. indebi. vt s. de condi. indebi. l. si procurator. & illi exacti tenētur hæredibus vt hīc & facit. s. si certum petat. l. eius qui. Accursius.

q Liberantur.] s. propter iustam ignorantiam.

r De peculio.] tradendo ipsi manumisso.

s Debere.] naturaliter adhuc manens seruus.

t Hæredi.] imò pri⁹ hæreditati.

v Non liberantur.] quia fortè sciebant obijsse creditorem.

x Quæstio est.] id est locum habet. aliàs in libera persona gerente negotium meū.

y Acceperis.] quoduis.

z Non habuero.] semel me certiorato.

a Velim.] quod hīc hæres facere nititur retinendo peculium.

b Indennem.] aduersus debitores soluentes.

c Non puto.] j. rem ratam habe. quo enim. §. j. contra. Sol. illud est quantum ad hoc vt possit agi vel non ex illa stipula. de rato, hīc quo ad hoc vt detur mihi actio. neg. gest. vel nō detur contra procuratorem. Accursius.

d Nam sublata.] id non habet locum. nam si dicerem natam eius voluntate, dicerem non tolli: vt. s. de neg. gest. l. Pomponius. quæ est contrà. Accursius.

e Et per hoc.] s. quòd non habuit ratum.

f Constituitur.] mihi debitor. qui prius erat. i. remanet. sic. s. de iudi. l. iulia. Alij dicunt, & per hoc scilicet quod habuissem ratum, debitor mihi constituitur: id est constituetur ille qui exegit: siue sit liber homo, siue sit olim manumissus. Sed quicquid dicas: inuenies act. ne. ge. nasci si vult habere ratū ab initio: & si nō vult, nascitur. pēdet ergo eius natiuitas ex voluntate vnius partis tantū. & sic est contrà. s. de neg. gest. Pōponius. Sol. natiuitas pōt esse in suspenso, vt hīc: sed ex quo est nata, non pōt tolli vnius voluntate: vt ibi: & idem dixi. s. sublata. i. non nata, vel dic vt ibi diximus. Accur.

Si debitor.] CASVS. Debitor tuus habebat vsumfructum in aliquo seruo: tu accepto tulisti huic seruo debitoris tui. quæritur vtrum debitor tuus liberetur? Respondetur quod sic. Fran.

g Si debitor.] alicuius extranei.

h Fructuarius.] qui habet vsumfructum in seruo. Et not. quòd si conditio debeat in persona pupilli impleri: aut est in facto: & tunc etiam sine tutoris authoritate impletur. aut in dando: & tunc non.

a Per acceptilationem.] à creditore in ſeruum factam. ad qđ eſt.ſ.de pact.l.ſi debitor.& de vſufru.l.ſed ſicuti.&.j.de accepti.l.ſpecies.

CVm iuſſu meo.] CASVS. Tu debebas mihi centũ aureos. iuſsi te ſoluere creditori meo. hîc fiũt duæ liberationes. primo tu à me liberaris: ſecũdò ago liberor à creditore meo. Fran.

ptilationem[a] liberare eum. videbitur enim ex re eius acquirere. Idẽ & in pacto dicemus.

Idem. LEX LXIIII.

CVm iuſſu[b] meo id quod mihi deberes ſoluere, ſolueris creditori meo: & tu à me, & ego à creditore meo liberor[c].

Pomponius. LEX LXV.

SI filia furioſi à viro diuerterit, dicendum eſt agnato curatori volũtate[d] filiæ, vel filiæ conſentiẽte agnato ſolui dotem.

Pupillus non obligatur facto ſuo niſi quatenus eſt factus locupletior. Bart.

Idem. LEX LXVI.

SI pupilli debitor iubente eo[e] ſine tutoris authoritate pecuniam creditori eius numerauerit, pupillum quidem à creditore liberat, & ipſe manet obligatus[f], ſed exceptione[g] ſe tueri poteſt. Si autẽ debitor pupilli non fuerat: nec pupillo condicere poteſt, qui ſine tutoris authoritate non obligatur: nec creditori, cũ quo alterius iuſſu contraxit[h]: ſed pupillus in quantum locupletior eſt factus, vt pote debito liberatus, vtili actione[i] tenebitur.

Vna res poteſt ſolui ex duabus cauſis lucratiuis. Item in quantitatibus non habet locum regula de duabus cauſis lucratiuis. Bar.

Marcellus. LEX LXVII.

SI quis duos homines[k] promiſit, & Stichum ſoluit: poterit eiuſdem Stichi dominium poſteà conſecutus[l], dando[m] eum liberari. In nummis minor[n], vel prope nulla dubitatio eſt, nam & apud Alphenum Seruius ait eũ qui nũmus à debitore ſuo acceperit, & liberare[o] eum velit: poſſe ſæpius illos nummos accipiendo ab eo, eíque retro dando, ac rurſus accipiẽdo, id efficere[p]: veluti ſi centum debitorem, decẽ acceptis liberare creditor velit, vt cùm decem acceperit eadem ei retro reddat, mox ab eo accipiat, ac nouiſsime retineat: & ſi[q] in dubitationem à quibuſdam hoc malè deducatur, quòd[r] nõ poſſit videri is, qui ita acceperit, vt ei à quo accepit, retro reddat, ſoluiſſe potius quam dediſſe.

Conditio conſiſtens in dando, in perſona pupilli ſine tutoris uel curatoris authoritate non impletur: ſecus ſi in faciendo conſiſtit. Bar.

Idem. LEX LXVIII.

SI ſeruus decem dare iuſſus ſit pupillo, & liber eſſe, ſiue hæres ſit pupillus, ſiue tantum conditio in eũ collata ſit: an abſente quoque tutore pupillo dando, libertatem conſequatur? Moueris comparatio conditionis quæ conſiſtit in facto veluti ſi pupillo ſeruierit: quæ poteſt[s] impleri citra interuentum quoq; tutoris[t]. ¶ Et quid, inquit, ſi curatorem habeat[v], & furioſo dare iuſſus[x] ſit: an curatori dando liberetur? & finge alicui[y] fundum legatum ſi dediſſet pupillo furioſove. ¶ Et ſciendum eſt in omnibus iſtis caſibus[z] tutori quidẽ vel curatori vtiliter dependi[a]: ipſi autem, id eſt furioſo vel pullo non rectè[b] perſolui: ne datio ex illorũ

b Cum iuſſu.] idem & ſine iuſſu: vt.ſ. de pig. act.l.ſolutũ.§.ſolutam.& de neg.geſt.l.ſi liber homo.

c Liberor.] vna præſtatione. videris enim mihi & meo creditori ſoluere ſecundũ R. ad quod eſt.ſ.de dona.inter virũ & vxo.l.iij.§.fi.&.ſ.eo.l.in numerationibus.

SI filia.] CASVS. Titius homo mente captus habebat filiam quæ erat nupta Titio. Titius maritus mortuus eſt, quæritur cui dos ſolui poſsit, cùm pater filiæ ſit furioſus? Rñ. ꝙ poteſt ſolui curatori ipſius patris furioſi: dummodo filia conſentiat. Fran. Accur.

d Voluntate.] alioquin contrà: vt.ſ.eod. qui hominem.§.ſi gener. Accur.

SI pupilli.] CASVS. Titius debebat decẽ pupillo Mæuio qui tutorem habebat. pupill⁹ ſine tutoris ſui authoritate iuſsit Titiũ ſoluere Seio creditori ſuo. dicitur hic ꝙ pupill⁹ liberatur à Seio ſuo creditore. Titi⁹ tamen manet obligat⁹ ipſi pupillo. tamen ſi pupillus petat à Titio poterit ſe exceptione tueri. Quid autem erit, ſi iſte Titius non erat debitor pupilli: an poterit cõdicere pecuniã à pupillo quam ſoluit iuſſu ipſius pupilli? Rñſpon. ꝙ nõ: quia pupillus iſto iuſſu non potuit ſe obligare ſine tutoris authoritate. An autem à creditore condici poſsit hæc pecunia? Reſpõ. ꝙ nõ: quia debitor videtur contraxiſſe cũ ipſo creditore iuſſu alterius: tamen ne pupillus remaneat in lucro cum aliena iactura, poteſt conueniri actione vtili inquantum factus eſt locupletior: vtpote debito liberatus. Fran. Accur.

e Eo.] ſcilicet pupillo.

f Obligatus.] debitor ſcilicet pupilli.

g Exceptione.] ſi expediat pupillo creditori ſuo ſolutam. Acc.

h Contraxit.] i. quaſi contraxit ſoluẽdo creditori pupilli iuſſu eius: vt inſti.de obli.ex quaſi contractu.§.item is.itẽ no.ꝙ pupillus nõ obligatur condi inde. ſine tutoris authoritate.

i Actione.] mandati vel neg. geſto. ad quod eſt.ſ. de excep.l. pupillo.& de excep.do.apud.Celſum.§.ſi quis pupillo.& de autho. tuto.l.pupillus.& de nego.geſt.l.iij.§.pupillus.& de condictio.inde.l. interdum.

SI quis duos.] CASVS. Tu debebas mihi duos homines in genere. vna vice ſoluiſti mihi vnum, ſcilicet Pãphilũ: & ſic reſtabas mihi debitor in alio, iſte Pãphilus reuerſus eſt in poteſtatẽ & dominium tuũ. tu iterum ſoluis eum mihi. quæritur an libereris? Rñ. ꝙ ſic: ſicut contingit in pecunia numerata. Nam ſi quis mihi debeat cẽtum, & det mihi viginti, egoq; illa viginti ei reddam: & ipſe iterum mihi det: ſicq; quinquies faciat vſque ad centum, videbitur mihi ſoluiſſe: licet quidam fuerint in contraria opinione: vt in text. Franciſcus. Accurſius.

k Homines.] in genere. Accur.

l Conſecutus.] debitor.

m Dando eum Stichum.] Sed nonne ſecũdũ hoc duæ lucratiuæ cauſæ cõcurrũt in eũdẽ ſeruũ? & ſic eſt cõtrà.ſ.de leg.ij.l. Mæuius.§.duorũ? Sol. ibi de ſtricto iure, hîc de æquitate. vel melius ibi debebatur idẽ ex duobus teſtamentis: & ſic ex duabus lucratiuis cauſis. & iterũ ſolui nõ põt, ne frãgatur regula. at hic ex vna ſola, & fortè non lucratiua, ſecũdum H.

n Minor.] dubitatio.

o Liberare.] ſ. naturali ſolutione.

p Efficere.] vt debitor liberet̃ naturali ſolutione. Accurſius.

q Et ſi.] i. quãuis.

r Quod.] rõ eſt qua mouebantur qui dicebant prædicta nõ poſſe fieri. & dices is.ſ.debitor: & ꝑ eis.ſ.e.l.q ſic. Vel econtra põt eſſe ratio cõtra eos quaſi malè dicerent, hoc modo: bene dixi malè: quia is.ſ.creditor ſecũdũ hoc qui ita accepit vt reddat, non põt videri ſoluiſſe potius debitori quàm dediſſe: imò potius videtur donaſſe quã ſoluiſſe. nec enim creditor ſe obligauit ad reddendũ. & ſic nõ obſtat.ſ. eo. qui ſic nã ibi ex pacto ſe adſtrinxerat ad reddẽdũ: quod hîc nõ fecit. & facit.ſ.ſi cert. pe.ſi tibi pecuniã. & ſ.de do.l.qui id qđ.§.ea lege.

Duæ cauſæ lucratiuæ an poſſunt in eũdẽ ſeruum cõcurrere: & quid in libero homine.

SI ſeruus.] CASVS. Sempronius moriens iuſsit ſeruum ſuũ liberũ eſſe ſub cõditione ſi decem dederit pupillo: nec refert an pupillus iſte hæres ſit, an nõ. Quærit̃ vtrũ abſente tutore pupilli poſsit iſte ſeruus ſoluere decẽ pupillo, & ſic libertatẽ cõſeq? videbatur ꝙ ſic. Nã ſi teſtator iuſsit ſeruũ ſuũ liberum eſſe ſi pupillo ſeruierit: põt ſeruus abſente tutore ſeruire pupillo, & libertatẽ cõſequi. ergo etiã dando decem tutore abſente. Et antequã reſpõdeat iuriſconſul. huic quæſtioni: ſubiungit aliam ibi.

Et quid inquit.] Quid ſi teſtator aliquis vel alius iuſsit ſeruũ ſuũ liberum eſſe ſi furioſo decem dederit: an poterit decem dare furioſo abſente curatore? Nunc reſpondet vtrique quæſtioni ibi.

Et ſciendum.] dicens ꝙ in ambobus caſibus rectè ſoluitur tutori & curatori. ipſis autem pupillo & furioſo non rectè ſoluitur tutore vel curatore abſente, ne fortè hoc quod ſoluitur, pereat imbecillitate pupilli vel furioſi. Nec enim fuit mens ipſius teſtatoris vt detur quomodocũq;, ſed vt ſecurè detur, ne res pereat. hoc dicit hæc lex pulchra & aurea. Franciſcus.

s Quæ poteſt.] ſ. conditio in facto conſiſtens.

t Tutoris.] vt & ſuprà de conditionibus, & demonſtrat.l. cùm pupillus.

v Habeat.] aliquis furioſus.

x Iuſſus ſit.] ſeruus, & liber eſſe.

y Alicui.] etiam libero.

z In omnibus iſtis caſibus.] vbi datio vertitur.

a Dependi.] ſ. ſi fideliter fiat à ſeruo: aliâs nõ: vt.ſ.de manu. teſta. qui filiũ & pecunia in rẽ pupilli vel furioſi vertatur: vt.j.e. ſtichũ.§.vſumfructũ.ibi, idq; ita &c.

b Non rectæ.] ſ. in dando: ſecus in faciendo: vt prædixi. Item & ſi in dando eſt contrà.ſ.eodem ſi ſtipulatus fuero mihi. Sol. ibi erat pecunia in vtilitatem pupilli conuerſa: vnde ex poſtfacto videtur bene ſoluiſſe: vt infrà eodem ſtichum.§.vſumfructum. vel ibi erat proximus pubertati. Vel verius ibi erat adiectus: quo caſu imputat̃ ſtipulanti quare talem adiecit. Item primo modo ſolue aliud contrariũ

trarium.ſ.l.in pupillo.Item ar.cõtrà.ſ.de condi.& demon.l.Meuius cui [a].Itẽ ecõtra pupillus poteſt parere:vt.ſ.de cond.& demon.l.conditionibus.

a Dic quòd ibi conditio nullo modo effectualiter poteſt adimpleri: hic ſic ſecundū Bar.

SI hominem.] CASVS. Stichus ſeruus meus in quo Titius vſumfructū habebat,dedit tibi damnū.Tu me facis conueniri vt aut damnū reſarciam tibi,aut ſeruum dẽ ꝓ noxa. dedi tibi ſeruū pro noxa:qui erat obligat⁹ creditori meo, vel in quo alius habebat vſumfructū.quæritur quid iuris? Reſpon.ꝙ tu poteris mecum agere iudicati actione. Nec erit expectandum ꝙ creditor eum vendicet actione Seruiana,vel ꝙ vſuſfructus ſit finitus. tñ ſi cauſa pignoris ſit finita : liberabor à te. Frãciſcus. Accu.

imbecillitate pereat.nec enim hoc egit teſtator vt quoquo modo eſſet datum, expleta videatur conditio.

Non liberatur quis dando pro noxa ſeruum pignoratum:uel in quo habetur uſusfructus.Bartolus.

Celſus. LEX LXIX.

SI hominem [a] in quo vſusfructus alienus eſt,vel qui erat pignori Titio obligatus,noxæ dediſti:poterit is cui condemnatus es [b] tecum agere iudicati [c] :nec expectabimus [d] vt creditor euincat. ſed ſi vſusfructus interierit,vel diſſoluta fuerit pignoris obligatio:exiſtimo proceſſuram liberationẽ [e].

Debitor in diem certum poteſt diem præuenire in ſoluendo etiam inuito creditore. Pau.

Idem digeſto. LEX LXX.

QVod in diem certum promiſſum eſt,vel ſtatim dari poteſt,totum enim medium tempus ad ſoluendum promiſſori liberū [f] relinqui intelligitur.

Per partis ſolutionem factam creditori non tollitur facultas ſoluendi adiecto alteram partẽ. Paulus.

Idem. LEX LXXI.

CVm decem mihi aut Titio dari ſtipulatus ſim: ſi quinq; accipiam,reliquum promiſſor recte Titio dabit.

Poteſt quis ratum habere geſtum nomine ſuo ſi ius eius non erat extinctum contra principalẽ, licet eſſet extinctum contra fideiuſſorem ſoluentem.Pau.

Si fideiuſſor [g] procuratori [h] creditoris ſoluerit,& creditor poſt tẽpus [i] quo liberari fideiuſſor potuerit,ratum habuerit:tamen quia fideiuſſor cùm adhuc ex cauſa fideiuſsionis teneretur ſoluerit,nec repetere poteſt,nec minus agere aduerſus reum mandati poteſt quá ſi tunc præſenti [k] dediſſet.

Actus medius interueniens facto hominis negotium geri non impedit,nec ratihabitionem retrotrahit.Barto.

Item ſi ignorans creditor procuratori ſuo ſolutum,ſeruo debitoris filióve acceptum fecerit,poſt eà autem reſcierit,& id ratum habuerit:confirmatur ſolutio: & qđ accepto latum ſit,nullius momenti [l] eſt.Et contrà ſi ratum non habuerit:quod acceptum fecerit,confirmatur [m]. Sed ſi ignorans ſolutum,litem conteſtatus eſt:ſi pẽdente iudicio ratum habuerit, abſolui oportet illum cum quo actū eſt.ſi ratum non habuerit, condẽnari.

Re perempta poſt oblationem debitor generis liberatur ope exceptiõis:ſpeciei debitor ipſo iure idẽ in debitore generis ex cauſa dotis.Bar.

*Martianus. L. LXXII.

QVi decem debet, ſi eadem

*al.Marcellus.

a Si hominem.]Stichum.

b Condemnatus es.] vt emendes damnum,vel noxæ des.

c Iudicati.] vt &.ſ.de re iudi.l.iiij.§.fin. & arg.ĩ.eo.qui decem.§.penul.&.§.fi.& de lega.iij.l.qui cõcubinã.§.ſi hæres.ſed videtur dari de dolo:vt.ſ.de dolo.l.ſi oleum.§.& ſi tu.quæ eſt contrà.Solu.ibi agitur de dolo i.iudicati nomine doli.ſic.C.de dolo.l.j.vel ſolue vt ibi.Itẽ adhuc non videtur opus eſſe agi iudicati :quia per dationem huius ꝓ noxa denegatur vſuſfru.vel pignoris perſecutio:vt.ſ.de noxa.ſi ex duobus.§.fi.&.l.ſi noxale.in princ. & de vſufru.locum.§.proprietarius.& de dam.infe.hoc amplius.§.fi. Sed reſpon.quia illud ſit dño petente contra fructuarium vt aut conferat ad litis æſtimationem,aut dimittat vſumfr.at creditor hoc nõ petit:ſed agit iudicati:vt hîc dicitur.lex tamen illa,ſi noxale.circa prin.videtur plus obſtare:quia dicit ipſo iure finiri pignus:& hic innuit ꝙ non.nam quia durauit hic pignus,agitur iudicati.Sol.ibi creditor erat præſens quando ſeruus fuit pro noxa datus:nec voluit eũ defendere rationes ſui iuris:vnde ei imputatur:licet non ſic in fructuario:vt ibi dicitur.hic aũt creditor fuit abſens. Vel aliter:ibi ſoluitur pignus ipſo iure ſcilicet prætorio:hic non ipſo iure ſcilicet ciuili.

d Nec expectabimus.]ad hoc.ſ.de act.emp.ſeruus.§.fi.

e Liberationem.]vt.ſ.eo.l.cùm quis.§.qui hominem.&.ſ.eo.l.is qui alienum.cum ſuis concor.

QVod in diem.] CASVS. Si promiſi tibi ſoluere decem in Paſcha,poſſum tibi ſtatim offerre:quia medium tempus apponitur gratia debitoris.Fran.Accur.

f Liberum.]vt ſoluat ſi vult:ſi non vult,non cogatur:vt.ſ.de act.& obli.l.quiſquis.& de ver.obl.l.cum qui.§.quoties.& de re iud.l.intra.&.C.de fideicom.l.poſt mortem.hoc autem fallit cum gratia eius cui debetur,dies ponitur:vt.ſ.de leg.ij.ſi ita.§.Pegaſus.& de vſur.l.in fideicommiſsi.§.cùm Pollidius.& ſic etiam poteſt intelligi.ſ.de conſti.pecu.l.item illa.circa prin.Item contra.ſ.de vſufruct.leg.ſi vſusfructu.mihi.vbi etiam ante biennium agitur vel pro tempore ante biennium.ſed ibi biennium erat ſtatutum:vt ſcilicet vltra hæres non teneretur dare vſumfructum:non autem vt vſque tunc haberet dilationem.

CVm decem.] CASVS. Planum eſt hoc principiũ. Si fideiuſſor.]Titius debebat mihi centũ:pro quibus dedit mihi fideiuſſorem:qui fideiuſsit vſque ad certũ tempus:obtulit pecuniam procuratori meo:ſiue vero, ſiue falſo,& ſoluit,poſt tempus fideiuſſionis finitum ego habui ratam ſolutionem.dicitur hîc ꝙ iſte fideiuſſor non poteſt pecuniam repetere:quia ſoluit eo tempore quo tenebatur:nec erat finitum tempus ſolutionis.ſed & poterit agere mandati aduerſus debitorem quaſi mihi creditori ipſi præſenti ſoluiſſet. Sed ponamus quòd ego ignoraui ſolutum eſſe procuratori meo, accepto tuli ſeruo debitoris mei vel filio eius.poſt autem cũ ſciui ꝙ ſolutum eſſet procuratori meo,ratum habui.dicitur hîc ꝙ ſolutio confirmaẽ:& acceptilatio fit nullius momenti.Item ſi ego creditor ignorans ſolutum eſſe:litem ſum conteſtatus cũ debitore meo,& pendente iudicio ratum habuero : debitor debet abſolui. ſi non habuero ratum:debet condemnari.hoc dicit iſte §.Fran.

g Si fideiuſſor.] non debitor. Ioannes.

h Procuratori.]falſo,vel ad alia conſtituto.

i Tempus.]fideiuſſerat enim vſque ad tempus certum.

k Præſenti.] creditori.Sed contrà.ĩ.rem ratã habe.l.fi.§.fi. Solu. hic ratã habuit ſo. eo tempore quo reus erat obligatus efficaciter : licet fideiuſſor ipſe eſſet liberatus tũc cũ ratũ habuit: ibi cũ reus erat liberatus. & facit ad hoc & ſeq.rñ.ſ.de conſtitu.pecu.itẽ illa.§.quod adijcitur.

l Nullius momenti eſt.] propter ſolutionem.

m Confirmatur.] id eſt firma oſtẽditur acceptilatio.

QVi decem debet.] CASVS. Tu debes mihi decẽ ex aliqua cauſa.venis vna dierum, & offers pecuniã hãc mihi ego homo ſuperbus nõ aduerto ad te, & nõ recipio hanc pecuniã:tu recedis cum his nũmis.& poſt aliquod tẽpus perdis iſtã pecuniá. ego peto à te debitũ iſtud.tu rñdes : dñe mi qđ petis? certè nodum in ſcyrpo quæris.ego perdidi hanc pecuniam quã altera die obtuli tibi.ſi accepiſſes,ego eſſem nunc liberatus:imputa tibi ipſi quòd perdita pecunia.certè nõ dabo aliam.ſurge & ambula:quia nihil aliud à me conſequeris.tolle igitur grabatum tuum,& vade in domũ tuam .dubitatur an bene excipiam?Rñ.ꝙ ſic.Itẽ ſi mulier dedit ſeruum in dotem.ſoluto matrimonio ſi vir offert,& mulier non vult recipere,ſeruuſq; moritur:liberatur ipſe maritus.

Si cũ mihi.]Tu debebas mihi ſeruũ Stichũ: interpellaui te vt eũ ſolueres:tu non ſoluis: & ſic es in mora.poſt hanc morã promittis mihi hunc ſeruum ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit . pendente iſta cõditione ſeruus decedit.nunc quęritur vtrũ debeas mihi ſeruũ. Videtur ꝙ ſic:quia iſta nouatio fieri non potuit:ergo remanet prior obligatio in qua tu morã cõmiſiſti.& ſic teneris.Sed tamen rñdetur ꝙ debitor qui poſt moram promiſit mihi creditori ſtipulanti:non videtur fuiſſe in mora:quia etiam qui poſt morã offert,ipſe purgat moram:ergo ille etiã eam purgat qui volẽte creditore poſt morã ei promittit:Sed ponamus ꝙ poſt morã factã in ſoluendo Sticho,ego ab alio eũ ſtipulor quã à debitore:an mora ſit purgata?Rñdetur ꝙ ſic, ſicut ſi aliquis alius obtuliſſet mihi hunc ſeruum pro debitore meo. Nam liberaretur iſta obligatione,ſi ego recipere noluiſſem.

Idẽ reſponſum eſt.]Fur quidã ſurripuit mihi ſeruum quẽdã : ego ſtipulor ab eo fure quicqd ipſe mihi facere ſiue dare debet.licet fur ſemper ſit in mora:tamẽ ſi ſeruum offerat,& ego nolim accipere, & poſteà ſeruus decedat:fur liberatur.Sed pone ꝙ tempore iſtius ſtipulatiõis ſeruus à fure ꝓmiſſus ſit in prouincia:& priuſquam perueniret in manus furis, deceſſerit:certè fur non liberatur:quia nunquã obtulit eum mihi,cùm facultatem non habuerit eum mihi offerendi.

Stichum aut Pamphilum.] Promiſiſti mihi Stichum aut Pãphilũ cũ Pamphilus eſſet meus:& ſic mihi deberi non potuit.Itẽ ponamus ꝙ meus eſſe deſierit.an liberabitur debitor ſoluendo eum ? Rñdetur ꝙ non:quia nec obligatio nec ſolutio videtur in Pamphilo conſtitiſſe.cætera huius.§.vide per te.

Qui hominẽ.]Iſte.§.ponit quos homines ſoluendo quis liberari non poteſt.primò ſi hominem debeo,& ſoluo ſtatuliberum:nõ libe-

obtulerit[a] creditori, & ille sine iusta causa ea accipere recusauerit: deinde: debitor ea sine culpa sua perdiderit[b] : doli mali exceptiõe[c] potest se tueri, quãquã aliquando interpellatus[d] nõ soluerit. etenim non est equum teneri eũ pecunia amissa. qui non teneretur si creditor accipere voluisset. quare pro soluto id in quo creditor accipiendo moram fecerit, oportet esse. Et sanè si seruus erat in dote, eumque obtulerit maritus: & is seruus decesserit, aut nummos[e] obtulerit, eosque non accipiente muliere perdiderit: ipso iure[f] desinit teneri.

Stipulatio conditionalis animo nouandi tollit effectum moræ si erat res præsens: aliàs secus. Barto.

Si cũ mihi Stichum deberes, & in soluendo morá fecisses, sub conditione eum promisisti, & pendente ea Stichus decessit: videamus an quia nouari prior obligatio[g] non potest petitio serui competat, ea q̃ competeret si non intercessisset stipulatio. Sed in promptu[h] contradictio est. debitor enim cũ stipulãti creditori sub cõditione[i] promiserit: non videtur in solutione hominis cessasse[k] . nã[l] verum est eũ qui interpellatus dare noluit[m], offerentem posteà, periculo[n] liberari. Sed quid si ignorante debitore ab alio creditor eum[o] stipulatus est? Hic quoque[p] existimandus est periculo debitor liberatus: queadmodum si quolibet noĩe eius seruum offerente stipulator accipere noluisset. Idem responsum est[q] si quis cùm surreptus sibi seruus esset, sub conditione stipulatus fuerit quicquid furem dare facere oportet. nam & fur[r] condictione liberabitur si dominus oblatum sibi accipere noluit: si tamen cùm in prouincia fortè seruus esset, intercesserit stipulatio. Sed finge priusquàm facultatem eius[s] nancisceretur fur vel promissor, decessisse seruum. Non poterit[t] rationi quam suprà reddidimus, esse locus, non enim obtulisse eum propter absentiam intelligi potest.

In stipulatione alternatiua si altera de rebus alternatiuè promissis erat stipulatoris tempore stipulationis, censetur altera tantum promissa: & ideo nec obligatio nec solutio tenet in ea quæ erat stipulatoris, etiam si desinat esse sua. sed in stipulatione generis generalissimi potest solui illa quæ erat stipulatoris tempore stipulationis, si posteà desinat esse sua. in obligatione uerò generis subalterni idẽ, si desijt esse sua antequàm obligatio totaliter extinguatur: secus si posteà. Bar.

Stichum aut Pamphilum stipulatus sum, cùm esset meus Pamphilus. Nec si meus esse desierit[v], liberabitur[x] promissor Pamphilum dando. neutrum enim videtur in Pamphilo homine constitisse, nec obligatio, nec solutio. Sed ei qui hominem dari stipulatus est: vnum etiam ex ijs, qui tunc stipulatoris serui erant, dando promissor liberabitur, vi quidem ipsa[y] : ac si is dari stipulatus esset[z], qui eius nõ erat. Fingamus ita stipulatum, Hominem ex ijs quos Sempronius reliquit, dare spondes? cùm tres Sempronius reliquisset[a], eorumque aliquis stipulatoris fuisset[b]. an nunc mortuis[c] duobus qui alterius fuerant, supererit illa obligatio, an non, videamus. Et magis est deficere stipulationem, nisi ante mortem duorum desierit[d] esse reliquus seruus stipulatoris.

ror. Item si soluo seruum qui damnum dederat, & non est solutus noxa: non liberor. Item & ille, qui soluit seruum qui fuerat deditus noxæ, non liberabitur: quia minus dat quàm ille, qui soluit eũ, qui non est solutus noxa. Sed quid si dedit hoĩem vespertilionem. i. eum qui non videt nisi de nocte? certè seruum quidẽ dedisse videtur: licet minus bonũ: tamen plus dat quàm ille, qui dat eum, qui non est solutus noxa, aut eũ qui 10 datus fuit pro noxa. ratio: quia isti possunt auferri ab eo ratione noxæ: vespertilio autem non põt à creditore auferri.

Promissor.] Tu debebas mihi seruum aliquẽ. soluisti talẽ qui aliquo casu nõ potest 20 per me ad libertatẽ perduci. an libereris? Rñ. ꝙ non: quia oportet ꝙ me pleno iure facias dñm serui quem mihi soluis. Fran. Accursius.

a Obtulerit.] aliâs detulit. aliâs obtulit. & dic congruo loco & 30 tempore: vt. s. eo. l. si soluturus.

b Perdiderit.] secꝰ si nõ perdidit: quia adhuc tenetur: vt. C. de vsur. l. acceptã. in fi. &. s. de ar. l. sed & si post eà. nisi in casu: vt. C. de condi. inser. l. fi. ibi, nisi ipse &c.

40 c Exceptione.] & nõ ipso iure, quia erat obligatus in genere & quod in genere est perire nõ põt vt s. ad le. Fal. in ratione §. incerte. si aũt in specie: interitu speciei liberatur ipso iure: nisi esset in mora: vt. s. de 50 ver. obl. l. si ex legati causa. &. l. si seruũ. in prin. & facit ad hoc ꝙ debitor generis liberetur per excep. si pereat post oblationẽ. s. de doli excep. l. si opera. &. s. eo. l. si soluturꝰ & de verb. obli. interdũ. §. fin. sed non videt 60 liberari etiã per except. vt in contrario. j. eo. creditor. sol. vt ibi. Item est contrà. s. de arbi. l. Celsus. in fi. sed ibi in pœna committẽda: hîc in sorte iam debita.

d Iterpellatus.] verum est ante oblationẽ: aliâs cõtrà: vt. s. de pericu. & cõmo. rei ven- 70 di. l. illud. Accursius.

e Nummos.] cũ nummi essent dati in dotem. Accur.

f Ipso iure.] fauore dotis, vt inuitent ad offerendã dotẽ. arg. C. de do. promis. l. ad exactionẽ. &. s. qđ metus cau. l. si mulier. §. si dos. vel dic aliud esse in contractu bonæfidei quàm stricti iuris: vt in bonæfidei ipso iure: in alijs per excep. ar. s. de leg. j. huiusmodi. §. ij. vel qđ dicit ipso iure, referas ad casum qñ seruus erat in dotẽ: at qñ pecunia dic liberationem contingere per exceptionem.

g Obligatio.] ideo quia cũ existit conditio, non inuenit vbi figat vel ponat pedes suos: vt. s. de dona. l. quoties in prin.

80 h Sed in promptu.] nunc respondet.

i Sub conditione.] nã nõ petet seruus. vt. d. l. quoties. circa prin. ibi, vnde &c. & statim reddit hîc rationẽ, debitor enim &c. sed contra. huic & illi. l. quoties. j. eo. ti. si rem. circa princi. ibi, nisi per promissorem &c. sol. vt in vtraq; earum dixi.

k Cessasse.] purgauit autem moram: vt. d. l. quoties.

l Nam.] à simili.

m Dare noluit.] post interpellationem.

n Periculo.] ita & hîc, vt. s. de verbo. obli. sciendum. §. fi. &. l. interdum. in fi. &. l. si seruum. §. sequitur. & de pericu. & commo. rei vendi. illud.

o Eum.] scilicet Stichum.

p Hic quoque.] non solùm superiori casu: sed certẽ imò hoc casu non videtur liberari à periculo per oblationẽ alteriꝰ: vt. s. de verbo. obli. l. eũ qui ita. §. 10 fi. quæ est contrà. sol. vt ibi.

q Respõsum est.] quòd tollatur condictio: vt &. s. de condi. fur. l. parui.

r Nam fur.] à simili. hæc enim duo paria sunt, stipulari à fure, quicquid debet: vt hîc 20 &. s. de ver. ob. scire. §. fi. & offerre furẽ: vt subijcit, &. d. l. parui. in prin. quod intellige hoc secũdo casu si post eà pereat res vt tunc tollatur conditio: sed in primo statim post stipulationem: & tunc tenetur ex stipulatio- 30 ne.

s Eius.] serui.

t Non poterit.] refert ergo sit absens vel præsens. sed contrà in hoc. s. de condi. fur. l. parui. Sol. ibi facultatem habebat ostẽdẽdi seruũ, quia prope absens erat: hîc nequa- 40 quã facultatẽ habere poterat ita absens erat: vel plene dic vt ibi no.

Lucratiuæ caussæ duæ an possint in toto in vnum & eũdẽ concurrere: & quid pro indiuiso.

v Desierit.] altero iã mortuo. & sic obligatione soluta secundũ H. vt ar. j. in fin. §. vel aliter vt ibi dices.

x Liberabitur.] 50 imò videtur ꝙ q semel creditoris est, amplius ei solui non põt etiã si suus esse desierit: vt. s. de leg. ij. Meuius. §. duobus. sol. ibi loquitur cũ duo homine in genere alicui legauerũt: quibus casibus si vnus soluit, al- 60 ter eundem soluere nõ potuit quàmuis desijt esse stipulatoris: ne videãtur duæ causæ lucratiuæ in eadem re cõcurrere quæ possunt ad oculum demõstrari. secus autem in dimidia fundi pro indiuiso legata à duobus, & soluta ab vno: quia illa ad oculum osten- 70 di non potest: vt ibidem dicitur. hîc autem vna causa erat tantum lucratiua: ibi nõ. vnde semel homo mihi solutus si desinat esse meus, iterum solui potest: quia regula non vitiatur. vna enim erat obligatio. Azo. Alij hîc de æquitate: ibi de rigore. item fac. suprà eodem. l. si quis duos.

y Quidem ipsa.] nam promisso homine in genere, nullus erat in obligatione: vt. s. de leg. j. l. cùm incertus. sed si Stichũ aut Pamphilũ, tunc vterq;: vt. s. de verb. obli. l. si duo rei. in aliquibus tamen consonant hi promissores: scilicet generis: & in alternatiuis: vt in contrario suprà de condict. indebi. l. cùm is. §. fi. vel dic ipsa id est ipso iure 80 prædicta ratione.

z Stipulatus est.] seruum puta eius. s. stipulatoris.

a Reliquisset.] futuræ legatur: si fortè habes relinquet.

b Fuisset.] tempore stipulationis. H. vel dic posteà.

c Mortuis.] ante stipulationẽ interpositã: vt nõ cõtradicat prin. sed litera videtur tota post stipulationẽ interpositã: sed secũdũ hoc videt quodãmodo prin. §. repugnare fini. sed dic vt modò dixi. Acc.

d Desierit.] antequã fieret stipulatio. Et nota mirabile, ꝙ refert stipu

ſtipuler Stichũ aut Pamphilũ:& tũc ſi vnus eſt meus, nec obligatio nec ſolutio conſtat in eo cũ ſtipulor vnũ ex illis:vt in fin. huius.§.ſecundũ Azo.& ſic nõ eſt cõtra principiũ.§.vt &.ſ.de ver.obli.ſi duo rei.quæ eſt contraria huic fini,ſed concor.cum prin.vnde & principium ſecundum hoc eſt contrarium fini eadem ratione.

Qui ſoluit rem quam habere creditorem nõ licet,non liberatur:ſecus ſi ſibi habere licet,quãuis uilem.Bar.

Qui hominem debebat: Stichũ cui libertas ex cauſa fideicommiſſi præſtanda eſt,ſoluit. Non videtur [a] liberatus.Similique modo ſi ſoluerit ſeruum qui noxa ſolutus non eſt:non liberabitur [b].Itẽ qui hominem noxæ debitum ſoluit: non liberatur.nam & minus hic [c] ſeruum dedit quàm ille, qui ſeruũ dedit nondum noxa ſolutum.Nũc ergo & ſi veſpertilionem [d] ,aut aliàs turpem dederit hominẽ, idem ſit?Et ſanè datũ negare non poſſumus:ſed differt hæc ſpecies à prioribus.habet enim ſeruum qui ei auferri non poſsit.

Iſtum text.inducit Guil.de cu. in.l. quod te. ſi certum peta.quòd qui tenetur quolibet anno dare alteri unum par caponum:tenetur eos dare uiuos,non mortuos:ut poßit eos ad libertatem perducere eo modo quo ſeruus.hoc ſit loco ſummarij.Paulus.

Promiſſor ſerui eum debet hominem ſoluere,quem ſi velit ſtipulator poſsit ad libertatem perducere [e].

Pecuniam redactam ex uenditione pignoris poteſt creditor uertere in quam cauſam uult. Bartolus.

Idẽ digeſto. LEX LXXIII.

OB triginta [f] nummos pecuniæ creditæ fideiuſſorem in viginti dedit,pignus in decem: & ex vẽditione pignoris creditor decem conſecutus eſt. vtrum ex vniuerſitate id decedit(vt quidam putant [g])ſi in ſoluendis decem nihil debitor dixiſſet an(ſicut ego puto) in totis decem fideiuſſori contingat liberatio:quia dicendo potuit efficere debitor,vt ibi nõ dixit, id potius ſolutum exiſtimetur, quod ſatidato debeatur,magis tamẽ exiſtimo [h] licuiſſe creditori in id, quod ſolus [i] debebat reus, accepto [k] ferre.

a Non videtur.]vt ſ.eod.l.cũ quis.§. qui hominem vt dixi.ſ.de con.inde.l. Neratius. 10 & facit.ſ.de leg.iij. qui concubinam.§.ſi hæres.Accur.

b Non liberabitur.]vt.ſ.e.l.ſi hominem.&de verb. obl.l. vbi autem.§. fin.Acc.

c Nam & minus hic.]ſ.qui dedit ſtatu liberũ,minus dat quã 20 ille qui dat noxę ſubditũ:quia hũc ſtatuliberũ ſtipulator tenere nõ põt exiſtẽte conditione:ſed noxæ ligatũ põt retinere dando æſtimationẽ litis. vel dic hîc.ſ.qui dat ſeruum iam noxæ deditũ:minus dat quã ille 30 qui dat ſeruũ noxæ ſubditum,ſed non datũ, ratione prædicta: & caue ꝙ quidã habẽt hic minus in litera.

d Veſpertilionem.]ª qui non videt in ſero:vt &.ſ.de ędil. edi.l.ſi hominẽ.vel .i. ſpoliatorẽ latronum 40 quaſi vi ſpoliatorẽ: vel id eſt in vili arte conſtitutum:vel .i.ſepulchri violatorẽ vt.ſ.ad Treb.ſed ſciẽdũ.

Veſpertilio quid dicat a Veſpillonẽ legit Nebriſ.in lexico ſuo iuris ciuilis in dictione veſpillo, tu ſi mauis: Budæũ ſequitor.ſ.de eui ctio.l.ſi ita quis.

e Perducere.]i.vt plenè fiat ſtipulatoris vt.ſ.de leg.j.l.ſi à ſubſtituto.§.hæres. & de ver.obli.l.vbi autem 50 non apparet.§.fi. Itẽ & plenè dominus qñque non põt manumittere:vt.C. de his qui non poſ.ad liber.perue.l.j.&.ij.Accur.

OB triginta.] CASVS. Titius debebat mihi triginta aureos. pro vi60ginti dedit mihi fideiuſſorem:pro alijs decem dedit mihi pign9. ego vendidi pignus iſtud:& ſum cõſecutus ex eo decẽ aureos . Nũc q̃rĩt vtrũ iſta decẽ debeãt deduci ſuꝑ tota ſumma: ſicut ſit qñ debitor ex magna ſumma ſoluit partẽ,& nihil dicit ſuꝑ qua deducit nã tũc deducĩt ſuꝑ toto.vel an debeãt iſta decẽ deduci ſuper viginti ꝑ quibus fideiuſſor interuenit:vt ſic fideiuſſor liberetur in decem,vt potius videatur debitor ſoluiſſe in illam ſummã pro qua fideiuſſorẽ dedit:tamen in fine concludit ꝙ creditor poteſt deducere in illã 70 ſummã.ſ.in decem quæ ſolus debebat,hoc eſt ſine fideiuſſore. glo. ponit caſum in.l.ſeq.Fran.

f Ob triginta.]aliâs incipit, vbi ob triginta: & aliâs ob triginta.

g Putant.]fortè nob obſtaret eis.j.eodem.l.cùm ex pluribus. & ſ.eodem in his.&.l.magis.cum ſuis concor.quia illæ omnes loquuntur in debitore ex pluribus cauſis: ſed hic debebat ex vna cauſa tantum.Accurſius.

h Exiſtimo.]de æquitate.vel dic ꝙ corrigit ſeipſum.

i Solus.]ſ.ſine fideiuſſore.

80 k Accepto.]quia & in id pignus acceperat.

l ID quod.]Pone exẽplũ in pœna legali:vt ſi debitor ſurripit pignus creditori:vt.ſ.de pigno.actio.l.ſi pignore.&.j.de fur.l.ſi debitor.&.l.creditoris.&.j.de reg.iur.l.quod à quoquã. &.ſ.de condi.indebi.l.pœne.Itẽ & in cõuentionali,ſi modò erat actũ rato manente pacto:vt.ſ.de ver.obli.l.ita ſtipulatus.in fi.ſi autẽ hoc nõ eſſet dictũ non haberet locum hæc lex,cũ rẽ excludat pœnæ præſtatio quoad concurrit:vt.ſ.de excep.doli apud Celſum.§.labeo.&.ſ.pro ſocio.l.ſi quis à ſocio.&.l.ſeq.& de actio.emp.l.prædia.Accur.

Intentio huius.l.eſt quòd illud quod ſoluitur nomine pœnæ,non computetur in ſortem: & ſic poterat peti ſors,aliàs non diceretur cedere lucro creditoris.Paulus.

Modeſtinus li.Regul. L. LXXIIII.

ID quod [l] pœnæ nomine à debitore exactum eſt:lucro debet creditoris cedere.

Idem lib.Regul. LEX LXXV.

SIcut acceptilatio in eũ [m] diem præcedentes perimit actiones: ita & confuſio [n].Nam ſi debitor hæres creditori extiterit:confuſio hæreditatis perimit petitoris actionem.

Non ualet ceßio facta poſt ſolutionem cõtra correum pariter obligatum,niſi pactum de cedẽdo præceſſerit.Bar.

Idem li.reſpon. LEX LXXVI.

MOdeſtinus reſpõdi [o], Si poſt ſolutionem [p] ſine vllo pacto [q] in omne quod ex cauſa tutelæ [r] debebatur, actiones poſt aliquod interuallum ceſſæ ſint [s] ,nihil ea ceſsione actum eſt:cùm nulla actio [t] ſuperfuerit.Quòd ſi ante ſolutionem hoc factum eſt [v] : vel cùm conueniſſet [x] vt mandarentur actiones, tunc ſolutio facta eſt,& mandatum ſubſecutum eſt:ſaluas eſſe mandatis actiones: cum nouiſsimo [y] quoque caſu pretium magis mãdatarum actionũ [z]

SIcut acceptilatio.] CASVS. Si tibi fecero generalem acceptilationem qui es debitor meus oẽs actiões quas habeo cõtra te,perimuntur.Item etiam ſi inſtituero te hæredem:oẽs actiones dilabuntur.Fran.Ac.

m In eum.]ſ.quo facta eſt.

n Confuſio.] ſ.per10imit actiones : vt & j.eo . Stichũ.§.aditio. & noli repetere in eũ diem.

MOdeſtinus reſpondi.] CASVS. Pone caſum in pluribus tutorib9 vel in pluribus fideiuſſoribus.Tres erant tuto20res vnius pupilli:vel tres fideiuſſores vni9 debitoris: vnus tutorum ſoluit id quod debebatur pupillo ratione malè adminiſtratæ tutelæ,vel vnus fideiuſſorũ ſoluit totũ debitũ ꝑ quo fideiuſſerãt tres fideiuſſores 30 in ſoluendo.nihil dixerunt de actionibus cedendis:poſt verò interuallũ ſoluẽs vult ꝙ ſibi cedãtur actiones. dicitur hic ꝙ non põt illud petere poſtquàm eo tẽpore quo ſoluit nihil dixit.ſi verò ante ſolutionẽ vel in ſo40lutione hoc actũ eſt vt.ſ.mandarent actiones, & poſteà ceſſæ ſunt actiões ceſsio valebit.& reddit rõnem ibi,cũ nouiſsimo &c. Fran.Accur.

o Modeſtinus reſpondi.]& bene.

p Poſt ſolutionẽ.] 50 factã ab vno reo debendi vel vno fideiuſſore.]

q Sine vllo pacto.] facto de actionibus cedendis.Accur.

r Tutelæ.]malè adminiſtratæ.Accur.

s Ceſſæ ſint.] ſ.tutori qui inſolidũ ſatisfe60cit pupillo.

t Nulla actio.] ſcilicet actori.ſic.ſ.de fideiuſ.l.cũ is. habet tamen tutor in rem vtilẽ,licet non ceſſam,vt.ſ. de tute.& ra.diſtra.l.j.§.nunc tractemus.ibi & ſi fortè &c.ſed videtur ex interuallo etiam facta ceſsio valere:vt.ſ.de adminiſtra.tuto.l.. ſi minoris.quæ eſt contrà.Sol.ibi fuit actum tempore ſolutiõis vt poſt eà fieret ceſsio: vt & hîc ſubijcit.Item contrà.j.eo.Stichum.§.ſi mandato.vbi etiam ex interuallo ceditur:ſed ibi ſoluerat pro ſua obligatione tantum mandator & tutor:vt ibi not.vel actum fuit vt poſt 70 eà poſſent cedi.& eiſdem modis ſolue aliud contrarium ſuprà de peculio.lega.l.dominus.Sticho.in principio & aliud ſuprà de tute. & ratio.diſtr.l.alterius.Item contrà ſuprà mãda.l.Pomponius.vbi ſoluente mandatore vel fideiuſſore non liberatur reus,& ſic ſupereſt actio:& põt dici cedi:ſed in eis plenè dic vt ibi not.In tutoribus autem & correis ſerua quod hic dicitur.Item contrà.ſ.de lega.primo.l.ſi res obligata in fine.ſed & ibi ante ſolutionem facta fuit ceſſio. ADDITIO Iſta ſolu. non placet Bar.ideo dic ꝙ ibi loquitur in duobus reis quorũ vnus erat obligatus,alius nõ:ſed ſoluebat cauſa liberandæ & retinendæ rei ſuæ:ſed hic loquitur in pluri80bus pariter obligatis,ſecundum eundem. Bar.

v Factum eſt.]ſcilicet ceſsio.

x Conueniſſet.]ante ſolutionem vel in ipſa ſolutione.

y Cum nouiſsimo.]i.in poſteriori caſu.

z Actionum.] Sed an inſolidum contra correum debendi à creditore ſint cedendæ actiones:& an in tutoribus?Io. dicit ꝙ nõ ſunt inſolidũ cedendæ:licet alij contrà.ſed pro parte tã in correis,quàm

Actiones an ſint cedẽdæ contra correũ debendi à creditore : an verò à tutoribus, & vtrũ inſolidum, & an in parte.

solutum,quam actio quæ fuerit, perempta videatur.

Idem. LEX LXXVII.

IN liberto antiquior [a] cõtract⁹ [b] operarum esse non potest,sine q̃bus [c] libertas ei data non esset [d].

Commistione nummorum reconciliatur solutio. Barto.

*Iabolenus. LEX LXXVIII.

SI alieni nummi inscio vel inuito domino soluti sunt [e] : manent eius cuius fuerunt [f] .Sed si misti [g] alijs sint,ita vt discerni nõ possint:eius fieri qui accepit [h] ,in libris Caij scriptum est:ita vt furti actio domino [i] cum eo [k] qui dedisset [l] ,competeret [m] .

Per aspectum quæritur dominium rei solutæ. Bartolus.

Idem li.12.epistola. LEX LXXIX.

PEcuniam [n] quam mihi debes, aut aliam rem,si in conspectu meo ponere te iubeam: efficitur vt & tu statim libereris, & mea esse [o] incipiat.nã tũc quòd [p] à nullo corporaliter eius rei possesio detinetur,acquisita mihi [q] & quodammodo manu longa [r] traditã existi

in tutoribus:ar.ff.de tute.& ratio.distra.l.cũ pupillus.&.j.de cẽ.l.cũ possessor.& de administra.tu.l.si plures.&.ff ad legẽ Rho.de iactu.l.j.&.ij.§.æquissimum.&.ff.de pecu.l.quæsitum.§.sed si velit. alioquin lucraretur.sed lex illa,cũ pupillus .apertè videtur contrà Ioan .sed eam punctua vt ibi nota. Alij dicũt aliud in tutoribus vt scilicet fiat cessio insolidum, quã in correis:qui scilicet tutores & non cessa actione habent vtilẽ p̃ parte. si enim tutor ex se habet actionẽ p̃ parte:ergo si cessa fuit insolidum:ne nihil cessio operetur: sicut cũ primo partem,post lego alterã partem: videor legare aliã:vt.ff.de leg.ij.l.Mæuius. §.duorum.sed hoc nihil est.Itẽ si cessio fiat vni ex tribus.an fiet in solidum saltẽ pro duabus partibus: quod si est,an cedet ipse actio. illi quem insolidum cõuenit pro tertia.In fideiussoribus autem & mãdatorib⁹ dic vt no.ff.mãda.l.Papinianus.Itẽ facit ad hoc. C.de contra.iudi.tu.l.j.&.ij.&.C.de actio.& obli.l.j.&.ff.q.mo.pig.vol hypo.sol.l.soluitur.§.si cõuenit.Ac.

* al. Cassio.

IN liberto.] CASVS. Seruus Stichus cũ manumittertur,promisit præstare operas post manumissionem. cùm conueniretur,vult se defendere,dicens q̃ non teneṫ de operis quas p̃misit quia sit contractus fact⁹ in seruitute de quo manumissus nõ teneṫ, sed hęc allegatio nõ valet:qa ista p̃missio nõ cẽseṫ esse facta in seruitute, sed propè in ipsa libertate: cũ non esset cõsecutus libertatem nisi operas promisisset.Fran.Accur.

a Antiquior.]id est anterior.

b Contractus.]quo ipse liber factus teneatur.nam de contractibus in seruitute non teuetur .post manumissionẽ autem iste primus est:quia in ipsa manumissione vel paulo post fit:vt.ff.de libe.cau.l.fina.&.C.de ope.lib.l.j.itẽ quod dicit operarum,supple quàm.apparet ergo q̃ si nulla causa prægrauaret,& libertus solueret : in hunc contractum patronus accepto ferret:vt.ff.eo.l.in his.in prin.

c Sine quibus.]id est sine operarũ impositione.

d Non esset.]fortè.

SI alieni.] CASVS Tu debebas mihi.x.aureos: soluisti mihi de pecunia aliena,puta Titij,ipso Titio inuito.certè tu nõ liberaris:quia nũmi manent eius cuius fuerũt ante.si aũt ita misti sint vt abinuicem tui & alieni discerni non possint,tunc acquirũtur mihi creditori:sed dño nũmorũ cõpetit actio furti p̃ his nũmis.F.Ac.

e Soluti sunt.]scienti creditori.vel fortè etiam ignoranti:vt ar.ff.de acqui.re.do.l.traditio.

f Fuerũt.]& hoc casu loqṫ.j.e.si is cui.ĩ prĩ.& ita nõ fiũt accipiẽtis.

g Misti.]cum alijs nummis.

Fur quãdo quę rei furti nę dominiũ transfert.

h Accepit.]quasi sint consumpti per immistionem cũ alijs : vt hîc &.ff.si cer.peta.l.nam & si,in fi.&.l.non omnis.§.fi.& institu . de vsufructu. §.constituitur.Sed contra.ff.de rei vendicatio.si frumentum.in principio. & instituta de rerum diui.§.quòd si frumentum Solu.speciale est hîc in pecunia:argu.ff.si certum peta.l . singularia. vt debitum hîc dicatur suscepisse.Item facit.ff. eod.l.is qui.item hoc si bona fide acceperit.quid autem si mala?Item not. secũdum quosdam q̃ hic est casus quo fur rem furtiuam dando,dominium transfert,secundũ quosdam.Accur.

i Domino.]nummorum.

k Cum eo.]scilicet debitore.

l Dedisset.]id est soluisset.

m Competeret.]qñ sciens alienos soluit,certi condictio : arg.ff.si cer.peta.l.si cùm seruum.

PEcuniam.] CASVS. Titius debebat mihi centum aureos: vult mihi soluere.iubeo vt ponat ibi ante me:& dimittat ibi dicitur hîc quòd Titius liberatur:quia cũ illa pecunia à nullo possideatur,acquiritur mihi,& longa manu tradita esse videtur.Franciscus.Accursius.

n Pecuniam.] aliâs si pecuniam . & aliâs pecuniam incipit hæc lex.

o Mea esse.] nã cũ possesio quæratur:vt.ff.de acqui. posses.l.j.§.pe.&.l.qđ meo.§.si vẽditorem.&.l.pe.§.fi.ergo & dominium, qđ ab ea separari non potest.& facit.j.de fur.l.falsus.§.ij. & de iure do.l.si ego.§ . dotis ibi, quid enim interest &c.

manda est.

Quælibet obligatio dissoluitur eo modo quo ligatur. Barto.

Pomponius ad q̃ntum. LEX LXXX.

PRout quisque [s] contractus est ita & solui [t] debet : veluti cũ re [v] contraximus [x] , re solui debet [y] :& cum verbis aliquid cõtraximus,vel re [z] vel verbis obligatio solui debet.Verbis veluti cùm acceptum promissori [a] fit.Re, veluti cùm soluit quod p̃misit. Aequè, [b] cùm emptio,venditio , vel locatio contracta est : quoniam consensu nudo contrahi potest [c] ,etiam dissensu contrario dissolui potest [d].

Hæres adiecti non potest solutionem recipere. Bartolus.

Idem ad Quin.mu. LEX LXXXI.

SI stipulatus sum mihi aut Titio dari:si Titius [e] decesserit,hęredi [f] eius soluere non poteris [g].

Res indiuidua quo ad solutionem potest quibusdam ex hæredibus solui mandato iudicis. Bartolus.

Si lancem [h] deposuerit apud me Titius, & pluribus hæredibus relictis decesserit: si pars hæredum [i] me interpellet [k] ,optimum quidẽ esse si prætor aditus [l] iussisset me

p Quod.] id est quia.

q Mihi.]creditori.

r Longa.] Nota. aliter dicitur breuis manus:vt.ff. de iure do.l.licet.§.j.

PRout quisque.] CASVS. Ista lex nihil aliud dicit, quàm quòd omnis cõtractus soluitur per ea per quę factus est vel ligatus : vt si verbis fact⁹ sit,verbis dissoluaṫ. si re , etiã rei solutione soluaṫ.si consensu:tũc dissensu soluaṫ. Fran.Accursius.

s Prout quisque.] aliâs prout quisque contractus est . aliâs prout quodque contractum est alio & alio modo celebratum.

t Solui.]i.resolui. & dic debet . i. põt.nã p̃t solui & alijs modis vt cõpensatiõe:& cõfusione:& similibus . vnde Ro.dixit melius dixisset, potest. & sic est.ff.de offi.procon.l.obseruare.§.fi.vel propriè ponitur.non enim excludit quin alijs modis fieri possit.& facit ad hanc regulam.ff.de acqui.pos.l.quamuis saltus.&.j.de reg.iur.l.nihil tam.&.l.fere.

v Cum re.]vt in mutuo.

x Contraximus.]contrahitur enim obligatio q̃nque re:& q̃nq; verbis:& alijs modis:vt.ff.de act.& obli.l.j.§.j.

y Debet.]vt &.j.eo.l.verborum.

z Vel re.]id est solutione facta.

a Promissori]à creditore.Accur.

b Aequè.] i.similiter:per æquè,id est sicut.

c Contrahi potest.]non subnixa re vel verbis.

d Potest.]si res integra est:vt.C. quando lic. ab empto. dis.l.prima.

SI stipulatus.]Clarum est hoc principium.

Si lancẽ.]Iste.§.ponit pulchrã practicã.Titius deposuit apud me lãcẽ.i.scutellã auream vel argenteã.ego decedẽs relinquo quatuor hæredes.duo à me petũt hãc lãcẽ.ista lex dat cõsiliũ q̃ adeã iudicẽ,vt eius authoritate seu p̃cepto restituã illis duob⁹,& sic liberabor ab alijs duob⁹ hæredibus.si tñ sine p̃cepto iudicis restituã illis duobus & bona fide:potero liberari.consulit tñ tutius esse q̃ restitutio fiat authoritate iudicis.Franciscus.

e Titius.]adiectus .

f Hæredi.]tacitũ em̃ mãdatũ ita morte mãdatarij finiṫ,vt expressum:vt insti.mãda.§.itẽ si.sed hanc rõnẽ hic adiungere non placet: quia hic expresim reuocari non posset:vt.ff. eodem vero . ergo nec tacitè deberet reuocari:quod falsum est:vt.ff.l.si quis stipulatus . §.item.nec tacitum mandatum hîc interuenit:nisi aliud actum sit : vt diximus.ff.eodem.l.vero.in principio.& facit.ff.de verb.obli.si stipulatus.in princ.&.l.cũ quis.in princi.&.l.fi.in prin.&.ff.eo.cum quis. in prin.&.j.eodem.Stichum.§.vsumfructum.& de condi. & demon. l.qui hæredi.Sed argumen.contra.ff.de ver.obli.l.ij.ibi,non enim ex persona hæredis &c.

g Non poteris.]nisi esset dictum de hærede.& est ratio : quia hîc certa persona fuit adiecta.

h Si lancem.]& sic indiuiduum:vt.ff.depo si.l.j.§ si pecuniam.

i Hæredum.]si autem omnes,vt.d.§.si pecuniam.

k Interpellet.]vt lancem depositam reddam.

l Aditus.]à me.Accursius.

a ❡ Hæredum.] interpellantium.
b ❡ Non teneri.] id est ipso iure liberari.
c ❡ Sine dolo malo.] qui solus in deposito venit & lata culpa: vt. ff. deposi. l. quod nerua.
d ❡ Liberabor.] quia tantũ dolum coercet.
e ❡ Non incidam.] ratione doli, sed ratione rei restituendæ in cidã in obligationem & in actione depositi, quia nascitur obligatio & actio ex die depositionis: vt. ff. deposi. l. j. § idem Pomponius. ibi, planè si &c. & . §. cũ aũt. & ideo liberor quo ad hoc. Sed alij dicunt ꝙ non nascit actio depositi nisi dolo commisso. pro quibus est arg. ff. depo. l. si quis inficiatus. sed ibi de condi. fur. dicit quæ pro dolo depositarij datur item pro eis hec lex: sed eã expone vt dixi. prætereà cũ ipsi fatetur obligationem nasci, licet nõ actionẽ quomodo hic exponunt nõ incidam in obligationẽ? Sed for tè dicunt, nõ incidã vt possim cõueniri: & ita secundũ eos obligatio nascitur, non act. Itẽ pro eis quod diximus in multis alijs casibus in quib⁹ obligatio nascitur nõ actio: vt no ta. C. de rerum permu ex placito. Accur.

†Dic ꝗ hic esse tex. sin. ad hoc ꝓ positũ, ꝗ ad te ctus solutioni licet nõ possit agere suo nomine ꝓprio tamẽ potest agere nomi ne procuratorio domini de quo Alexã. in l. in stipulationibus. in vlti. col. ff. de ver. obl. Bolo.

f ❡ Optimum.] vt omnino doli suspicionem effugias. ad quod est. ff. de min. l. ait Prætor. §. permittitur. Accur.
g ❡ Facere.] No. ꝗ aliquid possum per mesa cere, quod est vtilius per prætorem. vt. C. de pig. l. creditores. Accursius.

SI cum corneli- us.] CASVS. Quidam nomine Cornelius vir liberalis volens Seiam quandã mulierẽ nuptui tradere, fortè quia erat coniucta persona ipsi Seiæ, dedit fundum quendã in dotem Sẽpronio viro ipsius Seiæ: nec aliquod pactũ apposuit Cornelius ꝙ soluto matrimonio redderetur sibi fundus. pro curauit tñ ꝙ Sempronius & Seia paciscerẽtur inter se vt soluto matrimonio fundus iste redderetur sibi Cornelio. hîc quæritur vtrum soluto matrimonio, si mulier nolit, fund⁹ iste debeat restitui per maritum ipsi cornelio? R̃n. ꝙ non: sicut à simili si nullum pactum interuenisset de fundo reddendo: & soluto matrimonio mulier iussisset fundũ reddi deinde vetaret reddere: certè maritus nõ deberet reddere. sin autẽ vir reddidisset fundũ, & nõ habuisset cãm existimandi se inuita muliere hoc facere: bene fecisset fundũ reddendo: nec deberet ille fundus redire ad Seiam. Fran. Accur.

h ❡ Si cum Cornelius.] extraneus. Accursius.
i ❡ De eo.] fundo.
k ❡ Reddendo.] sibi Cornelio. Accur.
❡ Cauisset.] l. Cornelius. & per hoc videtur mulieri donatum: vt. C. de pac. conuen. l. ex morte. in fin. & . ff. sol. ma. l. si cũ do. in princip. & . C. de rei vxo. actio. §. accedit.
l ❡ Effecit.] Cornelius.
m ❡ Seia.] vxor.
n ❡ Cornelio.] tanquam suo procuratori scilicet Seiæ. R. nam si vt eidem donaret, aliud esset dicendum secundum quosdam. imò pu to idem esse. arg. contra. C. de act. & obli. si quidẽ. & . ff. de do. l. ij. §. si pecuniam. & . l. hoc iure. §. ij.
o ❡ Vetante Seia.] cùm ipsa iussit.
p ❡ Sicuti.] f. tunc non rectè Cornelio redderetur.
q ❡ Non tuto.] id est non tutè. Accur.
r ❡ Redderetur.] vt & . j. eo. l. aliud.

parti hæredum [a] eam lancẽ tradere: quo casu depositi me reliqs cohæredibus non teneri [b]. Sed & si sine prætore sine dolo malo [c] hoc fecero, liberabor [d]: aut (qđ verius est) nõ incidam [e] in obligationem. Optimũ [f] autẽ est id per magistratum facere [g].

❡ *Pactum de soluendo tertio ex interuallo appositum, idem operatur quod simplex mandatũ. Paulus.*

Proculus li. 5. epistolarum.

LEX LXXXII.

SI cùm cornelius† fundum suum nomine Seiæ viro eius dotidedisset, nec de eo [h] sibi reddẽdo [i] quicquàm cauisset [k], effecit [l] vt vir & Seia [m] inter sese pacíscerent vt diuortio facto is fundus Cornelio [n] redderetur: non puto diuortio facto virum vetente Seia [o] eũ fundum Cornelio redditurum esse: si cuti [p] si cũ pactum conuentum nullum intercessisset, diuortio facto mulier iussisset eum fundum Cornelio reddi: deinde antequã redderetur, vetuisset: non tutò [q] reddere tur [r]. Sed si ante quàm Seia vetaret, Cornelio eum fundum reddidisset [s], nec causam habuisset existimandi inuita Seia se facturum esse [t]: nec melius nec æquius esse existimarem eum fundum Seiæ reddi [v].

❡ *Qui soluit debitũ naturaliter tantum: nõ repetit. Barto.*

Pomponius lib. 14. ex varijs.

LEX LXXXIII.

SI tuo seruo credidero, cumque redemero, & is manumissus mi hi soluerit: non repetet [x].

❡ *Ex duobus obligatis ad idem debitum, uno cõ uento alter non liberatur: sed uno soluente sic. Paulus.*

Proculus lib. 7. episto.

LEX LXXXIIII.

EGisti de peculio serui nomine cũ dño. Nõ esse liberatos [y] fideiussores [z] eius respõdi. At si idẽ seruus ex peculio suo permissa [a] ad ministratione [b] eius peculij, nummos soluisset [c]: liberatos esse fide iussores eius rectè legisti.

❡ *Qui tardius dat minus dare uidetur. Paul.*

Callistratus li. 2. LEX LXXXV.

SOlidum nõ soluitur nõ minus quantitate [d] quàm die [e].

❡ *Procuratori litis non potest solui nisi adhoc datus sit, h. d. Bart.*

Paulus li. ad Sab. LEX LXXXVI.

HOc iure vtimur, vt litis ꝓcuratori [f] nõ rectè soluatur [g]. Nam absurdum est, cui iudicati [h] actio non datur, ei ante rem iudicatam solui posse. si tamen ad hoc datus sit, vt & solui ei possit, soluendo ei liberabitur.

❡ *Generalis procurator ad negotia, potest soluere creditoribus domini: nec requiritur alia ratihabitio domini. Pau.*

Celsus li. digest. LEX LXXXVII.

QVodlibet debitum [i] solutum [k] à procuratore [l] meo nõ repeto†: quoniam cùm quis procuratorem omniũ rerũ suarũ constituit, id quoq; mãdare videtur vt creditorib⁹ suis pecuniam soluat: neque posteà expectandum est vt ratum habeat.

❡ *Ex re pupilli per extraneum non tutorem si bi non quæritur nisi in subsidium. Bar.*

s ❡ Reddidisset.] vir.
t ❡ Facturum esse.] certè bene facit.
v ❡ Reddi.] i. bene fecisset si ei reddidisset: nec esset equi⁹ vel melius si Seiæ reddidisset. ad quod est. C. de contrahen. stip. l. iij. & . ff. deposi. l. quod seruus. & de acqui. pos. l. fundi.

SI tuo seruo.] CASVS. Tu habebas seruum Stichũ: cui dedi centum mutuò. posteà eũ redemi. i. dedi tibi pecuniam vt eũ manumitteres. ipse manumissus soluit mihi. an possit repetere? Respondetur quòd non. Franciscus. Accur.

x ❡ Non repetet.] remanet enim naturaliter debitor: & ideo impeditur repetitio vt. ff. de condic. inde. l. frater. & . l. naturaliter. & . l. si quod. sed ciuiliter non: vt. ff. de nox a. l. si alienus.

EGisti de peculio.] CASVS. Tu habebas seruum Pamphilum q accepit à me mutuo centum: ego feci te cõ ueniri actione de peculio. tu soluisti partem. dicitur hîc ꝙ fideiussores serui nõ sunt liberati. si autem ipse seruus soluerit pecuniam ex suo peculio cùm haberet administrationem eius, fideiussores eius erunt liberati. glo. ponit casum in l. seq. Fran.

Solues tardius minus soluere videris: & econtra bis soluit, qui citò soluit.

y ❡ Liberatos.] de eo quod non erat in peculio eius qui debebat.
z ❡ Fideiussores.] q a non soluit totum, cũ non esset totum in peculio. Sed contrà. ff. de exce. rei iud. l. si cũ argentum. §. fi. So. ibi seruus soluerat tunc: hic non. Itẽ facit. ff. de act. empt si seruus. in fin. & . ff. eo. l. cùm quis. §. de peculio.

† Ad idem est tex. in. l. Plautius. ff. de procu. ra. & in l. si ꝓcurator. §. si ignorantes. ff. man.

a ❡ Permissa.] scilicet sibi.
b ❡ Administratione.] nam aliàs nulla ratione seruus alienare potest. R.
c ❡ Soluisset.] in solidum.
d SOlidum.] Quantitate id est si non soluit totum quod debebat.
e ❡ Quam die.] sicuti qui decẽ debet, & soluit qnq;: & ita qui debet hodie vel cras, si soluit post cras, non soluit solidũ ad quod. j. de verb. sig. l. si cui, in fi. & . l. minus. & insti. de fideiusso. §. antepenul. & de act. §. plus.

HOc iure.] CASVS. Cõueniebã te in iudicio ad cẽtũ q̃ mihi debebas. feci ꝓcuratorẽ meũ Titiũ tu soluisti huic ꝓcuratori meo. q̃rit an liberer is? R̃n. ꝙ nõ: quia ꝓcuratori litis nõ rectè soluitur. ratio redditur in textu ibi, nã absurdũ est. Si tamẽ habeat expressum mandatum ad hoc: poterit ei solui. Fran.

f ❡ Procuratori.] i. procuratori ad litigãdũ constituto. Accur.
g ❡ Non rectè soluatur.] ad hoc. ff. de pa. l. sed si tantũ. & . C. de trãsact. l. transactionis.
h ❡ Iudicati.] iudicati tñ agit in casu: vt. ff. de procur. actoris. ergo rectè ei tũc soluit. Io. & alijs duobus. f. q̃ñ in rẽ suã, & q̃ñ ad hoc habet mãdatũ. vt. ff. de ꝓcu. l. ꝓcurator. & hîc subijcit, & . ff. e. l. vero. A c.
i QVodlibet debitum.] etiã naturale, vt dicũt: quod est verũ si soluit de suo. nã nisi ratũ habeã, nõ repeto: sed nec tũc quasi ego soluissem, sed si de meo soluissem, tũc videtur ꝙ sic: quasi nõ videat ei esse mãdatũ: vt. j. eo. l. si is cui. §. flauius. in fi. Accur.
k ❡ Solutum.] de bursa procuratoris.
l ❡ A procuratore.] ignorante me tutum exceptione: vt. ff. manda. idemq;. § generaliter. Sed illud est quantum ad acti. manda. dandam vel denegandam procuratori. sed quantum ad partẽ istam nihil re-

fert si debitum efficax est solutum. si inefficax, hoc est indebitū: obtinet tunc quod dicitur. ff. de condi. inde. si procuratori. in princ. Itē facit. ff. de pact. l. sed & id quoque. Accursius.

Filiæ intestato patri.] CASVS. Titius mortuꝰ est intestatus: cui successit filia sua Seia. mater ipsius Seiæ gessit negotia eius: & dedit ei filiæ aliquas res vendēdas argētarijs. & hoc scripsit in libro rationum argentarij. omnibus rebus venditis soluerunt pretium matri huius filiæ. & posteà mater nouē annis administrauit bona filię intantum ꝙ eam etiā marito collocauit, & cęteras res ei tradidit. Nunc quæritur, vtrū ista filia habeat aliquam actionem contra argentarios eo ꝙ non sit ab ipsis pretiū rerū venditarū stipulata? Respōdetur ꝙ argentarij sunt liberati soluendo matri huius Seiæ. si tñ argentarij sciebant matrē nō habere ius administrandi res filiæ, & mater non sit soluendo, non liberantur matri soluendo. Fran.

Scæuola. LEX LXXXVIII.

Filiæ intestato patri hęredis negotia mater gessit, & res [a] vēdendas per argentarios dedit [b]: idque ipsum in codice rationum cōscriptum est. argētarij vniuersum redactum pretiū venditionis soluerunt [c], & post solutionē nouē ferè annis quicquid agendū erat nomine pupillę mater egit, eamq́; marito nuptui collocauit, & res eitradidit. quęsitum est an puella cū argētarijs aliquam actionem habeat quoniam [d] non ipsa stipulata sit ꝑ̃tium rerum quæ in venditionem datæ sunt, sed mater. Respondi si de eo quæreretur, an iure ea solutione [e] argentarij liberati essent: respondēdū iure liberatos [f]. Claudius [g]. Subest enim illa ex iurisdictione [h] pendens quęstio, an pretia rerum quæ sciebant esse [i] pupillæ bona fide soluisse videantur matri quæ ius administrationis nō habebat, ideoq́; si hoc sciebant [k], non liberantur [l]: scilicet si mater soluēdo non sit.

Clausula generalis restringitur ad specificata tantum si hoc fieri potest salua ratione recti sermonis. Barto.

Idem digest. LEX LXXXIX.

Si ex pluribus causis & chirographis creditor ita cauit, Titius [m] Mæuius [n] dico me accepisse & habere [o] & accepto tulisse Caio [p] Titio reliquum [q] omne post rationem positam [r] eius pecuniæ quam mihi Stichus Caij Titij seruus cauerat. quæsitum est an ex cęteris chirographis in quæ non Stichus cauit, sed ipse debitor: integra maneat actio: id est ex reliquis chirographis per ipsum debitorē cautis? Respondi eam solam obligationem dissolutam [s], ex qua solutum proponeretur [t].

Ille qui habet mandatum recipiendi solutionem ex certa causa, non potest ex alia causa recipere. Bart.

Lucius [v] Titius ex duobus chirographis, quibus quadringenta ei à Seio debebantur, altero centum altero trecenta, scripsit Seio [x] vt vnius [y] chirographi centum per Mæuium & Septitium sibi mitterentur. quæro an Seius si Mæuio & Septitio ex trecentis quoque soluisse se dicat, liberatus sit. Respondi si nec mandauit vt ex. ccc. soluerentur, nec sulutum ratū habuit: non esse liberatum [z].

Simplex solutio refertur ad causam antiquiorem, si utraque est usuraria, licet una grauioribus prægrauetur usuris. Barto.

Lucius Titius [a] duabus stipulationibus, vna quindecim sub vsuris maioribus [b] altera, viginti sub vsuris leuioribus Seium eadem die obligauit [c]: ita vt viginti prius soluerentur, id est idibus Septembribus [d], debitor post diem vtriusq; stipulationis cedentē soluit vigintisex. neq; dictum est ab altero [e] pro qua stipulatione soluerentur. q̃ro an quod solutū est, eā stipulationē [f] exoneret cuius dies ante-

a Et res.] filiæ.
b Dedit.] mater.
c Soluerunt.] matri.
d Quoniam.] aliâs qñ: & aliâs quoniā.
e Solutione.] matri puellæ facta per argētarios.
f Liberatos.] imò non: vt. ff. de neg. gest. qui alienam. quæ est contra. Solu. ibi sciuit hic ignorauit. debitor vel hîc soluit ex posteriori cōtractu: ibi ex præcedenti. vel ibi loquitur de debitoribus filiæ: hic de matris debitoribus. vel ibi erant debitores hæreditarij: hic nō. vel hîc ignorabant debitores esse pupillares: vel etiam scientes cū mater erat soluendo. vel ibi erant scientes, & mater erat soluendo.
g Claudius.] notans Scęuolam ꝙ minus sufficienter dixerat.
h Iurisdictione.] à iudice examinanda.
i Sciebant esse.] siue habeas qui, scilicet argentarij: siue quæ. s. ꝑ̃tia: dic sciebāt esse pupillæ, scilicet res venditas, secundum R. vel esse pupillæ, scilicet pretia prædicta, dic id est deberi pupillæ, quia procuratorio nomine erat stipulata: ex qua stipulatione pupilla habet vtilem fortè: vt argu. ff. solu. ma. l. caius. &. C. de pac. conuen. l. pater. in subsidium tamen, vt hîc. sed si ignorabant, liberantur: vt dixi.
k Sciebant.] s. res fuisse pupillæ. R. vel deberi filiæ pretia.
l Liberantur.] argentarij à filia.

Si ex pluribus.] CASVS. Titius quidā habebat multas obligatiōes cōtra caiū quēdā: quas ipse Caiꝰ ꝑtim ipse cōtraxerat, & partim seruus eius Stichus. Accidit ꝙ semel isti duo Titius & Caius posuerūt rōnē simul de suis debitis, intantū vt ipse Titius faceret Caio quittantiam in hæc verba: ego Titius confiteor me recepisse mihi quę satisfactum esse ex oībus contractibus ex quibus ratione inter nos posita inuentum est Caium mihi teneri ex contractibus serui sui Stichi. Nūc quæritur vtrum Caius sit liberatus ex omnibus cō tractibus suis: an verò tantùm ab his quos seruus suus Stichus fecit. Rñ. ꝙ liberatur tm̃ virtute istius quittantiæ à contractibus factis à Sticho seruo suo, nō ab his quos ipsemet fecit cū Titio creditore suo.

Luciꝰ Titius.] Casus istius difficillis & scabrosi textꝰ talis est. Lucius Titiꝰ habebat obligatū Seiū quēdā in. cccc. aureis de istis. cccc. aureis habebat duo chirographa. i. duas schedulas signatas manu ipsius Seij. vna schedula cōtinebat cētū aureos: altera trecētos. Luciꝰ Titius creditor mandauit Seio debitori suo vt mitteret sibi centum quæ in vna schedula erant, per Septitium & Mæuium quosdā quos ad eum miserat. iste Seius debitor volens se bonū virū ostēdere, soluit Septitio & Mæuio non tantū. c. de quibus mandabat Lucius creditor, sed etiam soluit trecenta ipsis Septitio & Mæuio. q̃ritur an liberetur ista solutione. Respon. ꝙ si Lucius non mandauit Seio ꝙ solueret alia. ccc. non liberatur hac solutiōe facta ipsis Septitio & Męuio.

Luciꝰ titiꝰ.] Ego ꝓmisi tibi vna die quindecim aureos sub vsuris maioribus, & xx. aureos sub vsuris minoribꝰ, & pacto apposito ꝙ xx. soluerent in mēse Septēbri. xv. vero mense Decēbri, ego permisi transire mensem Septēbris & Decembris, & sic vtrūque terminum. posteà venio & soluo tibi: xxvj. aureos: & non discerno pro qua summa soluo, an ꝓ quindecim, an ꝓ. xx. Nūc quæritur in quā summam hæc. xxvj. deducantur, an. xx. priꝰ soluta esse videantur in illa. xx. quæ debebantur sub vsuris leuioribus, &. vj. pro vsuris? Respō. quòd solutio debet cedere in vetustiorem obligationem. Fran. Accur.

m Titius.] ego. Ac.
n Mæuius.] creditor. Accur.
o Et habere.] verborū inculcatio.
p Caio.] s. domino debitoris. Et nota. ꝙ iure pacti de non petēdo accipiūtur hęc verba vt suprà de pact. l. tale.
q Reliquum.] quia prius partem acceperat.
r Positam.] i. redditam.
s Dissolutam.] scilicet per pecuniam.
t Proponeretur.] proponitur autem solutum ex reliquis rationibus serui, vt ex verbis Titij patet. Item talis confessio extra iudicium facta non videtur quòd præiudicet, nisi post triginta dies: vt. C. de nō numera. pecu. l. in contract. §. super. &. ff. de pactis. l. tale pactum in principio. & facit. C. de tractationibus. l. si de certa. & suprà de arbitr. l. de his rebus. & de transactionibus. l. cùm Aquiliana. Accursius.

Confessio extra iudicialiter facta an & quando obligat & post quod tempus.

v Lucius.] ita construe, Lucius scripsit Seio vt vnius chirographi ex duobus chirographis quibus. cccc. ei à Seio debebantur. s. altero. c. altero. ccc. per Mæuium &c.
x Seio.] debitori. Accursius.
y Vt vnius.] non adito ex quo vellet sibi solui.
z Non esse liberatum.] in centū ex illis. ccc. si non de hoc mandauit. Sed nunquid licuit debitori eligere: vt suprà eodem. l. prima? Respondeo. illud locum habet præsente constituto vtroque, vel debitoris procuratore, sed hîc erat in absentia, & actor misit procuratorem, secundum R.
a Lucius Titius.] creditor. Accur.
b Maioribus.] hoc faciebat dubitationem.
c Die obligauit.] diuersis horis.
d Septembribus.] id est. xv. calendas octobris.
e Ab altero.] id est neque à debitore soluente, neque à creditore recipiente.
f Eam stipulationem.] vtrum de stipulatione de quindecim vel viginti.

Sortis.

a ❡ Sortis.]nomine.
b ❡ Eorum.]vi. inti.
c ❡ Ex vsu.]vt in vetustiorem obligationem solutio cedat non inspecta causa vsurarum. & facit.s.e.l.in his.circa princ.&.j.eo.l.cùm ex pluribus.in fi.j.respõ.si autem eiusdem essent diei vel horæ, quia suprà posuit quòd eadem die diuersis tamẽ horis: inspiceretẽ causa durior: vt suprà eo. l.j.ij.&.iij.

cessit: id est vt viginti sortis [a] soluta videantur, & in vsuras eorum [b] sex data. Respondi magis id accipi, ex vsu [c] esse.

❡ Solutio facta hæredi qui posteà per in integrum restitutionem est abstentus: liberat debitorem. Barto.

Idem digest. LEX XC.

Filius [d] q administrabat vt hæres paterna bona, pecuniã ex his Sempronio mutuam dedit: & eandem particulatim accepit [e]: deinde se abstinuit [f], quia minor annis erat, ab ea hæreditate. quæsitum est, curator bonorum patris constitutus an aduersus Sempronium [g] vtilem actionem [h] habeat. Respõdi nihil proponi cur non is qui soluisset id quod mutuum ita acceperat, liberatus [i] esset [k].

❡ Per nouationem debitor inuitus & contradicens potest liberari. Bar.

Idem. LEX XCI.

Si debitor tuus [l] non vult à te liberari, & præsens est: nõ potest inuitus à te absolui [m]. Paulus. Imò debitorem tuum & præsentem & inuitũ liberare ita poteris, supponendo [n] alium à quo debitum nouandi causa stipuleris [o]: quod etiam si acceptum non feceris [p], tamen statim, quod ad te attinet [q], res [r] peribit. nam & petẽtem [s] te, doli mali præscriptio [t] excludet [v].

❡ Manumißio similis est morti. Bar.

Filiusqui.] CASVS. Titi⁹ mortuus reliquit hæredẽ filium suũ qui omnia bona paterna administrauit vt hæres: & ex his bonis dedit pecunias mutuas Sempronio: & particulatim eas recepit. posteà videns se læsum hac paterna hæreditate, abstinuit ab ea: quia minor erat. Nunc quęritur vtrũ curator qui erat datus bonis paternis administrandis, habeat aliquam actionẽ aduersus hunc Sẽpronium qui acceperat pecunias mutuas à filio? Respõ. quòd non: quia liberatus est Sẽpronius soluẽdo filio à quo mutuas pecunias acceperat. Fran.

d ❡ Filius.] minor. Accursius.

e ❡ Accepit.] & dic vel cum iudice, vel quòd eam habeat saluam minor: vt quam contra eum defensionem haberet debitor, habeat ecõtra curatorem bonorũ: vt instit. qui.alie.licet.§.fi.& facit.s.de bo. auth.iudi. poss.si non expedierit. §.j.&.s.de re iudica. l.ex cõtractu.s. de minor.l.si mulier. &.l.in integrum.

☩ al. Labeo li. 6. πιθανῶν.

f ❡ Abstinuit.]per in integ.restit.à paterna hæreditate.

g ❡ Sempronium.] cui filius mutuauit. Accursius.

h ❡ Actionem.] potest enim exercere actionem: vt suprà de cura. bon.dan.l.ij.

i ❡ Liberatus.]hoc verum est si saluam habeat pecuniam quã cum iudice soluit.

k ❡ Esset.] Not.non posse liberari debitorem inuito procon.per acceptilationem. sed si ab alio stipulatur quod ipse mihi debet, liberatur inuitus. Accursius.

Si debitor.] CASVS Habeo debitorem qui gaudet se esse tantæ reputationis quòd debitor dici potest. volo eum liberare præsentem, ipse non vult: an ego possim eum cogere? Videbatur ꝙ non. Paulus tamen dicit quòd possum debitorem meum præsentem liberare inuitum: hoc modo. Nam debeo supponere alium à quo stipuler debitum istud: & ita licet ego non acceptum tulerim debitori meo, tamen quãtum ad me attinet, liberatus est à me: quia si petam, poterit me repellere doli mali exceptione. Fran.

l ❡ Si debitor tuus.]creditori loquitur. Accur.

m ❡ Absolui.]id est liberari. Accur.

n ❡ Supponendo.]scilicet aliquem.

o ❡ Stipuleris.]vt & infrà de accept.l.& per iusiurandum.§.tutor. & suprà de noua.l.si Stichum.§.fi.&.l.si quis absente.& de neg.gest, si ex duobus.& suprà de constitu.pecu.vtrum. sed infrà de regulis iuris.inuito.contrà expone vt ibi: quia non directo, sed per medium. Accursius.

p ❡ Non feceris.]id est postquàm stipulatus es ab hoc supposito, nõ liberas eum. Accursius.

q ❡ Attinet.]per stipulationem secundam.

r ❡ Res.]id est obligatio illa prima.

s ❡ Petentem.]à secundo.

t ❡ Præscriptio.]id est exceptio.

v ❡ Excludet.] secundus ergo per exceptionem quia hoc pacto promisit, quòd & deberem eum accepto liberare. primus autẽ ipso iure liberatus est.

Si mihi.] CASVS. Tu promisisti mihi dare seruum Titij: aut tu fuisti damnatus in testamento eum mihi dare. iste seruus ante quàm tu esses in mora dandi, est manumissus à Titio domino suo. Dicitur hîc quòd tu non teneris dare istum seruum, ac si mortuus esset. Frãc. Accursius.

Pomponius li. episto. LEX XCII.

Si mihi alienum seruum [x] dare promiseris, aut testamento dare iussus [y] fueris: isq; seruus antequàm per te staret quo minus dares, à domino manumissus sit: hæc manumissio similis [z] morti est. si autem decessisset, non teneris [a]. Sed & si quis seruũ [b] quem dare promisit, hæres à domino [c] scriptus [d] statuliberum dederit, liberabitur [e].

❡ Obligatio principalis per confusionem extinguit accessoriam. secus in alia æquè principali. Item cui ad idem competunt duæ actiones, debet exprimere quam intendat, Bart.

Scæuola li. 5. quæst. LEX XCIII.

Si duo rei sint stipulandi, & alter alterum hæredem scripserit: videndum an confundatur obligatio. Et placet non confundi [f]: quòd bonum est hoc dicere, quòd si intendat dari sibi oportere: vel ideo dari oportet ipsi, quòd hæres extitit, vel ideo, quòd proprio nomine ei debetur. Atquin magna est huius rei differentia. Nam si alter ex reis [g] pacti conuenti temporali exceptione submoueri potuerit, intererit, is qui hæres extiterit [h], vtrũne suo nomine, an hęreditario experiatur, vt ita [i] possit animaduertere [k] exceptioni locus sit, nécne [l]: ❡ Item si duo rei sint promittendi, & alter alterum hæredem scripserit: non confun-

x ❡ Seruum.] pone Stichum, & ita in specie.

y ❡ Iussus.]ab eo, qui te hæredem instituit.

z ❡ Similis.]Nota manumissionem similem morti: vt & infrà de fur.l.inter omnes. circa princip. & ad id infrà de regu.iur.seruitutem. sed non quo ad omnia: vt suprà de ædil.edic.si hominem.

manumissio quoad aliqua similis est morti.

a ❡ Tenearis.]imò liberaris interitu speciei.

b ❡ Seruum.] scilicet certum pone Titij. Accursius.

c ❡ A domino.]id est à Titio.

d ❡ Scriptus.]scilicet promissor.

e ❡ Liberabitur.]vt & suprà de statuli.statuliberum medio.§. illud. Sed cõtra suprà de condict.inde.l. Neratius. Solu. hîc alienum, ibi suum promisit. & sic ibi statuliberum suo facto: hîc nõ: vt ibi plene diximus. & facit suprà de verborum obliga.l.si seruum. Accursius.

Si duo rei.] CASVS. Titius & Mæuius stipulati sunt à Seio centum: & sic duo sunt rei stipulandi. Titius moritur, & instituit hæredem Męuium. an obligatio confundatur? Respon. quòd non. Sed ad quid prodest scire vtrum obligatio confundatur vel non? Respon. quòd multum: quia si reus stipulandi qui est mortuus, fecisset pactum cum debitore de non petendo: alter qui est hæres, non posset submoueri exceptione pacti conuenti: quod aliâs secus esset. ❡ Item si duo rei.] Duo. scilicet Titius & Seius promiserunt Sempronio centum: & sic facti sunt duo rei promittendi: alter factus est hæres alterius. quæritur vtrum obligatio confundatur? Respond. quòd non. Sed ponamus quòd tu promisisti Titio centum. ego fui fideiussor pro te. tu instituisti me hæredem. certè obligatio mea confunditur cum tua. nam generalis regula est, quoties obligatio accessoria accedit principali, confunditur cum ea. Sed quando duæ obligationes principales sibi inuicem coniunguntur, tunc non confunduntur: sed vna alteri potius videtur accedere. Item si fideiussor reum principalem scripsit hæredem: confunditur obligatio. Franciscus Accursius.

f ❡ Non confundi.]hîc subijcit quæstionem secundam: scilicet an cogatur eligere agat propria vel hæreditaria? & videtur ꝙ non: sed tamen dicit ꝙ sic: & reddit rationem: & dic non confundi continuando ꝙ pro sed. sed si intendat &c. quasi dicat, si intendat sibi dari oportere: vel quia est hæres: vel quia ex sua persona debetur: & nunc accipe, quod bonum est dicere hoc.i.eligere magis vnam illarum caussarum quàm alteram: & ipse respon. atquin &c. & hoc si habeas si: si autem non habeas si, rectè lege: & incipit ibi secunda quæstio, quod bonum est &c. & respondetur posteà, atquin &c.

g ❡ Ex reis.]stipulandi.

h ❡ Extiterit.]alteri.

i ❡ Vt ita possit.]aliâs possis. aliâs possit.

k ❡ Animaduertere.]debitor.

l ❡ Necne.]hîc non erant socij: aliâs pactum vnius alteri noceret: vt

L

ſuprà de arbi.ſi duo.niſi ab alio ſit lis conteſtata:& poſteà alius paciſcatur:vt.ſ.de duob.reis.l.ex duobus.& facit infrà.l.ſi reus pro.& ſuprà de pact.ſi vnus.in princi.& de fideiuſſo. ſi reus. &.l.generaliter.§.j.& infrà.§.proxi.

a Obligatio.] vt ſ.de duo.reis.l.ſi reus promittendi.

b Confunditur.] & ſic interrogatiue lege.& reſpon. non omnis, ſed fideiuſſoria 10 tantum.aliâs,nó cófunditur.

c Obligationi.] ſ. ſcilicet eſt fideiuſſoria tantum.

d Sequelæ.] vt fideiuſſoriæ. Accur.

e Accedit.] per ſucceſsionem.Accur.

f Obligatio.] fide-20 iuſſoria.Accur.

g Alteri.] ſcilicet ob ligationi.

h Parere.] ſcilicet videatur. & facit.ſ.proxi.reſpon.cum ſuis có cor.Accur.

i Reum.] principaſem.

k Confundetur.] 30 niſi in caſu:vt ſuprà de fideiuſſ.hæres à de. §.quòd ſi hîc. & in alio caſu vt in contrario.j.eo.Stichum.§.ali quando.

l Obligatio.] acceſſoria.

m Proculus.] malè. & ſic aduerſatiuè non 40 correctiuè. Accur.

n Diſſentiat.] aduerſando.Accur.

SI is cui.] CASVS. Debebã tibi centum aureos:ſolui tibi de pecunia aliena. tu iterum petis à me debitum. an rectè facias? Reſpon. quod nó 50 quia ſi vis à me iterú petere cétum aureos, tu debes reddere nummos alienos quos tibi ſolui: aliâs poſſum te repellere doli mali exce.Sed pone quòd ego credidi omnes nũmos: & illos ſoluam. certè dicitur hîc quòd ope-60 ror duos effect⁹ obligationé, ſcilicet & ſolutioné,ſiue iſti nummi ſint cómunes,pro ſingulis corporibus:ſiue inſpecta tota quantitate nummorum.Item ſi fideiuſſor Titij erga Seium ſoluat Seio nummos alienos: poterit agere mandati actione contra Titium, ſi Seius iſtos nummos conſumpſerit. Item ſi ipſe fideiuſſor ſoluat nummos quos ipſe ſurripuit, liberatur: ſi prius ſatisfecerit actioni fur-70 ti,vel condictioni furtiue.

ditur obligatio[a]. Sed ſi reus hæredem fideiuſſorem ſcripſerit: confunditur[b] obligatio. Et quaſi generale quid retinendum eſt,vt vbi ei obligationi[c] quæ ſequelæ[d] locum obtinet,principalis accedit[e]: confuſa ſit obligatio[f]. quoties verò duæ ſunt principales: altera alteri[g] potius adijciatur ad actionem,quàm cófuſionem pariat[h]. Quid ergo ſi fideiuſſor reum[i] hæredem ſcripſerit? Confundetur[k] obligatio[l] ſecundum Sabini ſententiam: licet Proculus[m] diſſentiat[n].

Numeratio pecuniæ alienæ liberationẽ uel obligationem non parit niſi ea conſumpta, uel domino ſatisfacto.creditor tamen agens ad reſtitutionem tenetur.hoc dicit.Bar.

†al. Papinia.li.7.quæſt.

*Paulus. LEX XCIIII.

SI is[o] cui nummos debitor ſoluit alienos,nummis integris[p] pergat[q] petere[r] quod ſibi debeatur,nec offerat[s] quod accepit:exceptione doli mali ſubmouebitur. ſin autem communes nummos credam[t] aut ſoluam, confeſtim pro parte[v] mea naſcetur[x] & actio & liberatio[y] ſiue in ſingulis nummis communionem pro indiuiſo quis eſſe intelligat[z]: ſiue in pecunia non corpora excogitet[a], ſed quantitatem[b]. Sed & ſi fideiuſſor alienos nummos in cauſam fideiuſsionis dedit: conſumptis his mandati agere poteſt[c]. & ideo ſi eam pecuniam ſoluat[d] quam ſurripuerat mãdati aget[e] poſtquàm furti[f] nomine vel ex cauſa condictionis præſtiterit.

Solutum ſimpliciter,uidetur ſolutum in cauſam efficacem. & mandatum de ſoluẽdo, ad cauſam efficacem uidetur directum.Bar.

Flauius Ianuarius.] Caſus pulcher. Titius debebat Sempronio centum aureos, qui ex cauſa fideicómmiſsi peti poſſunt,vel ex alia cauſa, non curo. Item debebat eidem Sempronio alios centum aureos ex aliqua cauſa ex qua peti non poterant, tamen ſi ſoluti fuiſſent, non poterant repeti, puta pro vſuris promiſsis nudo pacto. Stichus ſeruus Titij abſente domino ſuo ſoluit Sempronio centum aureos, & Sempronius fecit cautionem ſiue quittantiam huic ſeruo qualiter iſtos centum aureos receperat pro vniuerſo debito Titij. Nunc quæritur in quam cauſam videtur ſolutum quod datum 80 eſt ab iſto ſeruo? Reſpondetur quòd ſi creditor fecit cautionem Titio debitori ſe hanc ſummam in vniuerſum debitum recepiſſe: deducetur tantum in eam ſummam quæ peti poteſt: non in eam quæ peti non poteſt. ſi verò cùm ſeruus ſolueret, diceret ſe ſoluere etiam in eam cauſam ex qua peti non poteſt: nummos creditoris non faceret: quia dominus non videtur ſeruo mandaſſe vt in talem cauſam ſolueret ex qua peti non poteſt, ſicut nec dominus mãdaſſe videtur ſeruo quòd ſoluat eos nummos ex cauſa fideiuſsionis quos non ſuſcepit ad vtilitatem ſui peculij.Franc.

o Si is.] creditor.Accurſius.

p Nummis integris.] id eſt non commiſtis.nam tunc aliud eſſet: vt ſuprà eodem.ſi alieni.& facit ſuprà de pigno. act.l. eleganter.§. qui reprobos.&.ſ.ſi cer.pet.l.non omnis.&.ſ.eod.l. ſi cùm aurum.

Flauius Ianuarius † Papiniano ſalutẽ. Cùm Titius[g] Caio Seio[h] deberet ex cauſſa fideicommiſsi certam quantitatem[i], & tantundem[k] eidem ex alia cauſſa, quæ peti[l] quidem non poterat, ex ſolutione autem petitionem[m] non præſtat: Titij ſeruus actor[o] abſente domino ſoluit eam ſummã[p] quæ ſufficeret ad quantitatem vnius debiti: cautúmque[q] eſt ei ſolutum[r] ex vniuerſo debito †. quæro, id quod ſolutum eſt, in quam cauſſam acceptum eſſe videatur? Reſpondi, Si quidem Titio Seius ita cauiſſet, vt ſibi ſolutum ex vniuerſo credito ſignificaret: crediti appellatio ſolius[s] fideicommiſsi pecuniam demonſtrare videtur[t]. non eam pecuniam quæ petitionem quidem non habet, ſolutione autem facta repeti non poteſt[v]. Cùm verò ſeruus Titij actor abſente domino pecuniã ſolueret[x]: ne dominium quidem nummorum in eam ſpeciem obligationis quæ habuit auxilium exceptionis, tranſlatum foret, ſi ex ea cauſſa ſolutio facta proponeretur: quia non eſt veriſimile dominum ad eam ſpeciem ſoluendis pecunijs ſeruum præpoſuiſſe, quæ ſolui non debuerint[y]: non magis quàm vt nummos peculiares ex cauſſa fideiuſsionis, quàm ſeruus non ex vtilitate peculij ſuſcepit[z] ſolueret.

In obligatione alternatiua ſine culpa debitoris altera re perempta,in ſuperſtite obligatio tantum durat.idem ſi uilior perit eius facto: & per interitum alterius poſteà contingentem liberatur debitor à directa: ſed ad æſtimationem prioris utili conuenitur.Bar.

q Pergat.] id eſt tentet.

r Petere.] adhuc.

s Nec offerat.] de-10 bitori.

t Credam.] id eſt mutuem.

v Pro parte.] ſic ſuprà ſi certum petatur ſi ſocius.

x Naſcetur.] ſcilicet quando mutuaui.

y Liberatio.] quãdo ſolui.

20 z Intelligat.] quod eſt verum de rigore iuris.Azo.

a Excogitet.] quod eſt verius.Azo.vt ſuprà ſi certum petatur. nam & ſi fur. in fin. & facit ſuprà eod. cùm Stichum & Pamphilum. & ad Trebelia.30 deducta.§. nummis.

b Sed quantitatem.] ſcilicet vt quantitatis dimidium meũ ſit ſcilicet decem.

c Agere poteſt.] contra debitoré: quia præſumptione fuit liberatus.

d Soluat.] fideiuſ-40 ſor.

e Mandati aget.] non expectata cóſumptione.

f Furti nomine.] ſcilicet præſtiterit rẽ & pœnam: vel ex cauſa condictionis rem tantũ: vel pone illud vel pro & .Accurſius.

50 g Cùm Titius.] debitor.

h Caio Seio.] creditori.Accurſius.

i Quantitatem.] puta centum.

k Tantundem.] id eſt alia centum.

l Quæ peti.] veluti vſura ex nudo pacto.

60 m Petitionem.] id eſt repetitionem. Accurſius.

n Titij.] debitoris.

o Actor.] etiam habens liberam.

† Hic textus habẽt⁹ ſingul. ad hoc propoſitum quod executor datus in teſtaméto nó poteſt ſoluere debitã naturaliter tantum.pro quo facit.l. ſi procuratori.de condi.indebi.ſ. & ita intellexit Bar.in.l.legau.ſ.de li be.le.Bolo. † Al. credito.

p Summam.] ſcilicet centum. Accurſius.

q Cautumque.] à Caio Seio.Accur.

r Solutum.] dicens confiteor me accepiſſe quod debes: non quòd de toto te liberare vellem, ſentiens me fortè accipere pro rata de 70 vtroque.ſed tamen & verba & mens ſoluentis eſt cótra,quæ præualent.

s Appellatio ſolius.] creditum enim duntaxat dicitur quod exigi poteſt: ſicut & creditor dicitur is tantùm qui habet actionem ſiue excep.vt infrà de verbo.ſigni.l.creditores.& ſuprà de actio.& obli.l.is cui.R.

t Videtur.] aliud in pretio redacto ex venditione pignoris: vt ſupra eod.in his.§.Imperator.

v Non poteſt.] quia vna ſolu. non parit liberationem & repetitionem.

80 x Solueret.] dicens ex credito vniuerſo. Accurſius.

y Non debuerint.] vt & ſuprà de pactis.l.contra iuris.§.fina.& de pecu.libera.& argumen.ſuprà de pigno.l. obligatione.& ſuprà de condi.inde.l.ſi procurator.in prin.nec obſtat ſuprà eod.l. quod libet.vt ibi dixi

z Suſcepit.] nec in rem dominicam quando teneret fideiuſsio ſerui,non aliâs: vt ſuprà de pecu.l.licet.§.penulti.& de fideiuſ. ſeruus inſcio.

Stichum.

STichum.] CASVS. Tu promisisti mihi Stichũ aut Pamphilum, quẽ dare vellem: & sic mea est electio. mortuus est Stichus: an solus Pãphilus peti possit? Rñ. ꝙ sic. Sed pone ꝙ petij à te Stichũ. tu fuisti in mora ipsum soluẽdi. certè si Stichus moriat̃, solus Stichus poterit peti ac si solus fuisset in obligatione. & hoc intellige qñ electio fuit creditoris, nõ debitoris. si autem electio fuit ꝓmissoris: puta qa simpliciter ꝓmisit Stichũ aut Pãphilũ, nõ addẽdo quẽ creditor vellet: tũc si vnꝰ mortuus fuerit q ꝓmissus est, alter poterit peti solus. cætera q̃ sunt in hoc prin. gl. optimè declarat: quam vide. ¶ Aditio hęreditatis] Tu debebas mihi cẽtũ aureos: instituisti me hæredẽ: ego adeo hæreditatẽ tuã. certè obligatio confundit̃. vel ecõtra tu succedis mihi. certè extinguitur obligatio. vsque ibi, si fortè. pone sic. Quicũq; credit pupillo pecuniã: si pupillus non sit factꝰ locupletior, creditor nullã actionem põt intẽdere cõtra pupillũ. Sed ponamus ꝙ Titius mutuauit cẽtũ alicui pupillo: posteà succedit ipsi pupillo. hæreditas fortè euincitur ab isto creditore. vtrũ ipse possit retinere ex hæreditate pupilli id qđ sibi debetur. nõ inspecto an pupillꝰ sit locupletior factus ista pecunia vel nõ? Rñ. ꝙ põt retinere qcqd sibi debebat pupillꝰ indistinctè. ¶ Aliquãdo euenit.] Sunt aliquæ obligationes in aliquibus personis, quę tamẽ sunt inanes, & sine effectu: sicut est obligatio cõtra hæredẽ qui iussus est restituere hæreditatẽ: & restituit fideicõmissario. vel qñ mulier fideiubet pro aliquo: obligatio fideiussoria est inutilis prohibẽte senatuscõ. Velleia. mulieres intercedere pro aliquo. Istis præsuppositis pone sic casum. Titius instituit Mæuium hæredẽ: & iussit hæreditatẽ restituere Seio: & restituit. hæres iste Mæuius non potest cõueniri à creditoribus hæreditarijs: licet sit hæres. si tamẽ Męuius extiterit hæres Seio fideicõmissario: cõuenietur à creditoribus pro debitis Titij. Itẽ si mulier succedit debitori pro quo fideiusserat: actio quæ prius erat inutilis, fit efficax: vt possit cõueniri à creditore apud quẽ fideiusserat. ¶ Quod vulgò.] Dictũ est suprà de fideius. ꝙ quoties fideiussor succedit reo principali, liberatur ab obligatione fideiussoria. Iste. §. illud dictũ limitat: & dicit illud esse verum quoties reus principalis est obligatus plena obligatione. nã si reus est plenè obligatus, & fideiussor suus ei succedit, ipse fideiussor liberatur. vsq; ibi, Et ecõtrario. superior casus erat indubitabilis: iste verò est dubitabilis. tamen dicit iuriscon. ꝙ licet reus principalis habeat aliquam exceptionẽ, & fideiussor ei succedit, ipse fideius. liberatur. & ponitur tale exẽplum. Seius mutuauit pecuniam minori. xxv. an. quam ipse minor perdidit: & sic potuit restitui in integrũ. tamen minor intra tẽpora restitutionis decessit relicto hærede fideiussore suo. certè difficilè est dicere ꝙ ius prætoriũ quod minoribus subuenit, possit facere ꝙ fideiussor teneatur, cùm sua obligatio accessit principali obligationi. & sic cõcludit ꝙ fideiussor ex persona minoris cui successit, habet restitutionẽ in integrum intra tẽpora præstituta restitutioni in integrũ. ¶ Naturalis obligatio.] Vẽdidisti mihi aliquam rem: sed non tradidisti: sic sumus inuicem obligati iure gẽtium ex consensu mutuo. facimus pactum nudum ꝙ discedimus ab ista venditione. dicit hîc iuriscõ. ꝙ ista obligatio qua tu mihi, & ego tibi teneor, est ipso iure nulla. nam vinculum æquitatis quo solo sustinebatur, tollitur conuentionis æquitate: & ideo etiam fideiussor quem pupillus dedit, liberatur his de causis. h. d. hæc lex cum. §. sequen vsque ad. §. quæsitum est. Fran. Accur.

Idem lib. quæstio. LEX XCV.

STichum [a] aut Pãphilum vtrũ ego [b] volam, dare spõdes? altero mortuo [c], qui viuit solus petetur [d]: nisi mora facta sit in eo mortuo quem petitor elegerit. tunc enim perinde solus ille qui decessit debetur, ac si solus in obligationem deductus fuisset.

¶ In textu ibi, quòd si promissoris. ibi, qui superest, æquè peti poterit: subaudi dũtaxat postquàm debitor non fuit in mora: quia ille solus remãsit in obligatione: ut in princi. l. quando creditoris erat electio. h. d. secundum Pau. de Cast.

¶ Quòd si ꝓmissoris fuit electio: defuncto altero: qui superest ęquè peti [e] poterit. Enimuerò si facto debitoris aliter sit mortuus, cùm debitoris esset electio: quãuis [f] interim [g] non alius peti possit, quàm qui solui etiam potest: neq; defuncti [h] offerri ęstimatio potest. si fortè longè fuit vilior: quoniam [i] id pro petitore in pœnam promissoris constitutum est [k].

¶ No. istũ casum quòd si debitor qui habet electionẽ, interficiat unum: & sic liberetur ab illo: quia ut dixi, nõ est perpetuata obligatio: quia ille nõ erat præcisè in obligatione: deinde moriatur alter sine mora & culpa sua: & sic etiã liberetur ab illo, & remaneat ab utroq; liberatus: de rigore tamẽ quia non est æquũ quòd creditor damnificatus remaneat facto illius: quia si non interfecisset primum, fortè hodie uiueret, & posset peti: licet extincta fuerit obligatio in eo quousq; alter uiuebat: quia succurrebatur creditori in illo superstite: nunc uerò quia destitutus est omni remedio, de rigore restituitur actio utilis ad primum interfectum, ne maleficium debitoris remaneat impunitum. Pau.

¶ Tametsi [l] alter seruus posteà sine culpa debitoris moriatur, nullo modo [m] ex stipulatu agi poterit: cum illo in tẽpore quo moriebatur, non commiserit stipulationem. Sanè † quoniam impunita non debent esse admissa [n], doli actio [o] non immerito [p] desyderabitur: aliter [q] quàm in persona fideiussoris qui promissum hominem interfecerit [r]: quia tenetur ex stipulatu [s] actione fideiussor: quemadmodum tenebatur si debitor [t] sine hærede decessisset.

¶ Successio interdum extinguit obligationem iure confusionis tantum: & cùm creditor succedit debitori efficaciter obligato. interdum iure solutionis: ut cùm succedit naturaliter tantùm obligato, & habet ponere rationem cum creditoribus legatarijs: aut fideicommissario uniuersali. interdum obligationem directam inefficacem reddit efficacem: cùm ille qui tenetur directa inefficaciter, succedit ei qui tenetur utili & efficaciter: de quo duo ponuntur exempla. Paulus.

† Concor. tex. in. l. locatio. §. qđ illicitè. s̃. de publ. vnde dicit Bal. in. l. ita vulneratus. s̃. ad legẽ aql. ꝙ fauor publicæ disciplinę dictat & suadet vt maleficia puniãtur. al le. ipse text. in. d. l. locatio.

a ¶ Stichum.] Quatuor ponit casus. primus & secundus plani sunt. Tertius incipit ibi, enimuerò &c. vbi electio erat debitoris qui promiserat Stichum qui valebat viginti aut Pamphilum qui valet decem & occidit Pamphilum. nam remanet Stichus in obligatione: nec liberatur debitor offerendo pretium Pamphili mortui, & hoc in sui odium. Quartus casus incipit ibi, tametsi alter. vbi dicit quòd si posteà decedat Stichus, videtur debitor liberatus tunc: quia Stichus decessit sine mora, & eius interitu est liberatus: nec ad pretiũ Pamphili tenetur, vt dictum est: & hoc de rigore: sed de æquitate tenetur vtili ex stipulatu ad pretium Pamphili, argumento debitoris decedentis sine hęrede. nam licet liberetur fideiussor à directa per hoc ꝙ principalis est extincta: tenetur tamen vtili fideiussor. Accur.

b ¶ Vtrum ego.] stipulator.

c ¶ Mortuo.] ante petitionem meam stipulatoris.

d ¶ Petetur.] id est solus remanet in obligatione & solutione.

e ¶ Aequè peti.] ac si solus in obligationem deductus fuerit: vt & superiori casu. Vel æquè id est sicut dictũ est in superiori casu quãdo stipulatoris erat electio. Item hoc nisi iam promissor alium elegerit: vt suprà de leg. j. huiusmodi. §. Stichum. & facit suprà de eo quod cer. lo. l. ij. §. qui Stichum. & de lega. ij. statuliberum. §. fina. & de condi. inde. cùm is qui. in princi. & de verbo. obliga. si quis stipulatus. & de contrahen. emp. l. in emptione. §. penulti. & ad legem aquil. l. Stichum. in prin.

f ¶ Quamuis.] i. quia. Accursius.

g ¶ Interim.] male videtur aduersari ad id quod dicit defuncti non posse offerri æstimationem: imo videtur esse ratio ad illud. & ideo dic quamuis id est quia. & quod dicit infrà tametsi id est quamuis alter &c. Item nec respicit hoc quamuis illud tamen quod est infrà, ea ratione quia magis esset ratio vt quia solus viuẽs possit peti, vt liberetur promissor eius interitu. expone ergo infra tametsi. i. quamuis alter &c. & suspensiue lege vsq; illuc, constiterit &c. & tunc accipe nullo &c. & posteà quamuis.

h ¶ Neque defuncti.] quem se elegisse ad soluendum dicit.

i ¶ Quoniam id.] vt non possit offerre æstimationem vilioris.

k ¶ Constitutum est.] si ergo stipulator vult id pretium, potest accipere. Sed contrà suprà de lega. j. cùm res. §. qua ratione. Solu. ibi decessit sine culpa hæredis, hîc cum culpa promissoris: quia eum interfecit. vel aliter ibi dicit fortassis, non præcisè asserit: quare sic erit dicendum vt hîc dicit.

l ¶ Tametsi.] hoc totum pone pro quamuis.

m ¶ Nullo modo.] de stricto iure sub. sed de æquitate sic: vt infrà dicit. & sic tenebitur vtili actione ex stipula. nec dicas, imò videtur ipso iure liberatus interitu speciei ab actio. ex stipulatu: quia interijt facto suo quando non liberatur: vt suprà de verborum obligat. si ex legati. & l. si seruum. & l. mora. in fi. & l. cùm filius. circa princ. & de vsur. l. mora. §. fi.

n ¶ Admissa.] admissum fuit in eo quòd primus decessit culpa eius. & facit suprà ad legem Aquil. ita vulneratus. & de fideius. si à reo. §. fi.

o ¶ Doli actio.] id est ex stipulatu vtili ob dolum: vt suprà de vsur. l. mora. in fi.

p ¶ Non immerito.] i. immeritum esset si aliâs desyderaretur: & sic aduerbium non adiungitur verbo desyderabitur. Accursius

q ¶ Aliter.] quidam habent aliter, & alij habent aliâs. & dic. i. eadẽ æquitate. & tunc alia dabitur hîc ex stipulatu actio propter dolum sicut datur contra fideiussorem. nec enim debet esse punctum inter verbum illud desyderabitur, & sequens aduerbiũ aliter: licet quidã dicant ibi esse pũctuandũ: & dicunt hunc teneri actione de dolo: sed fideiussorem vtili actione ex stipulatu: sed certè fideiussor actione de dolo tantum tenetur quandoq;. s. quando ante morã suã occidit: vt. s̃. de dolo, si fideiussor. non ergo hæc esset bona differentia.

r ¶ Interfecerit.] Post moram suam. tamẽ agitur aliâs actione de dolo: vt. d. l. si fideiussor. quæ est contrà. vbi de hoc plenè dixi.

s ¶ Ex stipulatu.] vtili: vt. d. l. de vsur. mora. §. fi.

t ¶ Si debitor.] nam & hoc casu tenetur vtili, principali extincta: sicut dictum est si bene vis prosequi similitudinem. Accur.

a ¶ Hæreditatem.] vt.C.de pact.l.debitori.& ibi dixi.
b ¶ Cedit.] aditio hæreditatis.
c ¶ Retinet.] cõtra legatarios pręter fal.vel cõtra generale fideicõ. preter quartam Trebellianicam.& facit.ʃ.quãdo dies leg.ced.l.cùm illud.§.hæres meus.& de separatio.l.j.§.fi.& de peti. hæred.l.si quid possessor. &.ʃ.de euic. si ei.§.si is.& ad le. Falcid. quærebatur. &.ʃ. proxi.§.quod vulgò. Accursius.
d ¶ Inanis.] cõtra hæredẽ debitoris qui rogatus fuerat hæredita tẽ restituere pone Seio.Accursius.
e ¶ Confirmetur.] posteà.
f ¶ Nam si hæres.] ex titerit Seio fideicom.
g ¶ Hæres.] rogatus restituere fideicõmissum.
h ¶ Extiterit.] qui licet prius hęres erat ex quo semel fuit: non tñ tenebat nisi retinuit quartã: & tũc pro rata: sed amodo insolidũ & cum effectu tenebit. ad quod facit.ʃ. ad Trebel.l.j.§.j. Acc.
i ¶ Intercesserat.*] animo nouãdi: & vide modum intercedendi. sunt enim pluresmodi intercedẽdi: quia per mãdatum, per fideiussionẽ, per constitutionẽ, itẽ & per nouationem & quid sit proprium cuiusq; eorum, dic vt.ʃ.man.l.si verò non remunerandi.§.si post. Porrò expromissor dicitur qui nomine alterius se obligat illo nõ obligato: vt.ʃ. de dolo. & elegãter.§. seruus pactionis. & in quarto modo hic casus ponitur. nã in alijs ipso iure per successionẽ extinguitur accessoria obligatio: vt.ʃ. de fideiusso.l. generaliter.&.l.hæres.§.quid si.&.ʃ.e.l.si duo rei.j.respon.

*Ista glo. est melior de iure ad hoc quo cognoscamus quot sunt modi fideiubendi seu intercedendi pro alijs de quo etiã vide not. per gl. not in l. si verò §.si post credi. tã ʃ.mãda. Bologni.

† Aliàs tractatur.

k ¶ Interdictum.] aliàs incredítum. Accur.
l ¶ Mulieris.] in vtroque casu.& sic facit.ʃ.de condi.& demonst.in facto.§.fiscus.& de procur.l.si quis cum procuratorio. Sed contrà.j. de reg.iur.l.quod in initio.&.ʃ.de act.& obli.omnes.Sol.ibi de reprobatis: hîc de non approbatis. Accur.
m ¶ Periclitetur.] vt & suprà ad Velleianum.l.quamuis.§.si mulieri.Accursius.
m ¶ Periclitetur.] quia hic conuenitur vt hæres: & hæres & defunctus vna persona cẽsetur: & ita ex persona defuncti nõ sua quæritur. Accursius.
n ¶ Liberari.] vt & suprà de fideiuss.l.generaliter Iulianus. nisi vt suprà proxi.§.
o ¶ Verum est.] indubitanter. Accursius.
p ¶ Plenior.] id est plena & efficax ciuilis & naturalis: aliud si tantum naturalis: vt suprà de fideiusso.hęres.§.quod fide.& facit suprà de pact.l.nisi hoc.
q ¶ Duntaxat.] id est omnino.vel reus duntaxat, id est reus qui nõ est fideiussor.nam fideiussor quoque reus est. Ioan. maximè si alium fideiussorem dat. Vel dic, id est simpliciter vel absolutè obligatus vt eius obligationi non cohæreat exceptio vel auxilium. Azo. sed hæc est eadem cum prima. Accursius.
r ¶ Liberabitur.] ã sua obligatione. Accur.
s ¶ Econtrario.] suprà enim posuit casum indubitabilem quare reus nulla tuebatur exceptione cui fideiussor successit: hîc econtra quando tuebatur exceptione.& nihilominus dicit extingui obligationem fideiusso.per in integrum restitutio. sic & fit infrà eodem. qui res.§.mihi. sed quidam, vt R. dicunt hîc non extingui: quia deest eis dictio non: & habent talem literam. econtra non potest dici tolli &c. & verbum inferius retinere ponitur pro impedire. vel secundum eam literam dic non tolli ipso iure, sed per in integrum restitutionem.

¶ Aditio hæreditatis nõnũquam iure confundit obligationẽ: veluti si creditor debitoris, vel contra si debitor creditoris adierit hæreditatem [a]. Aliquando pro solutione cedit [b]: si fortè creditor, qui pupillo sine tutoris authoritate nũmos crediderat, hæres ei extiterit. non enim quãto locupletior factus pupillus est, cõsequitur: sed insolidũ creditum suum ex hæreditate retinet [c]. ¶ Aliquãdo euenit vt inanis [d] obligatio aditione hæreditatis confirmetur [e], nam si hæres [f] qui restituit ex Trebelliano hæreditatem, fideicommissario hæres [g] extiterit [h]: vel mulier quæ pro Titio intercesserat [i], eidẽ hæres extiterit: incipit obligatio ciuilis propter hæreditatem eius qui iure tenebatur, auxilium exceptionis amittere. etenim interdictum [k] est subuenire sexui mulieris [l], quæ suo nomine periclitetur [m].

¶ *Si fideiussor succedat debitori efficaciter obligato extinguitur obligatio fideiussoria. idem si erat inefficaciter obligatus: tamen ista inefficacia non transibat ad hæredem eius qui habebat exceptionem mere personalem. idem si tempore successionis erat efficaciter obligatus: sed sperabatur effici obligatio inefficax beneficio restitutionis in integrum: licet tale beneficium ad hæredem transeat. Pau.*

¶ Quod vulgò iactatur † fideiussorem qui debitori hæres extiterit, ex causa fideiussoria liberari [n]: toties verũ est [o] quoties plenior [p] rei promittendi obligatio inuenitur. nam si reus duntaxat [q] fuit obligatus, fideiussor liberabitur [r]. Et econtrario [s] non potest dici nõ tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam & personalẽ habuerit defensionem [t]. nam si minori.xxv.annis bona fide [v] pecuniam credidisti: isq; nummos acceptos perdidit: & intra tempora in integrum restitutionis decessit hærede fideiussore [x]: difficile est [y] dicere caussam iuris honorarij [z] quæ potuit auxilio minori esse, retinere [a] fideiussoris obligationem quæ [b] principalis [c] fuit, & cui [d] fideiussoris [e] obligatio accessit sine cõtẽplatione [f] iuris prætorij. Auxilium igitur restitutionis fideiussori q. adolescẽti hæres extitit, intra cõstitutũ tẽpus [g] saluũ erit [h].

¶ *Naturalis obligatio pacto & iureiurando tollitur ipso iure: quod prodest fideiussori. Bart.*

¶ Naturalis [i] obligatio vt [k] pecuniæ numeratione [l] tollitur, ita iusto pacto [m] vel iureiurãdo ipso iure tollitur: quia vinculum æquitatis [n] quo solo sustinebatur, conuentionis æquitate dissoluitur. ideoq; fideiussor quẽ pupillus dedit, ex istis caussis liberari dicit [o].

¶ *Tunc pater potest adijci à filio ad solutionem cùm patri actio non quæritur: sed filius indistinctè à patre adijcitur. Bart.*

¶ Quæsitũ est an ita stipulari qs

t ¶ Defensionem.] quæ non competebat fideiussori vel hæredi: vt pote personalis, non realis.& quod subijcit, nam &c. simile adducit.
v ¶ Bona fide.] & sic non fuit deceptus dolo aduersarij.
x ¶ Fideiussore.] scilicet relicto.
y ¶ Difficile est.] i. impossibile. sic econtrà.ʃ.de his qui deiec. l. ij. sed secundum R. id est graue. Accursius.
z ¶ Honorarii.] id est in integ. resti. quæ à prætore est introducta.
a ¶ Retinere.] id est facere eam durare. Io. sed R. f. facere eam impedire.
b ¶ Quæ.] scilicet caussa in integ. restit. iuris honorarij.
c ¶ Principalis.] scilicet obligationis.
d ¶ Et cui.] principali.
e ¶ Fideiussoris.] aliàs fideiussoris: & subaudias obligatio. si nõ habeas. aliàs fideiussor. & tunc nil subaudias. Accursius.
f ¶ Sine contemplatione.] quia deceptus fortè fuit minor facilitate: & ideo non restituitur fideiussor: vt.ʃ.de excep.l. exceptiones.§.fi.&.C.de fideius.mi.l. j. &.ij. nisi esset hæres, vt hic sub iicit in fi.§.gl. ista prosequitur dictum domini Ro. tantum.
g ¶ Intra constitutum tempus.] s. quadriennij: hodie à die quo successit: vt.C. de temp. in integrum resti.l. ea quæ.§.fi.
h ¶ Saluum erit.] vt hæredi, non vt fideiussori, id est conuento, secundum R. cùm sui facilitate fuerit minor læsus. sed tu dic etiam si vt fideiussor cõuenitur: vt hîc: & sic erit speciale vt restituatur fideiussor minoris læsi sui facilitate: quia licet pro sua obligatione conuentus petat restitui, tamen ex persona minoris hoc petit cuius hæres est. vel dic quòd dolus creditoris interuenit. nec obstat quod suprà dicit bona fide: quia fuit in accipiente. mediam probo. Accursius.

Fideiussor hæres debitoris efficaciter obligati adiuuatur beneficio restitutionis integrũ: quo principalis debitor sperabat adiuuari.

i ¶ Naturalis.] id est de iure gentium.
k ¶ Vt.] id est sicut.
l ¶ Numeratione.] id est solutione.
m ¶ Iusto pacto.] nam similia sunt: vt argu.ʃ.de pact. si vnus.§. sed si stipulatus decem. Azo. apparet ergo quòd obligatio naturalis per pactum introducta, ipso iure per aliud pactum tollitur. sed cõtrà.ʃ. de pact.l. si vnus.§. pactus ne peteret. Sol. aliud est tollere obligatorium pactum: quod fieri potest vt hîc. aliud liberatorium: quod fieri non potest ipso iure, vt ibi: quia promptiores &c. vt.ʃ.de act.& obli. l. arrianus. Vel dic vt ibi. Item facit.ʃ.de iureiur.l.fi.&.C.de pac.l. creditori.&.ʃ.ad.l.fal.l.si pupillus. Accur.
n ¶ Aequitatis.] vnde etiam soluta pecunia repetitur: vt.ʃ.de condi.indebi.l.qui ex.§.fina.
o ¶ Liberari dicitur.] si supradictis modis tollitur obligatio pupilli, vel si talia faciat fideiussor. & facit.j.ea.l.§.fi.
¶ Quæsitum est.] CASVS. Persona dñi & serui in contractibus censetur esse eadem, sicut persona patris & filij. Quæritur ergo his præsuppositis vtrum cùm pater stipulatur, possit persona filij adijci: vel cùm filius stipulatur, possit patris persona adijci in stipulatione. Item cùm dominus stipulatur, an possit persona serui adijci: vel econtrà. Et distinguit iurisccon. nam si filius stipulatur sibi psi tali stipulatione qua patri nihil acquiritur, sicut quando stipulatur de peculio suo castrensi: tunc persona patris potest adijci in stipulatione. Econtra autem si pater stipulatur, potest persona filij adijci in stipulatione. & persona filij adijcitur in obligatione magis caussa solutionis quàm obligationis caussa. ¶ Vsumfructum.] Casus talis est. Ego stipulatus sum à te mihi dari vsumfruct. aut Titio. Titius

posſit, Mihi aut filio meo decẽ dari? vel ita, Mihi aut patri. Sed non incõmode poteſt adhiberi diſtinctio: vt filio quidem ſtipulante, patris tunc adijciatur [a] perſona, cùm ſtipulatio [b] ei acquiri non poſsit. ecõtrario autem nihil prohibet patre ſtipulante filij perſonã adijci: cùm toties quod filio pater ſtipulatur, ſibi ſtipulatus intelligatur, cùm ipſe [c] ſibi [d] ſtipulatus nõ eſt [e]. & in propoſito manifeſtũ eſt non obligationis, ſed ſolutionis gratia filij perſonam adiectam.

Primò loquitur an poſſit ſolui adiecto capite minuto. Secũdò an poſſit ſolui, uel cauſa cõditionis implendæ dari ei qui repræſentat perſonam adiecti ratione adminiſtrationis. Tertiò an poſſit hoc fieri in perſona eius, q repræſentat perſonam adiecti ratione dominij. Secũda ibi, Nam & ſi furioſi. Tertia ibi, Cæterùm qui ſeruo. Bar.

Vſumfructũ mihi aut Titio dari ſtipulatus ſum. Titio capite diminuto facultas ſoluẽdi Titio nõ intercidit [f]: quia & ſic ſtipulari poſſumus, Mihi, aut Titio, cùm capite minutus erit, dari? Nam & [g] ſi furioſi vel pupilli perſona adiecta ſit: ita tutori [h] vel curatori [i] pecunia rectè [k] dabitur, ſicuti conditionis implẽdæ [l] cauſa rectè pecunia tutori vel curatori dat. Quod quidẽ Labeo & Pegaſus putauerunt vtilitatis cauſſa eſſe recipiendum. idq; ita recipi poteſt [m], ſi pecunia in rẽ vel pupilli vel furioſi verſa eſt: quomodo ſi domino dare iuſſus ſeruo dediſſet, vt domino daret [n]. Cæterum qui ſeruo dare iuſſus eſt, domino dando nõ aliter impleſſe conditionem intelligendus eſt, quàm ſi ex voluntate ſerui dederit [o]. Idẽ reſpõdendum eſt in ſolutione, ſi ſtipulatus ſit [p] à Sempronio ſibi aut Sticho Mæuij ſeruo decem dari, & debitor Mæuio domino pecuniam ſoluerit [q].

Sola peruentione rerum ad creditorem, non liberatur debitor uel fideiuſſor. Bart.

Si creditor debitoris hæreditatem ad ſe non pertinentẽ [r] poſſedit [s], & tantũ ad eum peruenit [t], quantum ſi quilibet alius bonorũ poſſeſſor ei ſolueret, liberaret hæredem: non poteſt dici fideiuſſores liberari [v]. neq; enim ipſum [x] ſibi ſoluiſſe pecuniam credendum eſt à quo hæreditas euincitur [y].

Perceptione rei omnes liberantur: ſed perceptione pretij non liberatur poſſeſſor rei. Bart.

Dolo feciſti [z] quo minus poſsideres qđ ex hæreditate ad aliũ pertinente apprehẽderas [a]. Si poſſeſſor corpus aut litis æſtimationẽ præſtiterit, ea res tibi [b] proderit [c].

Titius capite minuitur. quæritur vtrum ei rectè ſoluatur vſusfructus? Reſpon. q ſic: quia etiam ſic ſtipulari poſſumus: dabis mihi aut Titio cùm fuerit capite minutus? vſque ibi. Nam & ſi.] vbi ponitur aliud exẽplum, q ſi quis ſtipuletur ſibi, & adijciat pupillum in ſtipulatione, non tantum pupillo rectè ſolui poteſt ſed etiam tutori ipſius pupilli, vel curatori furioſi: quod quidem eſt receptũ vtilitatis cauſa. & hoc vero rũ eſt ſi pecunia quæ ſoluta eſt tutori, ſit verſa in vtilitatem pupilli vel furioſi: ſicut ſi qs iuſſerit aliquẽ dare dño pecuniam: & ille det ſeruo, vt iſte ſeruus det dño. Sed ſi qs iuſſus eſt dare ſeruo, & dederit dño: non videtur impleſſe conditionẽ niſi ex volũtate ſerui dño dederit. Itẽ idẽ eſt dicendũ ſi quis ſtipulatus ſit à patrono dari ſibi aut ſeruo alieno: puta ſeruo Mæuij: ſi debitor det pecuniã Mæuio dño, nõ liberabitur niſi volun tate ſerui dño dederit. Si creditor.] Titius creditor Mæuij poſſedit hæreditatem ipſius Mæuij ſui debitoris, & tantũ recuperauit de hac hęreditate, vt cõſecutus fuerit debitum ſuum: ita q ſi aliquis bonorũ poſſeſſor tantum ei ſoluiſſet, liberaſſet hæredẽ à debito. Nunc quæritur vtrũ fideiuſſores ipſius Mæuij liberẽtur? Rñ. q non. nam iſte Titius non videt ſibimet ſoluiſſe ex ea hæreditate quæ ab ipſo euincitur. Dolo feciſti.] Tu poſsidebas ex hæreditate Sẽpronij quendam fundum. vidẽs q dominus fundi volebat te cõuenire rei vendi. dolo deſijſti poſsidere dictum fundum. Si ille qui poſsidebat fundũ. præſtiterit litis æſtimationẽ, vel ipſum fundum reſtituerit, illud tibi proderit, quia liberaberis ab vtili rei vẽdi. Sed ſi tu qui dolo deſijſti poſsidere, fueris ante conuentus quàm poſſeſſor, & præſtiteris aliquid ex præterito dolo tuo: illud non proderit aliquid poſſeſſori iſtius fundi. Si mandato.] Mandaui tibi vt Titio pecuniam crederes. tu mutuaſti ei decem ego ſoluo tibi hæc decem vtrum debitor liberetur? Reſpon. q non: imò tu debes mihi cedere actionem quam habes aduerſus Titiũ vt conſequar quod pro eo ſolui. Nam iſte contractus eſt ſimilis huic contractui quando tutor ſoluit pupillo pro aliquo debitore ſuo. nam debitor non liberatur, ſed pupillus debet cedere actiones ſuas tutori contra debitorem ſuum. Et iſta comparatio facta de debitore pupilli & tutore, eſt multum ſimilis & apta huic noſtro caſui: quod ſic probatur. Nam ſi tutor pupilli alicuius tenetur pupillo quia neglexit conuenire debitorem ipſius pupilli, & pupillus propter hoc conuenit tutorem, debitor pupilli non liberatur propter iudicium acceptum cum tutore etiam ſi tutor condemnatus ſoluat pupillo. Item plus, quia tutor habet actionem tutelæ contrariam contra pupillum vt ſibi cedat actiones contra debitorem ſuum. Si creditor.] Mandaui tibi vt Titio decem mutuares: quod feciſti. conueniſti Titium in iudicio: & quia malè proceſsiſti, perdidiſti cauſam tua culpa. quæritur vtrum me conuenire poſsis qui mandaui tibi? Reſpond. quòd non: quia tua culpa factum eſt quòd non potes mihi actiones cedere contra debitorem tuum: quare &c. Si inter.] Vendidi tibi equum pro centum, non tradidi: nec tu mihi pretium ſoluiſti. dediſti tamen fideiuſſorem. nos cõuenimus quòd ab emptione iſta diſcedatur. quæritur an fideiuſſor liberetur? Reſpon. quòd ſic. Franc.

a Adijciatur.] id eſt adijci intelligatur, & adijci poſsit, vt ſit adiectus.

b Cùm ſtipulatio.] veluti ſi filiusfamil. miles de caſtrenſ. peculio ſtipulatur. At cùm patri poteſt quæri, nulla videtur ſtipulatio ſecũdum R. vt. ſ. de ſtip. ſer. l. item ſi. in fi. & . l. ſed & ſi. §. & . l. qui decem. §. ſed & ſi ſeruus. hic tamen contradici poteſt, ſcilicet vt valeat, & patri tantum quæratur ad obligationem, ſecundum Azo.

c Ipſe.] pater.

d Sibi.] patri.

e Non eſt.] ſed dixit: promittis filio meo dari? quo caſu non rectè ſoluitur filio: vt. ſ. de verb. obl. l. cum. §. qui ita. at hîc in perſona ſui poſuit: vnde valet, & eſt adiectus: vt. ſ. de verborum obli. l. cum qui. §. qui ſibi. ſed diſtinguitur ſi poteſt acquiri patri quando ſtipulatur filio, tenet, aliàs non: vt ſuprà de verbo. obli. l. dominus ſeruo. & . l. quod dicitur. & inſtitu. de inuti. ſtipu. §. ei qui.

f Non intercidit.] ſuprà eod. l. cùm quis. in princ. contrà. Solu. hic actum fuit nominatim vt capite minuto ſoluatur. vel ſpeciale in vſufr. vel hic capite minutus in meliorem ſtatum eſt deductus: quia emancipatur: vt ſuprà de verbo. obli. l. eum qui ita. §. qui ſibi. & arg. inſti. de capi. di. §. minima. ſic ergo adiectio ſolutionis non tollitur ca pi. di. licet vſusfruct. tollatur. H.

g Nam & ſi.] bene dixi ſolui poſſe capite minuto: nam & alij facta ſolutio quàm adiecto parit liberationẽ: vt ſi fiat tutori cùm pupill[9] fuit adiectus.

h Tutori.] pupilli.

i Curatori.] furioſi. Accurſius.

k Rectè.] ſed & ipſi pupillo vel furioſo rectè ſolui poteſt etiam ſine tutoris vel curatoris authoritate: vt ſ. eo. ſi ſtipulatus. ſibi. q; debet imputare qui ſuum debitum tali iuſsit ſolui: vt. ſ. de mino. l. cum mandato. & . ſ. de inſti. ſed & ſi quis. §. fi. & . l. ſeq.

l Implendæ.] puta ſeruo reliquit libertatem ſi decem det pupillo vel furioſo. Accurſius.

m Recipi poteſt.] cùm datur cauſſa implendæ conditionis. aliud eſt cùm debitum pupillo ſoluitur tutori. tunc enim ſtatim eſt liberatus debitor, licet detur in integrum reſtitutio: vt ſuprà de admini. tuto. Lucius. §. tutelæ. & . §. fin. Item ſecus in caſu ſuperiori de adiecto, vt modò diximus. Item huic eſt contra. ſ. eo. ſi ſeruus. Solut. illa ſecundum iſtam.

n Domino daret.] contingit liberatio ſi pecunia eſt conuerſa in domini vtilitatem.

o Dederit.] quia à perſona non eſt recedendũ: vt. ſ. e. in omnibus.

p Stipulatus ſit.] pone Mæuius.

q Soluerit.] nõ aliter cõtingit liberatio quã ſi ex voluntate ſerui dederit domino: vt. ſ. e. ſi ſtipulatus ſum. in prin. & facit. ſ. de cõdi. & demon. l. qui hæredi. & de verb obli. ſtipulatio iſta. §. hi qui.

r Non pertinentem.] ſed ad alium. Accur.

s Poſſedit.] mala fide. Accurſius.

t Peruenit.] de hæreditate debitoris.

v Liberari.] Sed nonne ratione compenſationis quæ poteſt obijci ab vtraq; parte, ſunt ipſi liberati, & debitor? Rñ. ſecundum vetera iura non liberatur per compenſationem quis ipſo iure niſi implorato officio iudicis: vt inſtit. de act. §. in bonæfidei. & . §. ſed in ſtricti. & arg. ſ. de nego. geſt. l. debitor. vel quod dicit non liberetur, ſubaudi eo ipſo quòd ipſe percepit tantum de hæreditate: ſed liberatur iure compenſationis cum ea opponitur. & facit ſuprà de peti. hæredi. ſi quid poſſeſſor. §. quid tamen. & de inoffi. teſta. l. eum qui. §. ſi.

x Neque enim ipſum.] ſuprà eodem. Titia. contra. ſol. vt ibi.

y Euincitur.] vnde non videtur ſolutum ſi non durat.

z Dolo feciſti.] & ita teneris ad litis æſtimationem ex doli clauſula.

a Apprehenderas.] puta fundum vnum.

b Tibi.] qui dolo deſiſti poſsidere.

c Proderit.] ſcilicet vt libereris ab vtili rei vend. non vt libereris ab illo edicto de alie. iu. mu. cauſſa fac. Accurſius.

Soluens alteri quã debitori. aut adiectio, an & quãdo liberaẽ à debito.

Obligatus domino p ſeruum ſtipulãtem an liberet ſoluendo eidẽ domino p̃dicto ſeruo inſcio.

a ¶ Si tu.]qui dolo possidere desijsti.
b ¶ Conuentus.]vtili rei vend.nam si per edictum de alie.iudi.mu.cau.fact.nullum esset dubium.& facit.ʒ.de peti.hære.l.etiam.§.item si quis.& quod ibi no.&.ʒ.de tabu. exhib. locum.§.condemnatio. & ʒ.de rei vendi.l.is qui dolo.

quia nihil petitoris interest. cæterùm si tu[a] ante conuẽtus[b] ex preterito dolo, præstiteris[c], nihil ea res possessori proderit.

¶ Quando obligationes sunt dispares: soluens ex interuallo, potest petere ut sibi actiones cedantur.Barto.

¶ Si mandato meo Titio pecuniã credidisses,eiusmodi cõtractus similis est tutori & debitori pupilli: & ideo mãdatore conuento & dãnato, quãquam pecunia soluta sit[d], non liberari debitorem ratio suadet,sed præstare debet creditor actiones mãdatori aduersus debitorẽ,vt ei satisfiat.Et ad hoc pertinet tutoris & pupilli debitoris nos fecisse comparationem. nam cùm tutor pupillo tenetur ob id quod debitorẽ[e] eius[f] non conuenit: neq; iudicio cum altero[g] accepto liberatur alter[h], nec si damnatus tutor soluerit, ea res proderit debitori[i]: quinetiam dici solet,tutelæ contraria actione agendum[k] esse, vt ei[l] pupillus aduersus debitorem actionibus cedat[m].

¶ Si creditor non potest cedere actionem mandatori uel fideiussori: exceptione cedẽdarum actionum repellitur.Barto.

¶ Si creditor[n] à debitore petens, culpa sua causa ceciderit[o], prope

c ¶ Præstiteris.]litis æstimationem.
d ¶ Soluta sit.]à mandatore.
e ¶ Debitorẽ.]cui pecuniam mutuauit.
f ¶ Eius.]pupilli.Acc.
g ¶ Cum altero.]puta tutore lit.cõtes. idẽ & ecõtra in hoc casu.
h ¶ Alter.]s.debitor.
i ¶ Debitori.]pupilli.Accursius.
k ¶ Agendum.]cõtra pupillum.
l ¶ Ei.]tutori.Acc.
m ¶ Cedat.]principio & fini.§.in eo ꝙ dicit fieri cessionẽ actionis ex interuallo post solutionẽ,cócor.ʒ.mãda.l.Papinianus.& de leg.j.si res obligata. Sed contrà.ʒ.e.l. Modestinus. Sol. ibi loquitur cùm vna sola est actio qua omnes tutores cõueniuntur: at hîc plures:& ideo vna solutione vna tãtum tollitur qua tenebatur qui soluit:& sic alter nõ liberatũ.vel aliter, iste mãdator vel tutor videtũ soluisse suo noĩe,non nomine illius:inde est ꝙ ille nõ liberabitur, vt illa. l. Papinianus. cum ipse sua teneatur actione, & ille alia. & ideo bene potest ei cedi posteà actio, cùm non sit extincta: & tenetur eam cedere hoc ipso ꝙ eam præstare potest:vt.ʒ.manda.l.hæredem. Quæ solutio in idem quod prima recidit. vel planius secundum Ro. hic suo nomine tantum soluit, vt se solum liberaret. & plenius dic vt.d.l.Modestinus. Item secundum prædicta non obest.ʒ.de fideiuss. cùm is.Item facit.ʒ.de nego.gest.ex facto.& de pecu.leg.dominus Sticho.
n ¶ Si creditor.]qui mãdato meo pecuniam mutuauerat.Accur.
o ¶ Ceciderit.]contra debitorem agendo.
p ¶ Prope est.]i.rationabile est. sic.ʒ.ad Vellcianum,tutor.§.quid ergo. Sed contrà.ʒ.de fideiussoribus & manda. si stipulatus.§.si ex duobus.Solu.vt ibi. Accursius.
q ¶ Ipsius.]creditoris.
r ¶ Vitio.]& alia ratio est,quia habet mandator exceptionẽ rei iudi. ex persona debitoris & facit.ʒ.de admini.tuto.l.si pupillus. & de noxa.l.quemadmodum.&.C.arbi.tute.l.ij.§.j. &.ʒ.de fideiuss.l.cùm is.&.ʒ.loca.si merces.§.culpæ.Accursius.
r ¶ Vitio.]id est culpa.
s ¶ Discedatur.]scilicet contrario consensu.Accur.
t ¶ Acceptus.]à sponte dante:vt.ʒ.de euic.l.iiij.
v ¶ Liberabitur.]ipso iure:vt insti.qui.mo.tol.obli.§.fi.&.ʒ.de pac.l.ab emptione.&.C.quando lic.ab emp.dis.l.j.&.ij.sed videtur per exceptionem,non ipso iure:vt.ʒ.de rescin. ven.l.cùm emptor. cõtra. solu.vt ibi.Item facit.ʒ.de pac.l.nisi.

Pupilli debitor.] CASVS. Titius erat tutor Pamphili,qui habebat Seium debitorem in centum.tutor iste iussit Seium soluere suo creditori,scilicet tutoris:an liberetur debitor soluendo illi cui eum delegauit tutor?Respon.quòd sic,si non malo consilio hoc fecit.sed si fecit malo cõsilio:pupillus habet etiam interdictum fraudatorium contra creditorem tutoris. ¶ Si pupilla quum.] Quidam iudex dedit malum tutorem cuidam pupillo,mortuusque iudex ille reliquit hæredem pupillam quandam. iste pupillus fecit transactionem cum tutoribus suis,tamen pupilla hæres iudicis non vult transactionem illam ratam habere.Tutores pupilli soluerunt pecuniam ipsi pupillo.quæritur vtrum ipsa pupilla sit liberata? Respon. quòd sic. nec quidem tutores habent actionem vtilem ad repetendam pecuniam quam dederunt pupillo qui suum recepit. si autẽ pupillus vult restituere pecuniam tutori suo:poterit agere contra pupillam vel eius tutorem rescissa transactione facta cum tutore suo.

¶ Soror.]Titius decedens reliquit hæredem filium suum:& legauit sorori suæ Bertæ fundum.ista Berta mouit fratri suo litem pro isto fundo,& post transegit cum eo,accepto nomine cuiusdam debitoris hæreditarij in solutum,tamen nulla est sibi facta cessio istius debiti à fratre suo,& nulla delegatio. quęritur ad quem spectet periculum istius nominis?Respõ. quòd ad ipsam filiam. quòd si post velit legatum petere, obstabit sibi exceptio pacti siue trãsactionis. ¶ Cũ in eodem.] Mutuaui tibi centum aureos vna die . item mutuaui tibi alia centum eadem vice : pro quibus summis pignoraui tibi vnum fundum. soluisti mihi centum , & nõ dixisti super qua summa soluebas . certè ego debeo illa centum deducere super omni debito: nec possum eligere super qua summa ego deducam illa centum.vsque ibi, quòd si temporibus . pone sic. Mutuaui tibi centum aureos hodie,tu pignorasti mihi fundum valentem ducenta . venis ad me post mensem , & petis quinquaginta mutuo. credo tibi illa quinquaginta , & tu mihi obligas illummet fundum id est superfluũ quod valet vltra cẽtum aureos . venis posteà & soluis centum & vigintiquinq;: nec dicis in quod debitum. certè ego debeo tibi deducere in debitum primorũ centum quæ à me accepisti: & superfluum scilicet vigintiquinq; deducetur super reliquam partem debiti. ¶ Cùm institutus.] Institui Titium hæredem,& substitui ei Mæuium. institutus deliberat si velit adire hæreditatem,vel non.interim debitores hæreditarij soluunt substituto cui soluere non debent . post aliquod spatium temporis institutus repudiat hæreditatem , & sic deuoluitur ad substitutum. Dicitur hîc quòd condictio deficit id est condictio indebiti quam habebant debitores contra substitutum . & ab eo tempore quo substitutus adiuit hæreditatem,debitores liberantur. Franciscus.

est[p] vt actione mãdati nihil à mãdatore cõsequi debeat,cũ ipsius[q] vitio[r] acciderit ne mandatori possit actionibus cedere.

¶ Contractus qui solo consensu contrahitur: solo contrario dissensu re integra dissoluitur quo ad naturalem & ciuilem obligationem: & ideo etiam fideiussor ipso iure liberatur.

¶ Si inter emptorem & venditorem conuenerit priusquã aliquid ex alterutra parte solueretur, vt ab emptione discedatur[s]; fideiussor eo nomine acceptus[t], soluto contractu liberabitur[v].

¶ Delegatio tutoris liberat debitorem pupilli, ita demum,si fuerit facta bona fide.Bar.

Idem li.12.respon. LEX XCVI.

PVpilli debitor tutore delegante pecuniã creditori[x] tutoris soluit. Liberatio contingit,si non malo cõsilio cum tutore[y] habito hoc factũ esse probetur[z]. sed interdicto[a] fraudatorio tutoris creditor pupillo tenetur[b],si cũ cõsiliũ fraudis participasse[c] cõstabit.

¶ Transactione rescissa ex qua inducebatur exceptio,tollitur exceptionis effectus per trãsactionem inductus.Bar.

¶ Si pupilla quũ magistratui qui per fraudem pupillo tutorem dedit,hæres extiterit,& tutores[d] eius cum adolescente[e] transegerint, eam transactionem ratam

x ¶ Creditori.]s.tutoris.
y ¶ Cum tutore.]& cum debitore pupilli:alioquin ipso iure contingeret liberatio:cùm ei licuit sic soluere ad hoc vt competat liberatio ipso iure:vt suprà de admini.tuto.l.Lucius.§.fina.&.§. tutelæ. sed poterit post dari pupillo in integrum resti. licet videatur quòd tunc dari debeat quando solutum est pupillo cum authoritate tutoris,vel ipsi tutori,non alij:vt hîc contingit.
z ¶ Probetur.]Supple ergo econtra si malo consilio,non liberatur, sed etiam &c.
a ¶ Interdicto.]Alibi non inuenitur aliquid de hoc interdicto. vnde dic olim fuisse interdictum in hoc casu secundum H. imò certè inuenitur:vt suprà ad Trebel.si postulante.§. sed & si filius . sed hoc est verum quòd aliquis titulus de hoc interdicto non inuenitur.vel dic dari actionem in factum.& secundum hoc edictum istud est suprà quæ in frau.cred.quia iste tutor videtur alienasse in fraudem sui creditoris : id est pupilli : & sic iste creditor tenetur actione in factum.& secundum hoc istud edictum est suprà quæ in frau. credito.l.prima. & inuenitur in.l.tertia eiusdem titul. ibi , siue numerauerit &c. & sic intelligitur dicta. l . si postulante. suprà ad Trebellianum . hic enim debitor & is cui solutum est commisit fraudem.
b ¶ Pupillo tenetur.]in subsidium.debitore & tutore pupilli existente non soluendo:vt.C.si vendi.pig.ag.l.j.&.l.penul.
c ¶ Participasse.]Vt fraudaretur pupillus qui creditor conuenturus erat tutorem vt dixi.Item facit.ʒ.pro empt.qui fundum.§.si tutor.contrà.Sol.vt ibi.
d ¶ Tutores.]s.pupillæ.
e ¶ Adolescente.]quondam.Accursius.

a ¶ Tutore soluente pecuniam.] aliàs tutore soluẽte pecuniã liberata. aliàs tutorũ pecunia liberata. & dic soluente ex causa transactionis: vel dic ex causa prioris debiti: & idem erit. Sed nũquid per in integrum restit. repetet pupilla? Respon. non: quoniam nihil egit ipsa nec soluit, sed tutores.

b ¶ Liberata.] fortè per exceptionẽ: alioqn nõ posset resuscitari. quod dicit statim: vt. ff. e. l. qui res. §. aream.

c ¶ Actionem.] indebiti.

d ¶ Nec vtilem.] non solùm directam.

e ¶ Si adolesces.] pupillus quondã qui tũc aduersus hæredẽ magistratus intendebat: qm̃ per fraudem magistratus sibi dedit tutorem.

f ¶ Rescisso.] vtriusque consensu: vt. C. de transac. l. si diuersa.

g ¶ Vtilem.] s. in factũ subsidiariã: vt insti. de satisd. tu. & cur. §. fi.

h ¶ Accipiet.] s. adolescens.

i ¶ Soror.] vt nomine sibi cesso à fratre cuiusdam hæreditarij debitoris. Accur.

k ¶ Delegatio.] s. debitoris à fratre. s. quæ fit per stipulationẽ: vt C. de noua. l. j.

l ¶ Secuta esset.] ipso iure, sed tantum cessio. Accur.

m ¶ Ad eam.] qđ dic vt. ff. de hære. ven. l. si nomẽ. & l. seq. Item facit. ff. mãda. l. inter causas. §. ij. Sed arg. cõtrà ff. sol. mat. l. si cũ dotẽ. §. si mulier. Sol. specialè ibi in dote. Accur.

ADDITIO. Dic aliter secundum Bar. ꝙ aut loqueris de periculo inopiæ subsecutæ post cessionẽ: & loquitur iste. §. aut loqueris de periculo inopiæ subsistentis tẽpore cessionis: & loqtur l. contraria.

n ¶ Cùm in eodem tempore.] ex vẽditione debet mihi Titius decẽ ex locatione quinq;: nũc prov troq; debito obligat mihi codicem suum.

o ¶ Pro modo.] i. pro rata. & sic est arg. contrà. ff. e. in his. §. Imperator. ibi, si verò summa &c. & de dã. infec. prætoris. §. j. Acc.

p ¶ Eius.] s. creditoris.

q ¶ Omni.] vtriusque obligationis. Accur.

r ¶ Discretis.] id est diuersis. nam cùm primo obligasset, & posteà secundo obligat, non obligat nisi residuum.

habere noluerit: nihilominus tamen erit tutore [a] soluẽte pecuniã liberata [b]: sed nec tutores contra adolescentem actionem, [c] nec vtilem [d] habebunt, qui suum recuperauit. Planè si adolescẽs [e] pecuniã restituere tutori pupillæ maluerit, rescisso [f] quod gestũ est, actionem vtilem [g] in pupillam hæredẽ magistratus accipiet [h].

¶ *Periculum nominis cessi pertinet ad cessionarium.* Et not. quòd iste. §. *loquitur de periculo inopiæ subsecutæ post cessionẽ, secus autẽ esset de inopia quæ iam erat tempore cessionis, quia hic. §. in illa locum non haberet. Item not. transactiones esse fauorabiles ut etiã obstet exceptio transactionis, licet liberatio non sit secuta, nec aliqua delegatio facta.*

¶ Soror [i] cui legatum ab hærede fratre debebatur, post motam legati quæstionem transegit, vt nomine debitoris contenta legatum nõ peteret. Placuit, quãuis nulla delegatio [k] facta, neque liberatio secuta [l] esset, tamen nominis periculũ ad eam [m] pertinere. itaque si legatum contra placitum peteret, exceptionem pacti nõ inutiliter opponi.

¶ *Si idem pignus pro duobus debitis eodem tempore sit obligatum: pretium ex eo redactum cedit in utrunque pro rata, si uerò diuersis temporibus, primo cedit in antiquius: & si quid restat, cedit in posterius. Paulus.* Et intellige hunc §. *quãdo summæ sunt inæquales. secus si summæ debiti principalis essent æquales: ut suprà eo. l. j. §. imperator.*

¶ Cum eodem tempore [n] pignora duobus contractibus obligantur, pretium eorum pro modo [o] pecuniæ cuiusq; contractus creditor accepto ferre debet: nec in arbitrio eius [p] electio erit, cum debitor pretiũ pignoris sorti omni [q] subiecerit. Quòd si tẽporibus discretis [r] superfluum [s] pignorum obligari placuerit [t], prius debitũ pretio pignorũ iure soluetur [v], secundo superfluum cõpensabitur.

¶ *Si debitum solutum sit ei ad quem non pertinet, non repetitur si posteà cœpit ad illum pertinere antequàm repeteretur. Pau.*

¶ Cũ institutus [x] deliberaret, sub-

s ¶ Superfluum.] id est id quod plus esset in pignoris æstimatione quàm esset debitum prius pro quo fuerit iam obligata res. Accursius.

t ¶ Placuerit.] secundo debito. Accur.

v ¶ Soluetur.] id est dissoluetur, & quidem totum.

x ¶ Cùm institutus deliberaret.] de adeunda hæreditate. Acc.

y ¶ Soluta est.] à debitore hæreditario.

z ¶ Conditionis.] indebiti, quæ competebat soluenti. ad quod est C. de edi. diui Hadri. l. j. ex quo enim cessat causa, cessat & conditio. Accursius.

a ¶ Vt obligatio.] Not. quòd breuissimo tempore tollitur condictio indebi. nec mirum: quia & ratihabitione. ad quod facit suprà eo dem. cùm quis. §. qui hominem.

Conditio indebiti quãto tempore tollatur. & vtrũ ratihabitio ne secuta.

stituto pecunia per errorem soluta est [y]. Ad eum hæreditate posteà deuoluta, caussa condictionis [z] euanescit. quæ ratio facit vt obligatio [a] debiti soluatur.

¶ *Solutum simpliciter cedit primo in caussam duriorem: & si non sit durior, cedit in antiquiorem. h. d. Pau. de cast. Hæc lex secundum docto. multum est commendanda. ponit enim ordinem & typum boni æ fidei, & diligentis ac prudentis patrisfamiliàs, cùm distinguit, quam in caussam pecunia soluta conuerti debeat, siue à debitore, siue à creditore, ipso debitore non eligente. nec mirum si quis eam ex fonte philosophiæ economice haustam dixerit tum elegantia sermonis, tum prouisione prudentissimi iurisconsulti.*

Idem li. 5. diff. LEX XCVII.

CVm ex pluribus caussis debitor pecuniã soluit, vtriusq; [b] demonstratione cessante potior habebitur caussa eius pecuniæ quæ sub infamia [c] debetur, mox eius quæ pœnam [d] cõtinet, tertio quæ sub iure hypothecæ vel pignoris contracta est. post hunc ordinem potior habebitur propria quàm aliena caussa, veluti fideiussoris [e]. quod veteres ideo definierũt, quia verisimile videtur diligentem debitorem admonitum [f] ita negotium suum gesturum fuisse. Et si nihil horum [g] interueniat, vetustior contractus antè soluetur [h].

¶ Si maior pecunia numerata sit, quàm ratio singulorum [i] expostulat, nihilominus ex primo [k] contractu solutum (qui potior erit) superfluum, ordini secũdo vel in totum [l] vel pro parte minuendo videbitur datum.

¶ *Euicta re pro alio debito in solutum data, prima actione agitur, nisi dolus creditori imputetur. item ad liberationem sufficit, rem solutam perfectè ex post facto creditoris fieri. Bart. Valde singulare est principium istud: & diuiditur in quatuor partes. In prima quando res data in solutum euincitur: & recipienti eam non potest dolus uel culpa imputari. Secundò quando potest ei imputari culpa. Tertiò quando potest ei imputari dolus. Quartò quando res data in solutum ab initio creditoris perfectè non efficitur. Secunda ibi, Diuersum. Tertia ibi, Huic applicatur. Quarta ibi Rem autem. Et hæc diuisio protenditur usque ad. §. mihi decem. secundum Barto.*

Paulus li. 5. quæst. L. XCVIII.

¶ CASVS. Tu debebas mihi centũ aureos ex caussa mandati eo casu quo si esses condemnatus, irrogaretur tibi infamia. Item debebas mihi alia centum quæ promisisti soluere in festo Paschæ sub pœna quinquaginta aureorum. Item debebas mihi quinquaginta pro quibus obligasti mihi fundum aliquem. Itẽ tu debebas mihi centum aureos pro tuo proprio debito, & alios centum ex caussa fideiussoria. Nunc venit iurisconsul. gradatim ostendendo ꝙ si soluas non exprimẽdo in quam caussam soluas: super qua videatur esse solutum. nam semper in grauiorem. primò enim videris mihi soluere in eam caussam quæ irrogat condemnato infamiam: eo quòd ibi sit maius periculum. Secundò in debitum quod mihi debes sub pœna. Tertiò in debitum pro quo obligasti mihi pignus. Quartò videris mihi soluere pro tuo proprio debito, & non ex caussa fideiussoria. Quod quidem rectè statutũ est: quia verisimile est quòd diligens debitor deduceret id quod soluit in caussam grauiorem: & si non eligat, debet deduci in caussam antiquiorẽ. ¶ Si maior.] Debebam tibi pecunias ex pluribus contractibus: posuimus rationem inter nos de omnibus quæ tibi debebam: tamen ego solui plus quàm deberem quæritur in quam summam primo computentur soluta? Respond. quòd primo in illum contractum qui est prior vel potior: reliquum in alios contractus qui sunt post illum contractum potiorem vel priorem.

b ¶ Vtriusque.] debitoris & creditoris. Accur.

c ¶ Sub infamia.] id est ex ea caussa ex qua si condemnaretur, esset infamis. & hoc iure succedente in eligendo.

d ¶ Pœnam.] ex contractu promissam.

e ¶ Fideiussoris.] veluti si ipse fideiussoris nomine teneretur. Acc.

f ¶ Admonitum.] sua discretione, vel ab amicis. Accur.

g ¶ Nihil horum.] quòd altera habeatur potior altera. & facit ff. de reg. iur. l. si in duabus. & ff. e. l. & magis. & l. si quid ex famosa. & l. in his. in prin.

h ¶ Soluetur.] i. dissoluetur. Accur.

i ¶ Singulorum.] debitorum, neutraliter.

k ¶ Ex primo.] sic lege: primo solutum videbitur datum ex cõtractu qui potior erit. quis autem sit ille habes hac lege.

l ¶ In totum.] si tantum est.

Qui res suas.] CASVS. Obligaui tibi omnia bona mea: quia magnam summam pecuniarum tibi debebã.post hãc obligationem dedi quẽdam fundum in dotem filiæ meę,& tradidi.tu creditor meus venis & vendicas hunc fundum actione Seruiana vel hypothe.& obtines ita ꝙ tibi maritus filiæ meæ cogitur eum tradere. Dicit hic ꝙ gener meus potest cõtra me agere iterũ ad dotẽ filiæ consequẽdam: sicuti si statuliberũ ꝓmisissem & soluissem .nã in hoc casu pater dans aliquã rem pro dote non liberatur:nisi sub cõditione si hęc res nõ fuerit euicta ab ipso cui datur. Secus autẽ est in ea re quã libertus aliqs ꝓmisit & soluit,quia liberat̃ licet patronus posteà per Fauianã actionẽ euincat hanc rem:qa actio Fauiana cùm sit noua & extraordinaria: nõ põt extinguere obligationẽ iam quęsitam soluenti. Cætera vide in gl. ¶ Qui stipulatur sibi] Ego stipulor à te xx. mihi dari aut Titio.si adijciã ita:si Titio non dederis:dabis mihi.ista stipulatio est cõditionalis. Itẽ si sic sum stipulatus à te:dabis mihi decẽ,aut Titio.v?soluẽdo.v.Titio reus liberabit̃. Et hoc debet expsse dici ꝙ talis stipulatio sit alternatiua.s. quãdo sic stipulat̃: mihi aut Titio.x.si Titio nõ solueris,mihi.x.Si autẽ simpliciter dicit ꝓmittis mihi aut Titio:Titius tantum adijcit̃ causa solutiõis.& ideo.v.solutis Titio, alia.v.remanent in obligatione. Cætera sunt clara. ¶ Mihi Romæ.] Ego stipulor à te hoc modo.dabis mihi centum Romæ, aut Titio Ephesi? vtrum soluendo Titio Ephesi liberetur reus? Videtur quòd nõ:quia sunt diuersa facta. ideo non potest solutio in vno : parere liberationem in alio.Sed hoc non obstat:quia licet sint diuersa facta : tamen orta sunt ex eadem causa quæ in hcc inspici debet. Nam etiam si sic stipulatus essem : dabis mihi Pamphilum, & Titio Stichum? dando Stichum Titio debitor liberaretur. Sed pone quòd stipulatus sum merum factum hoc modo.promittis mihi ædificare insulam in solo meo,vel in solo Titij.si in solo Titij ædificas,an libereris? Respon. quòd non : quia nemo soluendo factum pro facto, liberatur. Tamen si stipulator dedisset electionem promissori,liberaretur soluendo factum pro facto. §.sequens est planus.

¶ Aream.] Promisi tibi aream Titij vicini mei, & sic alienam. Titius in ea domum ædificauit.quæritur an tibi debeam dare aream? Respon.iurisconsul.huic quæstioni per multa argumenta pro & contra.primo per tale argumentum.si promisi tibi alienum seruum, & dominus illum manumittat:ego sum liberatus. Nec tenetur in hoc opinio Celsi,dicentis quòd si idem seruus iterum reuersus fuerit in seruitutem,debebitur.nam non cẽsetur idem homo esse:& in perpetuum est sublata obligatio,quæ restitui non potest. vtebatur autem Celsus tali argumento: quòd si nauis sit promissa ab aliquo, & dominus nauem illam dissoluerit:& posteà iterum refecerit:eadem nauis esse videtur.sed hoc argumentum non obst.quia destructa naue & posteà refecta non erat obligatio extincta,sed tantum suspensa:quare iterum naue refecta de facili obligatio vires priores assumit.posset autem hæc comparatio facta de naue esse similis huic quę dicitur facta de homine alieno promisso,& posteà à domino manumisso, scilicet si nauis fuerit dissoluta eo animo vt non reficiatur: quia tunc si refecta fuerit, non censetur esse eadem nauis:sicut seruus iterum redactus in seruitutem:tamen non obstantibus his similitudinibus siue argumentis concludit iurisconsul. quòd postquàm dominus areæ ædificauerit in area promissa:non eo minus area debetur,vel saltem æstimatio eius:quia area nunquam desijt esse in rerum natura,& sic nunquam mutata censetur. Aliud est in hoc casu. pone quòd promisi seruum,ille posteà captus est ab hostibus. nam interim peti non potest.quòd si redierit:tunc potest peti.area autem semper fuit præsens:quare obligatio eius nunquam fuit intercisa.& ponit exemplum de tigno alieno iniuncto:quod planum est.l. sequẽs plana est. Franciscus.

Qui res suas[a] obligauit, posteà aliquã possessionem ex his pro filia sua dotẽ promittẽdo, obligauit, & soluit[b], Si ea res à creditore euicta[c] est, dicẽdum est maritum ex dotis promissione agere posse, ac si statuliberum[d], vel rem sub conditione legatam dotis nomine pro filia pater soluisset. harũ enim rerũ solutio[e] non potest nisi ex euẽtu[f] liberare, scilicet quo casu certum erit remanere eas.

¶ *Si ab alio qui habet causam lucratiuam, euincitur res per extraordinariã uiam, non agit ille de euictione etiã si donatio cœpit à præcedenti promißione. Pau.*

¶ Diuersum respondetur in ea pecunia siue re, quam patronus post mortem liberti per Fauianã[g] aufert. Hæc enim actio cùm sit noua[h], partam liberationem non potest reuocare.

¶ *Restituto minore ad rem, non restituitur aduersarius eius ad pecuniã, si fuit in dolo inducendo minorem ad dandam in solutum. Pau. de Cas.*

¶ Huic † applicatur[i] minor viginti quinque annis, qui à creditore circũscriptus, in rem ex causa debiti solutam restituitur.

† Iste text. est sing. ad id quod dicitur in summario. sed de isto adde videndũ Cy. in. l.j. C si aduer. transa. & in l.ij. e. tit. & spec. in tit. de in integ. restit. §. fi. versi.j. Bol.

¶ *Si datur in solutum res, quæ potest euinci, & etiam potest non euinci: ex futuro euentu apparebit an debitor fuerit perfectè liberatus, an secus. Pau. de Cast.*

¶ Rem autem castrensis peculij soluente patre, perinde accipere debemus, ac si alienam dedisset[k]: quamuis possit residere apud eũ cui soluta est, mortuo prius intestato filio[l], Sed tũc acquisita creditur, cùm filius decesserit. & vtiq; cuius fuerit, euentus declarat. sic ꝙ[m] & hic ex postfacto in præteritum quid fuerit[n] declaretur.

¶ *Caussa leuior uel durior adiectionem non uitiat. hoc dicit. Bart.*

¶ Mihi decẽ dari purè, aut Titio calendis Iulijs sub conditione, aut calendis Ianuarijs mihi, Titio[o] Februarijs, vtiliter stipulor. Quòd si mihi solui calendis Februarijs Titio calendis Ianuarijs, potest[p] dubitari: sed rectius dicitur vtiliter stipulatum. nam cùm in diem sit ea quoq; obligatio, etiam mihi solui potest ante calendas Februarias. igitur & illi solui poterit.

¶ *Primò loquitur quando propter adiectum stipulatio est conditionalis. & hoc colligitur ex dictione si. Secundò quando est conditionalis: & hoc apparet ex mente expressa. Tertiò quãdo de hoc nihil apparet. Quartò, ponit unum casum quando adiectus adijcitur ad maiorem quantitatem quàm principalis. Secunda ibi, Et ideo. Tertia ibi, At ubi. Quarta ibi, Contra. Bar.*

¶ Qui stipulatur sibi aut Titio: si hoc dicit[q], si Titio non solueris,

a ¶ Qui res suas.] s. generaliter vniuersas. Accursius.

b ¶ Et soluit.] i. dedit in solutum possessionem pro dote quæ erat in pecunia promissa. Accursius.

c ¶ Euicta est.] per hypothecariam. Acc.

d ¶ Statuliberũ.] suprà eo. cùm quis. §. qui hominem. & .l. si rem meam.

e ¶ Solutio.] facta marito vel alij etiam.

f ¶ Ex euentu.] conditione deficiente legati vel libertatis. Accur.

g ¶ Per Fauianam.] quasi dicat à principio pleno iure facta est res est eius cui soluit libertus donandi animo in fraudem patroni. vnde licet patronus quondam extraordinario auxilio rẽ aduocet pro tertia, nõ tamen ei cui donauit libertus, vel emptori cui gratia de pretio remisit, aliqua datur actio: licet careat fraude acceptor fraudem enim liberti exigo tãtum: vt suprà si quid in frau. pa. l. j. §. dolũ. & .§. si quis vi.

Conditio ĩdebiti quãto tempore tollatur: & vtrum ratihabitione secuta.

h ¶ Noua.] id est extraordinaria & prætoria. Accur.

i ¶ Huic applicatur.] scilicet quod dictum est de marito secũdum quosdam: pro quibus est suprà de euic. l. minor. in princ. & de mino. l. in caussæ. in fi. l. & . l. sed vbi. ego applico ei quod dictum est. ȝ. proxi. §. in patrono: vt creditori minoris decipienti minorem vt rem magni pretij daret in solutum pro modica summa, nõ restituatur actio propter dolum suum: vt suprà de fideiuss. si Titius. alioquin contrà: vt. C. si aduer. transac. l. j. & . ij. & alijs præallegatis legibus. Accursius.

k ¶ Dedisset.] argu. contrà. ȷ. de castren. pecu. l. hæreditati. §. pater. in prin. & . §. etiam. in fi.

l ¶ Intestato filio.] & patre succedente ei. ad quod infrà de castrẽ. pecu. l. ij. & suprà de excep. rei iudic. l. si à Titio. & de leg. j. l. seruum filij. in princ.

m ¶ Sic quòd.] quidam habent, sitque & hoc ex his &c. id est casus iste cùm pater dedit rem filij, sit etiam de illis in quibus per futura declaratur quid fuerit in præteritis: vt & superiores, cùm res obligata, vel sub conditione legata seu statuliber in dotem datur. Sunt autem & alij qui his legibus reperiuntur: vt suprà de vsufruct. sed & si quis. §. interdum. & de fun. dota. l. erit ergo. & suprà ad legem Aquil. l. huic. §. si seruus. & de distra. pign. l. rescriptum. & de ritu nupt: si quis tutor. §. quid ergo. & de condic. indebi. si non sortem. §. penulti. & . §. fina. & de rebus dubit. l. quidam sunt. Alij habent hic, in text. & tunc dic hic, scilicet casus. Item habent, ex postfactis vel postfacto. Item habent declaret. [Alij habent, sicque & hic ex ijs quæ post facta sunt, in præteritum quid cuiusque fuerit declaratur.] sed non est vis: quia in idem omnia recidunt. An autem interim possit agi ex quo non liberatur hîc & superioribus casibus in princip. l. dic quòd sic: vt suprà eodem. l. etiam. & . l. si hominem. & . l. qui decem. §. qui hominem. & de verborum obligationibus. Iulianus. §. primo. in venditione secus, quia tradere tãtum tenetur: vt. C. de euic. l. qui rem. in fi. nisi in casu: vt. ȝ. de act. empt. l. seruus quem. §. fina. Accursius.

n ¶ Quid fuerit.] s. contigerit liberatio, necne.

o ¶ Aut Titio.] s. stipulor.

p ¶ Potest.] facit. ȝ. de verb. oblig. l. fi. § fin. Sed opponitur, quia plus est in accessoria obligatione quàm in principali: vt insti. de fideiuss. §. fideiussores. Sol. non est plus in accessoria obligatione. nam hic erat adiectus: cui non quæritur obligatio: sed tantum ei potest solui: vt. ȝ. de verb. obli. l. eum qui. §. qui sibi. Accursius.

q ¶ Hoc dicit.] i. si hoc dicere intelligitur.

Aut quinq;

a Aut quinque.]conditionaliter intelligendo.
b Liberabitur.]liberatur qui non fuit obligatus. Io. dic ergo. i. non obligatur reus:vt conditionalis sit. R.sic.ſ.de verborum oblig. l.decem. Accursius.
c Potest admitti.]vt talis alternatiua sit cōditionalis.R.ad quod est supra de act.& obli.obligationum ferè. §.fina. Accursius.
d Stipulatur.] rectè 10 to eodem themate.
e Contrà.]i.ecōtrà. Accursius.
f Conceptio stipulationis]scilicet nec fortè sententia.
g Decē soluerit.] scilicet Titio.
h Mandati.]taciti secundum M.& Ro. 20 pro quibus instit. de inuti.stipu.§.si quis.& de verb.oblig.Iulia.§. j.sed tu dicas hic præcessisse mandatum. aliâs nego.gesto. agere tur:vt & dixi.ſ.e. vero ꝓcuratori. & facit ſ.de ver.ob.l.fi.§.fi.
i Debebuntur.] à 30 Titio.f.sed cōtra instit. de fideiusso. §.nec plus. Sol.ibi loquitur in accessoria obligatione: hîc in adiecto: in quo plus potest esse temporo:vt.ſ.proxi.§. Item re:vt hîc. Itē loco:vt.j.eo.proxi.§.Itē contrà.ſ.de verb. ob-40 li.l.inter stipulantē. §.si stipulante. Sol.ibi eidem decē, aut quinq; erant danda : & sic liberatur quinq; dando. Accur.
k Videamus.] & videt ꝙ non:nam &c.
l Facta.] facienda mihi aut Titio : vt in 50 sequenti casu ibi : at vbi &c.
m Diuersa.] id est diuersa datio. vnde quod facit diuersitas factorum, vt non liberetur alij faciēdo:hoc facit diuersitas dationum.sed non est ita:vt subijcit sed cùm &c.
60 n Sed cùm.] nūc soluit. Accur.
o Præualet.] caussæ faciendi. Accur.
p Dandi.] quæ principaliter deducitur in obligationem. q. d. si non liberatur debitor in obligatione facto-rum,ergo nec in obli-70 gatione dandi:quia vbi diuersæ sunt dationes,ita diuersa facta:scilicet cùm stipulor domum mihi fieri Romæ,aut tibi Ephesi. Hoc enim videbatur,quasi indubitanter verùm,quòd non contingeret liberatio?Respon.tamen secus in donatione quàm facto.præualet enim dandi caussa:vtpote cùm datum est Titio quocunq; loco mihi expediat:quia ad illud reddendum teneatur Titius adiectus,vel mādati vel negotiorum gestorum.At domum vel aliquid tale in quolibet loco fieri,non expediat mihi:quia cederet solo extranei,cui aliquid fieri mea non interest:vt supra de eo quod certo loco.l.secunda.§.si quis,iuris tamen consultus etiam in facto dicit ita contingere 80 re liberationem:quia mihi satisfactum est à debitore,qui habebat locorum electionem.Alij dicunt diuersa soluere Romæ,& Ephesi. Accursius.
q Merum.]ab omni datione. Accursius.
r Liberatio.]& certè non contingit.
s Soluto.]adiectæ personæ: fine voluntate maximè stipulatoris, secus si ipsi stipulatori vnum factum pro alio soluitur:vt supra eodem inter.Alij,vt.H.sic puta,promisit mihi se aliquid facturum aut

dari sibi : videtur conditionaliter stipulari.Et ideo etiam sic facta stipulatione,Mihi decem, aut quinq; a Titio dari?quinq; Titio solutis liberabitur b reus à stipulatore . quod ita potest admitti c, si hoc ipsum expressim agebatur,vt quasi pœna adiecta sit in persona stipulantis,si Titio solutum non esset . At vbi simpliciter sibi aut Titio stipulatur d,solutionis tantum caussa adhibetur Titius : & ideo quinq; ei solutis remanebūt reliqua quinq; in obligatione. Cōtrà e si mihi quinq;,illi decem stipulatus sim: quinq;Titio solutis non facit cōceptio f stipulationis, vt à me liberetur. Porrò si decem soluerit g: non quinq; repetet, sed mihi per mandati h actionem decem debebuntur i.

Diuersitas locorum rerum aut factorum inter stipulatorem & adiectum, stipulationem non uitiat:& solutione facta adiecto liberatur debitor à stipulatione.hoc dicit.Paulus.Et diuiditur in tres partes. Prima loquitur in obligatione mista dandi & faciendi.Secunda in obligatione merè dandi. Tertia in obligatione merè facti. Secunda ibi, Liberaretur. Tertia ibi, At ubi.

Mihi Romæ, aut Ephesi Titio dari stipulor. an soluendo Titio Ephesi, à me liberetur, videamus k.Nam si diuersa facta l sunt, vt Iulianus putat, diuersa m res est.Sed cùm n præualet o caussa dādi p ,liberatur. Liberaretur enim & si mihi Stichum, illi Pamphilum dari stipulatus essem , & Titio Pamphilum soluisset . At vbi merum q factum stipulor,puta insulam in meo solo ędificari,aut in Titij loco: nūquid si in Titij loco ædificet,non cōtingat liberatio r ? Nemo enim dixerit facto pro facto soluto s liberationem contingere. Sed verius est liberationem contingere:quia non factum pro facto soluere videtur,sed electio t promissoris completur.

Stipulatio concepta in persona duorum alternatiuè,non ualet,si cuilibet eorū potest obligatio acquiri:sed si uni tantum,ualet:& illi acquiritur:& alter censetur ad solutionem appositus.Paulus.

Si seruus fructuarius ex re fructuarij dño ꝓprietatis aut vsufructuario v stipuletur:inutilis est x stipulatio. At ex re proprietarij si ipsi domino aut fructuario stipuletur,rectè stipulatur.tantum enim solutionis capax est fructuarius hoc casu,non etiam obligationis.

Exemptio speciei debitæ de rerum natura uel communi cōmercio,obligationem perimit, nec reuiuiscit impedimento submoto.translatio uerò in corpus integrale,obligationem non perimit:sed res ipsa debet peti:æstimatio uerò præstabitur creditori.Et nota aliud esse obligationē extingui, & aliud obligationem cessare:& q, obligatio extincta nunquam reuiuiscit. Et diuiditur.§.iste in quatuor partes. In prima, ponit quæstionem. In secunda,arguit pro & contra. In tertia,respondet . In quarta,ponit quendam alium casum.Secunda ibi,Nec admissum. Tertia ibi,Nec simili.Quarta ibi, Diuersum dicemus.

Aream promisi alienam.in ea dominus insulā ædificauit.an stipulatio extincta sit,quæsitum est. Respondi y . Si alienum hominem promisi,& is à domino manumissus est,liberor z :nec admissum est (quod Celsus ait)si idem rursus lege aliqua seruus effectus sit, peti eum posse . In perpetuum a enim sublata obligatio restitui non potest.& si seruus effectus sit, alius videtur esse . Nec simili b argumento vsus c est, si d nauem quam tu promisisti , dominus dissoluerit e , deinde eisdem tabulis compegerit,teneri te. hic enim eadem nauis est,quam te daturum spopondisti : vt videatur magis obligatio cessare f , quàm extincta esse.Homini autem g manumisso

Titio:puta scribere librum:aliud fecit Titio:puta domum:non illud quod etiam sibi facere debebat.& fortè etiam eo nolente. certè non liberatur.& hic casus non corrigitur. Accursius.
t Sed electio.]quam dedit ei à principio stipulator:alioquin contrà.& in hoc differt à datione:vt supra de eo quod certo loco.l.iij. §. item Iulianus.& facit supra de verbo.oblig. l.fi.§.fi.Accur.
v Vsufructuario] 10 disiunctio stipulatoris,non legis.Accur.
x Inutilis est.]quia incertum est, qui acquiritur : vt supra de stipu.ser.l.item si seruus.&.l.sed si ita . vel dic vt ibi not. & facit supra de stipu. ser. l.j. §.penulti.contrà.&.l. 20 si seruum fructuarium.&.l. si ex re domini.Accur.
y Respondi.] similes casus præmittit.
z Liberor.]secus est in legatis:vt supra de lega.iij.si chorus.§.fina.in fin.quæ est contrà.vel dicas idem:sed 30 ibi per factum hæredis peruenit ad libertatem:vt quia manumisit: hîc non : vt supra de verborum oblig.si seruum . vel ibi viuente testatore redijt in seruitutē: posteà ex voluntate noua voluit vt pertineret 40 ad legatarium.& est argumen. ad hanc solu.supra de adi.lega. l.iiij.sed quidam ibi habent negatione : & tunc concor. Accursius.
a In perpetuum.] pōt determinare verbum sublata . & not. 50 hîc regulam quòd actio extincta &c. vt hîc,& infra de furtis. si cùm quis.§.finali. & infra de iure fis.l. eius qui.§. finali. & supra de verborum obligat. inter stipulantem.§.nam cùm quis. & de actio. & obliga. 60 l.si seruus.& de adi. leg.l.si seruus.& de noxali . l. si alienus .sed fallit supra eodem pupilli.§.primo.& de capitis diminutione . l. secunda.§.ei.&.l.tutelas. §. si libertates . & de serui. vrb . prædio. si quis ędes. & ad Vel-70 leianum.l.quamuis.§.si mulier. & supra si ex noxa.cau.aga.l.ij. §. fina.sunt ergo hæc specialia.vel dic regulam veram,nisi subsit iusta caussa ex qua æquitas subuenit:vt in prædictis specialibus: quod in idem recidit.Accursius.
b Nec simili.]quia non est simile.
c Vsus est.]Celsus.quod ipse putabat.
d Si nauem.]ecce arg.& dic nauem alienam.Accursius.
e Dissoluerit.]ea mente vt reficiat.aliâs contrà.j.proxi. ibi, homini autem &c. Accursius.
f Cessare.]ad hoc facit supra de ritu nup.l.palàm.§.non solùm.& 80 supra de verborum oblig.inter stipulantem.§.sacram.& de iudi. l. proponebatur.& de serui.vrb.prædi.si seruitus.§ si sublatum. & de leg.j.quod in rerum.§.fi.& de vsufru.l.qui vsumfructū.&.ſ. de pig. Paulus.§.domus.
g Homini autem.]quasi dicat in superiori casu non fuit argumētum bonum, quando ea mente dissoluit vt eisdem tabulis construeret:sed nunc est bonum:quoniam alia mente:vt.ſ.de verb.oblig.inter.§.sacram.Accursius.

a Fiet.]scilicet tunc. Accursius.
b His.]s. supradictis in seruo. Accursius.
c Impositum est.]post promissionem.
d Natura esse.]constructo ædificio. Accur.
e Maxima.]ad quod est supra de lega.j.l.seruum filij.§.si areæ.& §.quib. mo. vsusfruct. amit.quid tamen.§.pe nulti.& de lega.ij.si areæ.&.l.si ita legatū.§. 10 si domus. & de vsufru.l. qui vsumfructū. & de pig.Paulus.§. domus.& ad Treb.ex facto.§.ex facto.
f Ante diem.]videtur enim obligatio accepisse dilationem, donec redijsset ab hostibus. Accur.
20 g Sciscit.]i. statuit.aliās, si scit. scilicet alienum.i. si mala fide iniunxit. & dic q ad interesse procedit condēnatio per iusiurandum in litem: quia dolo desijt possidere: vt arg.§.de acqui. poss.l. qui vniuersas.&.§. de 30 rei ven.l.qui restitue re.nihilominus tamen potest agi actione de tigno iniūcto,qua cōsequatur in duplum,si ei hoc placuerit:ne melioris conditionis sit, quàm qui bona fide iniunxit. & adde quod no.§. de rei vendi.l. in 40 rem.§. tignum. & facit.§.de tigno iniūcto. l.j.& de acquir.re. do. adeò.§. cùm in suo. & §.ad exhibē.l gemma.
h Dari.]quantum in litem iur.fuerit: ita ergo in area.
i Aulus.]Si ex ea re.maximè. vel si 50 n. quia semper intelligitur aliquod damnum pati hoc ipso, q ei aufertur quod sibi placet:vt insti.de act. §.præterea. itē ad hoc §. si certum peta. cùm quid vel expone tertiò ita planè vt dicit litera.sic cogitur reci- 60 pere in aliā formā,si damnū ei non est. sed tunc est contrà. C. de sol.eum.&.§.si cer. pe. l.ij.§.mutui.Sed dices non est aliud fictione huius legis: licet sint diuersæ formæ,vt tres bonon.pro vno imperiali.arg.§. de auro & 70 argen.leg. l j.§.fi. & l. Titiæ. & secundum hoc est contrà. C. de don. l. si quis argentū. in prin.quæ est contrà secundū primos duos intellectus: & ibi pleniùs dixi.Item adde quod no.in.d.§.mutui.Item facit.§. de re iudi. l.si se.§ ait prætor.

Concor. tex.in l.nepos procu. loin fine. j. de ver. sig. & vtra cō cor. ibi tra ditas p m. addo text. cū gl inca. no. faciat. xxij.quæst. ij.tex.in ca. quā sit. §. cupientes. de electio. in. vj in. c. statutū. §. ij. de rescr. in.vj.

simile fiet.[a],si ea mente dissolutā esse nauem apparuerit,vt in alios vsus cōuerterentur tabulæ,deinde mutato consilio eadem composita sit.alia enim videbitur esse posterior nauis,sicut ille alius homo est. Non est his [b]similis area in qua ædificium impositū est.[c]. Non enim desijt area in rerum natura [d]esse:imò & peti potest area, & æstimatio eius solui debebit. Pars enim insulæ area est, & quidem maxima [e]:cui etiam superficies cedit. Diuersum dicemus, si seruus promissus ab hostibus captus est.hic enim interim peti nō potest,quasi ante diem [f].sed si redierit postliminio,rectè tunc petetur.cessauit enim hic obligatio: area autem extat,sicut cætera ex quibus ædificium consistit. Deniq; lex duodecim tabularum tignū ædibus iniunctum vendicari posse sciscit [g]: sed interim id solui prohibuit, pretiumq; eius dari [h] voluit.

Pone exemplum,si mutuaui centum ducatos Venetos,& vis mihi restituere tot florenos Florentinos,qui valent centum ducatos Venetos: non cogor recipere, si aliquod damnum sum passurus:puta sum nauigaturus,& ibi non expediuntur floreni Florentini. Pau.

Paulus li.4. LEX XCIX.

PAulus respondi creditorem non esse cogendum in aliam formam nummos accipere, si ex ea re [i] damnum aliquod passurus sit.

Solutio pertinet ad illos,qui habent administrationem loci ubi est facienda: nec locus contractæ obligationis inspicitur, nisi aliud actum sit. Bar. Per istam legem fundantur duæ opi. doctorum. Prima est,quòd multæ sunt species prorogationis iurisdictionis: quæ ponuntur in l. ij. §.sed si iudex.supra de iudi.sed dubitatur an possit fieri prorogatio de loco ad locum doct. inducunt hanc legem quòd sic. Ita refert Cy. C. de episco.audien.l.si qui ex consensu. Secundo inducitur ad aliud, quòd ibi uidetur quis cōtraxisse, ubi est fienda solutio: & ibi potest conueniri: ut l.contraxisse supra de act. & obliga. sed dubitatur utrùm in loco contractus possit conueniri. glo. uidetur uelle quòd non. C. ubi conue. qui cer. lo.da.pro.l.j.ueritas est ista, quòd in loco contractus non inspicitur: & ibi non potest conueniri

80 QVæro.] CASVS. Pupillus quidā habens magnū patrimonium,habebat res multas in Italia,& alias in prouincia.datī sunt ei tutores.s.rerū Italicarū,& quidā alij rerum prouincialium.tutores rerum prouincialium dederunt pecuniam mutuam quibusdā,vt illam Romæ soluerent. soluerunt eā Romæ. quæritur, vtrū ipsi debitores liberentur?Rñ.q debitores pupillorū rectè soluunt pecuniā tutoribus eorum,qui eorum negotia administrant. veruntamen tutoribus rerū prouincialium non rectè soluitur Romæ: quia non administrant res Italicas:nisi specialiter ita pacti sunt, vt ipsis pecunia quam credunt, Romæ soluatur. Fran. Accur.

k Datis.]& in prouincialibus negotijs tantùm.
l Non sustinerent.]sic etiam si nec Romæ.
m Administrant.]ergo & in Italicis tantùm.
n Sibi.]aliās vt sibi Romæ redderetur. Accur.

niri: sed solùm locus solutionis faciendæ inspicitur: nihil aliud actum sit. casus est hic. Et hanc legem alle. ad hoc Petrus de bel.perti.in. l. cōtraxisse. de actio. & obligationibus.

Idem li.10. LEX C.

QVæro,an curatoribus vel tutoribus in prouincia datis [k],Romæ pecunia solui possit, quæ in prouincia ita ab his fœnerata esset, vt Romæ solueretur, cùm ijdem curatores vel tutores rerum Italicarum administrationem non sustinerent [l]an si soluerit debitor, liberetur? Paulus respondi tutoribus his vel curatoribus rectè pecuniam pupillo debitam solui,qui negotia eius administrant [m]:eos autem,qui prouincialium rerum curatores vel tutores sunt, Italica negotia administrare nō solere: nisi specialiter tutores prouincialium rerum, vt res sibi [n] Romæ redderentur, promitti curauerint [o].

Solutum quod potest repeti: non parit liberationem.h.d.Bar. Et intellige hanc legem,quando pignus erat obligatum pro illa naturali obligatione uel non: licet glos. ponat uarias de hoc opi.

Idem li.15. LEX CI.

PAulus respondi non ideo eos, qui virilem [p] portionem ex caussa fideicommissi inferre debuerant,liberatos videri, quoniā quidam ex collegis [q] per errorem plus debito intulerunt [r]. Paulus respondi aliam caussam esse debitoris soluentis,aliam creditoris pignus distrahentis. Nam cùm debitor soluit pecuniam, in potestate eius esse, commemorare in quam caussam [s] soluerit. Cùm autem creditor pignus distraheret, licere ei pretium inde acceptum referre etiam in eam quantitatem [t] quę natura tantùm debebatur:& ideo deducto eo debitū peti posse.

Si creditoris uel tutoris culpa non præcessit: periculum pecuniæ pertinet ad debitorem uel pupillum. Bar.

Scæuola li.5.respō. LEX CII.

CReditor [v] oblatā à debitore pecuniā alia die accepturus

o Curauerint.]vt in casu hui⁹ legis fuit. & facit. C. de admi.tu. l.ij.§.j.&.§.iudica.fol- 10 ui, si quis apud. §.si tutor.

PAulus respondi.] CASVS. Titius moriens instituit duos hæredes: fidei quorū commisit vt restituerent quilibet certam summā pecuniæ Mæuio: puta vi- 20 ginti vnus hæredum restituit per errorem quadraginta. quærit vtrùm alius liberetur propter hoc,quòd iste plus soluit quā debe ret.Rñdetur q nō. gl. ponit casum.§. sequentis Fran.

p Virile.]puta plu- 30 res cohæredes. Acc.
q Ex collegis.]i. cohæredibus. vel dic de administratoribus reipublicæ,quibus cessantibus exigere fidei commiss. reipub. relictum hæres desijt esse soluēdo:vnde debitores reipubli. cōstituti 40 sunt:vt.§.de admini. tuto.l. Lucius.§ finali. Accursius.
r Intulerunt.]potest per cond. inde.repeti quod non debitè solutum est. Accur.
s In quā caussam.] vt.§.eo.l.j.
t Quantitatem.] 50 licet p ea pignus nō erat obstrictum. aliās nō videt hæc lex nota re differētiam aliquā. vel veriùs dic, cū pignus in hoc sit obstrictū:& erit differentia, qa prīo casu pōt eligere debito: scdo creditor.& hīc est ver⁹ sen- 60 sus. sed si non elegit debitor soluēdo in primo casu: tūc serua qd dicit.§ e.in his. §. Imperator. & facit. §. de pig.act.l. cū & fortis. & de fideiuss.l. fideiussores.§.pro Aurelio.

CReditor] CASVS. Debebā 70 tibi cētū: ego offero ea tibi. tu dicis,nō accipiā hodie:veni cras, & affer mihi ea. interim exactor taliarum aufert hāc pecuniā p fisco. Itē tutor alicui⁹ pupilli seruabat pecuniā pupillarē bona fide,vt eā crederet tutis debitoribus.ista pecunia perijt. Nūc quærit cuius sit periculū? Rñd. q neq; creditoris,qui noluit recipere: neq; tutoris qui eam seruabat, 80 vt magis idoneè crederet. Cùm de sorte.]Glos. ponit casum huius.§.& sequentis etiam. Titius.]Titius accepit pecuniā mutuā: puta centū sub vsuris minoribus.soluit vsuras maiores per errorē. quæritur vtrum id,quod plus debito soluit pro vsuris quàm debe ret,deducatur ei in sortem? Respondetur q sic. Franc. Accur.

v Creditor.]Quidā habēt erosa.& tunc mox pecunia iussu præsidis sublata est: qua scilicet pecunia vtebatur respubli. vel secūdū M. ære egens. vel herosa,id est dominabilis & potēs per pecuniā quam tenebat

tenebat: vt idem potens videretur. arg. §. commo. l. iij. in fi. & l. seq. desinentia enim in osus, plenitudinem notant. sic enim olim consueuit facere respublica cùm egeret, vel vellet videri potens. alij habent heros respublica & tunc dic eodem modo, id est dominans. nam heros potens dicitur: vt. §. ad leg. Aquil. item mela. §. legis. & scias ꝙ alij habent qua. & alij quia: quæ idem sunt.

distulit: mox pecunia, qua illa respublica vtebatur, quasi ἔρανος *, iussu præsidis sublata est. Item pupillaris pecunia, ut possit idoneis nominibus credi [a], seruata [b], ita interepta est [c]. quæsitũ est cuius detrimentũ esset. Respódi secũdũ ea quæ proponerẽtur, nec creditoris [d] nec tutoris detrimentũ esse.

Pecunia cedit in caussam expressam à soluente. Barto.

Cùm de sorte [e] debita [f] constaret, & de vsuris [g] litigatũ esset: nouissimè ex appellatione [h] pronunciatum est, solutas quidem vsuras non repeti [i]: in futurũ [k] verò non deberi: quæro, pecunia data [l] vtrũ vsuris cedere deberet, quod petitor [m] defenderet [n]: an verò sorti proficeret? Respõdi, si is qui dabat, in sortem se dare dixisset [o] vsuris nõ debere proficere.

Solutum in dubio cedit in caussam antiquiorem. Bart.

Valerius [p] Lucij Titij seruus scripsit, Accepi à Mario Marino [q] ex summa maiore tot aureos. quæro, an hæc summa in proximum annum ei accepto ferri debeat: cùm superioris [r] anni sit reliquator [s]? Respondi videri in primam magis, quã in supremã summam liberationem proficere [t].

Quod in caussam indebitam est solutum: cedit indebitum. Bar.

Titius mutuam pecuniã accepit, & quincunces vsuras spopondit: easq; paucis annis soluit: postea nullo pacto interueniente, per errorem & ignorantiã semisses [v] vsuras soluit. quæro, an patefacto errore, id quod amplius vsurarũ nomine solutum esset [x], quàm in stipulatum deductum, sortem minueret? Respondi, si errore plus in vsuris soluisset, quàm deberet, habendam rationem in sortem eius, quod ampliùs solutum est.

Neratius li. 2. LEX CIII.

ideo nec hæres eius cui commodata est, possit agere: tamen commodator poterit furti [a] agere. Idemque & in re pignorata vel in re locata. licet enim hæreditati furti actio non acquiratur: tamen alij cuius interest, acquiritur. ¶ Non solùm [b] autē in re cōmodata cōpetit ei, cui cōmodata est furti actio: sed etiā in ea q̄ ex ea nata est [c]: quia & huius custodia ad eā pertinet. nā [d] & si seruū tibi cōmodauero, etiā vestis eius nomine furti ages: quāuis vestem qua vestitus est, tibi nō commodauerim. ¶ Item si iumenta tibi commodauero, quorum sequela erat equuleus vel pullus: mihi & tibi puto competere furti actionem [e] etiam eius nomine, quāuis ipse non sit commodatus.

¶ Furti actio datur ei cuius interest: condictio verò furtiua datur domino rei. hoc dicit.

¶ Qualis ergo furti actio detur ei [f], cui res commodata est, quæsitum est. Et puto omnibus quorū periculo res alienæ sunt, veluti cōmodatæ, item locatæ, pignorisúe nomine acceptæ, si hæ surreptæ sunt, omnibus furti actionem cōpetere: condictio [g] autem ei demum competit, qui dominium habet.

¶ Etiam in re propria quis nuncius esse potest. Ange.

¶ Si epistola quam ego tibi misi, intercepta [h] sit, quis furti actionem habeat? Et primùm quęrendum est, cuius sit epistola: vtrum eius qui misit, an eius ad quem missa est. Et siquidem dedi seruo eius: statim ipsi quæsita est cui misi. si verò procuratori [i]: ęquè (quia per liberam personam possessio quęri potest [k]) ipsius facta est: maximè si eius interfuit eam habere. Quòd si ita misi epistolam, vt mihi remittatur, dominium meum manet [l]: quia eius nolui amittere vel transferre dominium. Quis ergo [m] furti aget? Is cuius interfuit eam non surripi: id est, ad cuius vtilitatem pertinebāt ea quæ scripta sunt. Et ideo quæri potest an etiā is, cui data est perferenda, furti agere possit. Et si [n] custodia eius ad eum pertineat, potest. Sed & si interfuerit eius epistolam reddere [o], furti habebit actionem. finge enī eam epistolam fuisse, quæ continebat vt ei quid redderetur, fieretúe. potest habere furti actionem: vel si custodiā eius receperit, vel mercedem perferendæ acceperit. & erit in hunc casum similis causa eius, & cauponis, aut magistri nauis. nam his damus furti actionem si sint soluendo: quoniam periculum [p] rerum ad eos pertinet.

¶ Creditor cui pignus surreptū est, tenetur debitori actione pignoratitia in id, quod plus est in pignore: ideo habet furti actionem. h.d.

Paulus. LEX XV.

Creditoris cui pignus surreptum est, non credito tenus interest, sed omnino insolidum [q] furti agere potest: sed pignoratitia actione [r] id, quod debitum excedit, debitori præstabit [s].

¶ Vsufructuarius habet actionem furti contra proprietarium: sed commodatarius non contra dominum rei commodatæ, nisi impensas in re commodata fecerit. h.d.

¶ Dominus qui rem surripuerit in qua vsusfructus alienus est: furti vsufructuario tenebitur [t] sed eum, qui tibi commodauerit, si eam rē surripiat, non teneri furti placuisse [v] Pomponius scribit: quoniam nihil tua interesset, vtpote cùm nec commodati tenearis. Ergo si ob aliquas impensas quas in rem commodatam fecisti, retentionē eius habueris [x]: etiam cum ipso domino, si eam surripiat, habebis furti actionem: quia eo casu quasi pignoris loco commodatario ea res fuerit.

Idem. LEX XVI.

Nec cum filiofami. pater furti agere possit, non iuris constitutio [y], sed natura rei impedimento est, quod non magis cum ijs quos in potestate habemus, quā nobiscum ipsi agere possumus.

¶ Cum seruis & liberis nostris furti actionem non habemus: quia aliter eos castigare possumus: nec seruus manumissus tenebitur actione furti: nisi post manumißionem iterum rem illam contrectauerit. Bartol.

Vlpianus. LEX XVII.

Serui & filij nostri furtum quidem nobis faciunt: ipsi tamen

---

dita. l. ij. & fin. & .§. de noxa. si seruus. legatus. Accursius.

a ¶ Furti agere.] vt. ȷ. eo. l. hæreditariæ. &. l. seq.

b ¶ Non solum.] facit. §. commod. l. si vt certo. §. vsque adeò. & depositi. l. j. §. quæ depositis. &. §. de preca. l. quamuis. Accursius.

c ¶ Nata est.] vt partus.

d ¶ Nam.] à simili.

e ¶ Competere furti actionem.] scilicet pœnalem.

f ¶ Actio detur ei.] an pœnæ persecutoria.

g ¶ Condictio.] scilicet furtiua: sed incerti datur ad instar creditoris: vt supra de pig. act. si pignore. in prin. &. §. de condi. fur. l. & ideo. in fine. Accursius.

h ¶ Intercepta sit.] id est surrepta per aliquem ipsi nuncio. Ac.

i ¶ Procuratori.] similiter eius: vt & . §. de acquir. re. do. l. si epistola. in prin. secus si est mittentis: vt arg. §. de dona. l. ij. §. si pecuniam.

k ¶ Quæri potest.] vt. §. de acquir. re. do. l. traditio. in fin. & . §. de acqui. pos. l. communis seruus. §. j. &. C. per quas perso. no. acquir. l. j. Accursius.

l ¶ Manet.] sic. §. de sol. l. qui sic.

m ¶ Quis ergo.] redit ad propositam quæstionem. & facit. §. eo. si is.

n ¶ Etsi.] nunc respō det. Accursius.

o ¶ Reddere.] i. dare. sic. §. de leg. ij. & Proculo. sed non est hæc ratio necessaria, q̄ interfit, vt dixi. §. eo. l. cuius. sed hic etiā detentationem habebat: vt & in. l. itaque. §. eo. §. sed furti.

p ¶ Quoniam periculum.] vt & infra furti aduersus nau. cau. sta. l. j. §. quod si receperit. &. §. nau. cau. sta. l. sed & ipsi. sic ergo & in nostro casu quando periculum erat suum: vt & suprà cōmo. si is. §. si quē. ac.

Creditoris.] CASVS. Culpa creditoris surreptum est ei pignus: & sic creditor vult agere act. fur. dicitur quod debet agere insolidum: & quicquid consequitur vltra debitum, reddet debitori pigno. actio. ab eo conuentus. ¶ Dominus.] Proprietarius surripuit rem in qua alius habebat vsumfruct. dicitur quod tenetur ei actio. furti. Secundò dicit: commodaui tibi Stichum: eundem tibi surripui. non teneor tibi act. fur. cùm tua non interfit, nisi fortè feceras expensas in hoc seruo: quem poteras retinere donec tibi redderem expensas. nam hoc casu si surripio, teneor tibi act. fur. Fran. Accursius.

q ¶ Insolidum] cōtra extraneū: & cū sua culpa pignus est amissum: vt plenè dixi. §. e. l. cum qui. §. idē scribit. & quod amplius debito habet, debitori reddit totum: vt. §. de pig. act. si pignore. &. §. de pig. l. si inter. §. fi. licet quidam dicant debitum & duplum debiti retinere, & quod vltra sit reddat.

r ¶ Actione.] scilicet qua ipse conuenitur.

s ¶ Præstabit.] scilicet creditor.

t ¶ Tenebitur.] inquantum habes. ȷ. eo. inter. §. si seruus fructuarius. & . ȷ. eo. cùm ex. §. j. Accursius.

v ¶ Placuisse.] vt. §. cōmo. l. rem mihi. sed contraria commodati agi potest: vt in eo. titu. l. in commodato §. sicut.

x ¶ Habueris.] vt & §. commo. l. in rebus. §. possunt. &. §. de acq. pos. si quis rem. in fi. & ȷ. e. si is qui rem. in fin. & arg. §. de act. emp. l. iul. §. offerri. Accur.

y Nec cum filio.] Cōstitutio. imò videtur ciuilis constitutio: vt insti. e. §. ij. q. & . §. de iudi. l. lis nulla. &. C. de in ius vocā l. qui in potestate. & instit. de inuti. stipula. §. ei qui. Rñ. secundū Roge. nō directo, sed per mediū. nam constituendo patriam potestatem, per consequēs ꝓhibet iudiciū inter eos. Alij subaudiūt tantū: non tantū scilicet cōstitutio &c. sed fallit in castrensi & quasi castrensi peculio: vt. ȷ. e. si quis vxori. §. sed si filius. vel expone natura. i. patria potestas quā in filios naturales & legitimos habemus. arg. §. de in ius vocan. l. adoptiuum.

Serui.] CASVS. Serui & filij nostri surripiendo nobis faciunt furtum, non tamen tenentur furti: etiam si seruus posteà manumittatur vel alienetur, nisi tunc de nouo cōtrectaret. ¶ Cùm autem.] Seruum emi, & traditus est mihi, & furtum mihi fecit: tandem quia hic seruus erat vitiosus, egi redhibitoria contra venditorem. quęritur an possim agere furti, ac si nunquā meus fuisset? sed tamē dicit ꝙ non possum agere furti. in redhibitoria tamē veniet hoc dānū, qđ mihi fecit surrripiendo. ¶ Illud.] Possidebā seruum alienū bona fide: hîc seruus fugit à me: & surripuit mihi quamdam rem: tandem alius cœpit eum possidere bona fide. quęritur an actio furti mihi detur contra nouū possorem? & videtur qđ non: quasi cum adhuc possideam. sed videt quod sic: cùm si alij faceret furtum, non tenerer pro eo noxali, quasi non videar eum possidere nisi quoad vsuscap. comprehendam. in fine tamen dicit quod mihi competit act. furti. Fran. Accursius.

non tene

furti nobis non tenentur [a]. Neque enim qui potest in furem statuere, necesse habet aduersus furem litigare [b]. idcirco nec actio ei à veteribus prodita est. Vnde est quæsitum si fuerit alienatus vel manumissus, an furti actione teneatur. Et placet non teneri [c]. neque enim [d] actio, quæ non fuit ab initio nata, oriri potest aduersus hunc furem. Planè si manumissus cõtrectabit, dicendum erit teneri eum [e] furti iudicio: quia hodie furtum facit. ¶Cùm autem seruus quem emi [f], traditusq; mihi est, à me redhibeatur: non est in ea causa, vt perinde habeatur: atque si nunquam meus fuisset [g]: sed fuit [h], & desijt. Idcirco dicit Sabinus eum, si furtum fecerit, in ea esse causa, vt furti eius nomine, is, qui redhibuit, agere non posit. Sed & si non posit, attamen ratio haberi debet eius quòd fecit cùm redhiberi cœpit: idque actione redhibitoria continetur [i].

¶Poßidenti seruum alienum datur furti actio contra eum, qui seruum frugientem & furem poßidere cœpit, antequam in domini potestatem reuersus fuerit. Bartol.

¶Illud quæsitum est, si cùm in fuga [k] esset seruus, furtum domino [l] fecisset: an æquè posset [m] furti actionem habere aduersus eum, qui in potestatem domini non regressum [n] bona fide posidere cœperit. Mouet quæstionem, quod quãuis posidere seruum eo emptore quo in fuga est videor [o]: attamen furti actione [p] non teneor, quasi non sit in mea potestate. Quòd enim videor posidere seruum, ad vsucapionem [q] tantum mihi proficere Iulli. scribit. dicit igitur Pomponi. lib. xvij. ad Sabinum, competere furti actionem huic domino [r] cuius seruus in fuga fuerit [s].

¶Quod dicitur, noxa caput &c. aliquando non est uerum. nam si seruus Titij fecit mihi furtum, & posteà factus sum dominus serui: si uendo eum, non habeo actionem furti contra emptorem. h. d. l. seq. planiuscula est.

Paulus. LEX XVIII.

QVod dicitur [t] noxá caput sequi: tunc verum est, vt quę actio ab initio aduersus aliquem nata est, caput nocẽtis sequatur [v]. ideoque si seruus tuus furtum mihi fecerit, & dominus eius effectus eum vendidero: non posse me agere cum emptore [x] Casiani putãt.

Vlpianus. LEX XIX.

IN actione furti [y] sufficit rem demonstrari, vt posit intelligi [z]. de pondere autem vasorum non est necesse [a] loqui. Sufficiet igitur ita dici lancem. vel, scyphum. vel, pateram. vel, discum. Sed describenda etiam materia est, vtrũ argentea, an aurea est, an alia quæuis. Quòd si quis argentum infectum [b] petat: & massam argenteã dicere, & pondus debebit ponere, & signati argenti [c] numerum debebit complecti: veluti aureos tot pluresúe [d] furto ei abesse. ¶De veste quæritur, an color eius dicendus sit? Et verum est colorem eius dici oportere: vt quemadmodum in vasis dicitur patera aurea, ita & in veste color dicatur. Planè si qs iuret pro certo se colorem dicere non posse: remitti ei huius rei necesitas debet [e]. ¶Qui rem pignori dat, eamque surripit: furti actione tenetur [f]. Furtum autem rei pignoratæ dominus non tantum tunc facere videtur, cum posidẽti siue tenenti creditori pignus aufert, verũ etiam si eo tẽpore abstulerit quo non posidebat [g]: vt pu-

a ¶Non tenentur.] vt inst. eo. §. ij. qui. & . j. eo. qui seruo. §. item placuit. Accursius.

b ¶Litigare.] nec etiam ei proficit. & facit. C. de patria po. l. congruentius.

c ¶Non teneri.] vt & insti. de noxa. §. si seruus.

d ¶Neque enim.] vt ș. quod iussu, si tutoris. §. fi. & . ș. de leg. j. l. cætera. §. j. & . j. si quis testa. li. l. j. §. j. Accur.

e ¶Teneri eum.] pro furto nõ modico: vt. j. de pœ. l. respiciendũ. §. furta. & . j. e. si libertus. & facit. C. de noxa. l. j. & . C. an ser. ex suo fac. l. fin.

f ¶Quem emi.] & furtum mihi post emptionem fecit. Ac.

g ¶Meus fuisset.] vt ita actio furti competat.

h ¶Sed fuit.] scilicet ei⁹ loco q fuit me⁹. & desijt: & sic nõ posit agi furti. vt. ș. proxi. §. vnde est quæsitum. & . j. pxi. §. vnde est quæsitum. & . j. e. inficiando. §. cùm seruus.

i ¶Continetur.] vt ș. de ædili. edic. cũ autem. §. Iulia. & . j. eod. si seruus communis. §. idem dicendum, & ș. de leg. j. si seruus Titij. Accursius.

k ¶In fuga.] nondũ ab alio possessus: nec adhuc gerat se pro libero.

l ¶Domino.] putatiuo, id est bonæ fidei possessori primo: & sic in toto hoc. §. accipe.

m ¶Posset.] dominus putatiuus.

n ¶Non regressum.] seruum, & domini dic putatiui.

o ¶Videor.] vt. ș. de acquirẽ. pos. Pompo. in princ. & . l. rem quę nobis. nisi ab alio posideatur: vel pro libero diu se gerat: vt. ș. de acquiren. re. domi. homo. libe. ĩ fi. Azo.

p ¶Actione.] noxali, si interim seru⁹ alij fecit furtũ: & per hoc videtur quod agere posit, non ob. prima ratione quod posideat: & per hoc. ș. de noxa. quoties. §. in potestate. & arg. ș. ad exhiben. l. Cælsus. §. fin. Sed contrà. ș. eo. ti. l. apud antiquos. §. sin autem definat. vbi dicit verum dominum teneri noxali etiam pro eo tempore quo apud eum vere non est. sed hîc in bonæ fidei pos. dicit, ibi in domino. Item & ibi posteà fuit apud dominum: sed hîc non proponitur quod redierit ad primum possessorem. Item contrà. ș. ad le Aquil. si seruus seruum. §. serui. ij. respon. vbi tenetur dominus noxali etiam pro fugitiuo. sed speciale est in Aquil. nam cùm grauetur actor vt non agat nisi dominus: in hoc releuetur vt hac actione furti quilibet agat cuius interest. vel dic vt ibi.

a Are. in. l. j. §. per seruum. ș. de acqui. pos. reputat istã gl. sing. ad hoc quod licet dominus simpliciter posideat seruũ suum qui ẽ in fuga: vt. d. §. per seruum. tamẽ fecus est in quasi dominio. j. in eo qui habet titulum & bonam fidem: quia iste nõ posidet seruũ in fuga: nisi quo ad effectũ vsucapionis ipsius serui. Bolo.

q ¶Ad vsucapionem tantum.] sic. ș. de vsucap. serui nomine. & . j. de rei vendi. si à bonæ fidei. in fin. Sed contrà. ș. de acqui. pos. l. j. §. per seruum. in fin. vbi dicit etiam pos. mihi per eum quæri. sed hic [a] in nõ domino, vt dixi: ibi in domino tantum. vel hæc dictio tantùm, non excludit nisi quantum ad noxalem actionem. Accursius.

r ¶Huic domino.] i. bonæ fidei emptori: quod ex eo patet, quia de vsucapione loquitur. si enim esset verus dominus, non ageret etiam ex præterita contrectatione: vt. ș. ea. l. in prin. Azo.

s ¶In fuga fuerit.] si seruus iste apud bonæ fidei pos. constitutus rem cõtrectauit. cæterum pro eo furto quod antequam ab alio posideretur, domino fecit: actio furti oriri non potuit.

QVod dicitur.] CASVS. Quod dicitur noxam caput sequi: tunc est verum si hoc fieri potest. nam aliquando non: vt si seruus tuus fecit mihi furtum, tandem effectus fui dominus eius: & vendidi eum alij. nam non possum agere furti contra emptorem. Fran.

t ¶Quod dicitur.] vt instit. de noxali. §. oĩs. & . C. de noxa. l. j.

v ¶Sequatur.] vbi hoc fieri potest: aliâs non: vt subijcit. & hoc in fin.

x ¶Cum emptore.] alij habent cum debitore: & tunc dic i. venditore: quia debitor fuerit ex causa noxali. & facit. j. eo. l. falsus. §. fin. & . ș. de noxa. l. si alienus.

IN actione furti] CASVS. Si ago condi. fur. vel actione furti, debeo in libello meo detractare rem furtiuã: & si sunt vasa surrepta, debeo dicere lancem surreptam: non autem debeo dicere põdus vasorum: sed an argẽtea an aurea sint. Si autem petam argentum infectum, debeo dicere massam argenteam & pondus: & si sint numi argentei, debeo detractare numerum. si autem est vestis: & debeo dicere colorem: & adducit simile. si autem non recordor de colore, & hoc iurẽ: tunc non cogor dicere. ¶Qui rem.] Obligaui librum cuidã fœneratori puta Bozolo. eundem surripui. teneor furti. idem si istum librũ quem obligaueram, vẽdidissem. nam teneor furti. Frã.

y ¶In actione furti.] i. actione quæ competit pro furto. i. condictione furtiua. vel dic etiam in furti: quia nec potest sciri duplũ nisi sciatur simplũ: sicut diximus de actione quod met. cã. vt. ș. de do. l. arbitrio. §. ideo. & pro hoc. j. eo. qui vas. in prin. Accursius.

z ¶Intelligi.] sic. ș. si cer. peta. l. certum.

a ¶Non est necesse.] ș. depo. l. j. §. si quis argentum. arg. contrà. sed illud in deposito vbi potuit prouidere quantum sit.

b ¶Infectum.] id est neque specificatum, neque signatum. & facit ad hæc omnia. ș. de rei vendi. l. si in rem.

c ¶Argenti.] vt nummi.

d ¶Pluresue.] facit. ș. de in lit. iuran. l. cùm furti.

e ¶Debet.] quantum ad eius recipiendum libellum: sed posteà debebit exprimere colorem: vt & dixi. ș. depo. l. j. §. sed & si purpura. & facit vt sic iuranti succurratur: vt hîc, & . d. §. sed & si purpura. & de arbi. l. Pomponius. in fi. & . C. de fi. instru. l. fin. §. j. & . §. quod vi, aut clàm. l. semper. §. in hoc interdicto. & . C. vnde vi. l. si quando.

f ¶Actione tenetur.] vt. ș. de vsuca. sequit. §. si rẽ. & isti. e. §. aliquãdo. & . C. de vsuca. pro emp. l. cũ sit probatum. & . ș. de pign. act. si quasi. Ac.

g ¶Non posidebat.] sed aliquo tempore possedit: vt quia precario habet debitor à creditore: aliâs non videtur quod agere posit: vt

ꝟ.de præscrip.verbis,si rem.§.fin.&.ꝭ.eo.si vendidero.§.fi.vel secundum H.verius etiã si nũquam habuit,vt hîc.&.ꝭ.e.l.si is qui in prin. & in dictis legibus nullum in re habuerat qui volebat agere.

a ¶ Pignoratam.] id est cõuentione speciali:vt.ꝭ.eo.si is qui aliud si generali:vt.C.de ser.pign.da.l.ab eo.vel expone vt.d.l.si is.

a Ista gl. est nota.ad illud propositumquod debitor vẽdens pignus spãliter obligatũ creditori con mittit furtũ secus si erat generaliter obligatus. pro quo facit tex.in.l. si pignore. ꝟ. de pig. act.Bolo.

b ¶ Vendiderit.] scilicet debitor.

c ¶ Vm æs.] CASVS. Obligaui 10 æs loco auri, dicens esse aurum.non teneor furti licet turpiter fecerim.secus est si obligauerã aurũ:deinde cũm velles ponderare, posui æs loco istius auri:hoc casu teneor furti:rem enim iam pignori datam in 20 teruerti. ¶ Si bona] Emisti à non domino rem meam bona fide, tandem eamtibi surripui:dicitur quod teneor tibi actio.furti.Idẽ si rem meam in qua habebas vsumfru. surripui. nam teneor tibi furti: non tamen hęc 30 res efficitur vitiosa quin alius eam posteà apprehendens possit eam vsucapere.& adducit simile. Franciscus.Accursius.

c ¶ Turpiter fit.] vnde stellionatus criminetenetur,& contraria pignoratitia:vt.ꝟ. 40 de pig.acti.l.j.&.l.si quis in pignore.& .ꝭ. de cri.stel.l.iij.Acc.

d ¶ Tenebor tibi.] vt &.ꝟ. eo.itaque.§.j. &.ꝭ.eo.l.furtiuam.

e ¶ Dominus rei sim.] vt & instit. eo. ti.§.aliquando.&.ꝟ.l. proxi.§.fi.Sed arg: cõ 50 trà.ꝟ.de acqui.pos. l.si de eo.§.fi.sed in alio casu est. Item arg. contrà.ꝭ.vi bo.rapt.l. ij.§.hac actione. solu. ibi credebat sibi licere.arg.insti.vi bo.rap. §.j.Item contra.ꝭ. eo. qui iniuriæ.§.fin. sed ibi ex causa lucratiua 60 habebat ille cui est surreptum.Accur.

f ¶ Non impedietur.] Vt &.ꝟ.de vsucap. sequit.§.si rem. &.ꝟ.ꝑ empto.l.si rẽ. & intellige quod ali' vsucaperet, sed tu non:quia interrupta est vsucap.vt.ꝟ.de vsucap. l.naturaliter.nec ego qui dominus sum:vt.ꝟ. de vsuca.l.sequitur.§. lana.Accursius.

70 g ¶ In meam.] vt instit.de vsucap.§.aliquando.

ta si rem pignoratam [a] vendiderit [b].nam & hic furtum cum facere constat.& ita Iulia.scribit.

¶ *Pignorans argentum quod aurum esse dicebat:in stellionatum incidit,non in furtum.*

Paulus. LEX XX.

Cum æs pignori datur,& aurum esse dicit,turpiter fit [c], furtum tamen non fit. Sed si datum est aurum:deinde cùm dixisset se ponderare aut obsignare vel le,æs subiecit: furtum fecit. rem enim pignori datam interuertit. ¶ Si bona fide rem meam emeris, eamque ego surripuero: vel etiam tuus vsusfructus sit, & eam contrectauero:tenebor tibi [d] furti actione,etiam si dominus rei sim [e]. sed his casibus vsucapio quasi furtiuæ rei non impedietur [f]: quoniã & si alius surripiat, & in meam [g] potestatem reuersa res fuerit,vsucapietur.

¶ *Ista lex diuiditur in tres partes.Primò ponitur quæstio. Secundò responsio Offilij & eius ratio & illatio.Tertiò ponitur ratio iurisconsulti authoris huius legis:& probatio per exẽpla. Secunda ibi, Offilius.Tertia ibi,Sed uerum.Bar. Et sic summatur.Qui ex integrali consistenteex partibus separatis partem abstulit, cùm totum ferre non posset:illius solius partis furti tenetur, licet totum integrale contrectauerit:& si reuertens aliam partem sustulit:illius solius partis fur manifestus & non manifestus erit. Ange.*

Vlpianus. LEX XXI.

Vulgaris est quæstio an is qui ex aceruo frumẽti modium sustulerit, totius rei furtum faciat,an verò eius tantum quod abstulit,Offilius totius acerui furem esse putat [h]. Nam & qui aurem alicuius tetigit, inquit Trebatius, totum eum videri tetigisse. proinde & qui dolium aperuit,& inde parum vini abstulit: non tantùm eius quod abstulit, verùm totius videtur fur esse [i]. Sed verùm est [k] intantum eum furti actione teneri, quantum abstulerit [l]. Nam & si quis armarium [m] quod tollere non poterat, aperuerit,& omnes res, quæ in eo erant, contrectauerit, atque ita discesserit, deinde reuersus vnam ex his abstulerit: & antequam se reciperet quo destinauerat,deprehensus fuerit: eiusdem rei [n] & manifestus & nec manifestus fur erit [o]. ¶ Sed & is qui segetem ante lucem secat & contrectat [p]: eius quod secat, manifest' & nec manifest' fur est.

¶ *Nota pulchrum casum & elegantem textum, & satis planus est:si bene punctuetur.*

¶ Si is qui viginti nummorum saccum deposuisset, alterum saccum in quo scit triginta esse,errante eo qui dabat acceperit,putauerit autem illic sua.xx.esse:teneri furti [q] decem nomine placet. ¶ Si quis æs surripuerit dũ aurum se surripere reputat, vel contra:(ex li. viij. Pomponij ad Sabinum) aut minus esse putat, cùm plus esset: eius quod surripit [r], furtum committit. Idem Iulianus [s].

¶ *Qui duas res surripuit, quarum unam suam putat:alterius tantum furtum facit. hoc dicit. Bartolus.*

¶ Sed & si quis surripuerit furto duos sacculos, vnum .x. alterum xx.quorũ alterum suũ putauit,alterum scit alienũ: ꝑfectò dicemus tantũ vnius quẽ putauit alienum, furtũ eum facere [t] ,quẽadmodũ si duo pocula abstulerit,quorum alterum suum putauit, alterum scit alienum. nam & hic vnius fit [v] furtum. ¶ Sed si ansam [x] in poculo suam putauit, vel verè fuit:

¶ Vlgaris.] CASVS. Ex alieno aceruo abstuli modium.videtur ꝙ faciam furtum totius acerui:sicut & si tãgo aurem alicuius,videor totum tangere. Idẽ est & si dolium tuum vini aperui, & aliquantulum vini abstuli:videor totius vini fur esse.sed de ęquitate secus est,vt eius tãtum frumenti siue vini quod surripui,videar furtum fecisse.& circa hoc multos casus ponit. ¶ Qui furti.] Cameram tuam intraui animo surripiendi tibi aliquas res,non tamen surripui.dicitur ꝙ non sum fur:iniuriarũ tamen teneor,vel de vi si per vim intraui.Sed si scriniũ tuũ aperui aut fregi,& aliquas res de scri-80 nio surripui,teneor fur.ꝑ rebus tãtum quas abstuli.Quid si torsellum tuum dissolui vt contrectarem res quæ in eo erant,& quasdam ex his contrectaui,quasdam non?ꝑ rebus tantũ surreptis teneor. & hoc est verum,si totum tollere non poteram simul siue cõtrectare. si autem poteram totũ tollere siue contrectare, & hoc animo accepi torsellum,tandẽ posteà dissolui,& quasdam res tantũ abstuli:in hoc casu totius torselli dicar fur. ¶ Si duo.] Plures simul portauerunt trabem meam animo furandi:nec vnus solus potuisset portare.dicit ꝙ quilibet eorũ insolidũ tenetur act.furti.Vltimo dicit:contrectaui plures res tuas:quasdã tamẽ ex his tm̃ surripui.teneor furti ꝑ oĩbus etiã non surreptis:non tñ teneor cõdi.furtiua ꝑ non surreptis.Frã.

h ¶ Putat.] stricta ratione.

i ¶ Videtur fur esse.] stricta ratione.

k ¶ Verum est.] scilicet de æqtate, vt hîc, &.ꝭ.§.sed & si de naui. vel supra totum 10 cõtrectauit,ponendo per sacculos vt minutatim portaret. hîc & dicto.§.sed & si de naui.non nisi quod portauit: vel supra parũ erat:ita ꝙ totũ poterat portare. hîc & .§. sed & si de naui, multum:arg.ꝭ.ea.l.§. item 20 si quis maioris, vsq; ad.§.si duo.

l ¶ Quantùm abstulerit.] in hoc cm̃ solo & corporis animique actum plenum, (quo,vt furti actio sit, op' est,)adhibuit Ro. sed contrà.ꝭ. de incẽ. rui.nau.l.iij.§. senat'. 30 sed alius est casus:& totum perijt ibi dño.

m ¶ Armarium.] locus vbi libri reponuntur:vt.ꝟ.de leg.iij.l.librorũ.§. chartis. Ac.

n ¶ Eiusdem rei.] nõ dicit omnium, sed delatarum tantum:vt. ꝭ.eod.§.proinde.&.§. 40 quod si totum.Azo.

o ¶ Fur erit.] imò videtur ꝙ tãtum ex prima contrectatione debeat agi,& tantũ manifestus fur dici:vt.ꝟ. eo.l.siue igitur.in fin. &.l.seq.Rñ.verum est ex prima contrectatione tantũ agi: vt.ꝟ. 50 e.l.ei qui. & tamen nihilomin' plura sunt furta [b] .nam quotiescunque contrectat,cõmittit furtũ:& sic plura sunt adulteria si pluries ad alteri' vxorem accedas: & tamẽ ꝑ vno adulterio pœna imponitur. posset 60 tamen fortè defendi vt nascatur:& agi pos' sit ex prima cotrectatione furti nec manifesti: & ex secunda furti manifesti:quia cũ recessit, remansit res in potestate domini:& sic posteà iterũ & cõtrectãdo cõmittit furtũ: & sic tenebit furti manifesti.ar.ꝟ.de vsuca.sequitur.§. idem Labeo.

b Ista gl. facit pro opi. Bar. in auth. sed nouo iure. versi. vlterius quero ni quid plura.C.& in.l.qui fu. rere. de sta tu ho.& in.l.ei qui.ꝭ. e.dum dicit quòd contrectans rẽ furtiuã per diuersa territoria dici tur plura furta committere diuersissimis contrectationibus.& idem tenẽt. B.& An.hic in princi.cũ ius.contrarium idem Bar. sibi cõtrarius tenuit in.l. inficiando.§.infans. ꝭ.eo.

p ¶ Contrectat.] scilicet post:& tunc deprehendit.& est cõtrà.ꝭ. 70 arbo.fur.cæ.l.furti. Solu. vt ibi.& facit infra eodem si quis per se.

q ¶ Teneri furti.] Sed si putabat tota.xxx.aliena esse:omniũ.xxx. nomine furti tenetur.& facit.ꝟ.de condic.cau.da.l.dedi.§.subtilius &.ꝭ.eo.si iussu.§.si rem.Sed contrà videtur.ꝭ.eod.l.in actione.§. fin. sed ibi creditor,hîc depositarius.& facit.ꝟ.de cond.fur.l.quoniam. &.ꝭ.de arbi.l.j.in fin.& de iniur.l.iij.§.fin.

r ¶ Quod surripit.] omissa falsa eius opinione.M.& facit.ꝭ. eod. qui saccum.&.ꝭ.de iniur.cum.§.si iniuria.

s ¶ Idem Iulianus.] scilicet dicit.

t ¶ Furtũ eũ facere.] vt isti.vi.bo.rap.§.j.Sed quid si sciebat alte-80 rũ,sed nõ certũ?dicũt quidã ꝙ vtriusq; ĩ dubio:oĩs em̃ & c.vt.C.vñ vi.l.finali. vel dic eius tantum de quo probabit actor cum sensisse.

v ¶ Fit furtum.] sed quare non & eius quem putauit suum:cùm potius veritas quam opinio spectanda sit:vt.ꝟ.si quis es? Respon. quia sine affectu furandi non fit furtum.vt hîc.sed putare suum, non videtur excusare eum:cùm & si suum esset,committeret furtum:vt.ꝟ.&c. l.in actione.§.fi.sed ibi ius alienum putabat furari.

x ¶ Sed si ansam.] adiunctam per ferruminationem vel applubaturam

turam. Accurſius.

a ¶ Totius poculi.] quando anſa non ſit à poculo ſeparata, vt erât ſuperiora. Item nec eſt per ſe alicuius: ſed eius cuius eſt poculũ. ſed nonne. ¶. §. is qui erant nummi cõmiſtione confuſi? nec tamen agit ꝓ eo quod ibi ſuum putauit. ſed non ſic accedebant alij alijs, vt hic po culo anſa. præterea & ibi depoſitarius erat.

totius poculi a eum furtum facere Pompo. ſcripſit. ¶ Sed & ſi de naui onerata furto quis ſextarium frumenti ſuſtulerit: vtrum totius oneris, an verò ſextarij tantum furtum fecerit? Facilius hoc quæritur in horreo pleno. Et durum b eſt dicere totius furtum fieri. Et quid? ſi ciſterna vini ſit: quid dices? aut aquæ ciſterna? quid deinde ſi de naue vinaria? (vt ſunt multæ in quas vinum infunditur) quid dicemus de eo qui vinum hauſit? an totius oneris fur ſit? Et magis eſt vt hunc non totius c furem eſſe dicamus. Certè ſi proponas in apotheca amphoras eſſe vini, eaſque ſubtractas: ſingularum furtum fit, nõ totius apothecæ: quemadmodum, ſi ex pluribus rebus mouentibus in horreo recluſis vnam tulerit d.

¶ Non tenetur furti qui cauſa furandi domum intrat: niſi furatus fuerit. Item is qui totum furari propoſuit, & partem furatus eſt: tenetur furti partis nomine tantum, & non totius ſi totum tollere non potuit: ſecus ſi potuit. Bar.

¶ Qui furti faciendi cauſa conclaue intrauerit: nondum fur eſt, quãuis furandi cauſa intrauerit. Quid ergo? qua actione tenebitur? Vtique iniuriarum e: aut de vi accuſabitur, ſi per vim intrauerit. ¶ Item ſi quis maioris ponderis quid f aperuit aut refregit, quod tolere non poſſit: non eſt omnium rerum cũ eo furti actio g, ſed earum tantùm quas tulerit: quia totum tollere non potuit. Proinde ſi inuolucrũ quod tollere nõ potuit, ſoluit vt contrectet: deinde contrectauit quaſdam res: quamuis ſingulas res quæ ĩ eo fuerãt, tollere potuerit: ſi tamen totum inuolucrum h tollere non potuit: ſingularum rerum quas tulerit, fur eſt: cæterarum non eſt i. Quòd ſi totum vas tollere potuit: dicemus eũ totius eſſe k furem, licet ſoluerit l vt ſingulas vel quaſdam tolleret: & ita Sabinus ait. ¶ Si duo pluresúe vnum tignum furati ſunt, quod ſinguli tollere non potuerunt: dicendum eſt omnes eos furti inſolidum m teneri, quamuis id vnus nec contrectare nec tollere ſolus poſſet. & ita vtimur. neque

b ¶ Durum.] & ideo æquitas præualet: vt. ¶. ea. l. in princi. & . §. ſed verum eſt. vbi plene dixi. Accurſius.

c ¶ Non totius.] quãtum ad hoc vt teneatur furti actione.

d ¶ Vnam tulerit.] Cæteris non contrectatis.

e ¶ Iniuriarum.] vt. ¶. de iniur. is qui in domum.

f ¶ Quid.] vt ſcriniũ in quo erant libri.

g ¶ Furti actio.] ſ. nec ſtricto iure. R.

h ¶ Inuolucrum.] id eſt torſellum.

i ¶ Cæterarum non eſt.] ſcilicet fur. vel ſi fur aliqua ratione dicatur qui eas vbicũq; cõtrectaſſet, ſcilicet ratione ſtrictà: ex bono & æquo relaxabitur: vt. ¶. in prin. huius l. & . §. ſed & ſi de naui.

k ¶ Totius eſſe.] cũ eo animo contrectauit vt oẽs tolleret. M.

l ¶ Licet ſoluerit] poſteà ductus pœnitentia. Accurſius.

m ¶ Furti inſolidum.] nec vnum ſoluẽtem, alium liberare: vt & . ¶. ad. l. aq. ita vulneratus. in fin. & . C. de condi. fur. l. j. & . ¶. arbo. fur. cæ. l. ſi plures. & arg. ¶. de iuriſdic. om. iudicũ, ſi quis id. in fin. & . l. ſeq. & argu. quod vi, aut clàm. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. Accurſius.

n ¶ Non abſtulit.] penitentia ductus: cũ iam contrectaſſet. M. vel quia deprehenſus antequam omnia tolleret: vt. ¶. §. ꝑ ſi totũ. Vel dicas quod mutat caſum. ſcilicet quã do ope & conſilio alicuius ſit furtum: vt. ¶. condi. fur. l. proinde.

o ¶ Ablata.] non ergo quæ ablata nõ eſt: vel dic tertio teneatur ratione mera. & ſic loquitur de eo qd ¶. ead. l. in prin. dicitur. Accurſius.

Siquid.] CASVS. Si ego fur aliquid fregi vel amo ui non animo furãdi, non teneor pro his furti: & pone tale exẽplum. Scrinium tuũ aperui vel fregi animo ſurripiendi annullos qui ibi intus erãt: & alias res quæ erãt in ſuperiori parte ſcrinij, remoui & poſui in terra ad hoc vt annullos quì erant in fundo ſcrinij, accipiam & ſurripiam: & ſic arripui annullos: teneor furti pro annulis tantum. ¶ Qui lancem.] Lancem tuam raſi.

dicor fur eſſe totius lancis. & hoc de rigore: ſed de æquitate teneor in tantum quanti tua intereſt. Fran.

p ¶ Contrectauerit.] exemplum infra proxi. §.

q ¶ Non poteſt.] ſed. l. aquil. vt ſuprà. ad. l. aquil. ſi ſeruus ſeruum: §. iij. ſed contrà infra eodem qui ſaccum. ſed ibi etiam ſaccum portauit. Item contrà infra eodem qui tabulas. in fin. ſed ibi debitori debenti animus lucrandi fuit: vt infra eodem, ſiquis vxori. §. ſiquis ſeruo. qđ hic non fuit in rebus fractis. Accurſius.

enim dici poteſt pro parte furtum feciſſe ſingulos, ſed totius rei vniuerſos: & ſic fiet ſingulos furti teneri. ¶ Quamuis autem earum quoque rerum nomine quas quis non n abſtulit, furti teneatur: attamen condici ei non poteſt: idcirco, quia condici ea res quæ ablata o eſt, poteſt. & ita Pomponinius ſcribit.

Paulus. LEX XXII.

Siquid fur fregerit, aut ruperit, quod non etiam furandi cauſa contrectauerit p: eius nomine cũ eo furti agi non poteſt q. ¶ Si eo conſilio arca fracta ſit, vt vniones puta tollerentur. hiq; furti faciendi cauſa contrectati ſint: eorum tã tummodo furtum factum videri. quod verum eſt. nam cæteræ res quæ ſeponuntur vt ad vniones r perueniatur, non furti faciendi cauſa contrectantur. ¶ Qui lancem raſit, totius s fur eſt: & furti tenetur ad id quod domini intereſt t.

¶ Impubes doli capax furtum facit: doli non capax non facit. Bar.

Vlpianus. LEX XXIII.

Impuberem furtum facere poſſe, ſi iam doli capax ſit v, Iulia. li. xxij. digeſt. ſcripſit. Item poſſe cum impubere damni iniuria agi: quia & furtum ab impubere fit: ſed modum eſſe adhibendum ait: nam in infantes id non cadere. nos putamus cum impubere culpæ capace Aquilia x agi poſſe. Item verum eſt, quod Labeo ait, nec ope impuberis furto facto teneri eũ y.

Paulus. LEX XXIIII.

Nec minus z etiam condici ei poſſe Iulia. ſcripſit, cùm doli capax ſit.

¶ Qui alium deiecit de fundo, non tenetur furti condictione: tenetur tamen triticaria ratione poſſeſſionis fundi quam abſtulit: ſed ratione arborũ ablatarum tenetur actione furti. Bar.

Vlpianus lib. 41. ad Sabi. LEX XXV.

Verum eſt (quod plerique probant) fundi nomine furti agi non poſſe a. Vnde quæritur, ſiquis de fundo vi deiectus ſit, an cõdici ei poſſit qui deiecit? Labeo

r ¶ Vniones.] id eſt margaritę: vt ſuprà accipitur de except. do. apud. §. item quæritur. & hîc dic vt in princi. huius. l. dixi.

s ¶ Totius.] ſcilicet lancis. & hoc de rigore: vt & ſuprà. l. ꝓxi. in principio. ſed de æquitate agitur ad intereſſe: vt ſubijcit. & . ¶. l. ꝓxima. §. ſed verũ eſt. & . §. ſed ſi de naui.

t ¶ Intereſt.] id eſt ad ſingularem æſtimatoinem: vt æſtimetur quaſi adhuc cohęrens ei à quo ablatum eſt. & hoc generaliter in ſimilibus: cùm aliàs ſi quæuis res inſolidum ſurripiať, veluti equus, ibi verum rei pretium inſpicitur: & ſic non eſt contrà infra eodem. l. in furti. in princip.

Impuberem.] CASVS. Impubes doli capax tenetur ſi faciat furtum. Item & aquilia ſi dãnum iniuria alicui dedit: ſecus ſi eſt infans, vel non proximus pubertati: quia tunc non tenetur furti, nec Aquil. nec ſi ipſe opẽ tulit furto, tenetur, nec cond. fur. tenetur. & h. d. hæc. l. & ſeq. Franciſcus.

v ¶ Capax ſit.] veluti ſi ſit proximus pubertati: non aliàs: vt inſtitu. eodem. §. vlti. & infrà de regu. iur. pupillum. & . l. pupillus. & ſuprà de doli except. l. apud. §. ſi quis non tutor.

x ¶ Aquilia.] vt & ſuprà ad. l. Aquil. ſed ſi quęcunq;. §. ſed ſi infans. & idem generaliter in quolibet delicto: vt. ¶. de mino. l. ſi ex cã. §. nunc videndũ.

y ¶ Teneri eum.] cùm non eſt doli capax: vt. ¶. e. l. ãnpe. §. ſi.

z ¶ Nec minus.] Qua ætate poteſt furti conueniri & condictione.

Verum eſt.] CASVS. Si deieci te de fundo: nõ teneor furti. condi. tñ triticaria teneor ratione poſſeſſionis fundi quã habeo. ſed ſi abſtuli arbores de fundo tuo vel lapides vel cretam. teneor furti. Fran.

a ¶ Non poſſe.] vt inſti. de vſuca. §. quod autem.

a ¶ Possessionem.] tantum per triticariam si non erat dominus de iectus: aliâs etiam dominium: vt &.s. de condi. triti. l. ij.
b ¶ Mobili.] vt &.s. de tritica. l. j. in fine.
c ¶ Nulla dubitatio est.] vt &.s. quod vi, aut clàm. l. si alius. §. no tauimus. & ad le. Aquil. si seruus seruum. §. si oliuam. & .j. l. proxi. §. j. & arg. j. ar. fur. cęsa. l. facienda. §. j. & .j. eo. l. si cretę.

¶ Si apes.] CASVS. Apes ferę stantes in arbore fundi mei fecerunt alias apes. surripuisti eas, vel fauum earum. non teneris mihi act. furti, cùm meum non fuerit qd surripuisti. ¶ Item constat.] Colonus meus agrum meũ colebat nũmis: quia ꝑ certa mercede in pecunia consistẽte mihi dãda fructus agri mei debebat facere suos. venit quidam, & fructus huius agri stãtes in agro collegit & surripuit. dicitur quod tenetur furti huic colono. Fran. Accur.
d ¶ Si apes.] ad hoc. s. de acquir. re. do. l. naturaliter. §. apũ. & insti. de re. diui. §. apũ.
e ¶ Qui nummis.] hoc est, qui mercede constituta in pecunia numerata colit: vt ita omnes fructus percipiendo suos faciat. partiarius verò est, q partem fructuum domino reddit. distĩgue ergo aut colit nummis: & tũc habet actionem furti & cõdictionem furtiuã, cùm sui sint fructus, vt hîc. ad dunt quidam, si ad nõ modicum tempus cõduxit: aliâs contrà: vt arg. s. si ager vecti. vel emphy. l. j. & ij. & iij. quod hîc non dicitur. Aut partiarius: & tũc ipse solus habet cõdi. furti. vt in contrario. s. loca. cùm in plures. §. messem. de quo dic vt ibi. Actionem aũt furti habet quilibet ꝑ parte fructuũ quę cũ tangit. j. e. fullo. §. fructibus. nec obst. j. eod. si quis vxori. §. si sulphurariæ. quia licet ibi agat ex conducto contra dominum, potest tamen & furti agere. Sed alij dicunt ibi loqui de eo qui colit nummis ad modicum tempus.

[† Alias fraudandi.]

negat: sed Celsus putat posse condici possessionem ᵃ: quemadmodũ potest re mobili ᵇ surrepta. ¶ Eorũ nomine quæ de fundo tolluntur, vtputa arborum, vel lapidum, vel arenæ, vel fructuum quos quis furandi † animo decerpserit, furti agi posse nulla dubitatio ᶜ est.

Paulus. LEX XXVI.

Si apes ᵈ feræ in arbore fundi tui apes fecerint, & quis eas vel fauum abstulerit, eum non teneri tibi furti, quia non fuerunt tuæ: easque constat captarum terra mari cælo, numero esse. ¶ Item constat colonum qui nummis ᵉ colit, cum eo qui fructus stantes furto surripuerit, acturum furti: quia vt primum decerpti essent, eius esse cœpissent ᶠ.

¶ Chirographa surripiens tenetur non tantum propter pretium chirographorum, sed etiam ad æstimationem summæ in eis contentæ, licet creditori solutum sit: quia eius interest tabulas habere, ne patiatur litem à creditoribus de eis reddendis. hoc dicit.

Vlpianus. LEX XXVII.

Qui tabulas ᵍ vel cautiones amouet, furti tenetur, non tantùm pretij ipsarum tabularum nomine, verumetiam eius quod interfuit: quod ad æstimationem refertur eius summæ quæ in his tabulis continetur ʰ: scilicet si tãti ⁱ interfuit: vtputa si chirographa aureorum decem tabulæ fuerint. nam hoc dicimus duplicari. Quòd si iam erant inanes, quia solutum proponebatur: nunquid ipsarum tantum tabularum pretij videatur esse æstimatio facienda? Quid enim interfuit eius? Sed potest dici, quia nonnunquã debitores tabulas sibi restitui petunt ᵏ, qđ nõnunquã calũniãt debitores ˡ q̃si ĩdebito soluto ab his ᵐ, interesse ⁿ creditoris tabulas habere, ne fortè controuersiã sup ea re patiat. Et generaliter dicẽdũ est, id qđ interest, duplicari. ¶ Inde potest q̃ri, si quis cũ alias probationes mensæ ᵒ quam scripturam haberet, chirographi furtum sit passus, an æstimari duplo chirographi quantitas debeat: & nunquid nõ quasi nihil intersit. quanti enim interest, cũ possit debitũ aliunde probare? quẽadmodum si in binis tabulis instrumẽtum scriptum sit. nam nihil videtur deperdere. sed futurum ᵖ est vt alio chirographo ᵠ saluo securior fit creditor. ¶ Apocha ✕ quoque si fuerit surrepta: æquè dicendum est furti actionẽ in id quod interest, locum habere, sed nihil videtur interesse ʳ si sint & aliæ ꝑbationes solutæ pecuniæ. ¶ Sed si quis non amouit ˢ huiusmodi instrumenta, sed interleuit: non tantùm furti actio locum habet ᵗ, verũetiam legis Aquiliæ, nam amouisse videtur qui corrupit.

Paulus. LEX XXVIII.

Sed si surripuit priusquam deleat: tanti tenetur ᵛ quanti domini interfuit non surripi. delendo enim nihil ad pœnam adijcit ˣ.

Vlpianus. LEX XXIX.

Hoc amplius, etiam ad exhibendum ʸ agi potest: & interdicto Quorum bonorum ᶻ agi poterit.

[✕ Apocha qđ sit, pulchrè Alci. lib. præter. j. in dictiõe apocha.]

vt &.s. eo. si quid fur. §. fi. & idem quoties ratione dominij agitur furti. vt. j. eo. si vendidero. §. j. & sic in. l. Aquil. vt &.s. ad legem. Aquil. proinde.
i ¶ Si tanti.] hoc ideo quia si pars debiti iam esset soluta: nõ tãti eius interesset quantum in tabulis continetur. ad quod est. s. de transac. l. sub prętextu. quod non potest stare, cùm & tota soluta possit agi: vt. j. proxi. necesse ergo habes dicere quod aliæ probationes erãt de parte debiti: vt. j. §. apocha. in fi.
k ¶ Petunt.] per condi. sine causa: vt. C. de condi. ex leg. l. pe. vel actione in rem: vt. C. ad exhi. l. fina.
l ¶ Debitores.] contra creditores.
m ¶ Ab his.] scilicet debitoribus. Accur.
n ¶ Interesse.] totũ. s. quod in eis continetur: vt &. j. e. fullo. §. fi. &. s. ad exhi. l. solutione. etiam si adhuc hæc non immineant pericula. arg. s. l. eum. §. Papinia.
o ¶ Mensę.] i. pecunię traditæ ad mensam.
p ¶ Sed futurum.] hîc rñdet, secundũ H.
q ¶ Chirographo.] mihi subtracto.
r ¶ Sed nihil videtur interesse.] & malè secundum H. nã agere potest inspecto quod euenire potest: vt. s. eo. l. cum. §. Papinia. sed verius secundum Pla. s. philosophicè dicta diligenter exponũtur. & pro hoc. s. eo. l. ibi, si tanti &c. & facit. j. eo. l. quidam tabularum.
s ¶ Non amouit.] scilicet fur. Accur.
t ¶ Furti actio locum habet.] imò nõ habet: vt. s. ad le. Aql. si quis testamentum. §. fin. quæ est cõtrà. sol. secundum R. hîc sub auditur non amouit, scilicet tantum: & secundum hoc sequẽs. l. ide dicit: sed tu dic quod hic tantum delenit: vt. j. sed & si imaginem. §. si quis. & fecit animo lucrandi: vt quia debitor erat: sed in contrario non fecit animo lucrandi. Accursius.
¶ Sed si surripuit.]
v ¶ Tanti tenetur.] scilicet actione furti ad duplum: vt &. s. l. proxi. in princi. Accursius.
x ¶ Adiicit.] imò videtur adijcere: vt supra titu. proxi. l. nunquam. solu. secundum R. hic vno actu deleuit & surripuit: nec enim potuit delere quin contrectaret: sed ibi ex interuallo. sed tu dic quod ex interuallo hic fuit: & dic ad pœnam. s. furti: sed Aquil. bene datur, cùm sint diuersa delicta: vt in contrarijs. Accursius.
y ¶ Hoc amplius.] Ad exhibendum. vt &. s. ad le. Aquil. qui tabulas. Accursius.
z ¶ Quorum bonorum.] licet qui deleuit, non contendit se hæredem: quia tenetur ex dolo: vt & in petit. hæredi. diximus supra de petit. hæredit. l. sed vtrum. & contra quem datur vnum, & reliquum: vt supra quo. bo. l. j. in princip. sed hoc non placet: quia interdicto quorum bonorum ad vniuersitatem tantum agit: & contra hæreditariarum debitorem non datur: vt. s. quorum bonorum. l. j. §. j. & . l. ij. quæ sunt contrà. constat autem esse debitorem hæreditarium cum qui damnum dedit: vt. d. l. sed vtrum. dic ergo secundum M. dari hîc quorum bonorum, id est interdictũ de tabulis exhibendis quod præparatorium est interdicti quorum bonorum. & pro hoc. s. de tabu. exhiben. l. j. in prin.

f ¶ Cœpissent.] fructus: vt bonę fidei possessoris: non sic in fructuario antequam consummãtur. vt. s. de acquiren. rerum domi. bonæ fidei. §. denique. &. s. de vsur. qui scit. §. præterea. &. s. de vsufru. si fur.
¶ Qui tabulas.] CASVS. Tabulas vel cautiones meas si ue instrumenta aliquis surripuit. dicitur quod tenetur actione furti. & æstimabitur non solùm valentia tabulæ siue chartæ: sed etiam debiti quod in ea cõtinetur: siue debitum quod in his cõtinebatur, sit mihi solutum: siue non. & redditur ratio. idem videtur & si alias probationes haberem ad istud debitum. Idem de apocha si surripiatur. Sed pone quod aliquis delet instrumentum meũ. tenetur furti, & etiam actio .legis Aquil. Sed pone quod primo surripuit, & postea deleuit. nõ ꝑpter hoc crescit actio furti sed furti tenebitur & Aquil. item actio ad exhibendum. Item quorũ bonorum: si hæc instrumenta essent hæreditaria. Sed & si aliquis imaginẽ meã vel librum deleuit, tenetur Aquilia. Vltimò dicit: quæ dicta sunt de instrumentis priuatorum: idem & si essent reipublicæ alicuius municipij. Item & de cæteris rebus publicis siue alicuius societatis. & hoc dicit hæc lex cum quatuor sequentibus. Fran.
g ¶ Qui tabulas.] ligneas vel cereas: in quibus olim scribebantur rationes debitorum: vt &. s. commo. l. in commodato. §. sicut.
h ¶ Continetur.] sit ergo ęstimatio secundum causam cohęrentem:

Sed

a Sed & si imaginem.] facit suprà ad legem Aquil. si quis testamentum.
b Deleuerit.] posteà cùm iam surripuisset. Vel dic deleuerit tantum animo lucrandi: vt. s. e. qui tabulas. in fi.
c Aut surripuerit.] scilicet tantum.
d Furti.] non peculatus: vt. j. e. ob pecuniã.
e De cæteris rebus publicis.] quæ 10 sunt i patrimonio publico: non etiã in vsu publico. M. vel dic publicum, scilicet alicuius municipij.
f Societatibus.] vt si instrumentum societatis alicuius quis surripiat.

Quidã.] CASVS. Habebam instrumentum de decẽ cõtra Titium. surripuisti mihi illud instrumẽtũ. nunc ago cõtra te furti ac. videt ꝙ non tenearis nisi ad æstima. chartæ siue tabulæ, nõ autẽ ad decẽ quæ cõtinebãtur in in 30 strumẽto: quia si nũc possum ꝓbare de illis decem, non videt̃ mea interesse. sed tñ dicit ꝙ potest interesse. pone enim ꝙ nunc furto facto rehabui instrumẽta: & sic possum nũc probare interesse per ea: quod nõ potui tempore quo egi ad debitum, sed succubui. id multò magis quæritur de lege Aquil. nã si instrumentum meum de decẽ quod habebã con tra Titiũ, destruxisti, & agã cõtra te Aquil. videtur ꝙ non tenearis: quia si probo decẽ 50 cõtineri in instrumẽto: potero agere ad ea cõtra Titium debitorem meum, etsi nihil mea interfit, instrumẽtum fuisse destructũ. si autẽ hoc non possum probare, videtur mea interesse. sed tñ ponit duos casus quibus in 60 tereſt mea. Fran.

Nec potuit post furtum factum &c.

g Pecuniam.] in instrumento redactam.
h Non potest.] debitum in chirographũ redactũ. sed non valet hoc arg. quod fit à destructiõe antecedẽtis.

Idem. LEX XXX.

SI hæreditariæ tabulæ deletæ sint.

Idem. LEX XXXI.

SEd & si imaginem [a] quis vel librum deleuerit [b], & hic tenetur damni iniuriæ, quasi corruperit. Si quis tabulas instrumẽtorum reipublicę municipij alicuius aut surripuerit [c], aut interleuerit: Labeo ait furti [d] eũ teneri. Ideq; scribit & de cæteris rebus publicis [e], deq; societatibus [f].

Paulus lib. 9. ad Sab. L. XXXII.

QVidam tabularum duntaxat æstimationem faciendam in furti actione existimans: quia si iudici apud quẽ furti agatur, possit probari quantum debitum fuerit: possit etiã apud eum iudicem eadem probare apud quem pecuniam [g] petat. si verò in furti iudicio probare non potest [h]: nec illud quidem possit ostendi, quãti eius interfit [i]. Sed potest [i], post furtũ factũ si tabulas nactus esset actor, vt ex eo ꝓbet quanti sua interfuit si tabulas nactus non esset [k]. De lege Aquiliã maior quæstio [l] est, quẽadmodũ possit probari quanti eius intersit. nam si potest aliàs probare [m], nõ patitur damnum [n]. Quid ergo si fortè pecuniam sub cõditione crediderit, & interim testimonia sunt quorũ probationẽ habeat, qui possunt mori cõditione pẽdente [o]? aut puta me petijsse creditũ: & quia testes & signatores qui rem meminissent, præsentes non haberem, victum remansisse: nunc verò cùm furti agã, eorum memoria & præsentia ad fidẽ creditæ pecuniæ vti possim [p]?

Cui conceditur administratio rerum: non uidetur concessum ut in eis fraudẽ cõmittat. Bart.

i Sed potest.] nunc respondet.
k Non esset.] & sic agitur furti: vt & suprà de eden. argentarius. 70 §. fina. nec per hoc desijt competere: quod interesse desinit: vt infrà eo. l. inter omnes.
l Maior quæstio.] quia licet posteà recuperet tabulas, nihil per eas potest probare, cùm deletę sunt. argumen. suprà locutus est cùm deletæ non erant.
m Probare.] purum debitum.
n Damnum.] & sic non agit, sed tamen contradicit ponẽdo de debito conditionali & puro. & sic incipit respondere.
o Pendente.] conditione. quasi dicat agam. condemnationis tamẽ exactio in euentum conditionis differtur: vt suprà ad legem Aquil. 80 l. in lege. sed contrà, suprà de iudic. non quemadmodum. sed ibi solu. Accursius.
p Vti possim.] Et certè furti agendum: & idem in Aquilia etiam quando debitum erat purum: vt dicta. l. argentarius. §. fina. & suprà eo. l. qui tabulas.

Tutor.] CASVS. Licet tutor habeat administrationem rerum pupilli: si tamen surripiat rem pupilli, tenetur furti & tutelæ. & idem in curatoribus omnibus. Fran. Accur.

q Non datur.] vt & s. pro emptore. l. qui fundum. §. si tutor. & j. e. l. interdum. §. qui tutelam. & s. de sol. l. pupilli. in prin.
r Tenetur.] vt & s. de tut. & ra. dist. l. actione.
s Agi possit.] scilicet finita tutela: vt. s. de tut. & ra. dist. l. si tutor. §. fina. & l. sequen. & per hoc quòd illa dabatur, furti famosa denegari videbatur. argu. suprà de in integrum restituti. l. diuus. sed ad diuersa dantur. Acc.
t Curatoribus.] 10 sic suprà de neg. gest. l. ex facto. in fine. vt de similibus ad similia ꝓcedatur.

Vlpianus. LEX XXXIII.

TVtor administrationẽ quidẽ rerũ pupillariũ habet, intercipiendi autem potestas ei non datur [q]: & ideo si quid furãdi animo amouerit, furtum facit: nec vsucapi res potest. sed & furti actiõe tenetur [r]. quãuis & tutelæ cum eo agi possit [s]. Quod in tutore scriptum est: idem erit & in curatore adolescentis cæterisque curatoribus [t].

Paulus. LEX XXXIIII.

IS qui opem furtũ faciẽti fert [v], nunquam manifestus est [x]. itaq; accidit vt is quidem qui opem tulit, furti nec manifesti: is autẽ, qui deprehensus est, ob eandẽ rem manifesti teneatur.

Pomponius. LEX XXXV.

SI quis quid perferendum acceperit, & scierit furtiuum esse: constat, si deprehendatur, ipsum dũtaxat furem manifestum esse. si nescierit, neutrum [y]. hũc, quia fur non sit [z]: illum autẽ non esse manifestum furem, quia deprehensus non sit.

Diuersis respectibus possunt duo fures eiusdem rei alter dici fur manifestus: alter non manifestus. Barto.

Si vnus seruus tuus hausisset [a] & abstulisset, alter hauriendo deprehensus esset †: prioris nomine nec manifesti, alterius manifesti teneberis.

Qui præstat opem furto irregulari, non tenetur furti: nisi furtum regulare sequatur. Bart.

Vlpianus. LEX XXXVI.

QVi seruo persuaserit vt fugeret, fur non est. Nec enim qui alicui malum consilium dederit, furtum facit: non magis quàm si ei persuaserit vt se præcipitaret, aut manus sibi inferret [b]. hęc enim

Is qui opẽ.] CASVS. Præbui opẽ & auxilium tibi faciẽti furtum: tandem tu fuisti deprehensus cũ 20 re furtiua. dicitur ꝙ ego teneor furti non manifesti, & tu furti manifesti. Franciscus Accursius.
v Fert.] Quis hoc faciat, habes insti. eo. titu. §. interdum. & infrà eo. in furti. §. ope. & l. si pignore. §. qui 30 ferramenta.
x Manifestus est.] Item nec est fur: nec est manifestus: licet teneatur actione furti non manifesti. nec enĩ dici potest committere furtum, vel etiam furem esse, cum rẽ non contrectauerit. & fa- 40 cit. j. de incend. rui. nau. l. qui naufragiũ. §. non tantum.

i ¶ In his.] scilicet damni æstimatione, & noxæ deditione: tunc enim non tenetur emptor præstare fructus & accessiones, sicut supra dictum est: cũ possit compensationẽ inducere. Idem & si tantùm desit in sola noxæ deditiõe: aliud si plus vel tãtum desit in dãno: quia dominus liberatur noxæ dedendo.

k ¶ Cogendus est.] sine noxa. secus in hærede: vt. ff. de leg. j. l. si heres generaliter. quę est cõtrà. sed hic suauo lũtate ad hoc se oblig. ibi hæres non: arg. ff. de condi. fur. & ideo.

l ¶ Promiserit.] promittens enim vel sciẽs tenetur, nõ aliàs: vt. ff. de act. empti. Iulia. §. item qui furem. & de ædili. edic. l. quòd si no lit. §. j. Azo.

m ¶ Certum.] aliud si incertum: vt. ff. manda. l. inter causas. §. sed cùm seruus. quæ est cõtrà. & fa. ff. de leg. j. l. si seruus titij.

n ¶ Decidere.] id est emendare.

o ¶ Depositi apparere.] nisi apud te causa tui deponã: vt. ff. si cer. pet. l. si quis nec.

p ¶ Commodi.] si ergo causa vtriusque sit mandatum idem quod in pignore dicam.

q ¶ Damnosum.] hic nota æquitatem rigori præferri & aliquid esse bonum cuius cõtra rium melius est. & ad hoc. ff. de iniust. test. filio. & de inoffi. test. l. fin. in fi. & C. de iudi. placuit. & de procu. l. exigendi. in fi. & ff. depositi. l. bona fides. §. j. de acquiren. re. domi. adeò. §. insula. in fi. Item & no. officium suum nemini esse damnosum. sic. C. de test. l. si quando. & suprà, quemadmodum testa. ape. si quis ex signatoribus. Sed arg. contra. C. de do. l. j. sed ibi de lucro, hîc de damno vitando certat.

r ¶ Culpam.] ergo ignorans tenetur: & sic videtur contrà. ff. de pig. ac. si seruus. in fi. sed expone illam vt ibi dixi.

s ¶ Non vltra pretium.] vt & suprà, commo. si seruus. & ff. loca. si domum. Accursius.

t ¶ Debere.] vt non comprehendat latam culpam: vt instit. de suspec. tu. §. suspectus. Accursius.

v ¶ Interueniat.] & sic etiam sciens non videtur teneri vltra pretium. Accursius.

x ¶ Vera esse.] vt teneatur mandator vel depositor. Accur.

y ¶ Si ipse.] depositarius vel mandatarius.

z ¶ Ei.] scilicet seruo deposito vel empto mandato domini. & sic facit. ff. de pig. act. vel vniuersorum. & ff. de neg. gest. si negotia.

Conuenit.

Morti simi[lis est] manumissio.

Æquitas rigori præfertur.

Officiũ suũ nemini debet esse damnosum.

a ¶ Conuenit.] causa tollendæ dubitationis: vt &. ſ. mand. l. qui mutuam. nam neceſſe non eſt: vt. ſ. qui. cau. pig. ta. cōtra. l. in prædijs. ſed certè imò videtur neceſſe quo ad actionem furti: vt. j. eo. ſi is qui. in princi. ſed contra: vt. ſ. de actio. & oblig. qui ſeruum. §. ſi is. & facit. ſ. pro ſocio, idem eſt.

b ¶ Furtiuam.] quod dic vt. ſ. eo. l. falſus. §. ſed ſi is.

c ¶ Cohæreant, fundi eſſe.] vt. ſ. de rei vendi. l. fructus. Acc.

d ¶ Facere.] cū merx ſit ſoluta: vel fides habita de pretio: vt inſti tu. de re. diui. §. venditæ.

e ¶ Quod certè.] ſcilicet ꝙ fiant coloni: licet ſoluat mercedem.

f ¶ In propoſito.] id eſt eo caſu quando vendidit. Accur.

g ¶ Cogat.] & ex volūtate coloni: & ſic non obſtat. ſ. eo. ſi apes. §. ſi. & nota ex ijs quæ hîc dicit, quòd fructus nō ſunt facti coloni: agit ergo locator hîc quia dominus fructuum, non quia obligati. Sed & illa ratione poſſet agere ſi non eſſet dominus: vt. ſ. de vſuſca. l. ſequitur. §. ſi rē. quæ eſt contrà. R.

h ¶ Referre.] nunc reſpon. Accur.

i ¶ Hæc.] ſcilicet decē. vt &. ſ. de ſtatulibe. l. ſtatuliber. §. j. nec ob. ſ. de noxali. l. ſi quis à multis. quia illa ſecundum iſtā intelligitur. Aliâs autem legitur hoc.

k ¶ Fuerit.] facit. ſ. de condi. ob cau. l. iij. §. ſi. & ſ. de ſtatulibe. l. iij.

Iſte. §. eſt ſolennis ſecū dū Bar. hic.

vel nummorum cōmiſerit, cùm alioquin nihil vnquam dominus tale quid feciſſet: aliter exiſtimandum eſt. ¶ Locaui † tibi fundum, & (vt aſſolet) conuenit [a] vti fructus ob mercedē mihi pignori eſſent. Si eos clàm deportaueris, furti tecū agere me poſſe aiebat. Sed & ſi tu alij fructus pendentes vendideris, & emptor eos deportauerit: conſequens erit vt in furtiuā [b] cauſam eos incidere dicamus. Etenim fructus quandiu ſolo cohæreāt, fundi [c] eſſe: & ideo colonum, quia voluntate domini eos percipere videatur, ſuos fructus facere [d]. quod certè [e] in propoſito [f] nō æquè dicitur. Qua enim ratione coloni fieri poſſunt, cùm emptor eos ſuo nomine cogat [g]? ¶ Statuliberum qui ſi decem dederit, liber eſſe iuſſus erat, hæres noxali iudicio defendebat. pendente iudicio ſeruus datis decem hæredi, ad libertatem peruenit. quæritur an non aliter abſolutio fieri debeat, quàm ſi decem, quæ accepiſſet hæres, actori dediſſet? Referre [h] exiſtimauit vnde ea pecunia data eſſet: vt ſi quidem aliunde quàm ex peculio, hæc [i] ſaltem præſtet: quoniam quidem ſi nondum ad libertatem ſeruus perueniſſet, noxæ deditus, ei cui deditus eſſet, daturus fuerit [k]. ſi verò ex peculio, q nummos hæredi dederit, quos vti que is paſſurus eum non fuerit ei

¶ Furtum.] CASVS. Seruo tuo à te dn̄o fugienti iter oſtendi per quod iret. non ſum fur. Franciſc. Accurſius.

l ¶ Monſtrauit.] etſi ſciuit eum fugitiuum, ſecundum M. facit. ſ. eo. qui ſeruo. in princi. Sed arg. contrà. ſ. de ſer. cor. l. j. in prin. &. §. perſuadere. vnde potes dicere: aut in odiū domini: aut vt ſic iram domini euaderet monſtrauit: vt. ſ. eo. qui vas. §. qui ex voluntate.

¶ Non poteſt.] CASVS. Damnatus furti eſt infamis: nec poteſt præſes facere quin ſit infamis. Fran. Accur.

m ¶ Infamia.] vt &. j. ad Turpil. l. j. §. j. in fi. Sed contra. C. ex quibus cauſis infa. irro. l. furti. Sol. vt tibi. & not. quòd argumento huius legis, &. ſ. de ritu nup. l. palàm. §. fi. dicit Io. ſola ſententia aliquem effici infamem: licet non ſubſit cauſa. Sed arg. contrà. ſ. de ijs qui no. infa. l. ictus. & de hoc dixi. ſ. de ijs qui not. infa. athletas. in fine.

Sententia ſola an infamiam irroget.

¶ Titio.] CASVS. Titio hærede inſtituto ſeruus Stichus legatus eſt Seio. antequā Titius adeat hæredi. ſeruus Stichus fecit furtum Titio. Poſteà Titius adiuit hæredi. & Seius vult habere ſeruum legatum, & habuit. quæritur an Titius habeat actio. furti contra Seium? & dicitur quòd ſic: quia tempore furti Titij non erat ſeruus Stichus, cùm nondum adiſſet hæredi. & tempore aditę hæreditatis fuit poſt aditam non ſubſit ſuus: cùm recta via tranſeant ea, quæ leguntur ad legatarium. Fran.

n ¶ Titius.] vt &. ſ. de noxa. ſi ſeruus legatus.

o ¶ Recta via.] non ſtatim, ſed adita hæreditate: vt ſuprà, de leg. j. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. hoc quātum ad veritatem: aliud de fictione: quia ex tempore mortis eſt legatarij. nam ſi hæredis fingeretur, iam hic furti agi non poteſt: vt. ſ. de noxa. ſi alienus. & hîc proximè diximus. & ſecundum hoc loquitur. ſ. de pecu. l. ſed ſi damnum. §. idē ſi legatum. & de leg. ij. legatum ita. & de legatis. j. ſi ſeruus Titij. & infrà titu. ij. l. j. §. ſeruus. & ſuprà, de iudi. l. quòd legatur. in fin. & ſuprà eodem. l. iuſſu. §. fin. Sed contrà. huic. l. ſ. de fideicommiſ. liber. l. cum verò. §. fina. ſol. vt tibi. Item contrà. ſ. de ſerui. l. Papinianus. ſed dic vt ibi. ADDITIO. Dic quia ibi teſtator legauit rem hæredis non ipſius teſtatoris: tunc enim non tranſit dominium in legatarium niſi traditione facta: vt ibi. & in. l. ſi quis inquilinos. §. ſeruum. ſ. de leg. j. & not. in. l. ſi hæredis. eo. titu. ſecundum Bar.

¶ Qui ea mente.] CASVS. Rem tuam ſurripui, & cōtrectaui animo lucrandi. licet poſteà pœniteā, & tibi reddam: adhuc non ſum fur. & adduci tur ratio. Francis.

p ¶ Deſiit.] ſic ſuprà, de ædil. edic. quis ſit fugi. & arg. contrà. C. de apo. l. hi qui ſanctam. in fi. &. ſ. depoſi. l. j. §. ſi rem. Sed contrà. ſ. de vſuſca. ſequitur. §. idē Labeo. Sol. ibi vendidit, non tradidit: & idcirco non contrectauit. Item contrà. ſ. de ſer. fugi. l. j. §. j. Ibi ignorauit eum fugitiuū qui recepit: & ſic fuit ad plus in culpa: hîc in dolo. vel alius eſt caſus. Item ar. contrà. ſ. de in ius vocan. l. quamuis. & ſuprà, de iuriſdictio ne omnium iudi. ſi cō uenerit. Vltimò diſtingue circa pœnitentiā: quia aut in contractibus: aut in delictis. Primo caſu in innominatis pœnitere licet: vt ſ. de condi. ob cauſam. l. ſi pecuniam. In nominatis ſi quidem vtriuſque gratia ſunt celebrati, non licet pœnitere: vt. C. de actio. & obli. ſicut. & de cōtrahen. empt. l. non idcirco. ſi alterius tantum: pœnitere poteſt is cuius gratia celebratus eſt: vt. ſ. depoſi. l. j. §. penul. in delictis ſi quidē ſtatum eſt in finibus voluntatis, & non eſt proceſſum vltrà: licet pœnitere, & ſic pœnā euitare: vt. ſ. de pœnis. l. cogitationis. Si proceſſum eſt ad actum: ſi quidem cōſummatum eſt & perfectum, non poteſt poſteà pœnitere vt euitet pœnam: vt hîc, &. j. vi bo. rap. l. pe. fallit tamen: vt. C. de crimi. ſtellio. l. j. &. ſ. de ſer. fug. l. j. §. j. & de pub. l. j. §. quod ſi fecerit. & quod me. cau. l. ſi cum excep. §. fatis. Si autem ad actū non cōſummatum nec perfectum: ſi quidem quia noluit, ſed potuit: licet penitere: & non incidit in pœnam: vt. j. ad le. Cor. de fal. l. qui falſam. Niſi in caſu: vt. C. ad leg. Iul. maieſt. l. quiſquis. Si verò quia non potuit, nihilominus tenetur: vt. j. ad leg. Pompe. de parri. l. j. in fi.

† Not. ex iſta l. ſecundum Bar. ꝙ dominiū rei legatæ tranſit in legatariū directa via.

Pœnitere an & quando liceat.

dare: contrà ſtatuendum eſt.

Martianus. LEX LXIIII.

Furtum non committit qui fugitiuo iter monſtrauit [l].

Marcellus. LEX LXV.

Non poteſt præſes prouinciæ efficere vt furti damnatum non ſequatur infamia [m].

Martianus. LEX LXVI.

A Titio † hærede homo Seio legatus, ante aditam hæreditatē furtum fecit. Si adita hæreditate Seius legatum ad ſe pertinere voluerit, furti eius ſerui nomine aget cum eo Titius [n]: quia nec tūc cùm faceret furtum, eius fuerit. Et vt maximè quis exiſtimet, ſi ſeruus eſſe cœperit eius, cui furtum fecerat, tolli furti actionem, vt nec ſi alienatus ſit, agi poſſit eo nomine: nec poſt aditam quidē hæreditatem Titij factus eſt: quia ea quæ legantur, rectà via [o] ab eo qui legauit, ad eū cui legata ſunt, tranſeunt.

¶ Qui tenetur ex delicto actione originaliter pœnali: non liberatur pœnitentia. Bar.

Vlpianus. LEX LXVII.

Qui ea mente alienum quid contrectauit, vt lucriface ret, tametſi mutato conſilio id domino poſteà reddidit: fur eſt. Nemo enim à tali peccato pœnitētia ſua nocens eſſe deſijt [p].

Paulus. LEX LXVIII.

Si is qui rem pignori dedit, vendiderit eam: quamuis dominus ſit, furtum facit: ſiue eam tra-

¶ Si is qui.] CASVS. Rem meam tibi obligaui & tradidi, vel rem meā tibi ſpecialiter obligaui, & eam Titio vendidi. licet ſim dominus rei. tamen dicimur ꝙ fur ſum. ¶ Si is cui.] Rē meā mihi ſurreptam & apud furem exiſtentem Titio legaui. nunc fur adhuc eā contrectat. quæritur an actio furti Titio legatario detur: & dicitur ꝙ ſic ex hac contrectatione: non ex prima. & redditur ratio. ¶ Eum qui.] Mulionem plures mulas habentem in ſtabulo vocaui in ius do lo malo ad hoc, vt mulæ ei ſubtraherentur: & ſubtractę ſunt. dicitur ꝙ teneor furti. ¶ Iulia. reſpō.] Seruus præpoſitus ad pecunias domini exigendas manumiſſus poſteà fugit. dicitur, ꝙ furtum facit. Idem in tutore cui finita tutela ſolutum eſt à debitoribus pupilli. ¶ Si tu Titium.] Commendaſti mihi Titium dicendo ꝙ erat idoneus, & ꝙ ſecurè poteram ei mutare. & ego ignorans quis ſit Titius, mutuaui cuidam alij, puta Seio pauperi, quem dixiſti vocari Titium. & ipſe Seius in hac fraude fuit. dicitur quòd furtum facis, & teneris furti, & etiam ipſe Seius: ſecus ſi Seius hoc ignorat. nam hoc caſu tu nō teneris furti, ſed actio. in factum. ¶ Si ſtipulatus.] Promiſiſti per te nō fieri quo minus des mihi Stichum intra calendas iulias. ante calendas ſurreptus eſt tibi, & ſic es liberatus ab actio. ex ſtipulatu. nō tamen datur mihi actio furti: licet mea interſit eum non eſſe ſurreptum. Franciſcus.

diderit creditori, siue speciali[a] tantum pactione obligauerit. idq; Iulianus putat. ¶ Si is cui res surrepta fuerit, dum apud furem sit, legauerit eam mihi: an si posteà fur eam contrectet, furti actionem habeam? Et secundum Octaueni sententiam mihi soli competit furti actio: cùm hæres suo nomine[b] nõ habeat: quia quacũque ratione dominium mutatũ sit, domino competere furti actioné constat. ¶ Eũ qui mulioné dolo malo in ius vocasset[c], si intereà mulæ perissent, furti teneri veteres responderũt. ¶ Iulia. respõdit eum qui pecunijs exigendis præpositus est, si manu missus[d] exigat, furti teneri. Quod ei consequens dicere est & in tutore, cui post pubertatem solutũ est. ¶ Si tu Titium mihi commendaueris quasi idoneũ cui crederé[e], & ego ignorem Titium qui sit: si deinde tu alium adducas quasi Titium: furtum facies[f]: quia Titiũ hunc esse credo: scilicet si & ille qui adducitur, scit. quod si nesciat, non facies † furtum. Nec is qui adducitur, opem tulisse poterit videri: cùm furtum factum non sit: sed dabitur actio in factum[g] in eum qui adduxit. ¶ Si stipulatus de te[h] sim, per te nõ fieri quò minus homo Eros intra calendas Iulias mihi detur: quamuis mea interesset eum non surripi, cum surrepto eo ex stipulatu non tenearis: si tamé per te factum non sit, quò minus mihi daretur, non tamen[i] furti actionem me habere.

† al. faciet.

Celsus. LEX LXIX.

INficiando depositum, nemo facit furtum[k]. Nec enim furtum est ipsa inficiatio, licet prope furtum sit. Sed si possessioné eius adipiscatur interuertendi causa, facit furtum. Nec refert, in digito habeat annulum, an datus[l] hypothecæ sit, quem cùm in deposito teneret: habere pro suo destinauerit.

¶ In actione furti habetur ratio interesse, quod est extra rem. Bar.

¶ Si tibi surreptum est quod nisi die certa dedisses, pœnam promisisti: ideoque sufferre[m] eam necesse fuit: furti actione hoc quoque æstimabitur.

¶ Pro toto tempore unum furtum est, nisi fuerit possessio interrupta. item in actione furti inspicitur, quanti plurimi res fuit à tempore furti. Bartolus.

¶ Infans † apud furem adoleuit. tam adolescentis furtum fecit ille quàm infantis: & vnum tantum[n] est furtum. ideoque dupli tenetur quanti vnquam apud eum plurimi fuit. nam quòd semél dũtaxat furti agi cũ eo potest, quid refert propositæ quæstioni? Quippe si surreptus furi foret, ac rursus à fure altero[o] eum recuperasset: etiam si duo furta fecisset, non amplius quàm semel cum eo furti agi posset. Et nec dubitauerim, quin adolescentis[p] potius, quàm infantis æstimationem fieri oporteat. Et quid tam ridiculũ est, quàm meliorem furis conditioné esse propter continuationem furti, existimare[q]? ¶ Cùm seruus[r] inemptus factus sit, non potest emptor furti agere cum venditore ob id, quod is seruus post emptioné antequã redderetur, surripuisset. ¶ Quòd furi ipsi furtũ fecerit furtiuus seruus, eo noĩe actioné cũ domino furem habiturum placet[s]: ne facinora talium seruorum nõ solùm ipsis impunitatem præstent, sed dominis quoque eorum quæstui sint. Plerunque enim eius generis seruorum furtis peculia eorundé augentur. ¶ Si colonus post lustrũ cõditionis, anno amplius fructus inuito domino perceperit: vidédũ est, ne messis & vindemiæ furti cũ eo agi possit. Et mihi dubium non videtur quin fur sit: & si consumpserit rem surreptam, repeti ab eo possit[t].

¶ Non habet quis per alium, quod per se habere non potest. Bar.

Marcellus. LEX LXX.

HÆreditariæ rei furtum fieri

a ¶ Speciali.] aliud si generali: vt. C. de fer. pigno. da. manu. l. ab eo. Vel dic speciali, id est expresso: vt. C. de neg. gest. l. negotium. quod est audacius: quia ius habet in re: vt arg. ff. de acquir. hære. l. si seruũ quis. §. fi. Azo. Item videtur contrà. ff. de distra. pig. l. j. Sol. vt ibi. Itẽ facit. ff. eo. interdum accidit. & l. in actione. §. fi. & quod ibi not. & C. de vsuscap. pro empto re. l. cùm sit probatũ. Accursius.

b ¶ Suo nomine.] sed nomine defuncti ex prima contrectatione: vt. ff. eo. l. interdum. Itẽ contrà. j. eo. is cuius. §. fina. sed ibi sub conditione erat legatus, vel non erat hæreditarius. item dic vt nota. ff. e. si dominium. & facit. ff. eo. tit. l. à Titio. Accur.

c ¶ Vocasset.] vt ei mulæ subtraherentur: & sic ope præbuit: vt & supra eodem. in furti. §. ope.

d ¶ Manumissus.] sciens se manumissum: secus si ignorans: vt. ff. si certum peta. l. eius. quæ est contra. & fac. ff. de sol. si quis seruo. & l. quod seruus. Accursius.

e ¶ Crederem.] id est mutuarem. Accur.

f ¶ Furtum facies.] vt & ff. e. l. si quis perferendum. sed contrà. ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quis id. §. fi. sol. vt ibi.

g ¶ In factũ.] subsidiaria aquilia: quia de dolo non datur. nã in personam labitur creditor: vnde non transfertur dominium: ideo q̃ cessat de dolo, cũ rei vẽ. duret. & de hoc dic vt dixi. ff. eo. si quis vxori. §. cum Titio.

h ¶ Si stipulatus.] de te. id est à te. Accursius.

i ¶ Non tamen.] vt & ff. eo. is cui. & j. e. is cuius. in prin. Accur.

INficiando.] CASVS. Depositari⁹ negat penes se depositum esse. non propter hoc est fur: sed tunc demũ, cùm incipit contrectare. ¶ Si tibi.] Promiseras Titio Stichũ dare intra certum diẽ, & sub pœna. tandẽ interim est tibi surrept⁹ Stichus. & sic quia nõ potuisti dare Titio intra diẽ, incidisti in pœnã. dicitur, quòd hoc totum cõsequeris per ac. furti. ¶ Infans.] Surripuisti mihi infantẽ. hic infans penes te furem existens adoleuit, & factus est magnus. dicitur, q̃ diceris furtum fecisse & infantis & adolescentis. vnum tamen furtum est: & vna actione furti agetur: in qua veniet damnum quanti homo plurimi fuit. & sic tempus adolescentiæ spectatur, cùm tunc pluris fuerit quàm prius. ¶ Cùm seruus.] Seruum emi. hic seruus fecit nunc mihi plura furta. & quia nunc apparet vitiosus, egi redhibitoria: & sic factus est inemptus. volo agere furti contra venditorem, cui nunc reddidi seruum pro furtis, quæ fecit seruus penes me existens. dicitur, quòd non possum ¶ Quod furi.] Seruus furtiuus ipsi furi fecit furtum. tenetur dominus serui. ¶ Si colonus.] Colonus qui conduxerat fundum vsque ad quinquennium, finito quinquennio remansit in fundo inuito domino fundi: & fructus percepit. dicitur, quòd tenetur furti nomine fructuum etiam fructibus consumptis. Fran. Accur.

k ¶ Facit furtum.] ad hoc. ff. de acq. pos. l. iij. §. si rẽ. & ad exhiben. l. thesaurus. & ff. eo. l. j. & ff. mãda. l. si procuratorẽ. §. dolo. & l. procurator. & ff. eo. si quis vxori. §. neque. Accur.

l ¶ Datus.] id est obligatus, & creditori traditus: vel dic depositus in apotheca: & sic interuenit contrectatio. Vel dic quòd erat etiam prius in apotheca. sed tunc quomodo sine cõtrectatione? Respon. trahitur retrò, quasi tunc contrectauerit cùm apprehendit. Quid ergo si medio tempore fuit pretiosior res post acceptationem ante interuersioné: nunquid æstimabitur cùm retrotrahitur? Respondeo, nõ: quia non ad omnia retrotrahitur. sic & aliâs: vt. C. de donationibus inter virum & vxorem. l. donationes. vel si velis dicere hoc casu non fieri furtum dic quòd hæc litera, nec refert &c. refertur ad principiũ legis, nõ ad proximè dicta: q̃d patet: q̃a subijcit, quẽ cùm in deposito teneret &c. sed prima Io. placet.

m ¶ Sufficere.] aliâs sufferre. & tunc plana. aliâs sufficere. & tũc, id est præstare: vel id est suppositam esse vel subrogatam in locum illius: sicut & dicitur, Suffecti consules, id est subrogati. An autem pœna dupletur, dic vt ff. eo. l. in furti. in prin. & facit. j. proximo. Accursius.

† Colligit Bart. hîc & malè, ex isto text. q̃ fur contrectans rẽ furtiuã per diuersa territoria, vnicũ tantùm furtum ex pluribus & diuersis cõtrectationibus cõmittit. de quo dic vt posui in addi. ad. l. vulgaris. in pri. in ver. plura sunt furta. & ibi bona gl. in versi. fuerit. ff. eo. quibus adde sing. Alexand. de Imo. cõsil. xcj. incip. obijcit carcerati. volu. iiij.

n ¶ Vnum tantum.] sic. ff. de verb. obli. qui bis. Accur.

o ¶ Altero.] secus si à domino ad quẽ redijsset: vt. ff. eo. l. interdum. Accur.

p ¶ Adolescentis.] fa. ff. proxi. §. & ff. de condi. furti. l. ex argento. & ff. eo. l. in furti. & quod ibi nota.

q ¶ Existimare.] q. d. nihil. Accur.

r ¶ Cùm seruus.] facit suprà eodem. l. serui & filij. §. cùm autem

s ¶ Placet.] contrà suprà eodem. itaque. §. primo. sed solue vt no. supra, depo. l. j. §. si prædo.

t ¶ Posit.] per contrectationem furtiuam. & facit suprà, si certum petatur. l. si quis nec. §. penultimo. & suprà, quod vi aut clàm. l. si alius. §. notauimus. Accursius.

HAereditariæ.] CASVS. Rei hæreditariæ non dicitur fieri furtum: nec datur actio furti, nisi in tribus casibus. Primus, si defunctus eam obligauerat. Secundus, si commodauerat. Tertius, si alius habet vsumfruc. in ea. his enim casibus si res hæreditaria surripiatur, efficitur res illa furtiua, vt sic non possit vsucapi: & hæredi posteà adeunti datur actio furti. Fran.

Iulianus

Iulianus negabat ª :nisi fortè pignori dederat defunctus, aut commodauerat.

Scæuola. LEX LXXI.

Vt in qua vsusfructus alienus ᵇ est.

Marcellus. LEX LXXII.

His enim casibus putabat hæreditariarum rerũ fieri furtum,& vsucapionẽ impediri:idcirco & hæredi quoque ᶜ actionẽ furti competere posse.

Si is cui commodata res est,malè utitur ea:tenetur furti,id est condictione furtiua,& cõmodati:& una actione experta,tollitur altera.Bar.

Iabolenus. LEX LXXIII.

Si is cui commodata res erat, furtum ipsius admisit ᵈ:agi cũ eo & furti & commodati ᵉ potest: & si furti ᶠ actum est,commodati actio extinguitur ᵍ:si cõmodati, actioni furti ʰ exceptio obijcitur.

Actio furti non competit ei, qui de loco certat:sed ei qui de damno uitando contendit. hoc dicit.Lex sequens ponit per se casum.

Eius rei quæ pro hærede possidetur, furti actio ad possessorẽ nõ pertinet ⁱ : quáuis vsucapere quis posit ᵏ :quia furti agere potest is, cuius interest rem non surripi. Interesse autem eius videtur,qui dãnum passurus est:non eius qui lucrum facturus ˡ esset.

Modestinus. LEX LXXIIII.

Sempronia libellos composuit quasi datura Centurioni ᵐ,vt ad officium ⁿ transmitterentur: sed non dedit.Lucius ᵒ Titius pro tribunali eos recitauit quasi officio traditos. Quæro, cùm nõ sint in officio inuenti,neque Cẽturioni traditi: quo crimine subijciatur,qui ausus est libellos de domo subtractos, pro tribunali legere, qui non sunt dati?Modestinus respondi si clàm subtraxit, furtum commissum ᵖ esse.

Creditor uendens pignus antè quàm debeat: furtum committit.Ange.

Iabolenus. LEX LXXV.

Si is qui pignori rem accepit: cùm de vendendo pignore nihil conuenisset,vendidit:aut antequam dies venditionis veniret pecunia non soluta,id fecit:furti ᵠ se obligat.

Qui emit ancillam furtiuam ab aliquo, & alius ei surripuit:tenetur surripiens domino ancillæ in duplum,& emptori in duplum quanti eius interest.Bar.

Idem. LEX LXXVI.

Furtiuam ancillam bona fide duorum aureorum pretio emptam cùm possiderem, surripuit mihi Titius: cum quo & ego & dominus furti agimus. Quæro quanti æstimatio pro vtroque fieri debeat?Respondi.Emptori, duplo quanti eius interest, æstimari debet.Domino autem,duplo quãti ea mulier fuit. Nec nos mouere debet, quòd duobus pœna furti præstabitur:quippe cum eiusdem rei nomine præstetur: emptori, eius possesionis: domino ipsius proprietatis causa præstanda est ʳ.

Pomponius. LEX LXXVII.

Si is qui simulabat se procuratorem esse,effecerit vt vel sibi,vel cui me delegauit,promitterem:furti cum eo agere non possum:quoniam nullum corpus interuenisset quod furandi animo contrectaretur ˢ.

Idem. LEX LXXVIII.

Qui re sibi commodata vel apud se deposita vsus est aliter atque accepit: si existimabat se non inuito domino id facere,furti non tenebitur ᵗ :sed nec depositi vllo modo tenebitur: commodati autem vt teneatur,in culpa existimatio erit,scilicet ꝙ non

---

a Iulianus negabat.]vt &.§.de noxa.si seruus.legatus.&.j.de crimine expila.hæredi.l.ij.& fina.&.j.tit.ij.l.j.§.Scæuola.idemque si putauit hæreditariam:vt.j.eo.l.siquis ex bonis.secus in Aquil.vt &.§. ad.l.Aquil.l.ob id.Accursius.

b Vt in qua.]Alienus est.vt.§.de vsucap.si homo.

c His enim.]Hæredi quoque. per aliũ ergo habet quod per se habere non po-10 test.sic.§.quæ res pig. obli.pos.l.Aristo.&.§. de acqr.hære.l.cũ hæreditate.Sed arg. contrà.C.de vsur.l.cos. in fin.sed illud generale: cætera specialia.vel nõ potest per aliũ à se sub missum.at hîc nõ fuit ab eo.submissus. ar.§. 20 de admi.tuto.l.ita au tem.§.gessisse. Accur.

Si is cui.]Casvs. Commoda ui tibi rẽ:tu malè vsus es ea:tractas eam.tene ris furti.i. condictione furti.tollitur ipso iure actio commodati. & si agatur primo commo 30 dati:tollitur cõdictio furti. ope except.

Eius rei.]Aliqs hæres rem alienam possidebat titulo pro hære de.interim est ei furre pta.dicitur ꝙ nõ com petit ei actio furti, licet ei' interſit:qa vsu cepisset eã.sed ad hoc 40 non dicitur interesse eius,qui lucrũ sperat cum dãno alterius:sed potius illius qui erat eã amissurus per vsucapionẽ.Fran. Accur.

d Admisit.] malè vtendo. Si autem dam num dando:tunc obtinet.§.cõmo.vnde queritur.in fi.

e Vt commodati.] sic in deposito:vt.§.depo.l.si sacculum. & in locato: vt.§.locati.l. si locatum.Accur.

f Furti.]id est condictione furtiua.& sic nõ est contra.§. pro socio. l.rei cõmunis.&.l. seq. 60 &.§.de actio. & obli. l.qui seruum.§.si is. in fi.vbi de actione furti dicit. vel solue vt ibi. sed hæc est veritas:hodie videt tolli electione etiam actio furti:vt C.eo.l.fi.nec dicas ibi loqui , quando extraneus fecit furtũ in re 70 commodata.

* aliâs, Labeo.

g Extinguitur.]ipso iure:cùm tantum & etiam plus contineat cõdictio furtiua quàm actio commodati,scilicet extrinsecas vtilitates: vt.§.de condi.fur.l.iij.& ita solutione eius quod debetur &c. vt in sti.qui.mo.tol.obl.in prin.Item quod habeo,petere non possum:vt.§. de sol.si stipulatus.§.j.

h Actioni furti.]id est condictioni furtiuæ.& ideo non ipso iure: quia plus continet condictio:vt dixi.non autem actio furti, quæ ad pœnam tantùm datur:vt.d.l.pro soc.l.rei cõmunis.&.l.seq.Sed quidam hîc dicunt idem de actione fur.quia datur ex eo quod interest: 80 sicut commodati:licet in duplum:arg.j.de regu.iur.l.nemo.§.quoties.quod nihil est.& facit.C.eo.l.j.

i Non pertinet.]pro ea æstimatione ac si esset sua: vt sic non obsit supra eodem.itaque.§.j.&.l.cum eo.§.j. & infrà eodem furtiuam.

k Posit.]Est ergo extraneus.aliâs contrà : vt.C.de vsucap . pro hærede.l.nihil.Azo.

l Facturus esset.]hîc est contrà supra eodem.l.si quis vxori.§.penul.sol.vt ibi.

m Sempronia.]Centurioni.sub quo vir eius militabat:quæ cùm nollet ampliùs expectare,libellos repudij fecit.

n Ad officium.]superioris fortè.

o Lucius.]tabellio fortè.

p Commissum est.] cùm interat mulieris eos non legi in publicum : quia debitor 10 suus quem ipsa conuenire volebat, aufugit,cùm in ipsis libellis continebatur de cõ mittendo negotio alicui amico gerendo. æquiparatur ergo hæc lectio instrumẽtorum furto:vt &.§.eo.qui tabulas.

20 Si is qui.]Casvs. Creditor vendidit pignus, cùm de vendendo pignore nihil esset dictum. vel si esset dictum, vendit ante diem appositam de vendendo. dicitur, ꝙ furti tenetur.Franc. Accursius.

30 q Furti.]nisi ter denunciauerit:vt.§. de pigno. actio. si conuenerit.

Furtiuam.]Casvs. Emi ancillam furtiuã à fure bona fide.tandem Titius mihi surripuit.dicitur ꝙ tenetur Titius duo-40 bus act.furti:scilicet vero domino ancillæ in duplum quanti ancilla fuit. emptori in duplum quanti eius interest.Fran.Accur.

r Præstanda est.] vt.§.eo inter omnes.§. si seruus.&.l. cùm æs. §.j.&.l.si is cui.&.j. vi 50 bono.rap.l.ij.§.i hac. &.§.vti posi.si duo.in fin.Sed in creditore & debitore quid sit, habes.§.eod. eum qui. §. idem scribit.Accur.

Si is qui.]Casvs. Titius dicens se procuratorem creditoris mei , fecit 60 quòd sibi promitterem,vel ei cui me delegauit, id quod debebã creditori meo dicitur quòd non est fur, cùm nullum corpus interuenerit quod posit cõ trectari.Fran.

s Cõtrectaretur.] ex solis verbis non fit 70 furtum:vt suprà eodem.siquis vxori.§.neque.Accursius.

Vire sibi.]Casvs.Commodatarius vtitur re cõmodata ad alium vsum quàm accepit : vel depositarius vtitur re deposita,credens se non facere inuito domino.dicitur quòd non est fur,nec actione depositi pro hoc tenetur:commodati autem tenetur: si non debuerit existimare dominum,si sciſſet permiſſurum eum vti ad talem vsum ad quem vsus est. Siquis.]Fur rem furtiuam furto amisit.dicitur,ꝙ domino rei datur actio furti,non furi, licet intersit eius,quia ex inhonesta causa interest.& hæc sunt vera etiam si ne-80 mo appareat dominus rei furtiuæ,vt quia sit hæreditaria:nec aliquis hæres sit exciturus.nam hoc casu fur non habet furti actio. sicut nec ille qui posidebat rẽ ti.pro hærede,& interim surrepta est. nam non habet furti act.licet si non amisisset,eã vsucepisset.dominus ergo rei habet act.furti & contra primum furem, & contra secundum:& si agat contra vnum,adhuc competit contra alium.Item con dictione furtiua vterque tenetur.Fran.Accur.

t Non tenebitur.]vt &.§.eo.inter omnes.§.rectè.

a ¶ Existimare.] hoc quo ad actionem commodati.sed furtum non fit sine affectu:vt insti.eo.§.placuit.sic &.ꝭ.deposi.l.quod seruus.&.ꝭ. quod vi aut clàm.l. Seruius.& ad.l.Aquil.ob id.&.ꝭ.de nego. gest. Sed an vltro.in fi.&.ꝭ.de cri.expil.hæredi.l.fi.in fi.

b ¶ Non potest.] imò:vt.ꝭ.eo.inficiando.§.infans.sed ibi sine iudicio recuperauit.Accur.

c ¶ Non prioris.] ex honesta causa:vt subijcit.

10 d ¶ Furis.] scilicet interfuit.

e ¶ Si honesta ex causa.] vt &.ꝭ.e.is cuius.&.l.seq.nisi in casu:vt.ꝭ.eo.qui vas.§.si ego.

f ¶ Nemo extaret.] vt hæreditariæ.

g ¶ Lucrum.] cùm alterius iniuria:vt.ꝭ.e. l.is cui.§.fi.

20

h ¶ Condictionem.] sed & si semel cõdictionem fuerit cõsecutus, cessat posteà: vt.C. de condi.fur.l.j.&.ꝭ.eo.ei qui.Alij cõtrà.vel dic an rem prius cõsequar à primo:& tunc nõ tol 30 litur.an æstimationẽ: & tunc sic:argu.instit. de leg.§.si res aliena.

Vi saccum.] CASVS. Saccum in quo erat pecunia,surripui habens animum principaliter surripiendi pecuniam. k dicitur ꝙ teneor furti 40 nominæ pecuniæ & sacci.Fran.Accur.

i ¶ Animus.] principaliter & directò, sed secundario: & sic non est contrà.ꝭ.eo.si quid fur.vel solue vt ibi: & sic coacta volũtas est, voluntas scilicet secundario:vt.ꝭ.quod metus 50 causa,si mulier.§. pe. &.ꝭ.de pœnis. l. siquis aliquid.§.qui abortionis. Et notant quidam tres casus quibus sine affectu fit furtum. Primus.hic secundus.ꝭ. e. l.fullo.§. ij. Tertius.ꝭ. de condi.cau. da.l. penul.Accur.

Voluntas coacta voluntas est.

Furtũ quãdoque sine affectu cõmittitur.

† Dicit tamẽ hic Bar. se putare ꝙ si debitor sit paratus soluere antequã condemnetur, liberatur ab actione furti.

60 R Em inspiciẽdam.] Spectet. k quod quãdo sit, habes ꝭ.commoda.l. eum.§.j. &.ꝭ.de præscript.ver. l.si gratuitam.§.j. &.l. si rem.

SI debitor.] CASVS. Debitor surripuit pignus creditori:& furti condemnatus soluit pœnam cre- 70 ditori.hanc pœnam quam soluit, nullo modo recuperat. Franciscus Accursius.

l ¶ Repetit.] vt &.ꝭ.de pigno.act.si pignore.& dic vt ibi.& fac.ꝭ.de condi.indebi.pœnæ.& de sol.l.id quod pœnæ.Accur.

SI vendidero.] CASVS. Vendidi tibi seruum:& antequàm traderem est mihi surreptus sine culpa mea. dicitur quòd actio furti mihi competit,cùm dominium serui adhuc penes me sit.

¶ Cùm autem.] Cùm ago furti ratione dominij, etiam si non interfit mea nisi ratione æstimationis corporis,illud demum veniet. vnde si hæredi statuliber est surreptus, vel res quæ erat alij sub con- 80 di.legata:æstimatio demum rei veniet in hac actio.furti. si autem agitur furti non ratione dominij,sed ratione interesse, siue alterius vtilitatis:vt cùm fulloni sunt surrepta vestimenta,vel creditori pignora:tunc id quod interest,veniet in act. furti:nec inspicietur dominium. ¶ Si ad exhibendum.] Legaueras mihi quem vellem de seruis tuis.vnus eorum hæredi tuo surreptus est.agebam ad exhibendum,petens omnes exhiberi,vt eligam quem volo.dicitur quòd hæres habet act.furti contra furem. ¶ Cùm raptor.] Dicitur quòd raptor est fur manifestus.sed ille qui præbuit opem raptori, nõ est fur manifestus:sed vi bo.rap.tenetur. ¶ Si Titius.] Credebam debere decem Titio:solui ea falso eius procuratori scienti non debere. Titius tamen hoc ratum habet.dicitur quòd Titius habet act.neg.gest.contra illum accipientem,& petam à Titio hæc decem condi.indebi. Itẽ aduersus falsum procuratorem agam condi. furtiua.& si agã cõtra Titium cõdi. indebiti, 10 debeo ei cedere cõdi. fur.quam habeo cõtra falsum procur. Si autẽ debebam decem Titio, & ratum habuit quòd ille accepit:cessat actio furti, cùm sim debito liberatus. Tandem dicit:Falsus procurator tunc facit furtũ, si no- 20 mine veri procuratoris vtatur.Idem in eo qui dicit se hæredẽ creditoris, cũ alius esset: & petit pecuniã,& habuit. ¶ Qui rem.] Non verus procu. Titij ei Titij nomine soluit decem falso procuratori creditoris.& Titi⁹ hoc 30 habuit ratum dicitur ꝙ Titius non habet actio.furti,sed soluens. condictionem autẽ indebiti habet Titius:soluens autem condic.furtiuam contra accipientem.Itẽ hic soluens habet neg.gest.contra Titium:qua si agat cõtra 40 Titiũ,tenebitur ei cedere condi. furtiuam quam habebat contra accipientem.Francisc. Accursius.

debuerit existimare[a] id dominum permissurum.

¶ *Fur pro re quam surripuit, non potest furti agere contra eum,qui illam surripuit.Bar.*

¶ Siquis alteri furtum fecerit: & id quod surripuerit,alius ab eo surripuit:cum posteriore fure dominus eius rei furti agere potest: fur prior non potest[b]:ideo,quia domini interfuit,nõ prioris[c] furis[d],vt id quod surreptum est, saluam esset.Hæc Quintus Muti⁹ refert,& vera sunt.Nam licet intersit furis rem saluam esse,quia cõditione tenetur:tamen cum eo is cuius interest,furti habet actionem,si honesta ex causa[e] ĩterest.Nec vtimur Seruij sententia,qui putabat,si rei surreptæ dominus nemo extaret[f], nec extiturus esset, furem habere furti actionem. non magis enim tunc eius interesse intelligitur, quàm qui lucrum[g] facturus sit.do minus igitur habebit cum vtroq; furti actionem,ita vt si cum altero furti actionem inchoet, aduersus alterum nihilominus duret. Sed & condictionem[h] :quia ex diuersis factis tenentur.

Idem. LEX LXXIX.

QVi saccum habentem pecuniam surripuerit, furti actione etiam sacci nomine tenetur, quamuis non sit ei animus[i] sacci surripiendi.

Papinianus. LEX LXXX.

REm inspiciendam quis dedit, si periculum spectet[k] ad eũ qui accepit,ipse furti agere potest.

Idem. LEX LXXXI.

SI debitor † pignus surripuit: quod actiõe furti soluerit, nullo modo repetit[l].

Idem. LEX LXXXII.

SI vendidero, neque tradidero seruum, & is sine culpa[m] mea surripiatur: magis est vt furti mihi competat actio: & mea videtur interesse, quia dominiũ apud me fuit, vel quoniam ad præstandas actiones teneor[n]. ¶ Cùm autem iure dominij defertur furti actio quamuis non aliâs[o] nisi nostra intersit competat, tamen ad æstimationem corporis, etiam si nihil amplius intersit,vtilitas mea referenda est.Idemque & in statuliberis[p] & in legato sub conditione relicto probatur.alioquin diuersum probantibus statui facilè quantitas non potest:quia tunc sola vtilitas æstimationem facit, cum cessante dominio furti actio nascitur[q] :in istis causis ad æstimationẽ corporis furti actio referri non potest[r]. ¶ Si ad exhibendum egissem optaturus[s] seruum mihi legatum,& vnus ex familia seruus surrept⁹ sit:hæres furti habebit actionem. eius enim interest. nihil enĩ refert cur præstare custodiam[t] debeat. ¶ Cùm raptor † omnimodo furtum facit: manifestus fur existimandus est[v]. Is autem cuius dolo fuerit raptum:furti quidem nõ tenebitur[x], sed vi bonorum raptorum.

¶ *Primò loquitur quando falsus procurator recipit indebitum.Secundò quando recipit debitũ.Tertiò ponit quasdam quæstiones circa prædicta.secunda ibi, Quòd si pecunia.tertia ibi, Falsus autem.Bartolus.*

¶ Si Titius cuius nomine pecuniã perperam[y] falsus procurator accepit, ratum habeat: ipse quidem Titius negotiorum gestorũ aget: ei verò qui pecuniam indebitam dedit, aduersus Titium erit indebiti condictio[z] : aduersus. falsum procuratorẽ furtiua durabit con-

m ¶ Sine culpa mea] per quod videbatẽ mea non interesse.

n ¶ Teneor.] vt &.ꝭ.e. l.eum qui.in prin.&.ꝭ. 50 de contrahen. empt. quod sæpe.§. si res. & insti.de cõtrahen.emp. §.quòd si fugerit.

o ¶ Aliâs.] scilicet qñ non iure dominij.

p ¶ In statuliberis.] contrà.ꝭ.e.siquis vxori.in fi.Solu.vt ibi.

q ¶ Nascitur.] vt fulloni,bo.si.pos.& cre- 60 ditori:vt.ꝭ.e.l.itaq; cõmodatario.&.l.eũ qui. §.non solùm conducto ri.&.d.l.eũ qui.§.præterea.

r ¶ Non potest.] sed ad solã vtilitatem.No. ergo hîc regulã:Quoties iure dominij datur actio furti,æstimatur dominium & cohæren- 70 tes vtilitates:vt hîc.&.ꝭ.eo.in furti.vbi autem ratione interesse, solum id æstimatur:vt hîc dicitur.In vsu autem quid sit: dic vt supra eodem.qui iumenta.

† Bar.dicit hic esse bonum tex. & sing. casum in materia furti manifesti. maximè in hoc ꝙ raptor omnino est fur manifestus, prout apertè dicitur in textu. qui in hoc est clarissimus. Bolo.

s ¶ Optaturus.] cùm mea erat electio.

t ¶ Custodiã.] siue cõductor siue sarcinator siue fullo sit:vt hîc est.

v ¶ Existimandus est.] ex sua publicatione:quia publicè & manifestè facit furtum:non ex deprehẽsione:vnde est manifestus:tñ furti manifesti non tenetur:nisi fuerit deprehensus,secundum M. vel dic, quòd hic fuit deprehensus,& tenetur actione furti manifesti: & sic contra Pla.est,vt dixi.ꝭ.eo.siquis ex domo. Accur.

80 x ¶ Non tenebitur.] scilicet manifesti si deprehẽsus non fuit.Sed non manifesti cur non teneatur,nõ video:cùm à raptore factum sit: vt.ꝭ.vi bo.ra.l.j.licet P.dixerit contrarium,arg.huius literæ,scilicet eum non teneri furti etiam non manifesti.

y ¶ Perperam.] id est sciens indebitũ:& sic in duobus deliquit:quia falsus,& quia sciens accepit.

z ¶ Indebiti condictio.] vt.ꝭ.de neg.gest.si pupilli.§.itẽ quæritur. &.§ fi.&.ꝭ.de condi.ob causam.l.si procuratori.in prin.

Condictio

a Conditio.] & actio furti: vt &.§. de condi. fur. l. quoniam. &.§. de so. cùm quis. §. j.
b Et à Titio.] conuento conditione indebiti. ad quod fa. prædi. l. cùm quis. §. j. &. j. proximo. §. Accur.
c Vti.] pro vt. Accursius.
d Fuerit debita.] so luta nõ per iustã igno rantiam: aliàs esset li beratus: vt. §. de solu. l. vero procuratori. §. j. &. l. cùm quis. §. j.
e Liberatur.] vt & §. de neg. gest. l. si ego.
f Assumpto.] dicẽs, ego sum Titius procu rator Seij. cùm quidã Titius sit procurator, non tamẽ iste: & sic de bitor labitur in perso na: & sic nõ transfert dominium pecuniæ in procuratorem: vt &. §. co. si quis vxori. §. cum Titio. vel dicit se pro curatorem Seij, cũ nul lus sit: vel procurato rem procuratoris, cũ non sit. Tu tamẽ dicas semper, quòd nõ trans ferat dominium pecu niæ debitor: vt. §. e. fal sus. §. j. & plenè dic vt ibi. & fa. §. de condi. in de. l. si procurator.
g Eius nomine.] sci licet Titij. Accur.
h Soluit.] de sua bursa.
i Ei.] scilicet Titio.
k Nata est.] si do minium nõ transtulit: vt &. §. proxi. §. nota.
l Neque pos.] bona ratio: vt. &. §. de præ scri. ver. si rem. §. fin. & adde, id est neque ius habebat in ea: vt non ob. §. e. in actione furti. §. fina. &. l. si is qui. in princip.
m Titius habebit.] quia eius nomine solu tum est, & ratũ habet: vt & suprà, de condi. indebi. l. si procura tor. & de condi. fur. l. quoniam. vbi plenè dixi.
n Furtiuam.] sci licet cõditionem, quæ soli domino datur.
o Quæ.] scilicet con ditio furtiua.
p Cœperit.] ab illo qui soluit propter rati habitionem. aliàs non tenetur: vt. §. de nego. gesto. l. si quis negotia. Accursius.
q Præstabitur.] ab eo qui conuenit. Acc.

dictio[a]: & à Titio[b] nõ iniquè per doli exceptionem vti[c] præstetur ei furtiua cõdictio, desiderabitur. Quòd si pecunia fuerit debita[d]: ratum habente Titio, furti actio euanescit: quia debitor liberat[e]. ¶ Falsus autem procurator ita de mum furtum pecuniæ faciet, si nomine quoque veri procurato ris quem creditor habuerit assum pto[f], debitorem alienum circun uenerit. Quod æquè probatur & in eo qui sibi deberi pecuniam, di cendo se esse hæredem Sempronij creditoris, asseuerauerit, cùm esset alius. ¶ Qui rẽ Titij agebat, eius[g] nomine falso procuratori credito ris soluit[h]: & Titius ratum ha buit. non nascitur ei[i] furti actio: quæ statim cum pecunia soluta est: ei qui dedit, nata est[k]: cùm Ti tij nummorum dominium nõ fue rit, neque possessio[l]: sed cõdictio nem quidem indebiti Titius habe bit[m]: furtiuam[n] autem, qui pecu niam dedit: quæ[o] & si negotiorũ gestorum actione Titius conueni ri cœperit[p], arbitrio iudicis ei præ stabitur[q].

Idem li. 1. Resp. LEX LXXXIII.

OB pecuniam ciuitati[r] subtra ctam: actione furti, * nõ cri mine peculatus tenetur[s].

Qui rei usum peruertit, furti tenetur. h. d.

Paulus. LEX LXXXIIII.

FVllo vel sarcinator qui polien da vel sarcienda vestimenta acceperit, si fortè his vtatur, ex cõ trectatione eorum furtum fecisse videtur: quia non in eam causam ab eo videntur accepta[t]. ¶ Frugi bus ex fundo surreptis tàm colo nus quã dñs furti agere possunt[v]: quia vtriusq; interest rẽ persequi. ¶ Qui ancillã[x] non meretricẽ libi dinis causa surripuerit, furti actio ne tenebitur: & si suppresserit[y], pœ na legis Flauiæ coercebitur. Qui tabulas[z] cautionésve surripuerit:

* necnon.

OB pecuniam.] CASVS. Qui surripuit pecuniam ali cuius ciuitatis præterquàm Romanæ: furti tenetur, non pecula tus. Fran.
r Ciuitati.] alij quàm Romanæ: vt. j. ad. l. Iul. pec. l. iiij. §. fi. contra.
s Tenetur.] scilicet fur.
FVllo.] CASVS. Fullo & sarcinator si vtantur vestibus illis quas acceperunt ad fulliendum: furti tenentur. Secundò dicit, fructibus ex agro surreptis act. furti datur tam domino fundi quàm colono. Tertiò dicit, ancillam tuam non meretricem surripui causa libidinis. fur sum: & si eam, celem, teneor pœna legis Flauiæ. Quar tò dicit instrumenta tua surripui. teneor furti intantum inquãtum continebant debitum. Fran.
t Accepta.] vt insti. eo. §. furtum autem.
v Agere possunt.] de hoc plenè habes. §. eo. si apes. §. fi.

x Qui ancillam.] de hoc dixi. §. eo. verũ est. & fa. infrà de pla. l. non statim.
y Suppresserit.] id est absconderit.
z Qui tabulas.] & de hoc plenè habes. §. eo. l. qui tabulas.
SI quis.] CASVS. Si ego apprehendi pro hæc de bona alicui ius, quẽ credebã mor tuum cũ adhuc viue ret: dicitur quòd nõ com mitto furtũ. Secundò dicit, surripuisti mihi rẽ. seruus tuus aliã rẽ surripuit mihi. dicitur quòd si agã contra te fur ti pro tuo furto nõ tol litur alia actio furti pro furto facto à seruo tuo. Franciscus.

in ascriptam summã furti actione tenebitur. Nec refert, cancellatæ, necne sint: quia † ex his debitum magis solutum esse comprobari potest.

† Hîc est bo. & no. dũ dicit: qa ex his debi tum &c. ex quo tex. no ta quòd per in strumẽtum cãcellatum probat de bitum secũ dũ Sar. hîc.

Neratius. LEX LXXXV.

SI quis ex bonis eius quem pu tabat mortuum, qui viu[o] erat pro hærede res hæreditarias appre henderit: eum furtum nõ facere[a]. ¶ Ei cum quo suo nomine furti a ctum est, si etiam serui nomine de alia re[b] aduersus eum agatur, non dandam exceptionem furti vna[c] facti placet.

a Non facere.] nec tamen vsucapit pro hærede. vt. §. pro hæ rede. l. j.
b De alia re.] qd mi rũ? imò & de eadem: vt. §. e. vulgaris. §. pe. &. l. inter. §. hac actio ne. in fin.
c Vna.] i. insimul.

Paulus. LEX LXXXVI.

QVamuis res furtiua ad dominum redierit, vsuca pi non possit[d]: tamen si eo nomi ne lis æstimata fuerit, vel furi do minus eam vendiderit: non inter pellari iam[e] vsuscapionis ius dicẽ dum est.

QVàuis.] CASVS. Res fur tiua nõ potest vsuca pi, nisi ad dominũ re uertatur. hoc fallit in casibus. primus si dñs rei æstimat. accepit. vel eam vẽdidit furi. Fanciscus Accur.
d Non possit.] vt instit. de vsuca. §. fur tiuæ. &. §. de vsuscap. l. sequit. §. quod autẽ.
e Iam in futuro.] erit enim vsucapibilis & facit. C. pro empto re, sciens. &. §. de vsus ca. l. si fur. &. l. seq. §. tunc in potestate.

Idem. LEX LXXXVII.

IS cuius interest non surripi, fur ti actionem habet, si & rẽ tenue rit domini voluntate: veluti is cui res locata[f] est. Is autem qui sua voluntate vel etiam pro tutore ne gotia gerit, item tutor vel curator ob rem surreptam sua culpa non habebunt[g] furti actionem. Item is cui ex stipulatu[h] vel ex testamen to seruus debetur: quàuis intersit eius, non habet furti actionem: sed necis qui fideiussit pro colono.

IS cuius.] CASVS. Actio furti datur ei, cui[us] interest. hinc est, quòd condu ctori cõpetit hæc actio si ei sit surrepta. gesto ri aũt vel protutori vel vero tutori, vel vero curatori ei[us] cui est fur repta res, non dat hæc actio suo nomine, sed nomine pupilli sic. Itẽ ei cui debebatur res ex causa stipulatio. vel ex testamẽto si an tequã sit ei tradita, a liquis surripuerit eã: non habet hanc actio nẽ. Itẽ nec fideiussori coloni datur. Frã. Ac.
f Locata est.] vt &. §. eod. l. cum qui. §. præterea.
g Non habe bunt.] suo nomine. sic &. §. e. qui iniuriæ. §. qui alienis. sed noĩe pu. sic: vt. §. eod. inter dum. §. qui tutelam.

Non uidetur possidere qui se ignorat possi dere.

Tryphoninus. LEX LXXXVIII.

SI ad dominum ignorãtem per uenerit res furtiua vel vi pos sessa, non videtur[i] in potestatem domini reuersa: ideoq; nec si post talem domini possessionem bo na fide ementi vænierit, vsuscapio sequetur.

Paulus. LEX LXXXIX.

CReditori actio furti in sum-

h Stipulatu.] vt &. §. eo. l. is cui. & facit. l. cuius interest. & quod ibi no. Item contrà. §. eo. si is qui rem. in princ. sed ibi habet ius in re. ADDITIO. Intellige hoc, quòd res erat sibi obligata sub con ditione: vel non erat res hæreditaria: vt per Bar. hic.
SI ad dominũ.] CASVS. Res mihi surrepta est, vel vi ac cepta. reuersa est ad me, & hoc ignoro. tandẽ desij eam possidẽ re. dicitur quòd non desijt esse furtiua: vnde nec vsucapi potest ab ali quo. Franciscus Accursius.
i Non videtur.] vt. §. de vsuscap. sequitur. §. tũc in potestate. &. j. de verb. signi. l. Labeo. §. j.
CReditori.] CASVS. Creditor cũ agit furti: aut agit cõtra extraneũ: & tũc valẽtia libri æstimatur, quasi tñ intersit sua.

& hoc intelligas quando in se creditor suscepit periculum. si autem agit contra ipsum debitorem surripientem: tunc summa pecuniæ debitæ & eius vsura spectatur. & duplabitur. Fran.

a ¶ Pignoris.] hoc est verum vbi cõpetit ei soli: quod est cùm suscepit pignus suo periculo: vel cùm culpa eius subtrahitur: alioquin creditotenus aget: vt §.eo.l.eum.§.idem scribit. vbi plenè dixi. Accursius.

b ¶ Conueniatur] scilicet in duplũ, licet sua culpa amiserit: qa debitor est in dolo: qui præponderat. Et facit §.e.l.si debitor. &.§.de pig.si inter.§.fi.&.§.de sol. id quod.&.C.de pigno.l.si tibi.

mam pignoris[a] non debiti competit. Sed vbi debitor ipse subtraxisset pignus, contrà probatur, vt in summam pecuniæ debitæ & vsurarum eius furti conueniatur[b].

Idem. LEX XC.

Siquis egerit vi bonorũ raptorum, etiam furti[c] agere nõ potest. quòd si furti egerit in duplũ, potest & vi bonorum raptorum agere, sic vt non excedat quadruplum.

Idem. LEX XCI.

Si libertus †patrono vel cliẽs, vel mercenarius ei qui eũ conduxit, furtum fecerit: furti actio non nascitur[d].

¶ Ille non potest furti agere cuius non interest: aut si interest, desinit tamen facto furto interesse. Bartolus.

Iabolenus. LEX XCII.

Fullo si actione locati de domino[e] liberatus est: negat[f] eum furti rectè acturum Labeo. Item si furti egisset priùs, quàm ex locato cum eo ageretur, & antequàm de furto iudicaretur, locati actione liberatus[g] esset: etiam fur ab eo absolui debet[h]. Quòd si nihil eorum ante accidisset: furem ei condemnari oportere. Hæc idcirco, quoniã furti eatenus habet actionem, quatenus eius interest. ¶ Nemo[i] opem aut consilium alij præstare potest, qui ipse furti faciendi consilium capere non potest.

Labeo. LEX XCIII.

Siquis cùm sciret quid sibi surripi, non prohibuit: nõ potest furti[k] agere[l]. Paulus: Imò cõtrà. Nam siquis scit sibi rapi: & quia non potest prohibere, quieuit: furti agere[m] potest. At si potuit prohibere[n], nec prohibuit: nihilominus furti aget. Et hoc modo patronus quoq; liberto[o], & is cuius magna verecundia, ei quẽ in præsentia pudor ad resistendũ impedit furtum facere solet.

¶ Qui agit actione furti criminaliter, debet subscribere se ad pœnam talionis: sicut fit in criminibus publicis. h.d. Titulus sequens per se patet.

Vlpianus. LEX XCIIII.

Meminisse oportebit nũc furti plerunque[p] criminaliter agi: & eum qui agit, crimẽ subscribere: non quasi publicum sit iudicium, sed quia visum est temeritatem agentium etiam extra ordinaria animaduersione coërcendam. Non ideo tamen minus si quis velit poterit ciuiliter agere.

TITVLVS III.

De tigno iniuncto.

Vlpianus. LEX I.

Ex duodecim tabularum neq; soluere[q] permittit tignum furtiuum ædibus vel vineis iniunctum, neq; vendicare[r]: (quod prouidenter lex efficicit: ne vel ædificia sub hoc prætextu diruantur, vel vinearũ cultura turbetur) sed in eũ qui cõuictus est iniunxisse, in duplũ dat actionem[s]. ¶ Tigni[t] autem appellatione continetur omnis materia ex qua ædificium constat, vineæque necessaria. Vnde quidam aiũt tegulam quoque & lapidem & cæmenta cæteraque si qua ædificijs sunt vtilia, hac appellatione contineri. tigna aũt à tegẽdo dicta sunt. Hoc ãpliꝰ & calcẽ & arenã tignorũ appellatiõe cõtineri. ¶ Sed & in vineis tigni appellatiõe oĩa vineis necessaria cõtinent: vtputa pticæ[v] pedamẽta[x]. ¶ Sed & ad exhibẽdũ[y] danda est actio. Nec enim parci oportet ei, qui sciens[z] alienam rem

---

Siquis egerit.] CASVS. Si agatur actione vi bonorum raptorum, tollitur actio furti non manifesti. secus ecõtra in eo quod excedit. Fran.

c ¶ Furti.] non manifesti. Io. & facit .j. vi bono. raptorum. l.j. Acc.

† Not. istã l. dicit Bar. ad hoc ꝙ vbi isti domestici furantur non oritur actio furti. quod est verũ si res est modica vel vilis: vt dicit glos.

Si libert⁹.] CASVS. Libertus patrono leue quid surripuit, vel capifer domino siue scholari. nõ habet locũ hæc actio. Franciscus.

d ¶ Non nascitur.] in re viliori: vt &.§.e.serui & filij & insti. eo.§. hi.&.j.de pe.l. respiciẽdũ. secus in non vili, si est fur libera persona: vt.C.e.l.apud.§.fi. Accursius.

x ¶ In lege Cornelia.] id est in actione quæ descendit ex lege 50 Cornelia.

y ¶ Agere potest.] patre absente: vt in prætoria. sed quidam etiā eo præsente in hac Cornelia.

z ¶ Ex omni caussa] quæ sunt tres: vt. s. ea. l. §. itaq;.

a ¶ Nec cauere.] No. 60 argu. pro eis qui dicunt Corn. à filio exerceri: cùm non caueat de rato. sed dic φ patre absente agit: nā & de prætoria dicit ibi, nam nec aliâs & cōtrà. quo casu filius agit: vt. j. e. l. sed si vnius. §. filiofami. & ideo nō cauet, quia suo nomine agit. aliâs caueret: vt. s. de neg. gest. si autem. & de cōpen. l. si cū filio. Acc.

b ¶ Hac lege Cornelia.] & facit. C. de rebus credi. l. in bonæfidei. Accursius.

70 c ¶ In assessorio.] i. dum esset assessor illius prætoris.

d ¶ Secutos.] in actione quæ iure prætorio datur. Azo.

e ¶ Res se habet.] vt etiam in prætoria possit deferri iuramentum, & necesse habeat reus iurare: sicut & cùm sacramentum à lege defertur: vt. C. de iur. delib. l. fi. §. licentiam. &. s. re. amo. l. Marcellus. & C. de his qui ad eccl. confu. l. præsenti. §. sicubi. Accursius.

f ¶ Alterius nomine.] quasi non ipse sed alius componat. Vel dic econtra cùm intenderet Titium infamare, alium nominabat de quo constat cum non sentire: vt. j. eo. l. proxi.

g ¶ Sine nomine.] facientis: vel eius cui fiebat iniuria.

80 h ¶ Liceret.] illi ad cuius iniuriam factus est: & subaudi, voluit senatus: vt innuit. j. l. proxi.

i ¶ Qui id fecit.] etiam ciuiliter. illud autem constat quòd criminaliter accusari potest: & imponitur pœna capitalis, vt. C. de famo. libel. l. j. Accursius.

k ¶ Intestabilis.] hoc expone. vt. s. de testi. l. ob carmen. in princ. & de test. is cui. §. si. & l. cum lege.

l ¶ Epithesim.] græcum est: cuius interpretatio[a] est ephytha siue

d ¶ Non proprietatem.] scilicet solam vel ex necessitate. Accur.

e ¶ Sed domicilium.] sed nec solùm domicilium, vt subijcit.

f ¶ Hospitio.] non tamen ad momētum, vt viator: vt in fi. huius. §. &. s. nau. cau. sta. l. i. in fi. & l. seq. & facit. s. de alea. l. j. §. domum. &. j. de adul. qui domum. &. l. nec in eam. §. ij.

g ¶ In villa.] in qua domus erat: & in quam dominus se recipie-80 bat quandoque.

h ¶ Idem erit.] vt habeat locum lex Cornelia.

i ¶ Fundum.] in quo domus erat.

k ¶ Inq; eum.] fundum, & domum ibi positam. Azo.

l ¶ Colonus.] partiarius.

m ¶ In fundum alienum.] id est non eius qui vim fecit. Accur.

n ¶ Colebatur.] per operarios suos, non per colonum: ne obstet quod modo dixi. Vel ibi de partiario: hic de eis qui nummis colunt,

Vide in hîc locum Laurentiū Vall. lib. eleg. vj. ca. xlvij.

Ad dicta hic per Bartol. ego addo gl. in ca. j. §. itēq; ad dictas in verbo habendi. de col. i prag. sanc.

a Vide in hîc locum Alciat. lib. præter. ij. hoc ipso ti.

epigrammata, quasi mortem alicuius significans: vt. j. de extraordi. crimi. l. penul. §. plerique. Accur.

a ¶ Siue scripturam.] vt cautiones. sunt & alia exempla. j. e. l. item apud. §. generaliter.

b ¶ Curauerit.] talem librum. Accur.

ve quid, siue scripturam [a] in notam aliquorũ produxerit: itẽ qui emen dum vendendúmve curauerit [b]. Et ei qui indicasset, siue liber, siue seruus sit: pro modo substãtiæ accusatæ personæ, æstimatione iudicis pmiũ. [c] cõstituit, seruo forsitã etiã libertate prẽstãda [d]. Quid enĩ si publica vtilitas ex hoc emergit?

Paulus ad edict. LEX VI.

Quod senatusconsultum [e] necessarium [f] est cùm nomẽ adiectum non est eius in quem factum est. Tunc enim, quia difficilis probatio est, voluit senatus publica quæstione [g] rem vindicare. Cæterùm si nomen adiectũ sit: & iure cõmuni [h] iniuriarũ agi põt. Nec enim prohibẽdus est priuato agere iudicio, quo publico iudicio præiudicatur, quia ad priuatam [i] causam pertinet. Planè si actũ sit publico iudicio, denegandum est priuatum. similiter ex diuerso [k].

Vlpianus ad edic. LEX VII.

Prætor edixit, Qui agit iniuriarũ, certum dicat quid iniuriæ factum sit: quia qui famosam actionem [l] intendit, non debet vagari cum discrimine [m] alienæ existimationis, sed designare certũ [n], & specialiter dicere quam se iniuriam passum contendat.

d ¶ Præmium.] aliàs pretium. & facit. C. de famo. libel. l. j.

d ¶ Præstãda.] dãdo 10 pretiũ dño à fisco: vt C. pro quibus cau. serui pro præmio acci. li. l. ij. & facit. s. ad Sylla. si qs in graui. §. vtrũ. Accursius.

e ¶ Quod senatusconsultũ.] super accusatione factum.

20 f ¶ Necessarium.] maximè subaudi. nam & quãdo est certum, locum habet accusatio: vt. s. proxi. l. in fi. dixit. & j. subijcit.

g ¶ Publica quæstione.] i. querela siue accusatione cuiuslibet de populo. Et sic not. 30 criminaliter quẽ puniri licet nõ appareat ad cuius iniuriã fecerit. sic & s. ad le. Aql. itẽ mela. §. sed etsi plures. & l. ita vulneratus. Accursius.

h ¶ Iure communi.] i. ciuiliter. & pro etiã. nam & hîc criminali 40 agi potest, put vult iniuriã passus: vt subijcit. Accur.

i ¶ Priuatã.] q. d. pse quitur suã iniuriã: vnde maximè auditur: licet præiudicet in criminali, & sic omittit publica vindicta. Acc.

k ¶ Ex diuerso.] vt & 50 j. l. pxi. §. j. & facit. j. de pub. iudi. l. interdũ. & C. ne tutor vel cura. vec. cond. l. j. & de cri. stel. l. j. & s. vi bo. rap. l. ij. §. ij. Sed contrà. C. de ordi. iudi. l. fin. vbi vnum per aliud non tollitur. sed ibi vicissim reconueniendo: hîc vnus contra alium vtrunque proponebat. Item contrà. C. quando ciuilis actio crimi. præiu. l. j. Solu. hîc vetus. vel verius hîc vtrunque ad vindictam: ibi quando propter damnum rei familiaris agitur: vt infrà. l. proxi. §. j. & eodem modo soluitur. suprà ad legem Aquil. inde Neratius. §. si dolo quæ est contrà. Accur.

Vnum per aliud non tollatur in vicissitudinaria intentione.

60 ¶ Prætor edixit.] CASVS. Prætor dixit. qui agit iniuriarum act. debet nominare personam de qua conqueritur. Item debet dicere quam iniuriam sit passus. Secundò dicit. seruum meum in mei contumeliam occidisti. quæritur an possim agere act. iniuriarum priuata. Item accusare lege Cornelia de sicarijs. Idem si veneno eum occidisti. & dicitur quòd si ago vna non possum alia agere. & licet aliàs dici consueuit quòd ciuilis via per criminalem nõ tollitur, vel econtrà, non obstat: quia illa ciuilis datur ad bursam priuatam, siue ad damnum emendandum: hæc autem iniuriarum datur ad vindictam. hinc est quòd si lege Aquilia velim agere occasione damni 70 mortis serui mei, nõ tollitur accusatio legis Corneliæ: quia Aquilia datur ad damnũ emendandum. Sed si volo agere act. iniuriarum eo quòd caput serui mei percussisti gladio, cùm iam accusassem te lege Cornelia: dicitur quòd non possum agere: licet Labeo contradixit. Item bene dixi quòd qui agit iniuriarum, debet dicere iniuriam: quia secundum quantitatem iniuriæ quandoq; puniet iudex, quandoque non: vt euenit in liberto & filio qui dicunt se passos iniuriam à patrono vel à patre. nam debent dicere quam iniuriã. nam si erit atrox iniuria, tenetur pater & patronus: aliàs non. Filius autem in potestate etiam pro atroci iniuria non potest agere cõtra pa 80 trem. Item qui agit iniuriarum, debet dicere certum, id est debet dicere quam iniuriam sit passus: non alternatiue illam aut illam. Sed pone quòd plures iniurias mihi fecisti, puta gente coadunata do mum meam intrasti per vim, & opprobrium mihi dixisti, & me verberasti. dicitur quòd de omnibus iniurijs debeo simul agere, non separatim de qualibet. Item de omni iniuria potest ciuiliter agi, etiã de atroci. Posteà dicit quòd iniuria atrox sit quãdoque ratione personæ: quandoque ratione rei: quandoque ratione temporis. & dat exempla. nec refert cui fiat iniuria atrox, filiosa. an patrifa. Itẽ si seruus tuus fecit iniuriam atrocem & te præsente, teneris noxaliter: si te absente, castigatur seruus. Vltimò dicit. qui attentauit liberũ vel seruum masculum vel fœminam: tenetur iniuriarum act. Posteà exponit quid sit attentare. & hoc dicit hęc lex & tres seq. Fran. Accur.

¶ Iste. §. diuiditur in quatuor partes. Primò ponit duas quæstiones & responsionem. Secundò opponit & soluit. Tertiò ponit aliam quæstionem & responsionem. Quartò similiter ponit aliam quæstionem & responsionẽ. secunda ibi, Atquin. tertia ibi, Quid ergo. quarta ibi, Quid ergo si quis. Prima pars loquitur uno modo secundum glos. alio modo secundum Iacobum de Are. Secunda & tertia pars leguntur uniformiter secundum omnes. Quarta pars legitur duobus modis secundũ gl. Tertio modo secundũ Iaco. de Aretio. & secundũ glo. iste. §. hoc intendit: Si actũ est actione ciuili quæ cõpetit ad uindictam: tollitur criminalis accusatio. secus si ad rem familiarem ciuiliter sit actum. Bart.

¶ Si dicatur homo [o] iniuria occisus [p]: nunquid non debeat permittere prætor priuato iudicio [q] legi Corneliæ [r] præiudicari [s]? Idéq; [t] & si ita quis agere velit, q tu venenum dedisti hominis occidẽdi [v] caussa. Rectius [x] igitur fecerit si huiusmodi actionẽ [y] non dederit.

¶ Atquin [z] solemus dicere [a]: ex quibus caussis publica [b] sunt iudicia, ex his caussis nõ esse nos prohibẽdos quo minus & priuato agamus: & hoc est verũ [c]: sed vbi [d] nõ principaliter de ea re agitur [e], quæ [f] habet publicã executionẽ.

¶ Quid ergo de lege [g] Aquilia dicemus [h]? Nam & ea actio principaliter [i] hoc continet [k]: hominem autẽ occisum [l] non principaliter.

l ¶ Actionem.] iniuriarum, quam constat infamare, vt subijcit, & s. de his qui no. in 10 fa. l. j. Idem de actione de dolo: vt. s. de dolo, sed & si ex dolo. §. fina. & l. & eleganter. in fi. Accursius.

m ¶ Discrimine.] id est periculo. sic ponitur. C. de pœna. iudi. l. ij.

n ¶ Designare certum.] scilicet hominem iniuriam inferentem. sed hoc quandoq; fallit: vt. s. l. proxi. vel ibi in accusatione criminali Vel secundò expone certum scilicet genus iniuriæ. & facit. s. de rei vend. l. si in rem. & de interrog. 30 actio. l. de ætate. §. nihil. & de cõfessis. l. certum. in prin. & j. de iure fisc. l. ita fidei. & j. e. l. §. præterea. & §. qd autem prætor. & s. de fur. l. in actione furti.

o ¶ Si dicatur homo.] id est seru⁹ tuus, & in tuam contume 40 liam.

p ¶ Occisus.] & propter hoc ciuiliter iniuriarum, vel criminaliter ex lege Cornelia agatur, potest etiam lege Aquilia agi ciuiliter: vt. s. ad legẽ Aquil. inde Neratius. §. si dolo. Accursius.

50 q ¶ Iudicio.] scilicet iniuriarum.

r ¶ Legi Corneliæ.] s. de sicarijs.

s ¶ Præiudicari.] i. dicere, si actum fuerit vno, an possit agi posteà altero, & econuerso. Accursius.

t ¶ Idemque.] s. quæritur.

v ¶ Occidendi caussa.] cuius caussa potest agi iniuria. ciuiliter, & l. Corne. de sicarijs & veneficis: vt. j. ad leg. Cor. de sic. l. j. & iij. §. fi.

x ¶ Rectius.] responsio secundum Io.

y ¶ Actionem.] i. accusationem si prius ciuiliter fuerit actum. sic & 60 ponitur in aut. de sanct. epis. §. j. sed si prius fuerit criminaliter actum, propriè ponitur. Sed contrà. s. vi bo. rap. l. ij. §. ij. Sol. vt ibi.

z ¶ Atquin.] oppositio responsionis secundum Io.

a ¶ Solemus dicere.] secundum generalẽ regulam quæ est. C. quãdo ciuilis actio. l. j. Accursius.

b ¶ Publica.] i. criminalia. non autem propriè vocantur hæc publica, cùm non cuilibet de populo competant secundum R. & sic vt faciat pro Pla. ad id quod no. C. quando ciuilis actio. l. j.

c ¶ Et hoc est verum.] i. prædicta regula per allegatam. l. C. quando ciuilis actio. l. j. Accursius.

70 d ¶ Sed vbi.] s. in eo casu vbi & contra. Accursius.

e ¶ De ea re agitur.] id est de eo maleficio.

f ¶ Quæ.] id est quod.

g ¶ Quid ergo de lege.] nam hæc datur ad pœnam, & cõtinet rei persecutionem.

h ¶ Dicemus.] an idem dicemus quod in hac actione dicimus? certè non: nam & contrà. secundum M. & Azo.

i ¶ Principaliter.] i. cùm in actione non vertitur eadẽ quæstio quę in accusatione secundum M. vt in nostro casu. nam in ciuili iniu. vt in criminali l. Corne. de sica. & venefi. agitur ad vindictam tantum: 80 & quod tibi non abest, peti videtur: & quod alteri non adest: & ita cessat regula prædicta. vbi ergo pro re familiari vel propter rem familiarem agitur, habet locum prædicta regula: vt hîc, & C. quando ciuilis actio. l. j.

k ¶ Hoc continet.] s. damnum: vel hoc quod facit locum dictę regulæ. quod idem est Accursius.

l ¶ Occisum.] id est crimen non agitur principaliter cùm ciuiliter agitur Aquilia: licet mentio eius fiat & probatio: sed cùm fit accusatio,

Nam ibi principaliter de damno agitur quod domino datum est: at in actione iniuriarum de ipsa cęde vel veneno, vt vindicetur, non vt damnum sarciatur[a]. ¶ Quid ergo si quis idcirco velit iniuriarum[b] agere, ꝙ gladio caput eius percussum est? Labeo[c] ait nõ esse prohibendum. Neq; enim vtique hoc[d] (inquit) intenditur, ꝙ publicã habet animaduersionẽ. quod verum non est[e]. Cui enim dubiũ est etiã hunc dici posse Cornelia[f] cõueniri? ¶ Prętereà[g] illo spectat dici certum de iniuria quã passus quis sit, vt ex qualitate iniuriæ sciamus an in patronum liberto reddendũ sit iniuriarum iudiciũ. Etenim meminisse oportebit, liberto aduersus patronum, non quidẽ semper, verum interdum iniuriarum dari iudicium: scilicet si atrox sit iniuria quã passus sit: puta si seruilis[h] est. Cæterùm leuem coërtionẽ vtiq; patrono aduersus libertum dabimus[i]: nec patietur eũ prætor quęrẽtem quasi iniuriam passus sit, nisi atrociter eũ[k] mouerit. Nec enim ferre prætor debet heri seruum[l], hodie libertũ, conquerẽtem quòd dominus ei cõuicium dixerit, vel ꝙ leuiter pulsauerit vel emẽdauerit. Sed si flagris vel verberib9 vulnerauerit nõ mediocriter: ęquissimum erit pretorem ei subuenire. ¶ Sed & si quis ex liberis qui non sunt in potestate, cum parente velit experiri: non temerè[m] iniuriarum actio dãda est, nisi atrocitas[n] suaserit. Certè ijs qui sunt in potestate, prorsus non competit, etiam si atrox fuerit[o].

¶ *Hic exponit uerba edicti prætoris.*

¶ Quod autẽ prætor ait[p], Quid iniuriæ factũ sit, certũ dicat. quẽadmodum accipiẽdum sit? Certũ eũ dicere Labeo ait, qui dicat nomen iniuriæ, neq; sub alternatione[q], puta, Illud aut illud. sed illam iniuriã se passum. ¶ Si mihi † plures iniurias feceris, puta turba[r] & cœtu facto domũ meã introieris, & hoc facto efficiatur vt simul & conuicium patiar, & verberer: an possim separatim tecum experiri de singulis iniurijs, quæritur? Et Marcellus secundũ Neratij sentẽtiã hoc probat cogendũ iniurias quas simul passus est, cõiungere[s]. ¶ Posse hodie de omni iniuria, sed & de atroci ciuiliter[t] agi, Imperator noster rescripsit. ¶ Atrocem iniuriã quasi cõtumeliosiorem & maiorẽ accipimus. ¶ Atrocẽ autem iniuriã aut persona, aut tẽpore, aut re ipsa fieri Labeo ait. Persona atrocior iniuria fit, cùm magistratui[v], cùm parẽti patronóve fiat. Tempore, si in ludis, & in cõspectu prætoris. Nam in prætoris conspectu, an in solitudine[x] iniuria facta fuerit, multum interesse ait: quia atrocior est quæ in conspectu fit. Re atrocem iniuriã haberi Labeo ait, vtputa si vulnus illatum[y], vel os alicui percussum sit.

Paulus ad edict. **LEX VIII.**

VVlneris magnitudo atrocitatem facit[z]: & nonnunquàm[a] locus vulneris[b], veluti oculo percusso.

Vlpianus ad edict. **LEX IX.**

SEd est quæstionis, ꝙ dicimus re iniuriam atrocem[c] fieri: vtrum si corpori inferatur, atrox sit: an & si nõ corpori, vtputa vestimentis scissis, comite abducto, vel conuicio dicto. Et ait Pomponius etiam sine pulsatione posse dici atrocem iniuriam, persona atrocitatem faciẽte. ¶ Sed & si in theatro vel in foro cædit & vulnerat, quanquàm non atrociter: atrocem iniuriam facit. Parui autem refert vtrũ patrifamiliâs an filiofamiliâs iniuria talis facta sit. nam & hæc[d] atrox existimabitur[e]. ¶ Si atrocẽ iniuriã seruus fecerit: si quidem præsens[f] sit dominus, potest agi de eo[g]. Quòd si

satio, principaliter agitur de crimine.

a ¶ Sarciatur.] & ideo cessat dicta regula. cùm enim dicitur, conuenio te lege Aquilia, quia hominem occidisti: oportet damnum exprimi, scilicet conuenio te ad decem, quia in tantum me damnificasti. sed secus in actione iniuriarum. Item & quòd dicit damnum non venire in actiõe iniuriarũ: est cõtrà. C. e. dominis. sed non venit principaliter, vt hîc: sed secũdario sic, vt ibi, & ĵ. e. itẽ apud. §. si qs seruo verberato. vel dic vt in cõtrario notaui.

b ¶ Iniuriarum.] ciuiliter, cùm prius egisset criminaliter. l. Cornelia de sicarijs: vel econuerso. Accur.

c ¶ Labeo ait.] & bene secundum Iacobũ & M. sed Ioan. & nos malè.

d ¶ Hoc.] crimẽ quod s. pub. habeat animaduersionẽ. i. vindictã in vtraq; via agẽdi. imò in ciuili etiã damnum impensarum venerat: propter quod videbat vtraq; via licere agi, secundum Labeonem.

e ¶ Non est.] ex hoc ratio non sentẽtia Labeonis corrigitur secũdum quosdam. nos secundum Io. cõtrà. s. ꝙ vtrunq; corrigatur.

f ¶ Cornelia.] de sica. vel de iniurijs? Respõ. certè potest conueniri, dũmodo criminalis tollat ciuilẽ secũdũ nos: & ecõtra. Alij contrà. & est ratio specialitatis secundũ eos quod de expẽsis dixi: & quia in capite: vt argu. s. de relig. l. cùm in diuersis. & qa gladio. Ex prædictis no. tria exẽpla quibus vtraq; via agit ad vindictã: & sic vna tollit aliã: in occiso, venenato, & capite percusso. & est ratio: quia cùm de eodẽ agit, exceptio. rei iud. repellitur: vt. s. de excep. rei iudi. si quis cũ. §. plane. secus ergo vbi alterum est de re familiari. & facit. s. l. proxi. in fi. Accur.

g ¶ Prætereà.] i. nõ solùm: quia nõ debet vagari: vt. s. in princi. sed etiã hac secunda ratione: vt ex qualitate.

h ¶ Si seruilis.] i. talis quæ seruo facta pareret actionem iniuriarum dño: vt quia atrox: vt institu. eo. §. seruus.

i ¶ Dabimus.] id est non denegabimus.

k ¶ Eum.] scilicet prætorem. Accursius.

l ¶ Heri seruum.] sic in authen. quomodo opor. episco. §. j. & facit. ĵ. eo. non solùm. §. quamquam. & suprà de in ius vocan. sed & si. §. prætor ait. & infrà de obseq. honori. Et argu. suprà de vi & vi arma. l. j. §. interdictum. & de except. doli, apud Celsum. §. aduersus. & infrà ad legem Iul. de adulter. l. si adulterium. § penulti. & suprà de furtis, si libertus. Accursius.

m ¶ Non temerè.] id est indistinctè. q. d. non dabitur. Accur.

n ¶ Atrocitas.] & tunc non iniuriarum, sed in factum eius loco: vt. C. de dolo, si superstite. Vel ibi in actione doli: hîc iniuriarum.

o ¶ Fuerit.] vt &. s. de iudi. l. lis. sed potest cogi vt emãcipetur: vt. s. si à paren. quis ma. fu. l. fi. Itẽ facit. ĵ. e. item apud. §. quæstionẽ. Acc.

p ¶ Quod autem prætor ait.] vt &. s. ea. l. in prin.

q ¶ Neque sub alternatione.] Nota alternationem facere incertitudinem: vt. s. de pact. l. veteribus. & nocet: vt hîc, &. s. de stip. seruo. sed si ita. & de rebus eo. si pupillorũ. §. si prætor. & de testa. tute. l. tutor ita rectè. &. s. de confessis, certum. circa princ. & de ope. lib. l. seruus §. fin. quandoq; non nocet: vt quia sic est voluntas legantis vel paciscentis: vt. s. de leg. i. non quocũq;. §. fi. & l. cùm res. §. sed si Stichus. & C. de verb. signi. cùm quidã. &. s. de verb. obl. vbi autẽ. §. qui illud. &. s. de iure dot. l. plerũq;. & de arbi. item si vnus. §. idem Pomponius. quibus casibus & libellus & confessio & sententia poterit sub alternatione dari: vt institu. de offic. iudi. in prin. Accursius.

r ¶ Turba.] quæ sit ex decem: vt. s. vi bo. rap. prætor. §. j. Accur.

s ¶ Coniungere.] sic s. pro socio. l. cum duobus. §. si plures. &. s. famil. ercisc. l. hæredes. §. de pluribus. Sed argu. cõtrà. s. de act. empt. non est nouum. Acc.

ADDITIO.

Dic secundum Bart. ꝙ cogitur omnes proponere in vno libello: tamen ex qualibet sequitur condemnatio ac si proponerentur in diuersis libellis: vt. d. l. non est nouum. & ꝙd ibi no.

t ¶ Ciuiliter agi.] vt & infrà eodem. constitutionibus. §. etiam. & insti. e. §. in summa.

v ¶ Magistratui.] ratione ergo personæ iniuriam passi. & sic e contra ratione personæ inferentis, vt infrà eod. sed si vnius. §. quædam. & argu. suprà de re iud. l. ij. & ĵ. eodem. l. item apud. §. quod ait prætor. Sed argu. contrà. ĵ. eo. eum qui. §. j. & facit inst. eodem. §. atrox. & §. sequenti. Accursius.

x ¶ In solitudine.] id est quando est solus.

y ¶ Illatum.] scilicet sit. Accursius.

z VVlneris.] Atrocitatẽ facit. maiorem. & facit insti. e. §. atrox. & §. sequen. Accursius.

a ¶ Et nonnunquam.] sed multoties.

b ¶ Vulneris.] facit scilicet maiorem atrocitatem.

c SEd est.] Atrocem. id est atrocissimã. sic personalis, id est personalissima: vt suprà de colla. bonorum. l. j. §. si impuberi. Accursius.

d ¶ Nam & hæc.] s. filiofamiliâs facta.

e ¶ Existimabitur.] ex caussis prædictis: vt & insti. eo. §. atrox.

f ¶ Præsens sit.] & vult eum defendere.

g ¶ De eo.] noxaliter, vel etiã non noxaliter si dominus potuit prohibere, & non prohibuit: vt. s. de noxa. l. iij. & iiij.

Alternatio facit incertitudinẽ: quæ quandoque nocet quandoque non nocet.

† Iste text. est nota. & sing. ad hoc ꝙ delictum dicit atrox propter concursum multorum delinquentiũ. qui tex. hoc non probat de atroci iniuria: sed ꝙ iniuria facta à turba hominũ vel à cœtu coniungitur & reputatur vna iniuria, non plures. Bol.

a ¶ Si abfuerit.] dominus feruo præfente.& eft ad hoc.ſ.fi ex noxa. caufa aga.l.ij.§.fi.&.§.pen.& ad hoc.ſ.de mino.quod fi minor.§.q̃ fi feruus.&.j.eo.fed fi vnius.§.cùm feruus. &.ſ.de deiec.l.j.§.cùm feruus.&.ſ.de fur.l.interdum.§.j.Accur.

b ¶ Flagris.] id eft flagellis.

b ¶ Tam fœminam quàm mafculum.] vt &.j.e.fi ftuprum.& continua.l.proxi.

10 ¶ Attentari.]

d ¶ Agitur.] blanda oratione: vt & j.e.l.item apud.§.tenetur.Accurfius.

e ¶ Impudicus.] vel ex impudico impudicior: vt &.ſ.de fer. corru.l.j.§.fi.& hoc nifi erat in ea forma quæ 20 hunc excufet: vt.j.e. item apud.§.fi q̃s virgines.& facit infti.eo. §.j.Accurfius.

Non folùm.] Casvs. Non folùm tenetur actióe iniuriarum qui facit iniuriã: fed etiã qui dolo fecit, vel qui 30 curauit vt aliq̃s percuteretur, feu aliqua iniuria fieret. Secũdò dicit, q̃ actio iniuriarum ex bono & æquo eft, & quòd difsimulatione aboletur. vnde fi feci tibi iniuriam, & tu ad animum non reuocafti: licet poſteà ve 40 lis ad animum reuocare, non competit tibi iniuriarũ act. idem fi tranfactum fit fuper iniuria, feu pactum factum. idem fi iufiurandum fit exactũ & præftitum. nam hæc actio erit extincta. Tertiò dicit q̃ actio iniuria 50 rum poteft intentari etiam per procuratorem & tutorẽ & curatorem & fimiles. Quartò dicit. fi mãdato meo eft facta alicui iniuria: & ille qui fecit, & ego mãdans tenemur. idẽ eft fi te conduxi.i. pretiũ tibi dedi vt cui 60 dam faceres iniuriã. idẽ eft fi filio meo mãdaui vt tibi iniuriã faceret. nã teneor. idẽ fi perfuafi tibi vt faceres alicui iniuriam, & fecifti: maximè fi nõ aliàs eras facturus.

† Vltra ea quæ no. Bartol. hic in quæftione fua incipiẽte. quæro. addo gl in ca.j. §. cui rei. in verbo rãcores. decollatio. in prag. lan cto. vltra il lam addo textum in ctis ibi no. in cano. ficillic xxiij.q.iiij. gl. in cano. pa nem. de cõ fe. dift.ij.

abfuerit[a], præfidi offerendus eft: qui eum flagris[b] rũpat. ¶ Si quis tam fœminã, quàm mafculum[c], fiue ingenuos, fiue libertinos impudicos facere attentauerit: iniuriarũ tenebitur. Sed & fi ferui pudicitia attẽtata fuerit: iniuriarum actio locum habet.

Paulus ad edict. LEX X.

Attẽtari pudicitia dicitũ cùm id agitur[d] vt ex pudico impudicus[e] quis fiat.

Vlpianus ad edic. LEX XI.

Non folùm autem is iniuriarum tenetur qui fecit iniuriam, hoc eft qui percufsit: verùm ille quoq; continetur, qui dolo fecit, vel qui curauit vt cui mala[f] pugno percuteret. ¶ Iniuriarũ † actio ex bono & æquo[g] eft, & difsimulatione aboletur[h]. Si quis enim iniuriam dereliquerit, hoc eft, ftatim paſſus ad animum fuum non reuocauerit: poſteà ex pœnitẽtia iniuriam remiſſam non poterit recolere. Secundũ hoc ergo æquitas actionis[i] omnẽ metum[k] eius abolere videtur, vbicunq; quis contra æquum[l] venit. Proinde & fi pactum de iniuria interceſsit, & fi tranfactum aut iufiurandum exactum erit: actio iniuriarum non tenebit[m]. ¶ Agere[n] quis iniuriarum & per fe & per alium poteft: vtputa per procuratorem, tutorem cæterofque, qui pro alijs folent interuenire.

¶ *Ifte.§.diuiditur in quatuor partes. Primò loquitur in eo qui mandauit extraneo quòd delictum committeretur. Secundò loquitur in conducente. Tertiò in mandante fubditis fibi perfonis. Quarto in perfuadente. fecunda ibi, Proculus. tertia ibi, Idemq;. quarta ibi, Attilicinus. Bar.*

¶ Si mandato meo facta fit alicui iniuria: plerique aiunt[o] tam me qui mandaui, quã eum qui fufcepit[p], iniuriarũ teneri. ¶ Proculus rectè ait, fi in hoc te cõduxerim, vt iniuriam facias: cum vtroq;[q] noftrum iniuriarum agi poſſe: quia mea opera facta fit iniuria. Idemq; ait[r] & fi filio meo mandauero vt tibi iniuriã faciat. Attilicinus autem ait, & fi perfuaferim alicui aliàs nolenti[s], vt mihi ad iniuriam faciendã obediret, poſſe iniuriarũ mecum agi. ¶ Quanquã † aduerfus patronũ liberto iniuriarũ actio non detur[t]: veruntamẽ marito libertę nomine cum patrono actio cõpetit. Maritus enim vxore fua iniuriam paſſa, fuo nomine iniuriarũ agere videtur. quod & Marcellus admittit[v]. Ego autẽ apud eum notaui[x], nõ de omni iniuria[y] hoc eſſe dicendum me putare[z]. Leuis enim coërctio etiam in nuptam, vel conuiciũ non impudicum, cur patrono[a] denegetur? Si autẽ conliberto nupta effet: dicemus omnino[b] iniuriarum marito[c] aduerfus patronũ ceſſare actionem. & ita multi fentiũt. Ex quibus apparet, libertos noftros non tantum eas iniurias aduerfus nos iniuriarum actione confequi non poſſe, quæcunq; fiunt ipfis: fed ne eas quidem quæ eis fiunt quos eorum intereft iniuriam nõ pati[d]. Planè fi fortè filius[e] liberti vel vxor velint iniuriarum experiri, quia patri maritóve non datur: denegandum non erit: quia fuo nomine experiuntur.

¶ *Qui pro libertate litigat: ratione incertitudinis ftatus habet actionem iniuriarum. h.d.*

¶ Quãquam.] Si patronus leuem iniuriam faciat liberto, vt leuiter eum verberãdo: non poteft agere libertus iniuriarum act. contra patronum. Sed quid fi libertæ patronus leuem iniuriam faciat, an vir libertæ aget iniuriarũ? Qui 70 dam q̃ fic. Vlpianus autem dicit quòd non. Si autem vterq; eſſet libertus iftius qui eam leuiter verberauerit: tunc fecundũ omnes neuter agit iniuriarũ. Ex his apparet quòd fi patronus filio liberti vel vxori liberti faciat leuem iniuriam, q̃ libertus non pofsit hac act. agere contra patronum: ipfe autem filius vel vxor poterunt agere hac actione. ¶ Ei qui feruus.] Si dico aliquem eſſe meum feruũ: fiue agendo, vt petendo eum in feruit. fiue defendẽdo, vt cùm petat fe in libertatem, ego dicam eum eſſe meum feruum, & fciam eum eſſe liberum, teneor ei act. iniuriarum: nifi peterem eum in feruit. ad hoc vt habeat regreſſum contra venditorem ferui. & hoc dicit hic. §.&.l.fe- 80 quen. Francif. Accur.

f ¶ Mala.] i. maxilla. hìc enim prætoria, non cor. tenetur, arg.ſ.e.l. lex.§.illud.& eft idem infti.eo.§.non folùm. &.j.e.l.§.fi mandato. & §.Proculus.&.C.de accufa.l.non ideo. Et argu.ſ.de vi & vi ar.l.j.§. deieciſſe.&.§.quoties.&.l.iij.§.cùm procurator.& de admi.tut.l.ita autem.§.geſsiſſe.&.j.e.item.§.feciſſe.&.ſ.de iurif. om. iudi.l.fi quis id.§.penul.&.j.de reg.iu.l.hoc iure.§.j.& quod vi, aut clàm.l.fi ego. & infti.man.§.& ideo. Sed videtur qui fecit, non teneri: vt.ſ.ad legẽ Aquil.l.liber homo.in princi. fed ibi in Aquilia, in qua fola culpa erat: quia tenebatur parere: hìc non vbi eft dolus etiam fi de illis eft qui aliàs deberent parere: vt tibi plenè dixi. Accurfius.

g ¶ Ex bono & æquo eft.] imò ex delicto: vt infti.de obli. ex deli. in prin. fed illud ex parte rei: hic actoris. fed etiã ex parte rei eft æquitas, fcilicet eum puniri, non pro eo. & eft fic.j. de fepul. vio. l. quæfitum. Accurfius.

10 h ¶ Aboletur.] dicunt quidam dixiſſe Bul. hanc actionẽ non nafci nifi dicat iniuriã paſſus ftatim, ad animum reuoco. quod nõ credo eum dixiſſe, cũ hìc dicat aboleri, & in fti.eo.§.fina. quod nõ eſſet nifi iam eſſet na- 20 ta: vt arg. ſ. de iniufto tefta.l.nam & fi.§. poft defectum. & de verbo. obliga.l. decẽ. Sed argu.contrà.j.eo. iniuriarum. fed illud quo ad tranfmifsionẽ ad hæredem. Accur.

i ¶ Actionis.] iniurię remiſſæ.

30 k ¶ Metum.] quem reus haberet.

l ¶ Contra æquum.] id eft propriam remifsionem.

m ¶ Non tenebit.] facit.ſ.de pact. fi tibi. §. quædam.&.ſ.ad Syll. l.diuus.&.C.de pact. l. pacta nouifsima. & 40 j.e. fed fi vnius §. fi autem. Accurfius.

n ¶ Agere.] per procuratorem: vt.j.eo. fed fi vnius.§.idẽ Iulianus. &.§ idẽ ait.&.ſ.de procur.l.licet.§. ad accufationem.& hoc fi ciuiliter, non fi criminaliter nifi in cafu: vt.C.e. 50 l.iniuria.&.l.fi.

o ¶ Aiunt.] & bene: vt ſ.in princ. huius legis.

p ¶ Sufcepit.] f. mandatum. Accurfius.

q ¶ Cum vtroque.] vt &.ſ.in princ. huius legis.

r ¶ Idemque ait.] vt ego & fili⁹ teneamur. 60 Ro. vt &.ſ.arbo. fur. cæfa.l. furtim.§. fiue.

s ¶ Nolenti.] aliàs nolenti: & fubaudi maximè. & aliàs volenti: & bene. nam nõ oportet laudando augeri &c. vt &.ſ.de fer. corru.l.j.§.fi. Sed quidã dicũt q̃ fi aliàs facturus erat, non tenetur confulens: vt in furto: vt infti. de obli. ex delic.§.ope.in fi. Sed quid fi credidi eum non aliàs facturũ: & mandaui: ipfe autem aliàs facturus erat?.

† Hic habetis text. fin. ad hoc q̃ quis nõ poteft profequi iniuriã factam alteri fi ille qui paffus eft, agere non poſſet pro ea. & ponit exemplum iniuria leui, vt ibi in verbo ego autem apud eũ &c. Bol.

70 t ¶ Non detur.] pro non atroci: vt.ſ.e. prætor.§. prætereà. Acc.

v ¶ Admittit.] & malè cùm de non atroci dicat.

x ¶ Ego autem notaui.] id eft reprehendi fecundum R. vnde malè videtur hìc fcripfiſſe Azo, pro leuifsima agit alius: non ipfa: pro atroci & ipfa & alius.

y ¶ Non de omni iniuria.] liberto facta.

z ¶ Putare.] vt fuo nomine maritus agat.

a ¶ Cur patrono.] pro ea ergo iniuria duntaxat maritus aget pro qua liberta. Accurfius.

b ¶ Omnino.] f. vbi non eft atrox iniuria. Vel omnino id eft omnes 80 dicimus nemine reluctante. Vel fubaudi ftricta ratione.

c ¶ Marito.] liberto, fi fibi vel vxori facta fit iniuria. Accurfius.

d ¶ Non pati.] & hoc verum quando fuo nomine ageret. fed fi nomine filij vel vxoris qui, vel quæ eft ingenuus. vel ingenua, bene poteft: & hoc fi ciuiliter. fecus fi criminaliter: vt probatur hoc. ſ. de in ius vocan.l. quæfitũ.&.C. fi tu. vel cura. non geſſerit.l.j.&.C. de obfeq.l.j.

e ¶ Filius.] qui reuerentiam debet: vt.C. de in ius vo. venia.&.C. de obfequijs.

obseq.l.fi.licet sit ingenuus:vt insti.de ingen.sed non tantam quantam pater:vt in hoc exemplo patet. Vel dic,viuo patre præstet reuerentiam,vt ibi:non eo mortuo,vt hîc,&.š.de obseq.l.hæres.

a ¶ Aduersus dicentem.]cum sciat liberum : vt.ĵ.l.proxi.Accur.

b ¶ In seruitutem.]Hæc bona videbatur distinctio : vt C.de asser. tol.l.j.in prin.Acc.

h ¶ Non videtur.]præsumitur enim iusta sententia,sicut aliâs ius equum:vt.š.de iusti.& iure.l.pe.Et no hîc ꝙ subuenitur alicui ratione officij,si illicitè non fiat:vt & aliâs.š.de rei ven.l. qui restituere. &.š.quod me.cau.l.continet.& š.ad le.Aquil.quemadmodũ.§.pen. &.š.locati,itẽ quæritur. §.si quis mensuras.& de peri.& cõ.rei ven. l.lectos.&.l. eum qui. & in Lõbarda de dã. iniur.l.si quis moli. & de his qui in consultã do & subdito suo rixa.l.j.&.ij.

Officij ratione alicui subuenitur.

¶ Ei qui seruus dicitur,seq; asserit in libertatẽ.iniuriarum actionem aduersus dicẽtem [a] se dominum, competere,nulla dubitatio est. Et hoc verum est siue ex libertate in seruitutem [b] petatur:siue ex seruitute in libertatẽ proclamet. nam hoc iure indistinctè [c] vtimur.

Caius ad edic. LEX XII.

SI quis de libertate aliquem in seruitutẽ petat,quẽ sciat liberum esse : neq; id propter euictionem,vt eam sibi cõseruet,faciat [d]: iniuriarum actione tenetur [e].

Vlpianus ad edic. LEX XIII.

INiuriarum [f] actio neq; hæredi, neq; in hæredem datur. Idẽ est & si in seruum meũ iniuria facta sit.nam nec hic hæredi meo iniuriarum actio datur. Semel autem lite contestata, hãc actionẽ etiam aduersus successores [g] pertinere. ¶ Is qui iure publico vtitur, nõ videtur [h] iniuriæ faciẽdæ causa hoc facere. Iuris enim executio [i] non habet iniuriã. ¶ Si quis ꝙ decreto prętoris nõ obtẽperauerit, ductus sit:non est in ea causa vt agat iniuriarũ ꝓpter prætoris præceptũ [k]. ¶ Si quis per iniuriam ad tribunal [l] alicuius me interpellauerit [m] mei vexãdi causa:potero iniuriarum experiri [n].

¶ Ille tenetur actione iniuriarum, qui facto facit iniuriam:non ille qui prohibet ne quis ad honorem aliquem promoueatur.Bar.

¶ Si quis in honoribus decernendis alicui passus non sit decerni, vtputa imaginem [o] alicui,vel quid aliud tale:an iniuriarũ teneatur? Et ait Labeo non teneri,quamuis hoc cõtumeliæ [p] caussa faciat. Etenim multum interest(inquit)cõtumelię caussa quid faciat [q], an verò fieri quid in honorem alicuius quis non patiatur [r]. ¶ Idẽ Labeo scribit,si cùm alium contingeret locatio [s],alij hoc onus duumuiri iniunxerint:non posse agi iniuriarum ob laborem iniunctũ. Aliud enim est laborem iniungere:aliud iniuriam [t] facere. Idem ergo erit probandum & in cæteris [v] muneribus & oneribus [x] quæ per iniuriam [y] iniunguntur.Ergo si quis per iniuriam sententiam [z] dixerit:idem [a] erit probãdum. ¶ Quæ iure potestatis à magistratu fiũt: ad iniuriarum actionem non pertinent [b]. ¶ Si quis me prohibeat in mari piscari,vel euerriculum [c] (quod gręcè σαγήνη dicitur) ducere:an iniuriarum iudicio possim eum conuenire? Sunt qui putant iniuriarũ me posse [d] agere. Et ait Pomponius,& pleriq;,esse huic similem eum qui in publico lauare,vel in cauea [e] publica sedere,vel in quo alio loco agere,sedere,conuersari non patiatur:aut si quis re mea vti me non permittat. nam & hic iniuriarũ [f] agi potest. Conductori [g] autem veteres interdictum [h] dederunt,si fortè publicũ hoc conduxerit. nam vis ei prohibenda est fieri quo minus conductione sua fruatur. ¶ Si quem ta-

c ¶ Indistinctè.]quãtũ ad hoc vt agat vel cõueniatur.distinguit tamen sciat vel nõ liberum. arg.š.e.l.iij.§.fi.&.ĵ.l.proxi.

d SI quis.] Faciat. quia tũc secus : vt ar.š.de rei vẽdi. vtiq;. & de euic.l.sed & si.de neg.gest.at qui.§.cum me.& de bo.libe.si qs libertum.&.l.qui cùm maior.§.si patris.Argu. contrà.C.de asser. tol.l.fi.sed ibi decesserat seruus.Accur.

e ¶ Tenetur.]vt &.C. de liber.cau. si tibi. & C.e.qui filios.Accur.

INiuriarũ.] CASVS. Actio iniuriarum non datur hæredi,nec in hęredem. vnde si seruo meo facta est iniuria:si decedam,posteà non vadit hæc actio ad hæredem meum. lite autẽ contestata super hac actiõe vadit : & in hæredes, & hęredibus dabitur. Secũdò dicit. qui iure publico vtitur , non facit iniuriã. & ponitur exẽplum. Tertiò, fecisti me citari vt ad iudicẽ quẽdam vadã, & hoc fecisti causa me vexãdi.dicitur ꝙ teneris iniuriarũ actione. Quartò dicit.cùm velles ponere statuam in honorẽ Titij, prohibui te ne id faceres.nõ teneor hac actione. Si cùm ad quẽdam debebat spectare onus locãdi stationes publicas, duumuiri istud onus mihi dederunt:non teneor hac actione. idẽ in similibus munerib⁹ siue oneribus. idẽ si iudex tulit falsam sententiam.nam non tenetur hac actione.idem si iudex fecit aliquem contumacem capi,non tenetur hac actione. Sed si aliquis me prohibet in mari piscari, vel in diuerticulo iuxta mare ducere retia, tenetur hac act. Item in eo qui prohibet me lauare pannos in publico flumine:vt in rheno vel in aposa. idem in eo qui prohibet me sedere in curia communis,vel in palatio, vel in campo mercati.nam tenetur hac actio.idem in eo qui prohibet me æquitare equum meum vel alia re mea vti. Si autem aliquis conduxit campum, Rheni, vel alium locum publicum:habet interdictum ne quis vtatur loco publico. Sed pone. habeo domum iuxta Rhenum vel iuxta mare. vis pisçari vel lauare in rheno ante faciem domus meæ. dicitur quòd non possum te prohibere : consuetudine tamen obseruabatur contrarium. tamen reiecta consuetudine qui prohibet tenetur hac actio.in lacum tamen meum proprium possum prohibere ne aliquis piscetur. Item si per priuilegium alicui est concessum vt habeat vsum maris, habet vti possidetis interdictum ne impediatur vsum suum siue ius suum exercere. & hoc dicit hæc lex & sequens.Franc.Accur.

f ¶ Iniuriarum.]nec hic videbatur quòd sicut seruus transit ad hæredem. sic & iniuria ei facta.sed contrà est,& est ratio hîc & superiori respon.quia non est in bonis meis ante litem cõtestatam : vt infrà eo.iniuriarum.& quia ad vindictam datur : vt suprà eo. prætor.§.j.& instit.de perpe.& tempo.act. §.non autem.sic & suprà de in ius vocan.l.penulti.

g ¶ Successores.]id est cõtra successores:non solùm successoribus. & facit.C.ex delict.defunct.l.j.& suprà de priua.delic.l.j.&.C.de reuocan.do.l.fina.in fine.

i ¶ Executio.]vt.ĵ. proxi.§.dicitur. & argu. ad hoc. C.ad leg. Iul.repe.l.fi.§. & licet neminem.&.ĵ.e. l. nec magistratibus.&.ĵ.de regu.iur.nihil consensui.§.nõ capitur. &.ĵ. e.§.quæ iure Accur.

k ¶ Propter prætoris præceptum.]authoritas maioris excusat : vt &.š. de aqua plu.arcẽ. l. quãquã.& facit.š.§.prox. Accur.

Maioris authoritas excusat.

l ¶ Ad tribunal.]id est ad iudicem aliquẽ.

m ¶ Interpellauerit.]id est citari fecerit.Accursius.

n ¶ Experiri.]vt &.ĵ. e.item apud. §. si quis in libello.&.š. qui satisda.cog.l.si verò pro condẽ.§.fi. & facit. C. de iurisdi.om.iudi.l.in criminalibus.sed contra.š.eo.§. idẽ Labeo.

de isto §. vide Arg. Aret. in §. flumina inst. et rer. divis.

o ¶ Imaginem.]quã alij ad eius honorẽ ponere voluerint.

p ¶ Contumeliæ.]generaliter accipe R. vt &.š.eo.l.j.in prin.Accursius.

q ¶ Quid faciat.]ad diminuendã dignitatem: quia tunc quandoq; iniuriarũ actio datur secundum Azo.

r ¶ Non patiatur.]hoc enim casu semper hæc actio cessat secundum R. & facit. š. de cõdic. & demon.l. Titio.§.j.&.š.de his quę in frau. credi. qui autem.in prin.item facit š.e.l.j.§.omnem.

s ¶ Locatio.]id est onus locãdi stationes publicas vel domos: aliâs est locator.Accursius.

t ¶ Iniuriam.]i.contumeliam.

v ¶ In cæteris.]quæ multa sunt sub tribus generibus:vt.ĵ.de mun. & hono.l.munerum.

x ¶ Et oneribus.]aliâs honoribus,& aliâs oneribus.pro prima. ĵ. de mune.& hono.l.honor.

y ¶ Per iniuriam.]i.contra ius.aliâs esset sibi contrarius iste.§.

z ¶ Sententiam.]id est contra ius & iustitiam:vt &.š.eod.l.j. circa princ.& insti.eo.in prin.huic.§.est contrà.š.eod.§. si quis per iniuriam.sed non obst.quia ibi animo inferendæ contumeliæ siue iniuriæ fecit:hîc non:sed vt aliũ fortè releuet: tenetur tamen hîc actione in factum:ut.ĵ.de var.cog.l.si iudex.

a ¶ Idem.]vt non teneatur iniuriarum:sed in factum,vt dixi. & facit.C.de pe.iudi.l.fi.

b ¶ Non pertinent.]vt dixi.š.ea.l.§.j.

c ¶ Euerriculum.]aliâs euerriculum [a],aliâs diuerticulum.

a vide Bu. in anno. posterio. hîc qd sit euerriculum.

d ¶ Posse agere.]contrà. š. de diuer.præscript.l.si quisquam.Solu. vt ibi.

e ¶ Cauea publica.]locus erat in theatro secundum quosdam.

f ¶ Nam & hic iniuriarum.]vt &.ĵ.e.si quis propriũ.&.š.de act. emp.l.qui pendentẽ.& si serui.vend.l.sicuti.§.Aristo.in fi.Itẽ ad hoc ĵ.ne quis in lo.pu.l.ij.in prin.&.§.j.& de vsufca.l.fi.& de vi,& vi ar. l.vim.& facit.š.vti possi.si duo.§.j.&.ij.&.§.Labeo.Accursius.

g ¶ Conductori.]quidã habent hic.§.sed non debet esse:quia pendet ex superioribus & dic conductori loci publici.

h ¶ Interdictum.]vti possidetis vtile secundum Azo.vel dic de lo

co publico fruendo:vt.s.de loco publi. fru.l.j.in princi. iniuriarum etiam agi potest.

a ❡ Quis agrum alienum.]vt &.s.de ser.rusti.prædi.diuus.& insti.de re.diui.§.apum.&.s.de acqui.re.do.naturalē.§.apum. Accur.

b ❡ Vsurpatum.]i.cōsuetudine obtentum:vt.s.de vsufca.l.ij.vel cōtra rationem introductum.Item no.ꝙ tenetur iniuriarū q sciens iniusta vtitur consuetudine[a].

c ❡ Quare si quis.] quia nullo iure vsurpatū est ergo:si qs &c.

d ❡ Agi potest.] licet sit vsurpatū:nisi cōsuetudo ex certa scientia sit inducta:quia tūc lege vinceret:vt.C.quæ sit long. cōsue.l.cōsuetudinis. &.s.commu nia prædi.l.venditor. §.si constat.

e ❡ Mei dominii.] quod esse potest:vt.s. qui.mo.vsusfr. amit.l. quid tamē.§.j. &.s. vt in flu. pu. na. li.l.j.§.si priuatus.

f ❡ Sanè.]Pertineat. per priuilegium, vel per longā cōsuetudinē:vt.s.de diuer.præscript.l. si quisquam. Azo.

g ❡ Interdicta sunt] vti possi. & vtrobi. & plura alia multa : tamen causa publici iuris introducta sunt:vt supra de interdi.l.j. &.l.ij.§.hominū . quæ sunt contra . Accursius.

a Cōsuetudine iniusta sciēter vtēs iniur.tenet. imò videt ꝙ ei faueat per ea quæ no.Fran.de cremē.sing. suo.cl . inci. cōsuetudo est bono. piæ.

men ante ædes meas vel ante prætorium meum piscari prohibeam, quid dicēdum est? me iniuriarum iudicio teneri?an non? Et quidem mare cōmune omnium est, & littora : sicuti est aër. Et sæpissimè rescriptum est non posse quem piscari prohiberi,sed nec aucupari: nisi quòd ingredi quis agrum alienum [a] prohiberi potest. Vsurpatum [b] tamē & hoc est,tametsi nullo iure,vt quis prohiberi possit ante ædes meas vel prætoriū meum piscari. Quare [c] si quis prohibeatur:adhuc etiā iniuriarum agi potest[d].In lacu tamen qui mei [e] dominij est: vtique piscari aliquem prohibere possum.

Paulus ad Plautium. LEX XIIII.

Sanè si maris proprium ius ad aliquem pertineat [f]: Vti possidetis interdictū ei cōpetit, si prohibeatur ius suum exercere:quoniā ad priuatā iam causam pertinet, non ad publicam hæc res : vtpote cùm de iure fruendi agatur, quod ex priuata caussa contingit , non ex publica . Ad priuatas enim caussas accōmodata interdicta [g] sunt,non ad publicas.

Vlpianus ad edict. LEX XV.

Item apud Labeonem quæritur , si quis mentem alicuius medicamento, aliòve quo modo alienauerit,an iniuriarū actio locum habebit . Et ait iniuriarū aduersus eum agi posse [h]. ❡ Si quis †pulsatus quidem non est,verùm manus aduersus eū leuatæ, & sæpe perterritus est quasi vapulaturus [i],non tamen percussus [k]:vtili iniuriarum actione [l] tenetur. ❡ Ait prætor,Qui aduersus bonos mores cōuicium [m] cui fecisse, cuiúsve opera quid factū esse dicetur quo aduersus bonos mores cōuicium fieret:in eum iudicium dabo. Conuicium autem iniuriam esse Labeo ait. ❡ Cōuiciū [*] autē dicitur vel à concitatione,vel à cōuentu,hoc est, à collatione vocū. Cùm enim in vnum complures

Item apud Labeonem.] CASVS. Qui medicamēta alicui dedit vt eum alienaret à mente, vel qui alio modo hoc fecit, & sic factum est:tenetur hac act.Secundò dicit.eleuaui manum contra te quasi tibi alapam daturus,& non dedi.teneor hac actione. ❡ Ait prætor.] Ponitur edictum cuius sensus est. qui aduersus bonos mores conuicium alicui fecit : cuiúsve opera hoc factum esse dicetur : in eum prætor dat act.Posteà loquitur Vl. & dicit. conuicium est iniuria.Et dicitur conuicium à concitatione vel à collatio. vocum quando plures vnam vocem ponunt : vt cùm dicunt, Titius est cucurbita, eo præsente : vel ad domum Titij vadunt, & ibi dicunt ante domum, vel aliquid aliud dicunt quod sit contra mores huius ciuitatis. & non solùm qui posuit vocem, tenetur hac act. sed & is qui induxit alium vel alios ad concitandum.Et bene dictum est in edicto cui. si enim non nominarent personam : sed dicerent quis cucurbita, non tenerentur hac actio. Subsequenter dicit. procuraui vt tibi conuicium diceretur per aliquem puta per barbacam de porta noua : qui habet malam linguam : non tamen dixit conuicium. dicitur quòd non teneor. Ex his apparet conuicium cum vociferatione fieri siue abvno siue à pluribus.i.si in cœtu dicatur.si autem aliquis astrologus vel diuinus dicat aliquē furem cùm nō esset: non tenetur hac act.sed per consti.punitur.Itē hæc actio iniuriarū, quæ nascitur ex conuicio,non datur hæredi, nec in hæredem. ❡ Si quis virgines.] Appellaui virginem ancillari veste vestitam. minus pecco,& non teneor.vel aliter vt in glo.Item non teneor si erat vestita veste meretricali,& eam appellaui,scilicet eius pudicitiā blando sermone attentando:vel comitem abduxi.comitem autem intelligas qui associabat virginem:siue liber sit,siue seruus: siue masculus,siue fœmina.sic ergo comes dicitur qui erat destinatus vt associaret puellam quandam.continetur etiam & pedagogus. & ille dicitur abducere comitē qui fecit ne comes cum ea esset,siue per vim, siue per blanditias. Tenetur etiam hoc edicto non solùm qui comitem abduxit:sed & is qui affectatus est aliquem comitum, & qui appellauit. Posteà dicit quid sit appellare. posteà dicit. si dico verba turpia alicui, teneor iniuriarum. posteà dicit differentiam esse inter appellare & affectari.& dicit quid sit affectari.posteà dicit quòd non omnis affectator tenetur.ecce enim qui solatiandi causa cum aliqua domina vel virgine loquitur,non tenetur. Item ioculatores qui præcedunt ante dominas sonando sua instrumēta:non tenentur.vltimò dicit:pro iniuria facta sponsæ habet sponsus ac. iniuriarum. ❡ Ait prætor.]Ponit edictum cuius sensus est.prohibet prætor ne quid fiat ad infamiā alicuius.& si contra hoc fiat,prętor animaduertet. Posteà dicit. hoc edictum videtur superfluum per superius. sed tamen specialiter de hoc voluit dicere. ea enim quæ notabiliter fiunt &c.apparet ergo prætorem aliquid fieri vel dici ad infamiam alicuius noluisse:& qui contra fecit,tenetur act.iniuriarum. & ponit plura exempla quando fit ad infamiam alicuius.Item bene dixit prætor.si contra fiat animaduertam.quia quandoq; non puniet inspecta persona contra quam est facta iniuria , vel inspecta persona eius qui fecit,vel inspecta qualitate iniuriæ.& da exempla vt in glo. ❡ Si quis libello.] Libellum infamatorium dedi principi in quo continetur infamia alicuius:teneor act.iniuriarum. Secundò dicit si comes vel assessor potestatis Bonon. accipiat à me pecuniā,& faciat dari per potestatem quandam sententiam pro me : & iste comes vel assessor ob hoc sit fustigatus: videtur de iniuria damnatus . videtur enim fecisse iniuriā potestati . Tertiò dicit : bona vel rem alicuius per iniuriam occupaui.teneor ac. iniuriarum.Quartò dicit.quidam dixit se habere à me pignus quendam librū: & non erat verum.illum librum posuit venalem caussa me infamandi.tenetur hac act. Quintò dicit. vocaui quendā ad ius caussa iniuriādi eum vt debitorem meum, cùm non esset, teneor hac actio. ❡ Prætor ait.]Prætor ait: qui seruum alienū verberat aduersus bonos mores:item qui quæstionē habet de seruo alieno sine iussu domini: iniuriarum ac. tenetur.item si quid aliud fiat:prætor acti.dat.Posteà dicit:qui seruo alieno fecit iniuriam in odium domini,domino datur hæc actio. siue in odium domini prætor non debet relinquere hanc iniuriam inultam.Posteà dicit.qui seruū communē suū & alterius verberat : non tenetur hac act.idē si fructuarius:nam non tenetur hac act. & bene dictū est in edicto:verberet seruū in quo habet vsumfru.Idē si proprietarius:nam nō tenetur hac act.& bene dictū est in edicto aduersus bonos mores.quid enim si caussa corrigēdi seruū meū eum verberes?non teneris.itē si magistratus. Posteà exponit ver bum verberasset positū in edicto.itē verbū quæstionem.Postea exponit vltima verba edicti,hæc scilicet.itē si quid aliud factū esse dicetur &c.nam si seruus alienus verberetur,vel quæstio eius habeatur sine caussæ cognitione,tenetur hac act.qui hoc fecit.si autē alia iniuria sit ei facta:nō semper tenetur qui fecit iniuriā.s.cum caussæ cognitione:qui cùm leuiter seruū alienū percussit vel maledixit,non tenetur. Si autem aliquis infamauit eū carmine vel alio modo: bene tenetur cū caussæ cognitione.nam inspicitur cōditio serui:vt in litera declaratur. Posteà dicit.facta iniuria seruo, domino oritur hæc actio:quandoq; nō.quid enim si seru⁹ dicebat se liberū,& eū verberē? vel quid si alterius credebā seruū quàm esset? Vltimò dicit. verberasti seruū meū ita ꝙ rei rupisti,brachiū.egi hac actione iniuriarū: possum adhuc agere Aquil.& redditur ratio. ❡ Si vsumfructum.] Habebā vsumfru.in seruo,& tu proprietatē.si aliquis ei seruo facit iniuriam, tibi competit hæc actio,non mihi.idem si cùm seruū alienum bona fide possidebam.Secundò dicit.possidebā liberū hominē tanquā seruum.ei est facta iniuria.si in mei odiū:ego habeo:aliàs non. Idē in seruo alieno quem bona fide possideo.Idem in fructuario serui est dicendum.Tertiò dicit.seruum plurium verberaui.omnibus dominis datur hæc actio:& cuilibet sum condemnandus pro parte quā habet in seruo.sed si volente vno ex dominis seruum verbero:si quidē eius tantū credebā seruū:non teneor hac act.si autē seruū eius & aliorū sciebā eū esse,tūc alijs teneor:ei qui voluit,nō teneor. Vltimò dicit.iussu tutoris vel curatoris seruū pupilli vel adulti posui quæstioni.non teneor. & hoc dicit hîc.§.cum.l. sequen. & princi. tertiæ. Franciscus.

h ❡ Agi posse.]criminaliter etiam accusatur : vt.C. de mathe.l. multi argu.contra.s.si quis ali.te.pro.l.fina.

i ❡ Vapulaturus.]id est verberandus est. Azo.

k ❡ Percussus.]efficaciter.

l ❡ Actione.]prætoria,id est nō Cornelia:vt.s.e.l.lex Cor.in prin. &.§.inter.

m ❡ Conuicium.]differt inter cōuiciū & nudum dictum caussa infamandi:vt.j.§.ex his.& vsq; illuc est expositio horum verborum. Te absente.

†Bar.hîc dicit istū tex. esse not. & se nescire alibi aliū cō cor. & Ale. ad Bar.in.l. respiciendū §.de in litē. j.de pœ. cū etiā reputat sing.ad hoc ꝙ si qs non fuit actu verberatus sed manu eleuata in eū cōmina tus sępius & ex hoc atto nitus & perterritus fuerit,pōtage re actione iniuriarum, quasi vapulatus.

* Vide in hūc locum Lau. Vallē. lib. elegantia.vj.c lij.

a ¶ Te absente.] sic ergo dolus absenti. sic & absens dolum facere potest: vt. s. vi bo. rap. l. prætor. §. hoc au tem edicto.
b ¶ Oportere.] esse conuicium.
c ¶ Fecisse conuicium.] vt & s. e. nõ solùm. in prin. & j. ea. l. §. abduxisse. & s. de ser. cor. l. j. §. persuade re. & de vi & vi ar. l. j. §. deiecisse. & de mino. l. in caussæ. §. in caussę. §. ĩsumma. & j. eo. sed si vnius. §. seruus meus.
d ¶ Adiectũ est.] in edicto prætoris: vt s. §. ait prætor.
e ¶ Nulla executio est.] aliud in famoso libello: vt. s. e. quod senatus. & facit insti. de leg. §. tutor. & j. eo. eũ. §. si iniuria. & arg. cõtra insti. de rerum diui sione. §. hoc amplius. Accursius.
f ¶ Non tenebitur.] non sufficit consilium vel conatus si delictũ non habeat effectum: vt. s. quod quisq; iuris. l. j. §. fi. & s. de fur. si quis vxori. §. si quis de manu. & §. neq; ver bo. & de ope. lib. sicu ti. & de verbo. sign. sępe. in fi. & l. fugitiuus. & s. de his qui not. infa. l. qui autem. & s. quæ in frau. cred. ait prætor. §. ita demum. sed arg. cõtrà. s. de nego. gest. sed an vltro. §. is autem. & de contra. indi. tu. l. iij. §. suf ficit. & j. tit. j. l. j. Acc.
g ¶ Non potest.] quia non dolo: sed suę artis caussa fecit. Accur.
h ¶ Cõstitutiones.] vltore gladio puniendos: vt & C. de mathe. l. nemo habet.
i ¶ Ex conuicio.] imò ex bono & ęquo: vt. s. eo. non solùm. §. j. contrà. sed sol. vt ibi.
k ¶ Nec hæredi.] vt & s. l. iniuriarum. in princ. Accursius.
l ¶ Si quis virgines.] id est eas quę erant virgines. Accur.
m ¶ Appellasset.] id est earum pudicitiã blando sermone attentasset: vt. j. eo. §. appellare.
n ¶ Minus.] id est nullo modo. Ioan. vel minus quàm si id liber fecisset. R. pro quo facit quod subijcit multò minus. sed non placet, cùm non sit atrox: vt insti. eo. §. seruus.
o ¶ Multò minus.] id est nullo modo. Io. sic. & s. loca. si quis ignorans.
p ¶ Appellauerit.] id est blando sermone earum pudicitiam attentauerit.
q ¶ Non tenetur.] nullo modo: & hoc tertio casu secundum Io.

† Nota quis talis esse præsumitur, qualem vestes indicant esse: & de habitu & ornatu, vestimẽtorũ, & quę & quales vestes cõpetãt hominibus quibuscunque, & qua liter ex vestibus præsumatur cõtra aliquem.

voces conferũtur: conuiciũ, quasi conuocium dicitur. ¶ Sed quod adijcitur à prætore, aduersus bonos mores, ostendit non omnem in vnum collatam vociferationẽ prætorẽ notare: sed eam quæ bonis moribus improbat, quæq; ad infamiã vel inuidiã alicuius spectaret. ¶ Idem ait: Aduersus bonos mores, sic accipiendũ est, non vtiq; eius qui fecit: sed generaliter accipiendum, aduersus bonos mores huius ciuitatis. ¶ Conuicium autem non tantùm præsenti, verùm absenti quoq; fieri posse Labeo scribit. Proinde si quis ad domum tuam venerit te absente [a]: conuicium factũ esse dicitur. Idẽ & si ad stationem vel tabernam ventum sit: probari oportere [b]. ¶ Fecisse conuicium [c] non tantũ is videtur qui vociferatus est: verùm is quoq; qui concitauit ad vociferationẽ alios, vel qui summisit vt vociferentur. ¶ Cui, non sine caussa adiectum est [d]. Nam si incertæ personæ conuicium fiat: nulla executio [e] est. ¶ Si curauerit quis conuicium alicui fieri, nõ tamen factũ sit: non tenebitur [f]. Ex his apparet non omne maledictum conuicium esse: sed illud solùm quod cum vociferatione dictum est. Et siue vnus, siue plures dixerint: conuiciũ est quod in coetu dictũ est. Quod autem non in cœtu, nec cum vociferatione dicitur: conuicium non propriè dicitur, sed infamandi caussa dictum.

Astrologi diuinantes sunt puniendi gladio ultore. h.d.

¶ Si quis astrologus, vel qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat: iniuriarum cum eo agi non potest [g]: sed cõstitutiones [h] eum tenent. ¶ Iniuriarum actio quæ ex conuicio [i] nascitur: in hæredes non est reddenda, sed nec hæredi [k].

Talis quis esse præsumitur, in quali habitu reperitur. Bar.

¶ Si quis † virgines [l] appellasset [m], si tamen ancillari veste vestitas, minus [n] peccare videtur: multo minus [o] si meretricia veste fœminæ, non matrumfamiliãs vestitæ fuissent. Si igitur non matronali habitu fœmina fuerit, & quis eã appellauerit [p], vel ei comitem abduxerit iniuriarum non teneatur [q]. Comitem [r] accipere debemus eum qui comitetur eam & sequatur: & (vt Labeo ait) siue liberum, siue seruum, siue masculum, siue fœminam [s]. & ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cuiusq; caussa, vt sequeretur destinatus, in publico priuatòve abductus fuerit. Inter comites vtique & pædagogi [t] erunt. ¶ Abduxisse videtur (vt Labeo ait) non qui abducere comitem cœperit: sed qui perfecerit [v] vt comes cum ea non esset. ¶ Abduxisse autem non tantùm is videtur qui per vim abduxit: verùm is quoque qui persuasit [x] comiti vt eam desereret. ¶ Tenetur hoc edicto non tantùm qui comitem abduxit: verumetiam si quis eorum quem [y] appellauisset, affectatúsve esset. ¶ Appellare est blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Hoc enim non est conuicium facere, sed aduersus bonos mores attentare. ¶ Qui turpibus verbis vtitur: non tentat pudicitiam, sed iniuriarũ tenetur. ¶ Aliud est appellare: aliud affectari. Appellat enim qui sermone pudicitiam attentat. Affectatur qui tacitus [z] frequenter insequitur. Assidua etenim frequẽtia quasi præbet nonnullam [a] infamiã. ¶ Meminisse autem oportebit, non omnem qui affectauit, nec omnẽ qui appellauit, hoc edicto conueniri posse. Neq; enim si quis colludendi [b] †, si quis officij [c] honestè faciendi gratia id fecit: statim in edictum incidit, sed qui contra bonos mores hoc facit. ¶ Sponsum quoq; ad iniuriarum actionẽ admittendum puto. Etenim spectat ad contumeliam eius iniuria quęcunq; [d] sponsæ eius fiat.

Non est superfluum post generalem clausulam subijcere speciales caussa rei elucidãdæ. h.d.

¶ Ait prætor, Ne quid infamãdi caussa fiat [e]. Si quis aduersus ea fecerit: prout q̃q; res erit, animaduertam. ¶ Hoc edictum superuacuũ [f] esse Labeo ait: quippe cùm ex generali clausula [g] iniuriarũ agere possimus. Sed videtur & ipsi Labeoni, & ita se habet, prætorẽ eandẽ caussam secutum voluisse eriã specialiter de ea re loqui. Ea enim quæ notabiliter [h] fiunt: nisi specialiter notẽtur [i], videnẽ quasi

r ¶ Comitem.] s. virginis.
s ¶ Fœminam.] s. comitem accipere debemus.
t ¶ Et pædagogi.] id est magistri qui pede ad pedem sequuntur. Azo.
v ¶ Perfecerit.] sic s. quod quisq; iur. l. j. in fi. & ne quis eũ qui in ius voca. l. si per alium. §. j.
x ¶ Persuasit.] sic & s. de ser. cor. l. j. §. per suadere. & s. eod. §. fecisse.
y ¶ Eorum quem.] s. comitum. & sic iniuria facta comiti videtur fieri socio itineris. & facit. s. e. sed est questionis. §. fin. & l. j.
z ¶ Tacitus.] hîc melius aperit quàm aliàs quid sit affectari.
a ¶ Nonnullam.] id est aliquam.
b ¶ Colludendi.] vel solatiandi: vt faciũt milites domãdo.
c ¶ Officii.] vt viatores præcedentes.
d ¶ Quæcunque.] an ergo de adulterio accuset? Rñd. vt dices. j. de adulterio. si vxor. §. primo & facit suprà eadem. l. §. fina. Accursius.
e ¶ Fiat.] manibus: scilicet scribẽdo vel pingendo vel sculpendo. Azo. sed si aliter dicas: videtur cautum per superius edictum supra eadem. l. §. ait prætor qui verum. ad hanc expositionẽ videtur contrà infra. §. proxi. & §. generaliter. vnde posset dici generaliter hoc intelligi. Accursius.
f ¶ Superuacuum.] prima fronte. Accursius.
g ¶ Ex generali clausula.] id est ex generali edicto. Sed quæro ex quo. nam nullum aliud propositum est nisi id quod est suprà eadem. l. §. ait prætor qui. ex illo autem constat hîc non agi. sed respondeo: vetus fuit edictum quod nõ habemus, de quo fit mentio suprà eod. prætor edixit. vel si intelligas superiorem §. generaliter. planum est quod hîc dicit. Accursius.
h ¶ Notabiliter.] id est generaliter & regulariter: & generalibus verbis dicuntur. nam talia notabiliter notanda sunt. vel dic notabiliter id est quæ fiunt ad notam & infamiam alicuius. vel notat id est mandet.
i ¶ Notentur.] id est specialibus verbis notentur ad vindictam imponendam.

vide spec. in ti. de aduoca. § ij. ad. do gl. in. c. j. in. j. titul. quomodo diui. offic. fit cele. in prag. sanc.

† al. colẽdi.

neglecta[a]. ¶ Generaliter autẽ vetuit prætor quid ad infamiá alicuius fieri[b]. Proinde quodcũq; quis fecerit[c] vel dixerit[d] vt aliũ infamet: erit actio iniuriarũ. ¶ Hæc autẽ fere sunt quæ ad infamiá alicuius fiunt: vt puta si quis ad inuidiam[e] alicuius veste[f] lugubri vtatur aut squalida, aut si barbam demittat, vel capillos submittat, aut si carmẽ[g] cõscribat vel proponat, vel cantet aliquid quod pudorem alicuius lædat. ¶ Quod ait prætor[h], Si quis aduersus ea fecerit, prout quæq; res erit, animaduertam. sic intelligẽdũ est, vt plenior esset prętoris animaduersio: id est vt quodcunq; eũ mouerit[i] vel in persona eius qui agit[k] iniuriarum actione, vel eius aduersus quẽ[l] agitur, vel etiá in re ipsa[m], id est in qualitate iniurię: nõ audiat eũ qui agit[n]. ¶ Si quis libello[o] dato vel principi vel alij famá alienã insectatus fuerit, iniuriarũ erit agendum: vt Papi. ait. ¶ Idem ait eũ[p] qui euentũ sentẽtię, velut laturus, pecunia vẽdidit: fustibus à præside ob hoc castigatum, iniuriarum damnatũ videri. Vtiq; autẽ apparet hunc iniuriam ei fecisse, cuius sententiá vendidit[q]. ¶ Si quis bona alicuius, vel rem vnã[r] per iniuriá occupauerit: iniuriarũ actione tenetur. ¶ Itẽ si quis pignus proscripserit vẽditurus, tanquá à me acceperit, infamãdi mei caussa: Seruius ait iniuriarum agi posse. ¶ Si quis nõ debitorẽ[s] quasi debitorẽ appellauerit, iniuriæ faciẽdæ caussa: iniuriarum tenetur. ¶ Prætor ait, Qui seruũ alienũ aduersus bonos mores verberasse, deq; eo iniussu domini quæstionẽ[t] habuisse dicetur: in eum iudiciũ dabo. Itẽ si quid aliud factum esse dicetur: caussa cognita iudiciũ dabo. ¶ Si quis sic fecit iniuriá seruo, vt domino faceret[v]: iudico dominũ iniuriarũ agere posse suo nomine. Si verò non ad suggillationẽ domini id fecit: ipsi seruo facta iniuria, inulta à prætore relinqui non debuit: maximè[x] si verberibus vel quæstionibus affligeret. hoc enim & seruũ sentire[y], palàm est. ¶ Si communem quis seruum verberauerit, vtiq; hac actione non tenebitur: cùm iure dominij[z] id fecerit.

Nec si fructuarius id fecerit, dominus cum eo aget: vel si proprietarius fecerit, fructuarius eum cõueniet[a]. ¶ Adijcitur[b], Aduersus bonos mores verberauerit. vt nõ omnis omnino qui verberauerit, sed qui aduersus bonos mores verberauerit, teneatur. Cæterùm si quis corrigẽdi animo[c] verberauerit, aut si quis emendandi: non tenetur. Vnde quærit Labeo, si magistratus municipalis seruũ meũ loris ruperit: an possim cũ eo experiri, quasi aduersus bonos mores verberauerit? Et ait iudicẽ debere inquirere quid facientẽ seruum meũ verberauerit. nam si honorẽ ornamẽtaq; petuláter attẽtantẽ cęciderit, absoluendũ[d] eum. ¶ Verberasse dicitur abusiuè & qui pugnis cęciderit. ¶ Quæstionem[e] intelligere debemus & tormenta & corporis dolorẽ ad eruẽdam veritatẽ. Nuda ergo interrogatio vel leuis territio non pertinet ad hoc edictũ. ¶ Quæstionis verbo etiá ea quá malá mansionẽ Græci dicunt[f], cõtinebitur. Cùm igitur per vim & tormẽta habita quæstio est: tũc quæstio intelligitur. Sed & si iussu domini quis quæstionẽ habeat, modũ tamen[g] excesserit[h]: teneri eũ debere Labeo ait. ¶ Prætor[i] ait: Si quid aliud factũ esse dicetur: caussa cognita iudiciũ dabo. Proinde si quidem verberatus sit seruus, vel tormentis de eo quæstio habita est: sine caussæ cognitione[k] iudiciũ in eum cõpetit. Si verò aliá iniuriá passus sit, nõ aliter cõpetit, quàm caussa cognita: quia prætor nõ ex omni caussa, iniuriarũ iudiciũ serui nomine permittit. Nam si leuiter percussus sit, vel maledictũ ei leuiter: non dabit actionem. At si infamatus sit vel facto aliquo, vel carmine scripto: puto caussæ cognitionẽ prętori porrigẽdá, & ad serui qualitatẽ. Etenim multũ interest qualis seruus sit, bonæ frugi[l], ✻ ordinarius, dispensator, an verò vulgaris vel mediastinus, an qualisqualis. & quid si compeditus, vel malè notus, vel notę extremæ? Habebit igitur prætor rationem tá iniuriæ, quę admissa dicitur, quá personæ serui in quẽ admissa dicitur: & sic aut permittet

a ¶ Neglecta.] à prætore. sic &. s. nautę cau. stabu. l. & ideo. §. j. & de publi. l. j. §. publicanus. plus ergo quod specialiter fit vel dicitur, valet: vt &. s. de acquir. hære. si quis mihi bona. §. sed vtrum. & de auro & argẽ. lega. l. quintus. §. sed quod quintus. & in aut. de nupt. §. soluto. ibi, vnde donec. &. C. de ser. pign. da. l. ij. & de acti. empt. quæro. argu. contrà. j. de reg. iur. l. expressa. Azo.

b ¶ Fieri.] generaliter ergo hîc accipiendum est: & hoc subijcit, proinde &c. sic. s. de lega. præstan. l. j. & de legatis. iij. si plures. in fine tituli.

c ¶ Quis fecerit.] hoc ex verbis edicti.

d ¶ Vel dixerit.] hoc ex sententia. Azo.

e ¶ Ad inuidiam.] id est iniuriam.

f ¶ Veste.] facit. j. e. veste m. & in aut. de san. epis. §. pen. &. C. de his qui notan. infa. l. decreto.

g ¶ Si carmen.] facit s. e. l. lex Corne. in fin. & l. seq. &. j. eo. §. prætor ait. Accursius.

h ¶ Quod ait prætor.] vt. s. eodem. §. ait pretor ne quid &c.

i ¶ Mouerit.] ne debeat audire agentem.

k ¶ Qui agit.] vt qa talis est cui facta sit iniuria: cui famæ damnum non est iniuria: vt. C. vt intra certum tempus. l. ij.

l ¶ Aduersus quẽ.] vt quia libertus aduersus patronũ pro leui iniuria: vt. s. e. prætor. §. pretereà. &. §. penulti.

m ¶ In re ipsa.] statim se exponit, id est in qualitate etiam: vt est cùm sit seruo non atrox: vt. j. eod. §. ait prætor.

n ¶ Qui agit.] s. actione iniuriarum. vel agit cõtra id quod prętorem mouet. vel tertiò agit, id est facit iniuriã. audit tamẽ eum qui actionẽ proponit: vel agit, id est excipit dicendo se nõ teneri: quæ duæ vltimæ in idẽ recidũt, & aliũ sensum dant quã dixerim exponendo. & facit vt ex qualitate agatur. j. de ter. moto. l. ij. §. de pœna. &. s. de neg. ge. l. Põponius. ij. & de lega. j. l. si seruus plurium. in fi. &. s. e. prætor edixit. §. pe. &. §. fi.

o ¶ Si quis libello.] infamatorio. & facit s. e. l. lex Corne. §. fi. & l. seq. vel dic in ciuili etiã ex caussa vexãdi: vt. s. eo. iniuriarũ. §. ij.

p ¶ Idem ait eum.] assessorẽ vel comitẽ.

q ¶ Vendidit.] aliâs vẽdidit: & aliâs indicauit: & aliâs iactauit: & punitur æquali pœna dãs, & accipiẽs: vt. C. de accu. qui explicãdi: vbi plenè dixi.

arg. in aut. de san. epis. §. si quis aũt erit. &. §. p oĩbus. &. C. de epis. & cleri. si quẽquã. in fi. facit. s. de suspe. tut. l. tutor. §. q ad alimẽta. Acc.

r ¶ Vnam.] facit. s. vi bo. raptorum. l. ij. §. vel cuius. Accursius.

s ¶ Si quis non debitorem.] vt. j. l. si creditor. & l. si iniuriæ.

t ¶ Quæstionem.] hoc expone. vt. j. e. §. quæstionẽ. &. §. quæstiõis.

v ¶ Vt domino faceret.] i. ad eius suggillationem vt eum cruciaret facta est. sic insti. de excu. tut. §. idẽ si propter vim.

x ¶ Maximè.] hoc ideo quia idẽ dicetur etiã si aliâs atrociter cruciet eũ. & sic concor. insti. e. §. seruus. & §. si communi.

y ¶ Sentire.] ergo ipsemet agit. & hoc qdam cõcedũt. & pro eis. s. vi bo. rapt. l. prętor. §. pe. &. j. de sepul. vio. l. iij. §. si seruus. sed quãlibet earũ expone vt suo loco dictũ est. & hîc dicas dominum non seruũ agere: vt. C. de iudi. l. seruus. licet sentiat: vt dicit inspecto iure naturali: vt. s. de his qui sui iur. sunt vel alie. l. ij. §. dñorum. & facit. j. e. §. interdum. Accursius.

z ¶ Cùm iure dominij.] nobilis præsumptio: vt &. s. pro so. l. merito. nisi cõtrà probet: vt ĩ ar. cõtra. s. de ser. cor. si qs seruũ. & ad legem Aquil. l. sed si communem.

a ¶ Conueniet.] repete negationẽ. & facit j. e. l. §. si vsumfructũ.

b ¶ Adiicitur.] in. §. prætor ait. q est. s. ea. l.

c ¶ Animo.] in hoc facit. C. de emenda. propinquo. & de emenda. ser. &. j. ad Turpil. l. j. §. calũniatoribus. Accursius.

d ¶ Adsoluendum.] s. iudicem.

e ¶ Quæstionem.] facit. j. proxi. §. &. s. ad Syl. l. j. §. quęstionẽ. & C. de iura. calũ. l. j. in fi. & de rei ven. cùm super vernis.

f ¶ Dicunt.] vt si ponit in carcerẽ[a] vt non comedat donec dicat id de quo quærit. & facit. s. deposi. l. si hominem. Accursius.

g ¶ Modum tamen facit.] C. de emenda. ser. & de emẽda. propinquo. &. s. de serui. si cui. &. s. solu. mat. si constãte. §. si maritus. &. s. de cond. ob cau. l. cùm seruus.

h ¶ Excesserit.] ad iniuriã domini. Accur.

i ¶ Prætor.] vt. s. ea. l. §. prætor ait qui.

k ¶ Caussæ cognitione.] vt &. s. e. l. §. quod ait prætor.

l ¶ Bonæ frugi.] sunt enim diuersæ qualitates in seruis: vt. s. de vsufru. l. sed & si qd. §. mãcipiorũ. & de ædil. edic. l.

a Vide Budæũ in annota. posteri. hîc quæ dicatur mala mansio.

✻ vide in hũc locum Budæ. s. de ser. cor. l. j. de seruo autem ordinario vide Celium rhod. lib. lectio. antiqua. vj. ca. xxxij.

aut denegabit actionem. ¶ Interdum iniuria seruo facta ad dominum redundat, interdũ non. Nam si pro libero se gerentem, aut cùm eum alterius potius quàm meum existimauit quis, cęciderit, nõ cæsurus [a] eum si meum sciisset: non posse eum quasi mihi iniuriam fecerit [b], sic conueniri [c], Mela scribit. ¶ Si quis seruo verberato iniuriarũ [d] egerit, deinde posteà damni iniuriæ agat: Labeo scribit eandem rem, [e] non esse: quia altera actio ad damnum [f] pertinet culpa datum: altera ad contumeliam [g]. ¶ Si vsumfructum in seruo habeam, tuq; proprietatẽ: & is verberatus sit, vel quæstio de eo habita: iniuriarum actio magis [h] proprietario quàm mihi competit. Idemq; probatur & si seruũ eum quem bona fide posſidebam, cæciderit, domino enim magis competit iniuriarum actio. ¶ Item si liberum hominẽ qui mihi bona fide seruiebat, quis cæciderit: distinguendum est vt si in meam contumeliam pulsatus sit, competat mihi iniuriarum actio. Idem ergo & in seruo alieno bona fide mihi seruienti: vt toties admittamus iniuriarum actionem, quoties in meã contumeliam [i] iniuria ei facta sit. Nam ipsius quidem serui nomine domino dabimus [k] iniuriarum actionem. Si autem me [l] tangat & pulset: iniuriarum mihi quoq; actio est. Ergo & in fructuario idẽ distingui potest. ¶ Si seruum plurium cęcidero, competere iniuriarum actionem omnibus, plus quã manifestum est.

Paulus ad edict. LEX XVI.

SEd non esse æquum [m] pro maiore parte quàm pro qua dominus est, damnationem [n] fieri. Pedius ait: & ideo officio iudicis portiones [o] æstimandæ sunt.

Vlpianus ad edict. LEX XVII.

SEd si vnius permissu id fecero: si quidẽ solius eius esse putaui, nulli competit iniuriarum actio. Planè si sciui esse plurium: ei quidem qui permisit, iniuriarum actio non cõpetit [p], cæteris cõpetit. ¶ Si iussu tutoris aut procuratoris [q] vel curatoris quæstio habita sit: cõsequẽs erit dicere cessare [r]

edic.l.fi.§.fi.&.l.j.in fi.cum seq.&.ꝫ.de offi.præ.l.fi. & insti.eo.§.pœna.in fi.§.

a ¶ Non cæsurus.] cęcidit non cæsurus. Accursius.

b ¶ Iniuriam fecerit.] at conueniretur à domino pro iniuria atroci factã quasi seruo non quasi sibi. aliâs esset contrà.ꝫ. ea.l.§. si quis sic fecit. nec obstat ei quod dico non agi.ꝭ. e.l.eum.§.fi. in princi. quoniam licet ibi non agat pater vel maritus: agit tamen ea persona quæ passa est iniuriam. at hic si nõ ageret dominus, nemo alius posset agere: & sic iniuria esset inulta. quod esse non debet. Item argu. cõtrà. ꝫ.de ser.cor.l.doli. §.j.

c ¶ Conueniri.] contrà.ꝭ.eo.l.eum.§.si iniuria. sed ibi aliud in seruis: aliud in liberis. vel plenè ibi dices. Item arg.contrà. ꝫ. de neg.gest. item si cùm. &.ꝫ.de acquir.hære.is qui putat. in eo quod hic non inspicitur nec quod in opinione nec quod in vero est omnino. Accursius.

d ¶ Iniuriarum.] ex eodem facto.

e ¶ Eandem rem.] id est eandem caussam: quia iam interuenirent quæ dicuntur. ꝫ. de excep.rei iudi. l. cũ quęrit.§.& an eadẽ.

f ¶ Ad damnum.] vt aquilia. Accursius.

g ¶ Altera ad contumeliam.] vt iniuriarum. sed si primo egit iniu. ciuiliter, posteà non aget criminaliter: vt.ꝫ.e.prætor edixit.§.j. Item videtur huic.l.cõtrà.ꝫ.arbo. fur. cæ.l. si colonus. Sol. vt ibi. Itẽ cõtrà.ꝫ.de act.& obl.l.qui seruũ.in seruum.in prin. hæc secundũ illã. Itẽ cõtra.C.e.l.dominũ. sed dico ibi loqui in actione legis Aquilię: & de ea dico eã cõtinere damnũ. Alij dixerunt de actione iniuriarũ vt cõtineat damnũ nõ principaliter, sed secundario, sicut ibi. sed secundũ eos nõ video quare si egit vna, non debeat repelli si agat alia: nisi dixerit hoc tunc esse cũ noluit rationẽ damni haberi in actione iniuriarũ. Item facit ad legẽ istã.ꝫ.de priua.deli.l.ij. Sed arg.contrà.ꝫ.de acqui.hære.l.illud dubitari.

h ¶ Magis.] electiuè ponitur [a]. & hoc etiam nisi in contumeliam fructuarij facta sit: vt.ꝭ.proxi.§.in fin.&.ꝫ.de vsufr.l. vsusfructus. quæ sunt contrà. & est ad hoc.ꝫ.ad.l.Aquil. item mela.§.pe.&.§.fi.&.l.sequen.&.l.si dominus. & insti.e.§.ꝙ si vsufru.

a Gl. est similis in.l.ij. §.j.ꝫ. si certũ pet.& in l.in cõmodato.§.sic. ꝫ.commo.

i ¶ In meam contumeliam.] vt & insti.eo.§.sed si in libero.& facit.ꝫ.proxi.§.&.§. si quis sic. Accursius.

k ¶ Dabimus.] si læsus est in eius contumeliam: si atrox sit, etiam si non sit læsus in eius contumeliam: vt differat à fructuario.

l ¶ Si autem me.] possessorem.

m SEd non esse æquum.] aliàs æquũ: & hæc est bona. & aliâs iniquum: & tunc Pedius malè dixit: & ideo corrigitur statim.

n ¶ Damnationem.] sic &.ꝫ.de leg.j.si seruus pluriũ.in princ.& de stipu.seruo.l.proinde.in prin. Sed contra inst.e.§.si cõmuni. vbi dicit plus vni' iniuriã æstimari quã alterius, si nobilior vel dignior est. Sol. hîc corrigitur: vel hîc sunt æquè nobiles & boni: vel illud cũ ad suggilationẽ dñorũ fit iniuria: hic nõ: sed atrociter est seruus tractatus. Vel verius: hîc nõ negat vnũ plus pro sua dimidia petere quàm alter: cùm si totus esset nobilioris, peteret.xx. nunc petit.x. si econtra totus esset vilioris domini, peteret.x. nunc petit.v. Accursius.

o ¶ Portiones.] aliâs petitiones.

SEd si vnius.] CASVS. princi. huius satis declaratur in fine casus præcedenti. ¶ Seruus meus.] Querela tua falsa vel instigatione tua seruum meum potestas fecit flagellari. teneris hac act. sed si est mortuus seruus: ob hoc agam Aquil. cõtra te. ¶ Quędam.] Leuis iniuria facta à libero, leuiter punitur: à seruo autẽ facta, grauiter punitur. Secundò dicit. pro iniuria facta à seruo oritur passo actio iniuriarũ noxalis: & est in electione domini serui vel tradere seruum verberandũ: vel dare seruũ pro noxa: vel emẽdare iniuriam: & iudicis arbitrio imponetur modus verberũ quando seruus traditur verberandus. Tertiò dicit. si exhibitus est seruus coram iudice vt verberetũ iudicis arbitrio pro iniuria quam fecerat: & verberatus est: amodò si passus iniuriam velit agere iniuriarũ, nõ poterit. idẽ si iniuriã remisisset nuda volũtate. Idẽ si tẽpore extincta sit actio iniuriarũ: vt his casibus non poſsit esse iniuriarũ actio. ¶ Si iussu.] Seruus meus me iubente fecit tibi iniuriã: teneor act. iniuriarũ etiã meo nomine. seruus autem manumissus posteà ipse tenetur. nõ enim debebat domino parere. vnde & si occidit hominem meo iussu: licet sit posteà manumissus, tamen tenetur. si tamen caussa defendẽdi dominum seruus alicui iniuriam fecit: non tenetur factus liber, nec ego pro eo. ¶ Si seruus.] Seruus in quo habebã vsumfru. fecit mihi iniuriã: competit mihi actio iniuriarum noxalis contra proprietariũ. secus si esset seruus cõmunis mei & alterius: nam pro iniuria quã mihi facit, non habeo act. cùm si extraneo fecisset, tenerer pro eo. ¶ Ait prætor.] Ponitur edictum cuius sensus est. facta iniuria alicui qui sit in alterius potestate: si is qui habet eum in potestate, non sit præsens: neq; procurator aliquis existat qui velit agere pro eo: ipsi passo iniuriam prætor permittit agere act. iniuriarum caussa cognita. Secundò loquitur Vlpia. facta iniuria filio Titij, & Titius sit præsens, non potest tamen agere: quia furiosus est: vel alio iusto impedimento: dicitur quòd iste filius aget hac actio. cùm pater eius pro absente sit. Sed pone ꝙ Titius est sanæ mentis, & præsens: non vult tamen agere iniuriarũ: sed remittit hanc act. Dicitur quòd filius nõ potest agere. & redditur ratio: nisi persona patris sit vilis: persona filij actoris habilis. nã hoc casu remiſsio patris non nocet filio. Sed pone quòd pater cœpit agere, & lite contestata incipit abesse, vel negligit procedere, cùm sit vilis persona. hoc casu filius procedet in caussa etiam si non sit emancipatus. Posteà exponit verbum edicti illud scilicet, neq; procurator &c. scias enim quòd si procurator patris vult agere: filius nõ poſsit agere: si tamen ipse procurator negligat aut colludat, tunc filius agere potest. & procuratorem intelligo etiam generalem. Posteà exponit alia verba edicti, si caussa cognita. nam inspicitur si pater à longe abest, & si cito est reuersurus, vt sic expectetur. Itẽ quæ persona sit filij: vt si non idonea ad agendum, vt sic non admittatur. posteà exponit alia verba edicti, scilicet, ei qui iniuriam accepit: & dicit quòd comprehendunt etiam patrem paſsi iniuriam. vbi facta est iniuria nepoti: & pater est præsens, auus abest: patri dabitur actio. Posteà dicit. dictum est patre absente filio dari actionem. plus dico quòd & filius potest hoc casu agere per procuratorem. Item si nepoti facta est iniuria, & non sit auus præsens: pater paſsi iniuriam poterit agere per procuratorem. & subijcitur notabilis regula. Posteà dicit, filius absente patre egit iniuriarum actio. pater reuersus nomine filij agere non poterit. Vltimò dicit. filio datur hæc actio quoties nemo agit pro patre. Idem est seruandum siue sit in potestate siue emancipatus: siue mortuus sit pater, & filius sit exhæredatus: vel ex parte scriptus hæres, & eam adiuit: siue abstinuit se à paterna hæreditate: nam semper his casibus filio prædicto passo iniuriam datur hæc actio. Franciscus.

p ¶ Non competit.] quia non fit iniuria volenti: vt suprà eodem. l.prima.§. vsque.& infrà. §.proximo. & argumen. suprà solu. matrimo. cùm mulier. & suprà commodati. si vt certo. §.planè si sic. & ad hoc suprà de seruitute rusticorum prædiorum. per fundum. & de leg.ij. cùm pater.§.libertis. & manda. l. si præcedente in fine. & de ope.noui nuncia.l.de pupillo.§ si plurium. & quorum lega.l.j.§.si alter. & de separa.l.j.§.quæsitum. & ad senatuscon. Sylla. l.finali. Accursius.

q ¶ Aut procuratoris.] habentis generalem & liberam administrationem. Accursius.

r ¶ Cessare.] facit hic tutor ne pupillo quæratur actio: vt & aliâs.

iniuriarum actionem. ¶ Seruus meus opera tua vel querela [a] tua flagellis cæsus est à magistratu nostro. Mela putat mihi dandã iniuriarum actionem aduersus te inquantum [b] ob eam rem æquũ iudici videbitur. Et si seruus decesserit, dominũ eius agere posse [c] Labeo ait: quia de damno quod per iniuriam factum est, agatur. & ita Trebatio placuit. ¶ Quædã iniuriæ à liberis hominibus factæ, leues & nullius momenti esse vidẽtur [d]: eædẽ tamen [e] à seruis factæ, graues sunt. Crescit enim contumelia ex persona eius qui cõtumeliam facit. ¶ Cùm seruus iniuriã facit: maleficium eum admittere, palàm est. Igitur meritò sicut ex cæteris delictis, ita & ex hoc iniuriarũ noxalis actio datur [f]. Sed in arbitrio [g] domini est an velit eum verberandũ exhibere, vt ita satisfiat ei qui iniuriam passus est. Neq; enim erit necesse domino vtiq; eum verberandum præstare [h]: sed dabitur ei facultas [i] præstare seruum verberandũ: aut si de eo verberibus satis non fiat [k], noxæ dedẽdum, vel litis æstimationẽ sufferẽdam [l]. ¶ Prętor ait, Arbitratu iudicis. vtiq; quasi [m] viri boni, vt ille modũ verberũ [n] imponat. ¶ Si ante iudicẽ dominus verberandũ seruum suũ exhibuerit, vt satis verberibus ei fieret, & erit factũ arbitratu iudicis [o]: posteà actor agere iniuriarũ perseueret: non est audiẽdus. Qui enim accepit satisfactionẽ: iniuriã suã remisit [p]. Nam & si nuda voluntate [q] iniuriã remisit, indubitatè dicendũ est extingui iniuriarũ actionẽ: non minus quàm si tẽpore [r] iniuria fuerit abolita. ¶ Si iussu domini seruus iniuriã fecerit: vtiq; dominus cõueniri poterit etiã suo [s] nomine. Sed si proponatur seruus manumissus, placet Labeoni in eũ dandam actionẽ: quia & noxa caput [t] sequitur, nec in omnia seruus domino parere debet. Cæterùm [v] & si occiderit iussu domini: Corneliæ eũ eximemus [x]. ¶ Planè si defendẽdi domini gratia aliquid fecerit, rationẽ ei cõstare apparet [y]: inq; eã rem aduersus agentẽ exceptio objiciẽda erit. ¶ Si seruus in quo vsusfructus meus est, iniuriã mihi fecerit: aduersus dominũ noxali iudicio experiri potero [z]: neq; debeo deterioris cõditionis [a] ob hoc esse ꝙ vsumfructũ in eo habeo, quàm si nõ haberẽ: aliter atq; si cõmunis esset. tũc enim nõ daremus socio actionẽ, eapropter, quia & ipse iniuriarũ actione tenetur [b]. ¶ Ait prætor [c]: Si ei qui in alterius potestate erit, iniuria facta esse dicetur: & neq; is cuius in potestate est, præsens erit: neq; procurator quisquã existat qui eo nomine agat: caussa cognita ipsi qui iniuriã accepisse dicetur, iudiciũ dabo. ¶ Filiofamiliâs [d] iniuriã passo, si præsens sit pater, agere tamen nõ possit propter furorẽ, vel quẽ aliũ casum demẽtiæ: puto cõpetere iniuriarũ actionẽ. nam & hic pater eius, absentis loco [e] est. Planè si præsens agere nolit, vel quia differt, vel quia remittit atq; cõdonat iniuriã: magis est vt filio actio [f] non detur. nam & cùm abest: idcirco datur actio filio, quia verisimile est patrẽ, si præsens fuisset, acturũ [g] fuisse. Interdũ tamen putamus & si pater remittat, iniuriarũ actionẽ filio dandã: vtputa si patris persona vilis abiectaq; sit, filij honesta. Neq; enim debet pater vilissimus, filij sui contumeliam ad suam vilitatem [h] metiri. Ponamus eum esse patrem cui iure meritoq; curator à prętore cõstituatur. ¶ Sed & si lite cõtestata cœperit abesse [i], vel etiam negligere executionẽ pater vilis:

C. de admini. tut. l. pupillorum. non vt quæsita pereat: vt. ff. de admi. tuto. Lucius. in fine. & ff. de fur. l. tutor. quæ sunt argu. contrà. & facit. ff. quod vi, aut clàm. l. aut. §. firmiter. Accursius.

a ¶ Vel querela.] scilicet falsa. Accursius.

b ¶ Inquantum.] facit insti. e. §. pœna.

c ¶ Agere posse.] actione. l. Aquiliæ: vt probat sequens litera: quia & contra. nõ autem in actione iniuriarum venit damnũ: vt supra eodem. l. itẽ apud. §. si quis seruo. & competunt etiã seruo mortuo: vt &. ff. de actioni. & obligatio. l. quæcunq;. & facit. ff. e. l. item. §. fecisse. &. C. de accusa. l. non ideo. &. ff. de condictio. ob caussam. l. penulti.

d ¶ Videntur.] & ita modicè coërcendæ.

e ¶ Eædem tamen.] aliâs tamen eædem, & aliâs enimuero. & facit. ff. e. prætor. §. atrocem. & l. itẽ apud Labeonẽ. §. quod ait prętor. &. §. prætor ait si quid. &. C. de epis. & cleri. si quis in hoc. & de liber. & eorũ lib. l. ij. Item facit. ff. soluto matrimo. l. si cùm dotem §. eo tẽpore. &. j. ea. l. §. interdũ tamen. &. §. quod autẽ ait. & ff. si ex noxa. caussa agatur. l. si seruũ. Accursius.

f ¶ Actio datur.] vt & institut. de noxa. in princip. &. §. sunt autem. in actione autem de dolo distinguitur: vt &. ff. de dolo. l. si oleum. §. hæc actio. Accursius.

g ¶ Sed & in arbitrio.] actore scilicet pro vindicta postulante secundum Bart.

h ¶ Præstare.] vt iniuriam passus habeat seruum apud se. sic & in lonbarda de libero homine exhi. l. si seruus cum voluntate. & l. si quis liber homo. Accursius.

i ¶ Facultas.] iniuriam passo hoc postulante. Accursius.

k ¶ Non satisfiat.] amittit ergo electionẽ propter moram: vt. ff. de pecu. leg. l. j. in fin. Accursius.

l ¶ Sufferẽdã.] alternatiua est ergo sententia: vt insti. de offi. iudi. in prin. &. ff. de re iudi. l. miles. §. decem. & de confes. l. certum. §. j. & facit. ff. de mino. l. quod si minor. §. si seruus. &. ff. de iur. om. iudi. l. si quis. §. in seruos. & de his qui deiec. vel effu. l. j. §. cùm seruus. &. ff. si ex noxa. cau. agatur. l. si seruum.

m ¶ Quasi.] assertio veritatis est [a]: nam iudex bonus vir dicitur: vt hîc, &. ff. de verb. obli. l. cõtinuus. §. cùm ita. & in hoc facit. ff. pro socio. l. in proposita. & de leg. iij. fideicom. §. sic fidei.

n ¶ Verberum.] cùm verberãdus traditur ex caussa quæ. ff. proxi. §. dicitur. & hoc edictum non habemus cui hoc adiungitur.

o ¶ Iudicis.] vt. ff. proxi. §. aliâs alicuius.

p ¶ Remisit.] sic. ff. de admini. tuto. l. si pupillus alterum.

q ¶ Nuda voluntate.] vt per abolitionem: vt insti. e. in fi. &. ff. eo. l. non solùm. §. j.

a Adde gl. si concord. ff. l. j. de trãsac. & in. l. Lucius titius. in. l. cũ in hanc. de re. credi. & in. l si verò ante. ff. sol. matrimo.

r ¶ Si tempore.] anni: vt. C. e. si non conuicij.

s ¶ Suo nomine.] s. domini. Accursius.

t ¶ Noxa caput.] vt inst. de noxa. §. omnes.

v ¶ Cæterùm.] i. si noxa caput non sequatur.

x ¶ Eximemus.] respon. non: & sic interrogatiue lege. & ad hoc. ff. de noxa. l. ij. & quod vi, aut clàm. l. is qui. §. si tutoris. & de acti. & obli. l. si seruus non vi. &. j. de regu. iur. l. ad ea. &. C. ad leg. Iul. de vi. seruos.

y ¶ Apparet.] vt non teneatur: vt. ff. ad Syll. l. cùm dominus occiditur. & argu. ff. de bo. lib. cui cùm maior. §. si patris.

z ¶ Experiri potero.] sic. ff. de noxali. l. qui vsumfructum.

a ¶ Conditionis.] sic. j. de capti. in bello. §. si quis serum. ibi, rursus constitutio & contrà. Accursius.

b ¶ Tenetur.] si extraneo fecit iniuriam. & est bona ratio: vt &. ff. de noxa. l. cùm seruus cõmunis. in prin. & ad. l. Aqui. si seruus seruũ. §. j. &. C. de fur. si seruus cõmunis. in princi. & l. apud antiquos. &. ff. famil. ercis. l. & puto. §. fi. & arg. ff. de neg. gest. l. siue hęreditaria.

c ¶ Ait prætor.] plenè subsequẽter hęc verba exponuntur.

d ¶ Filiofamiliâs.] datiui casus.

e ¶ Absentis loco est.] vt &. ff. de iure codi. l. ij. §. furiosus. sed contrà. ff. de procur. l. ij. §. j. sed expone vt ibi. & facit. ff. solu. matrimo. l. si cùm dotem. §. si soluto. & de in ius vocan. l. si libertus. & de actio. & obliga. filiusfa. & infrà eodem. seruo. § filio. & suprà de iudi. si longius. §. j. & de procu. filiusfa. & l. non solùm. §. si pater. Item facit ad hoc vt pater iniuriam filij remittat infrà ad leg. Iuliã. de vi. qui cœtu. §. fina. & suprà ad Syl. l. diuus. &. C. de reuo. do. l. fina. & in authẽt. de iureiurand. à mo. §. j.

f ¶ Filio actio.] secus in filio qui in patris præiudicium non remittit: vt. ff. de pactis. l. in persona. item secus in bo. po. posses. quam pater non remittit in præiudicium filij: vt. C. de repu. bono. posses. l. ij. Item hæc vera etiã si ex lege Corn. actio iniuriarum oriatur secundum H. alij cõtra. ff. eo. titu. l. lex Cornelia. §. illud. & §. seq. Item secus in querela in offic. testa. vt. ff. de inoffi. test. l. Papi. in princ. ADDITIO. Dic secũdum Bar. ꝙ ibi erat iniuria soli filio, quæ nõ trãsibat ad patrẽ: ideo per patrẽ nõ potest remitti. vide circa hũc. §. quod not. per gl. in. l. in personã ff. de pac. & per Inno. extra de senten. excom. c. non dubium.

g ¶ Acturum.] facit. ff. de verb. obli. continuus. §. cùm ita stip. in fi. Sed argu. contrà. ff. sol. ma. l. ij. §. voluntatem.

h ¶ Vilitatem.] aliâs vilitatem, aliâs vtilitatem. & ad hoc. ff. solut. mat. si cùm dotem. §. eo autem tempore.

i ¶ Abesse.] nec sit procurator patris qui agat.

dicendū est caussa cognita [a] translationem filio competere. Idē est & si emācipatus [b] filius esse proponatur. ¶ Procuratorē patris prętulit prætor ipsis personis quæ iniuriā passæ sunt. Si tamē procurator aut negligat, aut colludat, aut nō sufficiat [c] aduersus eas personas quæ iniuriam fecerint: ipsi potius qui passus est iniuriā, actio iniuriarum competit. ¶ Procuratorem [d] autem † accipere debemus non vtiq; [e] eum cui specialiter data est procuratio actionis iniuriarum: verùm sufficit esse eum cui omnium rerū administratio mandata est. ¶ Quod autem ait prætor, caussa cognita, iudicium permitti: ita accipiendum est, vt in cognitione caussæ hoc versetur, quā longè pater absit, & quando sit peruenturus [f]: & nūquid is qui [g] iniuriarum vult actionem mouere, segnior, vel inutilis admodū [h] sit, & qui nō sufficiat ad rei alicuius administrationem, ac per hoc nec ad actionem [i]. ¶ Quod deinde † ait [k], Qui iniuriam accepisse: interdum ita accipiendum est, vt patri eius competat actio: vtputa nepoti facta est iniuria: pater pręsens est: auus abest. scribit Iulianus patri potius [l] dandā iniuriarū actionem, quàm ipsi nepoti: ad cuius (inquit) officium pertinet etiā viuēte auo filium suum in omnibus tueri. ¶ Idem Iulianus scribit filium non tantum ipsum agere [m] debere, verum procuratorē quoq; dare posse. Alioquin (inquit) nisi ei permiserimus procuratorem dare posse, futurum est vt si valetudine impediatur, neq; sit qui iniuriarū actionē exequatur: impediatur actio. Idē ait & si nepoti facta sit iniuria, & nemo sit qui aui nomine agat, permittendū esse patri experiri: & is procuratorē dabit. omnibus enim qui suo nomine actionem habent, procuratoris dandi esse facultatem [n]. Intelligitur autem filium (inquit) familiâs suo nomine [o] agere, cum patre cessante prætor ei agere permittit. ¶ Si filiusfamiliâs iniuriarū egerit [p], patri actio [q] non competit.

¶ *Filiofamiliâs datur actio iniuriarum existenti in patris potestate, & etiam emancipato: uel aliâs liberato à patria potestate. Barto.*

¶ Idē ait filiofamiliâs iniuriarū nomine actionē dari quoties nemo est qui patris nomine experiatur: & hoc casu [r] quasi patrēfamiliâs cōstitui. Quare siue emācipatus sit, siue ex parte hæres script⁹, vel etiā exhæredatus, siue paterna hæreditate abstinuerit: executionem litis ei dandā. Esse enim perabsurdū, quē p̄tor manente patria potestate ad actionē admittendū putauerit, ei patrifamil. vltionem iniuriarū suarū eripi, & transferri ad patrē, qui eam, quantū in ipso est, omiserit: aut (qđ est indigni⁹) ad hæredes patris [s], ad quos non pertinere iniuriā filiofamiliâs factam, proculdubio est.

Paulus ad edict. LEX XVIII.

Eum qui nocētē infamauit [t]: nō esse bonū & æquū ob eam rē cōdēnari. Peccata enim nocentiū nota esse, & oportere & expedire. ¶ Si seruus seruo fecerit iniuriā: perinde agendū est [v] quasi dño sì fecisset. ¶ Si nupta filiafamiliâs iniuriā acceperit: & vir & pater iniuriarū [x] agēt. Pōponius etiā rectè putat tanti patri cōdemnandū esse reū, quāti cōdēnaret si ea vidua esset. Viro tāti, quāti cōdēnaretur si ea in nullius potestate esset: ꝙ sua cuiusq; iniuria propriā ęstimationē haberet. Et ideo si nupta in nullius potestate sit: non ideo minus eā iniuriarū agere posse ꝙ [y] & vir suo nomine [z] agat.

¶ *Quando iniuria infertur in aliquem principaliter, ueritas inspicitur potius quàm opinio: & cùm infertur in aliquem per consequentiā, inspicitur opinio potius quàm ueritas. Bar.*

¶ Si iniuria mihi fiat ab eo cui sim ignotus, aut si quis putet me Lucium Titium esse, cùm sim Caius Seius: præualet quod principale est iniuriā eum mihi facere

---

a ¶ Caussa cognita.] hoc expone vt. ĵ. e. §. quod autem. & facit. ĵ. e. l. §. idem ait filio. Accursius.

b ¶ Si emancipatus.] post litem contest. à patre: in potestate tamē erat cùm sibi facta fuit iniuria. alioquin sine distinctione ageret. & facit ad hanc translationem. C. de rei vxo. act. l. j. §. videamus. & de vsufru. sed & si quis. §. si operas. & C. cōia de le. l. fi. § j. ibi, cēsemus itaq; &c. & de leg. j. l. cū res. & ĵ. de sepul. viola. l. iij. §. non perpetuæ. & ĵ. ea. l. §. fi. & s̄. de iudicijs. l. tā ex cōtractibus. sed an de nouo incipiat agere fili⁹, an procedet in instantia patris? dic ꝙ in prima instātia procedet: vt arg. d. l. tam ex contractib⁹. de rei vxo. act. de calūnia tamen iurabit filius: vt. C. de iura. calum. aut. principales.

c ¶ Non sufficiat.] vel quia nō potest ꝓbare mādatū: vel quia pauper. argu. s̄. man. si procuratorē. §. si ignorātes. Vel quia aliâs habet tot administrare, vt huic non possit supersedere. arg. s̄. de procur. l. si filiusfa. §. j. & l. seq. vel fortè propter potentiā aduersarij: arg. s̄. de ali. iudi. l. iij. in princip. vel quia nescit talia facere, ꝗa est simplex vt. ĵ. e. §. quod autem ait.

d ¶ Procuratorem.] fa. s̄. de sol. l. vero. & s̄. de administra. tuto. si duo. in fine. & s̄. de pactis. l nam. sed arg. cōtrà. s̄. de procu. l. Pompo. in princi. cum suis concordantijs.

e ¶ Non vtique.] s. tantum.

f ¶ Sit peruenturus.] vt. s̄. de iudi. l. si longius. in princi.

g ¶ Is qui.] s. filius.

h ¶ Admodum.] id est valde.

i ¶ Ad actionem.] intentandam.

k ¶ Quod deinde ait.] ei daturum actionem. Accursius.

l ¶ Patri potius.] vt procuratori aui. & facit. s̄. de procur. filius.

m ¶ Agere debere.] quādo ipse accepit iniuriam: vt. s̄. de acti. & obligati. filius. Accur.

n ¶ Facultatem.] ad hoc. s̄. de procu. l. j. §. vsus. & C. de procu. l. j. §. fi. & s̄. fami. ercis. planè. & s̄. e. non solū. §. agere. quandoq; etiā est necesse per procuratorem agere: vt. C. de procu. l. penul. quādoq; etiam non potest etiam si vult: vt in criminalibus: vt. ĵ. de publ. iudi. l. penul. §. ad crimen. nisi quandoq; in crimine iniuriarum: vt C. de iniur. l. fi. extra iudicium autem constat quemlibet posse ordinare procuratorem in sua re: vt s̄. de procu. l. j. in prin. Accursius.

o ¶ Suo nomine.] ergo hoc casu de calumnia iurabit, cùm legitimam habeat administrationem: vt. C. de iuramento calumniæ. l. ij. §. quod obseruari.

p ¶ Egerit.] & exegerit. Idem tamen videtur & si non egerit in casu licito. Accursius.

q ¶ Patri actio.] volenti agere post de iniuria filij nomine actione iam intentata per filium: at suo potest: vt s̄. eodem. l. j. §. fina. & ĵ. eo. l. pater. Accursius.

r ¶ Hoc casu.] facit. s̄. ea. l. §. filiæ. Accursius Floren.

s ¶ Ad hæredes patris.] cùm fortè pater iam nomine filij esset litem contestatus, secūdum R. & facit. s̄. de operis liberto. l. si operarū. & C. de rei vxori. actio. §. videamus. & §. & ex hoc. Itē facit. s̄. soluto matrimonio. l. si marito. §. si voluntate. & C. de vsufr. l. fi. Accursius.

Eum qui nocentem.] CASVS. Dixi de aliquo multa mala: & erant vera: nō teneor hac actione: & redditur ratio in litera. Secundò dicit, seruus tuus fecit iniuriā seruo meo. habeo hanc actionem perinde ac si mihi fecisset iniuriam. quod expone vt in gl. domini mei Acc. Tertiò filiam tuam duxi in vxorem: facta est ei iniuria. dicitur quod oritur actio patri, itē mihi viro: & inquantum, dicit. si autem erat sui iuris, & ego agam, & ipsa: nec vna tollitur per alteram. Quartò dicit. quidam me non cognoscens fecit mihi iniuriam. bene tenetur. idem si credebat me esse alium. nam & hoc casu mihi tenetur hac actione. si autem qui faciat mihi iniuriam credit me esse patremfamili. hoc casu non videtur fieri iniuria viro: secus si faciens iniuriam sciat me filium esse: licet ignoret cuius vel sciat bertam nuptam, nec sciat cui. nam his casibus fit iniuria patri: item viro: & eis competit hæc actio. Franciscus.

t ¶ Infamauit.] Non tamen libello famoso: vt. C. de fa. lib. l. j. Item hoc siue in iudicio agendo iniuriarū siue alio modo etiam extra ius: vt patet generali ratione: peccata enim & contrà. & ad hoc. C. eodem. l. si non es. & l. si non cōuicij. & l. penulti. & suprà ad Sylla. l. lege. & C. de off. re. prouin. l. iustissimos. & in decretis. ij. quæst. j. si peccauerit. Accursius.

v ¶ Perinde agendū est.] & ita iniuriarum nascitur actio: sed non intantum: vt. s̄. eodem. l. prætor. §. penul. & s̄. de pericul. & commodo rei vend. l. custodiam. & facit. s̄ eodem. itē apud. §. ait prætor. sic econtra maior dicitur quæ à seruo fit: vt. s̄. l. proxima. §. quædam. Accursius.

x ¶ Iniuriarum.] vt. s̄. eo. l. j. in fine. & C. eodem. l. ij. & inst. eodem. §. patitur. Accursius.

y ¶ Quòd.] id est quia.

z ¶ Nomine.] scilicet viri. id est pro iniuria quæ videtur viro fieri, cùm eius vxori fiat.

† Iste text. est valde not. & sing. ad hoc ꝙ quemadmodum procurator cōstitutus ad negotiū siue negotia potest per consequentiam etiam deducere rem in iudiciū, per glo. no. in. l. cū minor. s̄. rem ra. ha. ita etiam cōstitutus hoc modo, constituo te ꝓcuratorē rerū mearū. nā videtur constitutus ad recuperāda & exigēda nomina debitorum. Bolo.

† Scribent. hic maximè Bart. dicunt hūc textum not. ad hoc ꝙ nepos debet aliàpatre suo: non autem ab auo: & hoc dum dicit tex. in omnibus tueri Bolog.

a ¶ Certus sum ego.]& sic non obst.ſ.e.item apud.§. cui. vbi dicitur incertæ personæ non fieri iniuriam.

b ¶ Putet me.]ad.§.istū facit.ſ.quod vi,aut clàm.l.aut qui.§.si quis dum.& ad leg.Aquil.sciẽtiam.§.qui cùm aliter.& de fur.l.falsus.§. qui alienum.& de neg.gest.item si cùm putaui.§.fi.& de ser.cor.doli. &.ȷ.de adul.si postulauerit.§.si liber.&.ȷ. ꝑ xi.§.in fi.sed contrà.ȷ. proxi.§.in princi. Sed 10 ibi extra personam patientis producitur: & sic duo contra propositum inferentis: qđ nõ potest esse: & sic etiam potest tolli aliud contrà.ſ.e.item apud. §.interdum:. item non obstat.ſ.eo.illud.§.fi. quia ibi nõ habuit a-20 nimum inferendi iniuriam alicui. & eodẽ modo respondeo ad.l. si cum seruo.Item facit arg.contra.ſ.quib. ex cau.in pos.ea.l. Fulcinius. §. quod si aduersus.&.C.de hæred. insti. si pater. &. ſ. de iurisdi.om.iudi. si per 30 errorem . sed in hoc exigebatur consensus duorum:quod hic nõ est.

velle.nam certus sum ego [a] , licet ille putet me [b] aliū esse quàm sim: & ideo iniuriarū habeo actionẽ. ¶ At cùm aliquis filiumfami [c] . patremfami.putat [d] ,nõ potest videri iniuriā patri facere: non magis quàm viro,si mulierem viduā esse credat:quia neq; in personam eorū [e] confertur iniuria:nec trāsferri personæ putatio ex persona filiorum ad eos potest : cùm affectus [f] iniuriam facientis in hunc tanquàm in patremfa.consistat.ꝙ si sciſſet [g] filiumfamil.esse, tamen si nesciſſet cuius filius esset,dicerẽ (inquit)patrem suo nomine iniuriarum agere posse:nec minus virum [h] ,si ille nuptam esse sciret [i] : Nam qui hæc non ignorat: cuicūq; patri,cuicūq; marito, per filiū, per vxorem † vult facere iniuriā.

Caius ad edict. LEX XIX.

SI creditor meus cui paratus sum soluere, in iniuriam meā fideiussores meos interpellauerit: iniuriarum mihi tenetur [k] .

Idem Aliâs Modesti. L. XX.

SI iniuriæ faciendę gratia Seia domum absentis debitoris signaſſet sine authoritate eius qui concedendi ius potestatẽmve habuit:iniuriarum actionem intendi posse responsum [l] est.

Iabolenus. LEX XXI.

Z INiuriarum ęstimatio [m] non ad id tempus quo iudicatur, sed ad id quo facta est,referri debet.

Vlpianus ad Sab. L. XXII.

SI liber pro fugitiuo apprehensus [n] erit: iniuriarum cùm eo agit [o] .

Paulus ad edict. L. XXIII.

IS qui in domum [p] alienam inuito domino introierit,quamuis eum in ius vocat, actionem iniuriarum in eum cõpetere Ofilius ait.

Vlpianus ad Plaut. L. XXIIII.

SI quis proprium seruū distrahere prohibeatur à quolibet, iniuriarum experiri potest [q] .

Idem ad edict. L. XXV.

SI stuprum serua passa sit,iniuriarum actio domino dabitur:at si celauerit mancipium,vel quid aliud furandi animo fecerit, etiam furti [r] :vel si virginem immaturam stuprauerit,etiam legis Aquiliæ actionẽ [s] competere quidam putant.

*Caius. L. XXVI.

SI quis seruum meum vel filiū ludibrio habeat, licet consentientem [t] :tamẽ ego iniuriam iam videor accipere:veluti si in popinam duxerit illum,si alea luserit [v] .Sed hoc vbicunq; [x] locum habere potest quoties ille qui suadet,animum iniuriæ faciendę habet.Atquin potest malum consilium dare & qui dominum ignorat:& ideo incipit serui corrupti actio neceſſaria esse [y] .

Idem ad edict. L. XXVII.

SI statua † patris tui in monumento [z] posita saxis [a] cæsa est: sepulchri violati agi non posse,in iuriarum posse Labeo scribit.

Vlpianus ad Sab. L. XXVIII.

3 INiuriarum actio in bonis nostris [b] non computatur antequā litem contestemur.

c ¶ Cùm aliquis filiumfami.]ex parte suppositi,patremfa.ex parte appositi.Accur.

d ¶ Putat.]id est credit patremfa.qui filius 40 fa.est.Accursius.

e ¶ In personam eorum.]s.parentum.

f ¶ Affectus.]qui inspicitur:vt.ſ.e.l.illud. in prin.

g ¶ Sciſſet.]mutat casum.& sicut hîc subijcit,loquitur.ſ.e.l.j.in princ.&.§.siue autem.

50 h ¶ Virum.] posse agere.

i ¶ Sciret.]licet ignoret cuius esset . aliud est in seruo.nam si fiat iniuria ab ignorante, cùm esset nõ facturus si dominum cognouiſſet:non tenetur : vt in contrario.ſ. eo. itẽ a-60 pud.§. interdū . Vel dic ꝙ licet non crederet eius filium vel vxorem:tamen animus eius erat,vt cuiuscunq; esset filius vel vxor,idem facturus esset : vt subijcit.secus si nullo modo feciſſet si Titij puta filium vel vxorem cognouiſſet esse:vt ibi:potest tamẽ tūc agi filij vxoris ve nomine:ar. ſ.e.itẽ apud.§.si qs sic.& facit.ſ.ad Mace.l.sed Iulian⁹.§.itẽ si duos.

SI creditor.]CASVS.Creditor meus cùm vellem ei soluere,interpellauit fideiussores meos cauſſa me iniuriandi. Dicitur 70 ꝙ habeo hanc actionem contra eum.Fran.

k ¶ Tenetur.]s.qui satisda.cog.l.si verò pro.§.qui pro.Accur.

SI iniuriæ.]CASVS. Domum debitoris absentis in iniuriam eius signauí quasi debitoris mei, sine authoritate eius qui potest hoc concedere.dicitur ꝙ teneor hac actione.Franc.

l ¶ Posse respon.]& facit.ſ.de furtis,qui vas.in princip.&.§.fi.&.l. qui iniuriæ.&.C.vt nemini lice. sine iudi. auth. sig.impo.l.j.&.ij.& ȷ.de pœnis.l.ij.&.ȷ.de regu.iur.l.nemo de domo.&.C.ad.l. Iuliā de vi publi.l.in poſſeſ.&.l.qui in domum.

m INiuriarum æstimatio.]aliâs actio,aliâs ęstimatio.& dic re-80 ferri ad tempus illatæ iniuriæ,cùm fortè posteà sit facta vilior persona,vel econtra honestior:& fiet hæc æstimatio per sacramentū agẽtis:qui iuret ꝙ tantū de suo potius amisiſſet, quā hanc iniuriam esset paſſus,& non se paſſurum iniuriam pro tanto,vel nolle esse tantum lucratum.arg.ȷ.de pœnis.l.penul.& sic intelligitur insti.e.§.pœna.sed cùm hęc actio descendat ex lege Corne.non iniuriam paſſus, sed iudex æstimat:vt.ȷ. eo. constitutionibus.§. fi. & est sic ad legem. ſ.si quis cau.qui autem.§.illud.&.ſ.si ta.te.ex.in fine.& de edẽ. vbi.

§.j.& de ser.cor. doli.§.fi.Sed arg.contrà.ſ.man.l. si procuratorem. §.mandati.&.ȷ.de iure fis.l.iij.§ diui fratres.

SI liber.]CASVS. Cępi liberū hominẽ sciẽs eū liberū quasi fugitiuum seruum meum:teneor ei hac actione.Franciscus.

n ¶ Apprehensus.]à sciente liberum,& cauſſa inferendæ iniuriæ: ne obsit.ſ.eo.illud.§.si quis.at seruum fugitiuum capere licet:vt.ſ. de ser.fugi.l.j.§. vnusq10 uisq;.

o ¶ Agit.] apprehensus.Accursius.

IS qui in domū.] CASVS: Qui domum alienam inuito domino domus intret:licet intret cauſsa vocãdi eum in ius, acti.iniuriarum tene-20 tur.Franciscus.

p ¶ Is qui in domum.]vt &.ſ. de in ius vocan.l.plerique.& in aut.vt desun.seu fune.§.j.&.ſ.de furtis. l. vulgaris. §. qui furti. &.ȷ.de regu. iur.l. nemo.&.ſ.e.l.si iniuriæ.

SI quis.]CA-30 SVS. Siquis ꝓhibet me vendere seruum meum: iniuriarū actione tenetur. Frã.

q ¶ Experiri potest.]vt.ſ.eo.iniuriarum.§.penul.&.§.fi.

SI stuprū.]CASVS. Stuprasti ancillam meam. tene-40 ris mihi hac actione.si autem seruū meū celasti:furti teneris. si autem ancillam meā nondum viripotẽtem stuprasti, teneris etiā actione legis Aquilię. Franciscus.

r ¶ Etiam furti.] cū non erat meretrix: a-50 liâs ceſſat furti:vt.ſ. de fur.l.verū.&.l. fullo.§.qui ancillam. quę sunt contra.& facit. ſ. eodem.l. sed est quæstionis.§.fina.& infrà de adult. l. inter liberas.in princ.

s ¶ Actionem.]sed si matura,ceſſat Aquil. 60 vt suprà ad legem Aquil.si seruus serui.§.si oliuā . Accur.

m ❡ Conſul.] Item nomẽ Imperatoris ſcribi debet: vt arg. in aut. vt præpo: nomẽ Imperatoris. ſic ergo cõſul & dies ponitur in initio libelli, ſecũdũ R. & dic, cõſul apud quẽ fit accuſatio: vel. i. Imperator qui quãdoq; in ſignũ humanitatis vtebatur veſte cõſulari, & ſecũdũ hoc fit in inſtrumẽtis: & deinde ſequit̃ narratio libelli, apud illũ &c. Sed quidam dicunt annos domini vel nomen Imperatoris non apponi in his libellis accuſatorijs, ſed tantùm in inſtrumentis in quibus habetur memoria temporis. vel dic tertiò, conſul. iſtius anni. Accurſius.

n ❡ Et dies.] quo datur, non quo ſcribitur libellus: vt in aut. de exhi. & introdu. §. ſuſcepto. & idem in ciuili, ſed à reo, nõ ab actore: vt d. aut. Alij hîc exponunt dies ſcripti libelli. quod nihil eſt, niſi dixerint & dati, quando eodem tempore ſcriberetur & daretur.

o ❡ Titius.] loquitur in tertia perſona, idem ſi in prima.

p ❡ Et perſona.] vtraque ſcilicet. ſic. ſ. de dolo. l. ſed ſi ex dolo. § fin. arg. j̃. de appel. l. j. in fi. & . l. ſcio. j. rñ.

q ❡ Neque autem diem.] commiſsi criminis ſcilicet, ſed dati libelli ſic. Item eſt contrà ſ. quod vi. aut clàm. l. aut. § j.

r ❡ Neque horam.] admiſsi criminis. & hoc ne quid &c. argu. ſ de edendo. l. j. §. editiones.

s ❡ Non fuerint.] ſcilicet vt hîc dictum eſt: vt not. C. eo. in cauſis.

a ¶ Aboletur.] id est cancellatur accusatio postulăte reo: vt infrà §. si accusator.

b ¶ Repetendi.] solenniter & legitimè, si tempora accusationis largiantur. vt infrà de adulte. l. accusaturus. & dices. j. proxi. §.

c ¶ Subscribere.] dicendo: huic meæ accusationi subscribo, & vsq; ad finem vel sententiă perseueraturum promitto. super hoc etiam fideiussorem dabit: vt C. ad Turpil. l. j. & infra. l. sicui. Vel dic sub scribit dicens & profiteor me dedisse talem libellum. per quem statim intelligitur esse ligatus ad talionem: vt hîc, &. d. l. sicui Tertij dicŭt quòd exprimat, vt, scribo me paratum subire eandem pœnă. vt dices in. l. si cui. & fit hæc subscriptio ante lit. contest. vt infrà ad Turpil. l. senatus. §. qui post.

rei nomen aboletur [a], & ex integro repetendi [b] reum potestas fiet. ¶ Item subscribere [c] debebit is qui dat libellos, se professum esse: vel alius [d] pro eo, si literas nesciat.

¶ Iste. §. legitur duobus modis. secundum unam lect. hoc intendit. Eodem modo debet formari libellus in alijs criminibus similibus sicut in adulterijs. secundum aliam lect. hoc dicit. Non solùm de crimine adulterij: sed & de pluribus alijs similibus poterit quis accusari. Barto.

¶ Sed & si aliud crimen objiciat, veluti quòd domum [e] suam præbuit vt stuprum materfamilias pateretur: quòd adulterum deprehensum dimiserit [f]: quòd pretiŭ pro comperto [g] stupro acceperit & siquid simile [h]: id ipsum libellis comprehendendum erit.

¶ Accusatore defuncto uel aliter impedito rei nomen aboletur, & intra triginta dies repetitio conceditur. Bar.

¶ Si accusator decesserit, aliáve causa [i] eum impedierit quominus accusare possit, & siquid simile [k] est: nomen rei aboletur [l] postulante reo: idque & lege Iulia de vi & senatusconsulto cautum est: ita vt liceat alij [m] ex integro repetere reum. sed intra quŏd tĕpus [n] ? videbimus. Et vtiq;. xxx. dies vtiles obseruandi sunt.

Vlpianus ad edictŭ. LEX IIII.

d ¶ Vel alius.] ad qđ. C. de testa. l. hac consultissima. in prin.

Subscriptio accusatoris in libello per quæ verba fiat, & quid contineat.

e ¶ Quòd domum.] infrà de adulte. qui domum.

f ¶ Dimiserit.] infrà de adulte. l. mariti. in prin.

g ¶ Comperto.] vt. d. ti. l. mariti. §. comple ctantur.

h ¶ Simile.] vt suprà de mino. l. auxilium. §. j. Et not. quòd hîc dicit Azo ex hoc. §. qđ vnus accusat vnŭ simul de diuersis delictis: licet secus sit de vno: vt. C. eod. l. j. & l. de crimine. sed potest dici quòd alius sit hîc sensus scilicet si libellus adulterij malè stet potest & de his dicere non simul, sed primo de vno, & sic alternatiuè. vel dic, sicut in accusatione adulterij ponuntur plura in libello: vt suprà sic & in his criminibus. vel dic, finita prima accusatione, sed non interim. & sic potest intelligi quod Azo dixit: arg. ff. titu. j. l. interdum.

i ¶ Quædam causa.] sic & illa comprehenditur quam dixit in superiori. §. puta si malè conceperat libellos: de qua loquitur infrà de adul. l. accusaturus. vel intellige hŭc. §. lit. cŏt. quădo alia de causa, puta morbo vel simili quis impeditur. sed si impediatur mala cŏceptione libelli, poterit iterum accusare intra viginti annos tanto enim tollitur tempore criminalis accusatio: vt. C. de fal. querela. H. nisi & prima minori tempore tollebatur, vt adulterium per quinquennium: de quo loquitur superius responsum.

k ¶ Simile.] vt feriæ repentinæ. aliâs videtur abundare. H.

l ¶ Aboletur.] id est cancellatur: & ità à iudicij obseruatione absoluitur.

l ¶ Aboletur.] nomen rei: non quidem absolutè, sed ita &c.

m ¶ Alii.] supple etiam. nam idem potest scilicet si viuit, & cesset impedimentum intra idem tempus triginta dierum: vt hîc, & suprà proxi. rñ. & infrà ad Turpil. l. aut priuati. in princi. & §. xxx. & l. in senatus. §. fina. & C. de generali abo. l. j. & infrà eodem hi tamĕ. §. fina. nisi sit priuata abolitio: quo casu non potest, nisi de hoc supplicet principi: vt. C. de aboli. l. j. & facit. C. si reus vel accu. l. fin. §. j.

n ¶ Quod tempus.] scilicet alius accusare poterit: quod certè vsque. ad. xxx. dies: vt hîc, &. j. eodem. hi tamen. in fine.

Qui iudicio.] CASVS Hæc lex enumerat quosdam qui accusare non possunt, quos videas in litera. Fran.

o ¶ Non habet.] quia infamis est: vt suprà tit. j. l. infamen. & hoc si extraneum de nouo vult accusare. secus si non de nouo. Item secus si suum accusatorem etiam de nouo, nisi ciuitatem vel libertatĕ amiserit per dănationem: vt. ff. ti. j. l. is qui.

p ¶ Mortem.] si ergo nŏ sic exequatur suam vel suorum iniuriam, non admittitur: licet alij infames quandoque admittantur qui non sunt iure publico damnati: vt. ff. titu. ij. l. famosi. &. ff. e. l. mulierĕ. vbi in accusatione annonę infamis accipitur.

q ¶ Notatis.] id est qui per calumniam aliquem accusauerunt. nă sunt infames, sicut & inferiores: vt suprà de infa. l. j. & facit suprà de preuari. l. accusator. Accursius.

r ¶ Item iis.] scilicet ius accusandi adĕptum est, qui &c. & dic intromissi scilicet per sententiam damnationis: vnde efficiuntur serui pœnæ: vt infrà de pœ. l. qui vltimo. Item si sua sponte pro mercede: secus si gratia virtutis: vt suprà de postul. l. j. §. bestias.

Qui iudicio publico damnatus est, ius accusandi non habet [o], nisi liberorum vel patronorŭ suorŭ mortem [p] eo iudicio, vel rem suam exequatur. Sed & calumnia notatis [q] ius accusandi adĕptum est, itĕ iis [r] qui cŭ bestijs depugnandi causa in arenă intromissi sunt: quive artem ludicram vel lenociniŭ [s] fecerint: quive præuaricatiŏis calŭniæúe causa quid fecisse iudicio publico pronunciatus fuerit: quive ob accusandŭ, negotiúmve [t] cui faciendum pecuniam accepisse iudicatus [v] erit.

Idem ad edictŭ. LEX V.

Seruos quoque adulterij posse accusari nulla dubitatio [x] est. Sed qui prohibentur adulterij liberos homines accusare [y], iidem seruos quoq; prohibentur. Sed ex rescripto diui Marci etiam aduersus proprium [z] seruŭ accusationĕ instituere dominus potest. Post hoc igitur rescriptum accusandi necessitas [a] incumbet domino seruŭ suum. Cæterùm iustè mulier nupta [b] præscriptione [c] vtetur.

Idem. LEX VI.

Leuia [d] crimina audire & discutere de plano [e] proconsulem oportet, & vel liberare eos quibus objiciuntur, vel fustibus

s ¶ Lenocinium.] De eo dicit quod est ff. de infam. athletas. §. ait prætor. quod ipso iure infamat. sed & de illo de quo dicitur. ff. de adulte. l. ij. §. ij. loqui potest vt licet ante sententiam non sit infamis, tamen repellatur ab accusatione adulterij si obijciatur ante lit. contesta. vt. C. de adul. l. ita pudor. & l. quoniam non potest. &. ff. de adulte. l. ij. §. qui hoc dicit. & §. si publico.

t ¶ Negotiúmve.] vt calumniosum.

v ¶ Iudicatus.] vel conuictus, secŭdum Albe. arg. ff. de testi. l. testium. §. penul. licet ibi propter testimonium, hîc propter accusationem faciendă vel non faciendam pecuniam accepit, tamĕ eadem æquitas est, licet quidam contrà. & tenetur lege Iulia repe. vt infrà. ad. l. Iulia. repe. l. eadem. §. j. & sic infamat, cùm sit publicum iudicium: vt. ff. ti. j. l. j. & l. infamem.

Seruos.] CASVS. Serui etiă possunt de adulterio accusari, qui tamĕ nŏ possunt accusare liberum hominĕ: vt de his habuisti. ff. l. proxi. ille nec etiă serui potest accusare. Vltimò dicit. Dominus potest seruum suum de adulterio accusare: & si nŏ accusat. & nupta cum qua commisit seruus adulterium, separet se à viro, & nubat alij: amodò ipsa non poterit accusari, nisi prius adulter accusetur. Fran.

x ¶ Dubitatio est.] vt. j. eo. hos. §. omnibus.

y ¶ Accusare.] quod euenit in casibus superioris. l. &. j. eo. qui accusare. & facit. l. hos. §. si seruus.

z ¶ Aduersus proprium seruum.] q. d. non solùm aduersus alienum, vel dic non solùm aduersus liberum. Accursius.

a ¶ Necessitas.] non precisè, sed dic solenniter: vel dic, si vult cum pœnam subire legitimam: velimò si vult accusare adulteram iam alij nuptam, vt subijcit.

b ¶ Nupta.] iă qua diuerterat prior vir propter adulterium commissum antequàm accusaretur de adulterio seruus, & antequam denuncietur ne nubat: vt infrà de adul. l. ij. in prin. & l. denunciasse. Accursius.

c ¶ Præscriptione vtetur.] vt ab adultero incipiat: vt. d. l. denunciasse: & l. ij. in prin. & l. nuptura. & l. qui vxori. & l. vim passam. §. nuptam.

Leuia.] CASVS. Leuia crimina potest procŏsul de plano, id est licet non sedeat pro tribunali, cognoscere. & quæ sint leuia. dic vt in glossis. hîc positis. Fran. Accur.

d ¶ Leuia.] vt. l. Iulia de anno. vel leuia id est priuata crimina, secundum Alb. & crimen de nauibus submersis. vt. C. de naufra. l. de submersis & crimen abigeatus: vt. C. de abige. secŭdŭ H. vel cognitio custodum: vt. ff. de quæstionibus. l. vnius. §. fi.

e ¶ De plano.] id est sine libello: vt. d. l. de submersis. & suprà de offi. proconsul. l. nec quicquàm. §. de plano. secundum Albe. vel secundum alios sine inscriptione, cum libelli tamen oblatione. nam dicunt in istis non esse necessariam inscriptionem: vt. C. eo. si quis se. Sed certè imò in omnibus tam publicis quàm priua. dico necessariam inscriptionem: vt suprà de priua. deli. l. fin. & de fur. l. si. & C. de iniur. l. fin. nisi in crimine abigeatus: vt. C. de abigeis. vel etiam in alijs specialibus quæ not. C. qui accu. nŏ pos. l. qui crimen. Sed tamĕ bene

a Quid importat ista clausula de plano in rescriptis & quę possit concedi: vide gl. in extrauaganti ad reprimĕdă. in ver. de plano. & gl. in cap. fi. in ver. figura. extra de here. li. vj. & cle. sępe. sub eo. ver. & ibi nota ui in a post. ad Lateran. de oria sub eo. ciă ver bo de verb. signi.

bene appello leuiã quæ dixi,& alia quæ non sunt ita magna,vt crimen lenocinij:& similia:& alia de quibus fit mẽtio.ꝫ.de offi.procõ. l.nec quicquam.§.de plano.& quod hic dicit de plano:licet non sedeat pro tribunali poterit discutere iudex:vt.ꝭ. de quæsti.vnius .§. fi.& de adulte.miles.§.sexaginta.& facit in aut.de manda.princi. §. si tibi.

ben.l.iij.§.si tamen &.C.eo.siquis homicidij.&.ꝫ.de præuari.l.iij.in prin.&.ꝭ.de adul.l.iij.in fi.

h ¶Admittendum eum.] no.qui semel malus est,& postea præsumitur:vt hîc,&.ꝫ.de suspe.tu.l.iij.§.si autem.&.§.si curator.&.ꝭ.eo. l.alij.&.ꝫ.de testi.l.produci.&.ꝫ.de pub.l.locatio. §. licitatores vectigalium ad iterandam.& ecõtra qui semel bonus &c.vt &.ꝭ. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. & sic de ꝓterito ad præsens &c.sic.ꝫ.qui.mo. pig.vel hypo. sol.l.sicut. §. superuacuum. ar. contrà. C. de proba.l.cum te. Item qui semel diues,& hodie: vt.C.de proba.ex persona. qui semel pauper,& modò:vt.ꝫ.de proba.non est.qui semel dominus:& tunc sed in pos.dicit Ioan. secus:vt no. C.de proba.siue possidetis.

a ¶Seruos.] aliâs cæsos aliâs non.& facit. ꝫ. de incen.rui. nau.l. pedius.§.j.

SI cui.] CASVS. Qui accusat,debet subscribere se ad talionem si non ꝓbauerit: debet etiã dicere se perseueratu rum in accusatione. Secundò dicit.de quo crimine quis est absolutus,non potest iterum accusari ab eodem,sed ab alio sic, si sua intersit, & probet se ignorasse de accusa.prima.Item probet primum accusantem fuisse præuaricatum. Tertiò dicit.qui accusauit calumniosè, & succubuit : non potest eundẽ de alio crimine accusare . filius tamen eius posset accusare non obstante calumnia patris. Quartò dicit . seruus in ea ciuitate in qua deliquit,puniendus est:& dominus serui in eo loco in quo seruus deliquit,debet eũ defendere . Vltimò dicit.sacrilegium commisit Titius in ciuitate Mutinæ. Item aliud delictũ minus primò commisit.idem Titius in hac ciuitate Boñ. cùm hic sit, debet de primo delicto hîc facto cognosci . posteà remittitur ad ciuitatem Mutiñ.Fran.

castigare,vel flagelis cæsos [a] liberare.

Idem. **LEX VII.**

SI cui crimen obijciatur, præcedere debet in crimen subscriptio [b] .quæ res ad id inuenta est,ne facilè quis prosiliat ad accusationem : cùm sciat inultam sibi accusationem non futuram . Caueant itaque singuli quod crimen obijciant:& prætereà perseueraturos [c] se in crimine vsq; ad sñĩam.

¶ *Absolutus non potest de eodem crimine accusari ab eodem uel ab alio,nisi fuerit ignorans,& suam iniuriam prosequatur . Item idem accusator non potest eundem de alio crimine accusare: nisi suã ꝓsequatur iniuriã.secus in filio eius.*Bar.

¶Ijsdem criminibus q̄bus quis liberatus est,non debet præses pati eundem iterum accusari [d] . Et ita diuus Pius Saluio Valenti rescripsit.Sed hoc vtrum ab eodem, an nec ab alio accusari possit , videndum est.Et putem,quia res inter alios iudicatæ,alijs non præiudicant [e] :si is qui nunc accusator extitit,suum dolorem persequatur,doceatque [f] se ignorasse accusationem ab alio institutam : magna ex causa [g] admitti eum ad accusationem debere. Si tamen alio crimine postuletur ab eodem qui in alio crimine eum calumniatus sit,puto non facilè admittendũ [h] eũ qui semel calumniatus sit:quãuis filium accusatoris admitti oportere aliam accusationem instituentem aduersus eum quem pater accusauerat [i] ,diuus Pius Iulio Candido rescripsit.

¶*Ibi debet quis puniri ubi deliquit.*Bartolus.

¶ Idem Imperator rescripsit seruos ibi puniendos , vbi deliquisse arguantur:dominumq́ue eorum, si velit eos defendere,non posse reuocare in ꝓuinciã suã:sed ibi oportere defendere,vbi deliquerunt [k] .

¶*Quis debet suum processum expedire antequam reum etiam pro maiori crimine ad iudicem alterum remittat.*Bar.

¶ Cùm sacrilegiũ admissum esset in aliqua prouincia, deinde in alia minus crimen:diuus Pius Pontio ꝓcõsuli rescripsit,postquã cognouerit de crimine in sua ꝓuincia admisso,vt reum in eam ꝓuinciã remitteret [l] ,vbi sacrilegiũ admisit.

¶*Cognito uno de cõtrarijs cognoscitur aliud: & contrariorum eadẽ est disciplina .uel aliter: Omnes regulariter possunt accusare,nisi personæ prohibitæ.*Bar.

Marcellus. **LEX VIII.**

QVi accusare possunt intelligemus,si scierimus qui nõ possunt [m] .Itaq; prohibentur accusare alij propter sexum vel ætatem:vt mulier [n] vel pupillus. Alij

i ¶Pater accusauerat.] calumniosè: vt ex postfacto apparuit. & sic not. quod delictum patris non nocet filio: vt.ꝭ.de pœnis.l. crimen. sed arg. contra. C. ad le. Iuliã maie. l. quisquis.

Patris delictum filio non nocet.

k ¶Deliquerunt.] vt.ꝫ.de noxa.l.fina.& C. vbi de crimi. agi oportet. l.j. & auth. qua in prouincia &.ꝫ. de iudi. l. venditor. & in eo.tit.l.ij.

l ¶Remitteret.] hoc si latitabat, vt in auth.vt nulli iudi. §.si verò quis.vel hoc speciale:vt in naufragio: vt.ꝫ.de incẽ. rui. nau. l.ne quid vel hoc facere debet ex vrbanitate.& facit.ꝭ. eo.l.fin. &.ꝫ.proxi.§.

QVi accusare.] CASVS. Viso qui non possunt accusare, per cõsequens sciemus qui possunt accusare.& enumerat quasdam personas quæ nõ possunt accusare:& in casu istis personis permittitur accusare,vt si suam iniuriam exequantur. Item liberi & liberti in casu possunt conqueri de patre & de patrono.Item & filius de facto matris potest conqueri in casu quem ponit in litera. Vltimò dicit. Accusatum ab alio accusare non possum: & hoc intelligas pendente accusa.prima.si autem primus accusans desistat,abolit. petita vel non,bene possum accusare eũdem.& hoc dicit hæc lex cũ tribus seq.Fran.

b ¶Subscriptio.] nedum inscriptio. primò enim fit inscriptio, posteà subscriptio.

c ¶Perseueraturos.]scilicet adijcere debet se perseueraturũ: & hîc fortè sumitur subscriptionis forma secũdum R.debet enim scribere se perseueraturum vsque ad finem:& super hoc paratum fideiussorem dare:vel si tabellio scripsit accusationem, satis est si hîc (vel alius pro eo si nescit scribere) subscribat se ita professum:vt.ꝫ. libellorũ. Sed etsi ipse accusator scripsit libellum dicẽs, profiteor me accusare illum:bene fiet si subscribat:& profiteor me ita professum esse.Quidam tamen dixerunt ꝙ subscribere debet se velle pati eandem pænam si non probauerit de crimine, quam passurus erat reus si probauerit.vel subscribere debet se ita professum esse, scilicet velle pati.& de hoc dic hic loqui.ad quod vltimum est.C.de arbi.l.ne in arbitris.& est pro eis.C.de fide.instru. l. ij. & fi.&.C.de adulte.l.ita pudor.&.l.fi.Item facit.C.eo.l.penul.& fi. & qui accusa. non pos.l.iij.

Accusans de crimine qualiter debet libellũ formare.

d ¶Accusari.]ab eodem vel ab alio.Sed quid si transegerit accusatus?Rñ.vt no.C.de transac.l.trãsigere.siue in crimine de quo potest transigi siue non,& siue de publico,siue de priuato:vt in diuersis glo.ibi dixi.Itẽ quid si delato sacramento se purgauit[a]? Rñ.prodesse:vt arg.ꝫ.de iureiur.l.eũ qui.§.in popularibus.nec ob.ꝫ.de iure patro.l.si iurauero.quia fauor ingenuitatis ibi est. Item facit. C. de fide instru.l. iij.

e ¶Non præiudicant.] regulariter : sed fallit hîc: vt & aliâs: vt no.C.qui.res iud.non nocet.l.j.

f ¶Doceatque.]quod est eo ipso quod contrarium non probatur. sic.C.qui mili.non pos.super seruis.nam quilibet ignorare præsumitur:vt.ꝫ.de proba.l.verius vel dic doceat suo sacramento: argu.ꝭ. de re mili.l.non omnes.§.à Barbaris.

g ¶Magna ex causa.] scilicet si doceat de præuaricatione prioris accusatoris:non aliter,secundum Io.vt.ꝫ.de præua.l.præuaricationis.Azo.sed secundum alios subaudi,maximè si doceat.Idem tamen etsi non doceat secundum eos:& sic dicunt alterum horum sufficere:sed tu dic vtrunque necesse si à primo incipias:secus fortè si à secundo sic.C.de iure delib.potuit.& facit ad hoc.ꝫ. de li. ho. exhi-

m ¶Non possunt.] nam quilibet potest qui non prohibetur: vt. ꝫ. quibus ex cau. maio.necnõ.§.quod eis.& no.ꝙ hæ & seq. ll. sunt.ij. q.j.ca.prohibetur.Ac.ur.

n ¶Vt mulier.] mulier non prosequendo suam iniuriam repellitur vt hic,&.C.qui accu.non pos.l.de crimine.sed fallit in crimine maie.vt.ꝭ.ad.l.Iul.maie.l.in quæstionibus.& annonæ:vt. ꝭ. ad. l. Iul. de anno.l.fi.§.fi.& leg.cor.testamentaria:vt.ꝫ.eod.l.ij. Item in crimine suspe.tu.vt insti.de suspec.tu.§.consequens. Item in pupillo dic secus si est adultus maior.xx.an.ad instar testis:non autẽ minor:arg. contrà.ꝫ.de bo.li.l.qui cùm maior.§.sed si non.& de his qui. vt indig.l.post leg.§.his vero. vel dic secundum Azo.& minor: vt not.ꝫ. eo.l.ij.§.pupillus.& dic quod etiam pupillus in casibus admittitur: vt ibi no.Item per sacramentum,scilicet in quo iurant non euitare mortem causa reipu.vt subijcit:vt & C.eo.l.si crimen.&.l. non prohibentur.nisi vt.ꝭ.tit.ij.l.famosi. Item qui habet magistratum id est, merum imperium quod dicitur potestas:vt.ꝫ.de iurisd.om. iud.l.imperium.non potest accusare dum durat magistratus:vt hîc, &. ꝫ. de iniur.l.nec magistratibus.&.ꝭ.de adul.l.si maritus sit in magistratu. quia nec accusari,vt subijcit hîc:&.ꝫ.de in ius vo. l. ij. & dic sine fraude id est sine poena.sic.ꝫ.de ædil.edic.l.cùm autem.§. excipitur. vel fraus fieret reipu.si ab eius cura auocaretur,qui pro eius vtilitate cotidie debet esse solicitus.Ideo enim magistratus dicitur, quia magis instat vtilitati pub.ad quod.ꝭ.de verbo.signifi.l.quibus. & facit.ꝫ.de iudi. pars.& ad Treb.ille à quo. §.tempestiuum. Item infamis non accusat:vt C.eod.l.criminis.&.ꝫ.de popul.ac. l. popularis. nisi vt.ꝭ.ti.ij.l.famosi.&.ꝭ.eo.l.mulierem.& nisi vt.ꝭ.l.hi tamen nam

Accusare plures prohibentur.

propter sacramentum, vt qui stipendia merent. Alij propter magistratum potestatémve in qua agẽtes sine fraude in ius euocari non possunt. Alij propter delictũ proprium, vt infames. Alij propter turpem quæstum, vt qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habẽt, nummósve ob accusandum vel non accusandum acceperunt. Alij propter conditionem suam, vt filij[a] contra parentes, & liberti contra patronos.

Paulus. LEX IX.

Alij propter suspicionem calumniæ, vt illi qui falsum testimonium subornati dixerunt.

Hermogenianus. LEX X.

Nonnulli propter paupertatem, vt sunt qui minus quã quinquaginta aureos[b] habent.

Marcellus. LEX XI.

Hi tamen omnes si suam iniuriam exequãtur, mortémve propinquorum defendant, ab accusatione non excludũtur[c]. ¶ Liberi libertiq; non sunt prohibendi suarum rerum defendendarũ gratia de facto parentum patronorúmve queri: veluti si dicant vi se à possessione ab his expulsos: scilicet non vt crimen[d] vis eis intendant, sed vt possessionem recipiant[e]. Nam & filius non quidem prohibitus est de facto matris querere

& in pecuniaria causa potest agere pro se: vt.§.ad Tertul.l.ij.§.si mulier sit famosa. Item qui accusauit duos: quod potest: vt dices in l.hos accusare.§.lege Iul. nec potest tertium accusare: vt hîc, &.C.eo.l.cum rationibus. & hoc propter quæstum turpem vitandum: sed sicut qui aliâs non potest, admittitur tamen si suam vel suorum iniuriam prosequatur: sic potest hic tertium accusare: vt hîc, &.d.l.cum rationibus. Itẽ qui accepit nummos ob accusandũ vel nõ: quia incidit in.l.Iul.repe.vt.ʒ.ad.l.Iul.repe.l.easdem.§.j.&.ij.& facit.§.l.qui iudicio.in fin. Item liberti patronos non accusant: vt subijcit. imò pœna imponitur: vt C.eo.l.fi.& sic est in seruis & familiaribus cùm nõ possint & puniantur si contra fecerint: vt.C.e.iniquum.&.l.si quis ex fami.& facit.C.de testi.l.libertorum & de fal.l.falsi. Item ꝓpter suspicionem cal. vt quia falsum testimoniũ subornati dixerint: per ꝙ & aliâs præsumuntur malefactores. vt.§.si cui.§.si tamen.in fi.§.&.§.de testi.produci.& in auth. quomodo opor.epi.§.quanta.&.§.de pet.hære.l.postquam in fi.& argu.§.de offi.præ.illicitas.§.ne potentiores. Itẽ socij criminis: vt.C.de lib.cau.l.si filium. Itẽ qui cõmisit simile crimen: vt vir propter lenocinium: vt.ʒ.de adulte.l.ij.§.lenocinij. Item qui destitit: vt.ʒ.ad Turpil.l.ij. Item iure canonum repelluntur alij quia sunt conspiratores: alij qa anathematizati: alij quia sacrilegi: vt.vj.q.iiij.conspiratores.&.c.eos.&.c.nulli. Item inimici: vt.iij.q.v.quia suspecti.&.c.canonica.&.c.omnes.

a Vt filii.] alij non habent in litera vt filij.

b Nonnulli.] Aureos. si tamen diligens sit & fidelis, admittitur, sicut ad tutelam: vt arg.insti.de suspec.tuto.in fin.ti.& in auth.de testi.§ j.&.§.de adop.l.nec ei.§.j.

c Hi tamen.] Non excludũtur. ad quod est.§.e.l.q iudicio.&.C.in qui.cau.co.vel cen.l.ij.in fi. sed hoc fallit in liberis & libertis: quia etiam suam iniuriam prosequẽdo non possunt accusare: sed ciuiliter agere.vt.ʒ.proxi.§.sed aliâs prohibitus etiam graue delictum potest prosequi prosequendo suam iniuriam: vt.C.eodem.l.propter.

d Non vt crimen.] contrà.§.proxi.rñ.Sol.hic speciale in liberis & libertis: vt ibi dixi. alij concedunt in graui etiam liberis & libertis: vt.C.eod.l.propter. quod nõ placet nisi in exceptis criminibus: vt læsæ maiestatis, & adulterij: vt.ʒ.de adul.l.si adulterium.§.liberto nec ob.§.de iniur.prætor.§.præterea. quia ibi ciuiliter. Item facit.C.qui accu.non pos.l.fi.

e Recipiant.] per interdictum vnde vi, si vis fuerit armata: aliâs agitur actione in factum: vt.C.de vi & vi arma.l.j.§.hoc interdictũ. ob atrocitatem facinoris & de obse.l.qui honori. Accur.

f Queri.] per actionem in factum.arg.ʒ.de fal.qui nomine scilicet ad interesse, vel excipiendo.

g Non est.] propter reuerentiam: quod aliâs liceret ei cuius interest; vt.ʒ.de fal.l.j.§.j. Accur.

h Ab alio delatum.] id est accusatũ: & dic pendẽte accusatione prima: & plenius dic vt.C.eo.qui de crimine.in princ. Item contrà.ʒ.de adul.l.ij.in fi.Sol.ibi speciale: & est sic.§.de in ius voc.l.iij.in princi.

i Vel priuata.] quæ ista sint, dic vt.ʒ.ad Turpil.l.abolitio.&.l.sequen.in fi.& sic quod subijcit de desistente, dic quòd quandoque impunè petetur: quandoque non: vt.C.de aboli.l.abolitio.&.§.eod.l.libellorum.in fi.

ri[f], si dicat suppositum ab ea partum, quò magis cohæredem habeat: sed eam ream lege Cornelia facere, permissũ ei non est[g]. ¶ Ab alio delatum[h] alius deferre non potest: sed eum qui abolitione publica vel priuata[i] interueniente, aut desistente accusatore, ex reis exemptus est, alius deferre non prohibetur[k].

¶ *Visum est qualiter accusatio debet formari. Item quæ non personæ possunt accusare, & quæ non: hic autem incipit dicere, quæ persone possunt accusari, & quæ non.* Bar.

Venuleius. LEX XII.

Hos[l] accusare non licet, legatum Imperatoris, id est præsidem[m] prouinciæ, ex sententia Lentuli dicta Sylla & Tyrone† consulibus. Item legatum prouincialem, eius duntaxat criminis quod ante commiserit[n], quàm in legationem veniret. Itẽ magistratum populi[o] Romani, eumve qui reipub. causa abfuerit, dum non retractãdi leges[p] causa abest. ¶ Hoc beneficio[q] etiam inter reos recepti[r] vti possunt, si abolitione interueniente repeti[s] se non debere cõtendant[t]: secundũ epistolam diui Hadriani ad Glabrionem consulẽ scriptam. ¶ Lege Iulia iudiciorũ publicorum cauetur, ne eodem tempore de duobus reis[v] quis queratur, nisi suarũ iniuriarũ causa.

† Aliâs. Trione.

k Non prohibetur.] intra triginta dies: vt.§.eo.libellorum.§.fi.&.§.ti.ij.l.pe.in prin. sed an est opus docere de preuaricatione primi: dic non, vt hîc. sed alij dicunt in publica sic: sed in priuata abolitione non: vt ar.§.de præuari.l.iij.

Hos accusare.] CASVS. Numerat quasdam personasque non possunt accusari: aliqui propter dignitatẽ: alij quia legati: alij propter alias causas similes. Item si accusatus sit absolutus, & nunc cepit habere aliquam de dignitatibus superiorib', & velit de eodem crimine iterum accusare intra triginta dies: repellendus est accusans. Tertiò dicit, non possum duos in eodem libello accusare: nisi pro iniuria mea. Quartò dicit, cùm seruus accusatur: eadem sunt seruanda quæ seruarentur, si liber accusaretur: vt & de hoc habuisti.§.e.l.seruos. Quĩtò dicit: seruus de qua libet lege potest accusari, excepta.l.Iulli. de vi priuata: cum ea lege imponatur pœna tertiæ partis bonorum, quæ pœna in seruum non potest cadere. idẽ in cæteris legibus in quibus imponitur pœna bonorum vel capitis quę in seruum non cadit: sicut nec relegatio. lege autem Pompeia parricidij potest seruus accusari. Item Cornelia iniuriarũ seruus non potest accusari: sed extra ordinem punitur. Fran.

l Hos.] aliâs hos. aliâs, eos.

m Præsidem.] si habes id est præsidem, bene est: vt.§.de offi.præsi.l.pe. nam quandoque vicem præsidis gerebat: vt.C.de peda.iu.l.j. aliâs est item præsidẽ.& facit.ʒ.de adul.l.si maritus.in prin.

n Ante commiserit.] vt.§.de iudi.l.ij.§.legatis.

o Magistratum populi.] vt &.§.de in ius voc.l.ij. sed licet nõ accusetur, verum est vt procedatur: satisdatur tamen iudicio sisti post honorem depositum.vt.ʒ.de adul.l.si adulterium.§.si Accur.

p Leges.] ex quibus speratur accusatio.ad quod.ʒ.de adul.l.si maritus.§.j.&.§.de testi.l.inuiti.

q Hoc beneficio.] quod dictum est in prin. huius legis vt quis præscribat propter dignitatem suam.

r Recepti.] dicitur receptum post lit.conte.ʒ.de adul.si maritus.§.prescriptiones.

s Repeti.] post triginta dies secundum quosdam: imò nec intra triginta dies: alioquin nullum esset beneficium secundũ Al.& probatur.§.eo.libellorum.§.fi.H.

t Contendant.] vt quia abolitiõe habita accusat' in aliqua dignitate prædictorum fuerit electus, sed an alio accusante: an verò ipso eodem? H.d. alio accusante, nam primo non potest obijci: vt.ʒ.ad Turpil.si quis repetere. Vel dic, quando superuenit dignitas etiã primo. sed quando primo non habuerat dignitatem cum primo accusabatur: tunc primo nõ obest: sed alij: vt.d.l.si quis repetere.ar.C.de consor.l.ij.&.§.de procu.Pomponius.§.rati. Item eodem modo respon.ad.l.ʒ.de adul.si maritus.§.prescriptiones vel subaudi ibi, nisi abolitione habita de nouo redincipiant: vt hîc dicit.

v De duobus reis.] scilicet in vno libello: sed vnum prius in vno libello, aliũ alio bene potest: vt in contrario.§.e.l.qui accusare.&.C.eo.l.cum rationibus. secundum Al.& nos. Alij dicunt, quòd nec etiam duos & etiam diuersis libellis. & quod in illis legibus dicitur, dicunt fuisse admissum, sed non admittendum. prima placet. Alij hic de diuersis criminibus: ibi ex vno. sed videtur, quòd etiam vno libello duos possit: vt.ʒ.de adul.l.qui pupillam.§.fi.&.l.vim passam.§.incesti. sed dic vt.d.l.qui pupillam. Itẽ adde quod no.C.qui accu.non pos.l.cum rationibus. Accur.

Postula-

¶ Si seruus reus postulabitur [a]: eadem obseruanda sunt quæ si liber [b] esset, ex senatusconsulto Cotta & Messala consulibus.

¶ Iste.§. diuiditur in tres partes. Primò ponit quando pœna nõ cadit in seruum, ideo quia non potest priuari bonis quæ nõ habet: quãdo pœna non cadit in seruum, quia non potest priuari statu quem non habet: quando pœna non cadit in seruum, quia in eum uerba legis non cadunt. istis tribus casibus loquitur.l.ista. Secunda ibi, Idemque dicendum. Tertia ibi, Item nec lex Pompeia. Quartò redit ad primum ibi, Item Cornelia. Quintò consulit in omnibus prædictis ibi, Sed durior. & sic quinque particulas habet. Bart.

¶ Omnibus autem legibus [c] serui rei [d] fiunt, excepta lege Iulia de vi priuata [e]: quia ea lege [f] damnati, partis tertiæ bonorum publicatione [g] puniuntur: quæ pœna [h] in seruum non cadit [i]. ¶ Idemque dicendum est in cæteris legibus, quibus [k] pecuniaria pœna irrogatur, vel etiam capitis [l], quæ [m] seruorũ pœnis non conuenit [n], sicut relegatio. ¶ Item nec lex Põpeia parricidij [o]: quoniam caput primum eos apprehendit, qui parentes cognatósve aut patronos occiderint [p]: quæ in seruos, quantum ad hæc verba pertinet, non cadunt [q]. Sed cùm natura communis [r] est: similiter [s] & in eos animaduertitur. ¶ Item Cornelia [t] iniuriarum seruum non debere recipi reum, Cornelius Sylla author fuit: sed durior ei pœna extra ordinem imminebit [v].

¶ Qui hac lege enumerantur, licet prohibeantur de alijs criminibus accusare, tamen permittuntur accusare lege Iul. de anno. h. d.

Martianus. LEX XIII.

MVlierem propter publicam vtilitatem ad annonã pertinentem, audiri à præfecto annonæ deferentem diui Verus & Anto. rescripserunt [x]. ¶ Famosi [y] quoque accusantes, sine vlla dubitatione admittuntur [z]. ¶ Milites quoque qui causas alienas deferre non possunt, qui pro pace [a] excubant [b], vel [c] maximè ad hanc accusatiõem admittẽdi sunt. ¶ Serui quoq; deferẽtes [d] audiuntur [e].

Paulus LEX XIIII.

SEnatus [f] censuit, ne quis ob idẽ crimen pluribus legibus reus fieret [g].

¶ Non cogitur quis omittere actionem ciuilem, & proponere criminalem descendentem ex eodem facto. Bar.

Vlpianus ad edictum. LEX XV.

a ¶ Postulabitur.] in casibus illis quibus potest: vt infra proxi.§.

b ¶ Liber.] vt infra eodem.l.seruos. sed hoc fallit infra ad Turpil.l. Domitianus. Item in eo quod seruus non excipit de lenocinio, sed liber sic: vt.C.de adul. quoniam. Alexandrum. Item in eo quod potest defendi per dominum vel procuratorem domini quod non est in libero homine: vt.§.ti.j. seruus. Accursius.

c ¶ Legibus.] publicorum iudiciorum.

d ¶ Rei.] id est accusari possunt. Sed econtrà non accusant nisi in casibus: vt.C.de preci.Impe.offe.l.j. & .j. ad leg. Iul. maiesta.l. famosi. & .j.eo.l. mulierem. in fin. & .§. de po.act.l.popularis actio. & .C. de adulte. quoniam Alexandrũ. & suprà de iudi.l.vix.

e ¶ Vi priuata.] id est qando sine armis.

f ¶ Quia ea lege.] scilicet vis priuatæ: vt insti.de pub. iudi. §.item.l.Iul. sed videt hac lege seruum accusari: vt.C.ad.l.Iul.de vi.l. si criminis. sed dic quòd ibi corporaliter punitur: vt in eo.titu.l.seruos. non pecuniariter: vt ibi dixi: & hîc dicitur. Item quid de publica, statim dices.

g ¶ Publicatione.] & relegatio. vt inst. de publi. iudi.§. item lex.

h ¶ Pœna.] tertię partis bonorum.

i ¶ Non cadit.] cùm nihil habet: vt institu. per quas pso.no. acq. §.item quod serui. nam delinquendo non aufert peculium seruus domino, vel filius patri: vt.C.de bo.proscri.l.j.&.l.si filius. Accursius.

k ¶ Quibus.] vt.l.Iul.de ambitu: vt.j.ad.l.Iul.de ambi.l.j. item de anno.vt.j.ad.l.Iul.de anno. secundum Al.

l ¶ Capitis.] hæc est in tribus: vt.j.de poẽ.l.ij.in princ. sed hîc non comprehendit ciuitatis amissionem: quia seruus non est ciuis, secundum Azo.

m ¶ Quæ.] scilicet capitis: non conuenit &c. & dic quòd quidam habent non conuenit: & tunc contradicit principio huius.§. & .C. de bo.proscri.l.j. sed dices quantum ad bona, vt quia crimen personæ & bonorum pœnam inferebat. quo ad personam enim cõuenit: quò ad bona non conuenit seruo. & differt à proxi. superiori rñ. quia ibi pecuniaria tantum pœna inferebatur ex crimine. alij habent sine non: & dic conuenit, quò ad corporalem: non tamen quò ad pecuniariam. & erit idem exemplum quando pro eodem delicto pecuniaria & corporalis pœna imponitur: vt est in omni crimine ꝙ imponit pœnam mortis naturalis vel etiam ciuilis: vt seruus pœnę: vt.C.de bo.proscri.l.in metallum. quæ pœnæ indubitanter conueniunt seruis quò ad corpus: vt.j.de poe. aut damnum.§.fi. Est & tertium genus criminum, vbi etiã bona tacitè auferuntur: vt quia ciuitatem quis perdit, puta quia deportatur: vt.C. de bo.proscri.l. deportari. non dico relegati: quia eis vel alijs quibus alia pœna quàm vna de prædictis imponitur, non auferuntur bona: vt.C.de poen.l. deportatorum. quæ relegatio an seruo conueniat statim dices. Item quod subijcit, sicut relegatio: dicunt scilicet non conuenit. prout.§. habuisti nõ conuenit: & tunc est contrà.C.de sepul.vio.l.ij.& suprà qui & à quibus.l.ij. quibus dicitur seruum relegari. Sol. non potest, sic.s. vt bona aliqua perdat: qđ euenire potest in relegato in perpetuum: vt.j.de inter.& rele.l.iiij.in fi. vel secundum Azo. verius non potest vt simpliciter illa pœna imponatur: sed grauior imponitur etiam vbi relegatio tñ libero esset imponenda: vt.C.ad.l.Iul. de vi. l.seruos.&.j.e.l.fi. sed & hoc est in omni crimine ex quo etiã seruus non potest accusari: vt.s. recipiatur accusatio: sed durior ei pœna imponiť quã libero, secũdum Azo. Alij vt Io. vt dicta cõtraria non ob. dicũt: sicut relegatio.s. cõuenit. & sic dicũt seruum posse relegari, vt in cõtrarijs, & hîc: vt tñ ei durior quã libero imponať pœna. & caue: qa cũ diximus hîc de pœnis capitalib': oportet exponi relegatio. i. deportatio. nã relegatio nõ imponit pœnã capitalẽ, cũ ciuitatem & bona retineat relegat: vt.j. de interdi.& releg.l. relegatorũ. §.siue, &.§.ad tẽpus. sed in simplici relegatione dic. ꝙ seruo non cõuenit, nisi vt grauior pœna ei imponatur. Tertij vt Al. referunt hanc literam, sicuti relegatio, ad id quod.§.dicitur, quibus pecuniaria &c. sicut relegatio quæ imponit pœnã pecuniariam quando fit in perpetuum: vt.d.l.de inter. & rele.l.iiij. in fi. In opus autem publicum non datur seruus: vt.j.de poen.l.seruus.

n ¶ Non conuenit.] quia non est ciuis.

o ¶ Parricidii.] scilicet conuenit poenis seruorum.

p ¶ Occiderint.] vt.j.ad.l. Pompe.de parri.l.j.

q ¶ Non cadunt.] quia nullam cognationem habent: vt insti.de serui cog. in prin. &.j. de reg.iur.l.quod attinet. nisi quò ad matrimonium impediendum: vt insti. de nup.§. illud certũ est &c. Acc.

r ¶ Communis est.] tã liberorum quàm seruorum quantum ad moriendum.

s ¶ Similiter.] scilicet vt ĩ liberos: & quæ sit eius.l.poena, habes in.d.l.j. tit. de parricidijs.

t ¶ Cornelia.] sed econtra denũciat quãdoque alterius iniuriã: vt in arg. contrà.§. de iniur.l.lex Cornelia.§.fin. & hęc est ratio: quia plerunque pecuniaria pœna ponitur pro iniuria vel amissione ciuitatis: quæ non conuenit seruis.

v ¶ Imminebit.] arbitrio iudicantis.

x ¶ MVlierem.] Rescripserunt. vt.j. ad.l.Iul.de anno.l.fi.in fi. nec ob.C.eo.l.de crimine: quia specialia sunt quæ hac.l.dicuntur.

y ¶ Famosi.] j.infames.

z ¶ Admittuntur.] facit.j.ad.l.Iul.maie.l.famosi. Sed contrà.§.eo.l.qui accusare. Sol.hî. speciale.

a ¶ Pro pace.] scilicet aliorum: vt.§.de testa.mil.l.j.

b ¶ Excubant.] j.vigilant.

c ¶ Vel.] pro etiam. Sed ar.contrà.C.qui accu.non pos.l. non prohibentur. Sol.hîc speciale.

d ¶ Deferentes.] i accusantes de annona fraudata.

e ¶ Audiuntur.] vt.j.ad.l.Iul.de anno.l.j. etiam contra dominum: vt.§.de iudi.l.vix.

f ¶ SEnatus.] cuius nomen non habemus. & da exemplum de eo qui filium occidit: qui veteri cor. de sica. & noua.l. de parricidijs. tenetur: non autem vetus per nouam tollitur: vt.§. de actio. & obli.l.quoties. Vel dic de eo, qui fecit societatem contra innocentem: qui.l.Iul.de vi priua. tenetur: vt.j.ad.l.Iul.de vi priua.l.ij.&.iij. &.iiij.&.l.Cor.de fal.&.j.fal.l.j.§.j. qđ nõ placet: sed tantũ ex vi priua. per senatuscõ. volusianũ: vt.j.ad.l.Iul. de vi pri.l.ex senatuscõ. & §.de concus.l.ij. Vel dic tertio de eo, qui accepit pecuniam ob negotium faciendum vel non faciendum: qui tenetur.l. Iul.repe. vt.§. de calum.l.j.§.j.&.l.Cor.de fal. vt.j.de fal.l.j.§.j. Item dic quòd nec accusatio admittatur ex quo iam est factus reus. j. accusatus alia.l. nec ab eodem, vt hîc: nec ab alio: vt.C.eo.l.qui de crimine.j.respõ. vel secundum alios potest accusari ab eodem diuersis legibus: sed secuta condemnatione ex vno, non sequetur ex alio. Idem si fiat absolutio. Tertij dicunt, quòd non potest: scilicet in eo quod pœna concurrit: sed in eo quòd maior esset pœna: in altero secus dicunt ad instar ciuilium: vt suprà vi bonorum rap.l.j. & facit suprà de actionibus & obli.l.penultima. & suprà nau. caupo. stabu. lege idem.§.penultimo. Sed contrà supra, de actionibus & obli.l.cùm ex vno. sed ibi cùm agitur ciuiliter per prædicta.l. vi bo. raptorum. Item contrà.C.de accusation. lege qui de crimine.ij.respon. Sol. ibi diuersis personis permittit, hîc in vna prohibet secundum quosdam. vel ibi erant diuersa delicta: hîc vnum: vt ibi plenè no. Item contrà.C. quando ci.actio.l.j. Solu. ibi altera ciuilis, altera criminalis: hic vtraque criminalis. Item contrà.C. ad leg. Fla.de pla.l.j. sed. & ibi diuersa erant crimina: scilicet violentia & plagium &c. Accursius.

g ¶ Fieret.] & est ratio: quia de commisso eiusdem hominis non debet amplius quæri: vt.§.nau.cau.sta.l.licet.

IN eum.] CASVS. Hominib' coactis.i.coadunatis dedisti mihi damnum res meas rapiendo.volo agere contra te acti. vi bon. rap.bene possum : nec cogor ad accusationem venire omissa via ciuili.Fran.Accursius.

IN eum [a] cuius dolo malo hominibus coactis damni quid datum esse dicatur : non debet cogi actor omissa actione ciuili [b] crimen intendere.

Ex pluribus accusantibus iudex debet idoneiorem eligere ex causis hac lege enumeratis.hoc dicit.

Idem. LEX XVI.

SI plures existant, qui eundem publici iudicij accusare volunt [c],iudex eligere debet eum qui accuset,causa scilicet cognita,æstimatis accusatorum personis de dignitate,vel ex eo quod interest [d], vel ætate,vel moribus,vel alia iusta de causa [e].

Modestinus. LEX XVII.

SI seruum dominus in crimine capitali defendat:sistendum satisdato promittere iubetur [f].

Hæc lex ponit casum longum in terminis.

Idem. LEX XVIII.

TItia cùm testamentum Caij fratris sui falsum arguere minaretur [g],& solennia accusationis non impleuerit [h] intra tempus à præside prouinciæ definitum [i] : præses iterum [k] pronunciauit nõ posse illam ampliùs de falso testamento dicere . aduersus quas sententias Titia non prouocauit,sed dixit [l] se posse post finitum tempus de irrito testamento dicere. Quæro an Titia quæ non appellauit aduersus sententiam præsidis, posit ad falsi accusationem postcà reuerti ? Respondi nihil apertè proponi,propter quod aduersus sententiæ authoritatem de falso agens audienda sit [m].

a In eum.] id est contra eum.

b Ciuili.] vt suprà vi bo.rap.l.ij. in prin. & facit in ea.l.§.j. &. C.quãdo ciuilis actio l.j. & de falci. l. damus.&.l.prebemus.

SI plures.] CASVS. Plures volunt quendam accusare de eodem delicto. iudex debet vnum ex his eligere causa cognita, quæ specificatur in litera. Frã. Ac.

c Volunt.] & simul omnes cõcurrãt.

d Interest.] quia suam vel suorum iniuriam prosequatur : vt ℥.eo.si cui.§.j.

e De causa.] affinitatis vel cognationis. ar.℥.de ijs qui deic. l. si verò.§.qui autem.& ad hoc.℥.de fide instru.l.fi.in fi.& de col. deteg.l.fin.& .ℸ. de adult.l.ij.§. si simul. & ℥.de lib. ho. exhi.l.iij. §. hoc interdictum.& de sepul.viola.l.sepulchri.& de popula.act. l.ij.& .℥.de libe.cau. interest. & de excu. tut.l. si duas . & de dã.infec.in reficiẽdo.

SI seruum.] CASVS. Dominus qui vult seruum defendere de crimine capitali:debet satisdare iudicio eum sisti.Frãciscus Accursius.

f Iubetur.] vt.ℸ. ti. j.l.ij.& facit.℥. eod. hos accusare.§. si seruus.&.C.de accusa.& inscrip.l.ij. &.℥. titu. j.l.seruus.

TItia.] CASVS. Titia proposuit libelllum, quo accusabat testamentum fratris sui de falso:& quia libellum ineptè composuerat,iudex interloquendo dixit ô fœmina vade,& libellũ rectiùs ordina intra tale tempus,puta intra pascha.illa intra tempus statutum nõ venit:& sic iudex tulit diffinitiuam.in qua dixit fœminam istam non admitti amodò ad accu.falsi.& ista nõ appellauit. dicitur quòd ista si vult amodò accusare de falso.repellit̃.Frã.Acc.

g Minaretur.] dato libello accusationis minabat̃ se falsum &c.

h Non impleuerit.] & non probauit testamẽtum factum falsum.

i Definitum.] hic not.quòd iudex tam actori quàm reo dat tempus ad excep.proponendas.

k Iterum.] apparet ergo, quod prius pronunciauerat eam non posse de falso agere:& dicunt quidam vtranque diffinitiuam : & ex eo quod ineptè erat libellus factus:& habent.ℸ.aduersus quas sententias &c.Sed secundum hoc quis bis iudicat?Respon.quia prima cum secunda concordat:vt no.C.sen.rescind.non posse.l.ij. vel quia prima fuit abiecta causa libelli malè concepti:vt.℥. si mensor.l.j.§.j. Alij vt Al. dicunt primam interlocutoriam:& dicunt ab ea appellari:quia effectum habet diffinitiuè.nam cùm dicitur istam agere non posse : per consequens videtur absolui accusatus . & habent infra quas sententias.Tu dic primam interlocutoriam : & ab ea non potuisse appellari:vt infra de ap. l.j. §.quæsitum. &.C. quomodo ap.l. antep.& ideo de nouo redincipit causam : & sic habeas infra quam sententiam.Et secundum omnes dic,quod post primam iudex statuit certum tempus intra quod bene libellum formaret, & causam ad finem perduceret:quod potest fieri:vt.C.qui accu. non pos. si ea.Item no.in hac lege ab interlocutoria appellari [a] secũdum Al. Item quid si diffinitũ de falso fuit ex causa malè cõcepti libelli.?Rñ. posse iterum accusationẽ fieri:sed in secũda sentẽtia nõ fuit adiecta cã:ad qđ est.℥.de euic.l.minor.§.j.&.℥.de exce.re.iud.l.si mater.§.j.

a Appellare ab interlocutoria quandoq; licet. de quo dic vt nota uiĩ apostil. ad Lanfrã. de oria. in c. qm contra falsam. §. interlocutorie & appellationes. num. l. versi.prędicti oẽs. & nu. lx. ver. ex his omnibus extra de ꝓbatio.

l Sed dixit.] per quod magis confirmare quàm infirmare sententiam de falso videtur.

m Audienda sit.] sed de irrito sic:vt. C.de inoffi.testa.l.cum.

DIui fratres.] CASVS. Hæres accusatoris nõ tenetur exequi crimina à defuncto inchoata.Item non cõpellitur quis plures accusare.quod expone vt in glos.Fran.Accur.

Callistratus. LEX XIX.

DIui Fratres rescripserunt non debere cogi hæredes accusatorum [n] exequi crimina [o]. Itẽ nõ oportere compelli accusatorẽ plures reos [p] facere [q] diuus Hadrianus rescripsit.

Diuiditur hæc lex in quatuor partes. Primò ponit vnam regulam in accusationibus. Secundò ponit exceptionem. Tertiò ponit vnam determinationem dubij præcedentis ex prædictis. Quartò & vltimò ponit unam regulam in ciuilibus.Secũda ibi,Exceptio.Tertia ibi, Adeò.Quarta ibi,Ex cæteris.Bar.

Modestinus LEX XX.

EX iudiciorum publicorum admissis [r] nonaliás transeunt aduersus hæredes [s] pœnæ bonorũ ademptionis,quàm si lis contestata,& condemnatio fuerit secuta [t]: excepto repetundarum & maiestatis [v] iudicio : quæ etiam mortuis reis quibus cùm nihil actum est [x],adhuc exerceri placuit,vt bona eorum fisco vendicentur: adeò vt diui Verus & Anto. rescripserint,ex quo qs aliquod ex his causis crimen contraxit: nihil ex bonis suis alienare [y] aut mutare eum posse.Ex cæteris verò delictis pœna [z] incipere ab hærede ita demum potest,si viuo reo accusatio [a] mota est:licet non fuerit condemnatio secuta [b].

n Accusatorum.] id est eorum qui accusabant. & est tunc arg. contrà. ℥. pro socio.l. hæres socij.&.℥.de fideius.tuto.l.j.vel id est eorum qui accusabantur. & tunc adhibe distinctionem quam habes. ℸ. si pen.appel. l. j. &.C.si re' vel accu.l.fi.

o Crimina.] sed ab alio poterunt accusari : vt. ℥. eo. l. libellorum.in fi.

o Crimina.] quia crimina prodita sunt ad vindictam.

p Reos.] quia & si vellet, non potest, nisi cum determinatione: vt.℥.eo. hos. §. lege. & facit. C. vt nemo inuitus age.vel ac.

q Facere.] scilicet eodem crimine.

EX iudiciorum.] CASVS. Pœna bonorum ademptionis descendens ex crimine publico,non transit in hæredem delinquentis nisi sententia fuerit lata ante mortẽ accusati,fallit in quibusdam criminibus in litera positis.de crimine autem priuato pœna transit in hæredes si lis fuerit contestata cũ delinquente ante eius mortem : licet non sit adhuc secuta condemnatio.Fran.

r Admissis.] id est delictis.

s Aduersus hæredes.] reorum defunctorum.

t Secuta.] qua secuta si est appellatum ante mortem, distingue,expresse vel tacitè bona sint adempta: vt primo causa tenentur hæredes nisi defendant:in alio non:vt.C.si penden.ap.l.iij. idem dicam [b] si non est appellatum vt non transeat pœna ad hæredes quando est tacita bonorum ademptio:quia in pœnis molliendis debemus niti:vt.ℸ.de pœnis.l.interpretatione.

b Bal.in l. j. C. ne ex deli defun. ver. sed hic restat dubiũ.reputat istã gl singu. ad hoc ꝙ in causa criminali debet eẽ eiusdem natur e tẽpus decẽnij ꝙ est ipsa appellatio interposita. eãdem ante ipsum Dy. hic ꝓ sing. alleg. sed non restrictiue:vt hic idẽ bal. in c. veniẽtes de iureiu.& Anto. corse. sing. xvij.in ver. appellati.ij. et notaui in l post contractum.in apostil. in ver.condẽnatio secuta sit. ℥. de dona.

c Addo ego ꝙ hanc gl. sing reputat Corra.post Dy. hic in suis sing.in verbo appellatio.fo.j.vl. tra eũ hanc glos. dicit. ordi.& non alibi bal in l.qui à latronib'. §. fi.de testa.

v Maiestatis.] hoc in duobus casibus tantum est,vt quando cõtra principem vel rempubli. vt.ℸ. ti.ij.l.fi. & insti.de pub. iudi. §. ij. Item adijcit repetundarum . Est & tertius peculatus. Item quartus de residuis:vt hîc,&.ℸ.ad leg.Iul.repetun.l.ij. & ad legem.Iul pecu. l.fi.&.ℸ.ad Turpil. in senatuscon. §. & si propter. Item quintus crimen hæreseos:vt.C.de hęre.l.iiij. Item sextus apostatatus : vt. C. de apo.l.ij.&.l. apostatarum. Item septimus quando vxor de morte viri accusata decessit:vt.ℸ.de iure fis.l. Lucius. nam non secuta condemnatione imminet pœna bonorum ademptionis hæredibus mulieris.Item octauus est crimen desertę militiæ.vt.C.de re mili.l. iiij. lib.xij.Nec obstat prædictis.℥.de iudi.de qua re. §. cùm absentem. quia hæc specialia:vel alio prorsus casu ibi loquit̃.Itẽ alius : vt.ℸ.de bo.eo.l.fi.Itẽ vt in prædictis falsis.vt. ℥. de iniusto rup. siquis ex.§. eius q.Itẽ obst.§.de solu.l. reo.sed ibi in crimine alio nõ exceptato.

x Actum est.] etiam non dato libello.

y Alienare.] [c].Nota ex die commissi criminis:sed in alijs nõ exceptatis tantùm ante lit.contesta.vt.℥.de manu.qui pœna. & facit ℥.de dona l.donationes §.fi.& .l.post contractum.&. C. ad. leg. Iul. maie.l.fi.&.℥.qui & à quib.l.quæsitum.

z Pœna.] pecuniaria:vt pro furto dupli vel quadrupli.

a Accusatio.] i.actio.& sic facit.C.ex delic.defun.l.j. Alij ꝓpriè ponunt.quod non placet.& secundũ hoc dices idem in priuato delicto si criminaliter agitur:quod in publico.s.prout est in prin. huius legis.ad quod est.ℸ.ad Turpil.l.in priuatis.Accur.

b Secuta.] & intellige qñ reus moritur pendente causa principali.

Capitis

Capitis.] CASVS. Accusatus de crimine capitali potest interim petere deferri bona aliqua in fiscum ex aliqua de causis positis. j. de iure fisci. l. j. Fran. Accursius.

a ¶ Capitis reus.] id est accusatus de crimine capitali.

b ¶ Causam.] aliquam ex ijs quæ sunt. j. de iure fis. l. j. vel similem. Putabatur autem contra. arg. C. de procur. reum. Item quia dictum est regulariter 10 accusatum accusare non posse: vt. §. titu. j. l. is qui.

b ¶ Causam.] id est bona vacantia.

Alterius.] CASVS. Mutinen. deliquit in hac terra: potest hic accusari & puniri: & hoc 20 non solùm in priuatis, sed & in militibus est obseruandum. Franciscus Accursius.

c ¶ Ostenditur.] vt. C. vbi de crimine. l. j. & auth. qua in prouincia. & vbi sen. l. j. & in aut. vt nulli iudi. §. si verò quis. &. §. eo. si 30 cui. §. pe. & fin.

d ¶ In militibus.] vt. j. titu. j. l. de militibus. &. C. ad exhibē. l. j. &. C. de iurisdi. om. iudi. l. penul.

Papinianus. LEX XXI.

Capitis reus[a] suspenso crimine causam[b] fisco deferre non prohibetur.

Idem. LEX XXII.

Alterius prouinciæ reus apud eos accusatur & condénatur, apud quos crimen contractum ostenditur[c], quod etiam in militibus[d] esse obseruandum optimi principes nostri generaliter rescripserunt.

TITVLVS III. De custodia & exhibitione reorum.

¶ *Accusatus custoditur arbitrio iudicis causis inspectis, quæ hac lege ponuntur. Bartol.*

¶ DE CVSTODIA ET EXHIBITIONE 40 REORVM. ¶ *Dictum est suprà de accusatio. uerùm quia accusati custodiuntur, & exhibentur: ideo ponitur hic ista rub. Bart.*

confirmat [a]: in senatusconsultum incidit. quod & Iulianus scribit. Adimendo quoque aliquid, in pœnam incidere debet, quasi sibi aliquid dederit: veluti si seruo legato sibi, eidemque manumisso [b] libertatem sua manu ademerit. hoc ita [c], si voluntate testatoris ademerit. nam si ignorante eo, libertas valebit. Idem si rogatus restituere legatum sibi adscriptum, fideicommissum ademerit [d]. ❡ Qui [e] liberti assignationem sua manu adscripserit: non verbis, sed sententia [f] senatusconsulti tenetur. ❡ Item non continetur [g] verbis seruus qui in alieno testamento fideicommissariam libertatem sibi adscripserit [h]. sed de hoc potest hæsitari [i]: quoniam (vt suprà diximus [k]) senatus ita demum ei qui sibi libertatem fideicommissariam in testamento domini adscripserit, pœnam remisit, si dominus subscripserit. Imò magis dicendum est hunc [l] contra senatusconsultum facere, quàm eum qui [m] legatum sibi adscripsit: cùm libertas omni modo ipsi competitura sit, legatum autem acquiri domino possit. ❡ Si testamentarius [n] seruo suo fideicommissariam libertatem dederit: videamus ne id extra pœnam sit: quoniam nullum ipsius commodum est: nisi ideo adscripserit, vt seruus magno pretio redimatur ab eo [o]: & manumittatur [p]. Sed & ille qui quum Titio fundus legaretur, adiecit sua manu conditionem pecuniæ sibi [q] dandæ: in voluntatem [r] senatusconsulti incidit. ❡ Qui autem ex voluntate patris se exhæredat, vel legatum sibi adimit: neque verbis senatusconsulti neque sententia [s] continetur.

Idem. LEX XXIII.

Quid sit falsum, quæritur. Et videtur id esse falsum si quis chirographum alienum imitetur [t], aut libellum vel rationes intercidat vel describat: non quiàs in computatione vel in ratione mentitur [v].

❡ *A crimine falsi potest quis liberè desistere ante sententiam secundum gl. Bar.*

Scæuola. LEX XXIIII.

Athaletus† seruus qui testamento Vetiti Callimachi domini per fideicommissum libertas & portio [x] hæreditatis relicta erat ab ijs qui ex vndecim portionibus hæredes erant instituti: professus est in iudicio apud [y] Maximillam filiam testatoris ex parte duodecima hæredem scriptam, se posse probare falsum testamentum vetiti Callimachi: & apud magistratum interrogatus [z] à Maximilla, professus est probaturum se quemadmodum sit falsum testamentum factum. & cùm [a] crimen falsi subscripsisset Maximilla [b] in scriptorem [c] testamenti†, & Proculum cohærede: acta causa, præfectus vrbi falsum testamentum non esse pronunciauit, & maximillam partem duodecimam fisco dare cogi [d] iussit [e]. quæsitum est an Athaleto† libertas & fideicommissum post hæc facta debeantur. Respondi secundum ea quæ proponerentur [f], deberi.

Vlpianus ad edict. LEX XXV.

Qui nomine prætoris literas falsas reddidisse [g], edictúue falsum proposuisse [h] dicetur: ex hac caussa actione in factum pœnali [i] tenetur: quanquam lege Cornelia reus sit.

Marcellus. LEX XXVI.

Si quis patris sui testamentum aboleuerit, & quasi intestatus decessisse, pro hærede se gesserit, atque ita diem suum obierit [k]: iustissime tota hæreditas paterna hæredi eius eripietur [l].

❡ *Diuiditur in tres partes. Primò loquitur de eo qui dixit varia & diuersa testimonia eodē tēpore, & corā eodē iudice, & in eadē causa. Secūdò loquitur de eo cuius testimonium variat ab eo quod aliàs dixit extra iudicium. Tertiò de eo cuius testimonium variat ab eo quod aliàs dixit in alio iudicio. secūda ibi, Et eū qui cōtra signū. tertia ibi, De impudentia. hoc dicit vsque ad. §. qui se. Bart.*

Athaletus.] CASVS. Vetitus Callimachus instituit filiam suam hæredem in vna vncia, & quosdam alios instituit heredes in. xj. vncijs, & eosdem grauauit vt athaleto seruo suo dent libertatem, & duas vncias hæreditatis. nunc iste seruus præsente filia testatoris & ea interrogante corà iudice professus est se posse probare testamentum Vetiti Callimachi esse falsum: & sic ad instigationem istius accusauit testamentum de falso filia testatoris, & succubuit: & sic amisit vnciam in qua fuerat instituta: & fisco accreuit. Quæritur an athaletus seruus cui per fideicommissum relicta erat libertas cum parte bonorum, aliquid de his perdat? Et dicitur quòd non, cùm ipse non accusauerit.. Fran.
x ❡ Portio.] fortè duæ vnciæ.
y ❡ Apud.] id est præsente Maximilla.
z ❡ Interrogatus.] Athaletus seruus.
a ❡ Et cùm in.] i. contra. Accur.
b ❡ Maximilla.] cùm velles accusare.
c ❡ In scriptorem.] id est contra tabellionem.
d ❡ Cogi.] quod iustum est, quia accusando succubuit vt. C. eod. l. qui falsas. & facit. s. de acqui. hære. l. quæsitum. sed arg. contrà. C. eo. l. maiorem. Accur.
e ❡ Iussit.] quòd fiscus haberet.
f ❡ Proponerentur.] hoc est contrà. s. de his qui. vt indig. l. post legatum. §. an libertas. sed ibi tulit testimonium: quod plus fuit: hîc autem tantum quædam verba dixit. Item secundum hoc contrà. s. ad Turpil. l. j. §. incidit. Sed speciale in hoc crimine, vt non prosequendo parcatur instiganti: quia & accusanti & desistenti parcitur: vt. C. de his qui. vt indig. l. alia. &. s. de inoffi. testa. Papi. §. meminisse. Item contrà. s. de his qui. vt indig. l. post legatum. §. sunt qui putant. sed hîc non perseuerauit seruus, licet ab initio verba fecit: sed pœnituit. ibi perseuerauit.

† Al. Athales ser. cui. testa. Vetitti callicini &c.

† Iste text. est sing. ad hoc quod mandans delictum & mandatarius possunt accusari libello bologn. Adde ad hoc quod mandans & mādatarius diuersis libellis fuissent accusati: possunt tamen vna l. condemnari in eodem ri secundum Cy. in l. nō ideo minus. C. de accu. & Ang. are. in. §. inter. dū. insti. de oblig. quæ ex quasi de li. nasc. Panor & doc. in. c. ad audientiā. extrà de homi. Feli. in ca. sicut dignum. in prin. e. ti. & hippo. de marsi. sing. clxxxj.

† Aliàs Athali.

Qui nomine.] CASVS. Quasdam literas præsentaui alicui ex parte potestatis. cùm ipse eas non mitteret: vel edictum falsum proposui ex parte potestatis, cùm non esset verum. Dicitur quod teneor act. in factum ad interesse: licet & accusari possim ex. l. Corne. Fran.
g ❡ Reddidisse.] i. alicui præsentasse quasi prætor mitteret: vt. C. eo. l. maiorem. & dic vt ibi.
h ❡ Proposuisse.] s. in edict. ad quod. j. eo. hodie. §. j. sed in lib. Alb. est edictum. Accursius.
i ❡ Pœnali.] ad interesse: vt infrà eodem hodie. §. j. sed contrà. infrà ad muni. Titio. Solu. vt ibi Accursius.

Si quis.] CASVS. Patris mei testamentum aboleui, & bona eius possedi quasi intestati: & decessi relicto hærede. Dicit quod bona patris mei auferuntur hæredi meo. Fran.
k ❡ Obierit.] filius.
l ❡ Eripietur.] vt. s. eo. si quis cum in prin. Et sic no. quod etiam nepoti aufertur hæreditas propter factum aui. sic & in feudo. ad quod. C. de quæst. diuo. & de bo. lib. quæritur. Sed argumen. contrà suprà de senato. l. emanc. pati. §. j. in fine. & de in ius vocando adoptiuum. in fine. l.

Eos qui.] CASVS. Qui diuersa præbuerũt testimonia inter se, id est falsa vel varia: puniuntur. l. Cornel. Item qui dixit falsum testimonium cõtra sigillum suum: de falso punitur. Item qui in eadem lite testificatus est pro actore, & posteà pro reo: & sic contraria dixit: de falso punitur. Item qui gessit pro milite, cùm non esset: vel qui falso diplomate vsus est: quod expone vt in glos. punitur pro qualitate delicti. Fran. Accur.

a ¶ Diuersa.] id est falsa vel varia: vel id est aduersa. ad quod in aut. de testibus. §. si verò. & ff. de testi. l. qui falsa.

b ¶ Præbuerunt.] scilicet in eodẽ negotio.

c ¶ Legis.] scilicet Cornel.

d ¶ Signum.] id est sigillum, vel etiã aliud signum quod fecerat.

e ¶ Præbuit.] vt & ff. proxi. rñ. dixi.

f ¶ Duobus.] s. actori & reo. Accursius.

g ¶ Pro milite gessit.] cũ non sit miles.

h ¶ Vsus est.] vt cũ Centurio non sit, fixit se in capite legionis.

i ¶ Commeauit.] id est iuit cum socijs: vt cùm deberet equitare cum x. equis, equitaturus iuit cũ. xx. per aliquem locum. vel cum per singula. xx. miliaria deberet habere certum salarium, dixit ꝙ vna die iuerat per. xl. miliaria: & sic percepit salariũ quasi duorum dierum. cùm nõ tantũ iuisset. secus si tantũ iuisset: vt ff. de verb. oblig. l. cõtinuus §. cum ita vel cùm deberet ire per viam securam ad custodiẽdũ castra: iuit per magis curtã, & minꝰ securã.

† Scriben. hic reputãt istum text. sing. ad hoc ꝙ sententia lata ex falsis actis, est ipso iure nulla hoc addito ꝙ idem est si sit lata ex falso testimonio: vt in. c. olim. extra de pri uil. per Bal. in. l. si veritas. C. de fideicom.

Modestinus. LEX XXVII.

Eos, qui diuersa[a] inter se testimonia præbuerũt[b]: quasi falsum fecerint, præscripto legis[c] teneri pronunciatum est. ¶ Et eũ qui contra signum[d] suum falsum præbuit[e] testimonium: pœna falsi teneri pronũciatum est. ¶ De impudẽtia eius qui diuersa duobus[f] testimonia præbuit: cuius ita anceps fides vacillat, quin crimine falsi teneatur, nec dubitãdum est. ¶ Qui se pro milite gessit[g], & illicitis insignibus vsus[h] est, vel falso diplomate vias commeauit[i]: pro admissi qualitate grauissimè puniendus est.

Idem. LEX XXVIII.

Si à debitore[k] prolato die[l] pignoris obligatio mentiatur: falsi criminis locus est.

Idem. LEX XXIX.

Si quis † obrepserit[m] præsidi prouinciæ tam per acta[n] quã per libelli interpellationem, nihil agit: imò si accusatus fuerit, pœnam temeratoris[o] luit. perinde enim punitur, atque si falsum fecerit. sunt enim rescripta de ea re[p]: sufficit autem vnũ argumẽti causa referre: cuius verba hæc sunt, Alexander Augustus Iulio Marillo. Si libello dato[q] aduersarius tuus veritatem in precibus ab eo datis non adiecit, subscriptione[r] vti non potest: imò si accusatus fuerit, etiam pœnam sufferre[s] debet.

Idem. LEX XXX.

Lege Cornelia[t] testamentaria obligatur qui signum[v] adulterinum[x] fecerit vel sculpserit. ¶ De partu supposito soli accusant parentes[y], aut ij ad quos ea res pertinet: non quilibet ex populo, vt publicam[z] accusationem intendat.

Casum ponit.

k Si à debitore.] Cùm debitor qui antea obligauerat fundũ, nunc cum vẽderet, asseruit nulli obligatum. nec ob. ꝙ hoc casu videtur teneri crimine stel. quod demũ in subsidium datur: vt ff. de crimi. stel. l. iij. qa hic asseruit nulli obligatum: ibi tantũ dissimulauit. sic etiam potest poni. C. eo. l. si creditor. vel pone vt. ff. de fide instru. l. repetita. Accursius.

l ¶ Die.] id est antecedentibus diebus facta, secundum primum casum.

m Si quis obrepserit.] id est tantum persuasit præsidi quòd habuit sententiam pro se. Titius qui me conueniebat in. c. dolosè obrepsit sententiam contra me à præside, ostendens ei libellum suę petitionis, & quandam confessionem falsam quam dicebat me fecisse apud acta. nihil egit: quia rescinditur: vt suprà de iudi. l. si prætor. & tenetur de falso. & facit suprà de fideicom. lib. cũ vero. §. hoc senatusconsul. & C. de diuer. offi. & appara. iudi. l. ij. lib. xij. & suprà de nata. re. l. j. Accursius.

n ¶ Per acta.] quæ iudici dixit.

o ¶ Temeratoris.] id est falsatoris: vt subijcit.

p ¶ De ea re.] id est super ea quæstione.

q ¶ Libello dato.] præsidi.

r ¶ Subscriptione.] id est sententia præsidis quam facit ad libellũ. nam in sententijs libellus proponitur. & facit. C. si cõtra ius vel vti. publicam. l. ij. & v.

s ¶ Sufferre.] id est sustinere.

Lege Cornel.] CASVS. Qui signũ falsum fecerit vel sculpserit: tenetur. l. cor. testamentariã. Item accusatio de supposito partu nõ est publica, sed ad certos spectat, vt in litera dicit. Frã.

t ¶ Lege Corne.] scilicet de falsis.

v ¶ Signum.] sigillando vel etiam subscribendo. de quibus dicitur insti. de test. §. j. & ij. & facit. ff. e. Paulus. §. j.

x ¶ Adulterinum.] id est falsum.

y ¶ Parentes.] non tamen filius matrem: vt. ff. de accu. hi tamen.

z ¶ Vt publicam.] speciale in hoc falso vt non sit publica accusatio. aliàs contrà: vt suprà de publi. iu. l. j. no. & fa. C. eo. l. cùm suppositi. & supra e. l. qui falsam. §. j.

Callistratus. LEX XXXI.

Diuus Pius Claudio rescripsit pro mensura[a] cuiusque delicti constituendum in eos qui apud iudices instrumẽta protulerunt, quæ vera probare non possunt[b], aut si plus eos meruisse videatur, quã ex forma iurisdictionis pati possint[c]: vt Imperatori describatur, æstimaturo[d] quatenus coërceri debeant: Sed diuus Marcus cum diuo fratre suo pro sua humanitate hanc rem temperauit: vt si (quod plerumque euenit) per errorẽ huiusmodi instrumenta proferantur, ignoscatur[e] eis quid tale protulerint.

Diuus.] CASVS. Qui corã iudice pducit, instrumẽta suspecta nec potest probare ea esse vera: punitur iudicis arbitrio quandoque multum, quandoque parum seu modicè. & si præses videat eum debere deportari, mãdabit hoc imperatori, qui imponet pœnam prout sibi videbitur. & de hoc etiam diuus Marcus dixit. Franc. Accur.

a ¶ Pro mensura.] i. qualitate seu magnitudine. Accur.

b ¶ Non possunt.] cum suspecta essent: vt C. eo. prohibemus. & de proba. l. iubemus. Accur.

c ¶ Pati possint.] vt quia deportari: quod præses non potest: vt ff. de pœn. l. ij. §. ij. vel dic plus quàm sit forma iurisdi: id est iurisdictionis id est plus quã sit pœna ordinaria falsi vt alij terreantur: vt C. ad. le. Iulia. repe. l. j.

d ¶ Aestimaturo.] Imperatori dico.

e ¶ Ignoscatur.] si tamen suam innocentiam probant, & ostendant à quo acceperant: vt. C. eodem. l. maiorem. & secundum hoc ponitur casus in falso rescripto: quod tamen dic vt ibi vel dic in alio instrumento, si desinat vti, vt. C. eodem titulo. l. si falsos. & l. j. ad muni. l. libertus. §. error.

Modestinus. LEX XXXII.

Hodie qui edicta proposita[f] dolo malo corrumpunt, falsi pœna plectuntur. ¶ Si venditor mensuras publicè probatas frumenti, vini, vel cuiuslibet rei, aut emptor corruperit, doloue malo fraudem fecerit: quanti ea res est, eius duplo condemnatur[g]: decretoque diui Hadriani præceptũ est in insulam eos relegari qui pondera aut mensura falsassent.

Idem. LEX XXXIII.

Si quis falsis constitutionibus nullo[h] authore habito vtitur[i]: lege Cornelia aqua & igni[k] interdicitur.

Hodie.] CASVS. Qui corrupit edictum: punitur de falso. Item qui corrupit mensuras frumenti vel vini, in duplum condemnatur: item in insulam relegatur. Fran.

f ¶ Proposita.] in albo: vt suprà de iurisdi. om. iudi. si quis id per totum.

g ¶ Condemnatur.] qua act? respon. conditione ex hac. l. vel dic actione in factum quæ aliàs datur pro simplo eius quod interest: vt supra codẽ qui nomine. Alij dicũt quòd per ac. l. Cor. de fal. quod non placet. & facit. C. de dolo. l. arbitrio. §. de codẽ. & quod ibi not. & suprà de extraordi. cri. l. annona. §. fina. & infrà de verbo. significa. Paulus respon. & suprà de fur. si quis vxori. §. si maiora. Accursius.

Si quis.] CASVS. Qui falsis constitutionibus, siue legibus vtitur, quæ nullum habent authorem, scilicet iustum: aqua & igni interdicitur. Fran. Accur.

h ¶ Nullo.] nullum habent authorem etiam quæ habent, sed reprobatæ sunt: vt. C. de iusti. codi. confir. §. hunc igitur. ille ergo habet authorem qui habet talem qui habet ius condendi legẽ. vt principem vel senatum vel præfectum, vel dic aliter authorem à quo accepit rescriptum quasi constitutiones, quæ tamen non sunt. & concor. tunc. C. e. l. maiorem.

i ¶ Vtitur.] vt Galgosius Papien.

k ¶ Igni.] id est deportatione: vt. ff. e. l. j. §. fina.

¶AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.¶ Hodie diceremus repetundarum, scilicet pecuniarum.

Ex Iulia.]CASVS. Lex Iulia repetũdarũ ptinet ad eas pecunias quas qs existẽs in magistratu vel officio publico accepit ab aliquo priuato, vel aliquis de eius famil. ꝓmittit tñ posse accipere à quibusdã ꝑsonis.s.à sobrinis, & ab eis q propriore gradu, & à cognatis, & ab vxore.q cõtra facit, tenet̃ in duplũ hac l. intra annũ. itẽ hac. l. tenet̃ q cũ haberet aliquam potestatẽ.s. officiũ: accepit pecuniam ob iudicãdũ vel ob nõ iudicãdũ: vel vt faceret aliquid vltra officiũ suũ. Itẽ in comites siue socios militum datur actio ex hac. l. si faciãt cõtra hãc legẽ. Itẽ hac lege punit̃ qui accepit pecuniã ob denũciandũ testimoniũ vel ob nõ denũciãdũ. & qui dãnatur ex hac lege, nõ põt esse testis vel iudex vel aduocatus. Itẽ lege Iulia repetũdarũ cauet̃, ne qs accipiat pecuniam ob aliquã de causis numeratis in litera huius. l. & prin. sequẽtis. & sic apparet, ꝙ à personis extraneis nõ licet accipere: à cõiunctis autẽ numeratis in litera ff. l. j. in fi. licet accipere in infinitũ. & h. d. hæc. l. cum quinque sequẽtib⁹, & prin. sextę.

* Martianus.

TITVLVS XI.

Ad legem Iuliam repetundarum.

*Marcellus. LEX I.

Ex Iulia repetũdarum pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratu, potestate, curatione [a], legatione, vel quo alio officio, munere, ministeriove publico acceperit [b], vel cùm [c] ex cohorte [d] cuius eorũ [e] est. ¶ Excipit lex à quibus licet accipere: à sobrinis [f], ꝓpriore ve grad⁹ cognatis suis, vxoréve.

Scæuola. LEX II.

Datur ex hac lege & in hæredes actio [g] intra annum dumtaxat à morte eius qui arguebatur.

Marcellus. LEX III.

Lege Iulia repetũdarum tenetur qui cum aliquam potestatem haberet, pecuniam ob iudicãdum vel non iudicandum decernendúmve [h] acceperit,

Venuleius. LEX IIII.

Vel quò magis aut minus q̃d ex officio suo faceret.

Marcellus. LEX V.

In comites [i] quoque iudicũ ex hac lege iudicium datur.

Venuleius. LEX VI.

Eadem lege tenentur [k] qui ob denunciandum vel non denunciandum testimonium pecuniã acceperint. ¶ Hac lege dãnatus, testimonium publicè dicere, aut iudex esse, postularéve [l] prohibetur. ¶ Lege Iulia repetũdarum cauetur ne quis ob militẽ legendum [m] mittendumve [n] æs accipiat [o]: néve quis ob sententiam in senatu consiliόve [p] publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accusandum vel non accusandum: vtque vrbani magistratus ab omni sorde se abstineant: néve plus doni munerisve in anno accipiant, quàm quod sit aureorum [q] centum.

Marcellus. LEX VII.

Ex Iulia de repetundis præcipit ne quis ob iudicem arbitrumve [r] dandum vel mutandũ iubendumve vt iudicet: néve ob non dandum, non mutandum, nonve iubẽdum vt iudicet: néve ob hominem in vincula publica conijciendum, vinciendum, vincirive iubendum, vel ex vinculis dimittendum: néve quis ob hominem condemnandum, absoluendumve: néve ob litem æstimandam [s], iudiciumve capitis pecuniæve [t] faciendum vel non faciẽdum, aliquid accipiat. Apparet autem ꝙ lex ab exceptis [v] quidem in infinitum capere permittit: ab ijs [x] autem qui hoc capite enume-

a ¶ Curatione.] publica.

b ¶ Acceperit.]à priuato vt faciat nõ faciẽdum: vel omittat faciẽdũ. & sunt exempla. ff. eo. l. eadem. §. fi. & l. lex. & est pœna legis. ff. eo. l. lex. §. fina. Item actio ciuilis. quod dic vt. ff. l. proxima. & dic ꝙ etiam durante officio accusatur: quia in offi. delinquit, vel quia subiectos opprimit: vt C. eo. l. iubemus. aliàs autẽ nõ potest magnus magistratus in ius vocari: vt. ff. de in ius vo. l. ij. nisi in furto: vt in aut. vt iudi. sine quoquo suf. §. si quis autem minores magistratus etiam durante officio conueniuntur: vt. ff. de iniur. l. nec magistratibus.

c ¶ Vel cùm.]suprà solus: hîc cũ alijs est in magistratu. Accursius.

d ¶ Ex cohorte.]i. aliquis ex cohorte. i. ex societate. Accursius.

e ¶ Eorum est.]i. alicuius eorum, accepit subaudi: vt. ff. eo. l. in comites. aliàs est ex sorte: & in idem recidit.

f ¶ A sobrinis.]qui sunt in sexto gradu: vt institu. de gradi. §. sexto. & ab omnibus proximioribus: vt subijcit. nam ratio sanguinis tollit suspicionẽ [a]: vt arg. ff. de recep. l. ij. & in aut. de eccle. tit. §. inter dicimus. Et dic ꝙ in infinitum ab istis, dummodo non ratione officij. ab alijs autem vsque ad centum aur. per annum inter omnes, & non ratione officij: vt. ff. eo. l. eadem. §. fi. & l. lex. §. j. licet quidam dicant ab his vsque ad centum aureos. ab alijs nihil: quod est cõtra. l. illam expræsse. Esculentum autem potest accipere secundum. l. vt. ff. de offi. procon. solent. & de offi. præ. l. plebiscito.

a Suspicionẽ tollit sanguinis ratio. de quo vide gloss. in. l. vestẽ. & ibi no. quod in ea. post. in ver. affinitate. ff. de iniur.

g Datur.]Actio. Ex hac. l. datur actio in factũ vel condi. ex hac lege contra iudicem vel officialem pro eo quod ipse vel minister accepit: vt. C. eod. l. j. & intra annum à tempore depositi offic. vt C. eo. l. pe. licet quidam dicant ibi speciale in comite domorũ: quod non placet: vt ibi: & l. iubemus. & fortè intra annum in quadruplũ: post annum in simplũ: vt. ff. de calum. l. j. in prin. & hoc quadruplũ datur totum fisco quando turpiter dedit. nam sibi, ne repetat, sua turpitudo obstat: vt. ff. de iure fisci, Lucius. & hoc casu est popularis accusatio. si autem fuerit extortum, tũc remedium est spoliato: vt. C. de asses. l. iij. Item in casu punitur etiam qui dat: vt. C. eo. l. fin. In hæredem autem qualiter datur, triplex est opi. in hac. l. nã quidam dicunt dari intra annum post lit. contesta. scilicet cõtra defunctum in quadruplum: quod est speciale vt non detur perpetuò: vt. C. ex delic. defun. Alij vt H. dicũt teneri hæredem etiam si non peruenit: sed intra annum: vt hîc, & C. cod. l. sciant. §. j. Vel dic secundum Azo. dari in hæredem, sed intra annũ: & erit semper speciale: quia secundum regulã de eo quod peruenit, datur perpetuò. & hoc vltimum speciale tolerabilius est. sed siue dicat annum currere defuncto durãte offi. siue de mũ finito, videt̃ absurdũ: quia si ponas eum mori quando iam sex menses cucurrerunt: tenebit̃ hæres in vlterius tẽpus quã tenere tur defunctus si viueret. sed hoc toleratur quãdoque in quãtitate: nõ mirũ si hoc in tẽpore: vt. ff. de euic. si ꝑ imprudentiã. §. nõ mirũ. sed si dicas lit. cõtest. vel in id quod peruenit: nõ obstat dicta oppositio. Item cõtrà. C. vt omnes tã ciui. quã mili. l. j. vbi per quinquaginta dies debet morari, & lis inchoari, & finiri intra. xx. dies. sed illa non habet locum quando in sua patria postea conuenitur & accusatur. prę terea hîc loquit̃ etiam de his qui in sua patria exercuerunt officium. Item facit suprà de popula. ac. l. fina. & ac. l. ex iudiciorum. cõtra. sed hic speciale. Item facit. ff. tit. ij. l. fi. item hic de ciuili, de criminali habes infrà l. lex. §. finali.

h Lege Iulia.]Decernendum vt. aliquem honorẽ vel munus. Et not. hunc teneri hac. l. item de cõcus. vt suprà. de concus. l. ij. Item de Fal. vt suprà de Fal. l. j. §. j. itẽ de sica. vt suprà de sica. l. j. in prin. & §. j. & l. iij. §. ij. & l. iiij. ĩ principio. Item. l. Iulia de vi publi. vt suprà ad legem iuliam de vi publi. l. lege Iulia de vi.

i In comites.]id est criminis huius conscios & socios. vel dic solus comes iudicis deliquit. ad quod. C. eo. l. j. & C. de ac. l. qui explicandi.

k Eadem lege tenentur.]iudices scilicet qui denunciãt testibus vt veniant etiam inuiti: vt in aut. de testi. §. quia vero. & C. de testi. si quando. vel in teste loquitur. & facit suprà de cal. l. j. & ff. de concus. l. ij. & ff. l. lege.

l ¶ Postularéve prohibetur.]ideo prohibetur ab his tribus, qa damnatus publico crimine est infamis: vt suprà de pu. iudi. l. infamem. sed infamis à testimonio repellitur: vt ff. de testi. l. iij. §. lege. & à iudicando: vt. ff. de iudi. l. cùm prætor. §. fina. & à postulando: vt. ff. de postulan. l. j. §. ait prætor. & facit. ff. de testi. l. repetũdarum. & de testa. is cui. §. fina. & l. cùm lege. & de sena. l. ij.

m ¶ Legendum.]id est eligendum qui eligi non debet.

n ¶ Mittendum.]fortè in aliquam legionem.

o ¶ Accipiat.]Hoc largè accipe: vt. ff. de calum. l. ij. §. ij.

p ¶ Consiliove.]qui ergo accipit pecuniam vt arenget in consilio bo. tenetur hac. l.

q ¶ Aureorum [b].]nisi esculentum & poculentum quod intra proxi. dies consumitur: vt. ff. de offi. præsi. plebiscito.

b Vide in hunc locum Alcia. li. dis pũ. iij. c. ix.

r Ex Iulia.]Arbitrúmve id est delegatum.

s ¶ Aestimandam.]scilicet vt fit coram æstimatoribus communis Bonõ. aliàs instituendam. ad quod. ff. de cal. l. j. & facit. ff. de ac. l. ex iudiciorum. in fi. & l. qui accusare.

t ¶ Pecuniæue.]igitur & in ciuili habet locum hoc crimen. quod est contrà B. qui in criminali tantùm locum habere dixit. vel dic vt no. C. eo. l. iij. Accursius.

v ¶ Ab exceptis.]qui dicuntur. ff. l. j. in fi. & dic vt ibi.

x ¶ Ab iis.]scilicet etiã exceptis, sed accipiẽtibus vt faciant vel nõ faciãt &c. rõne ergo doni pmittit̃ accipe & dic hoc capite. s. l. repe-

Accipere permittitur ratione doni.

tun. & quod dicit permittit.ſ.dicta.l. ¶ Illud quoque c.] Dic caſum vt in gloſ.hic poſita proxima ſeq.

a ¶ In acceptum.] id eſt ne accepto ferat alicui qui debet opus publicum facere, vel frumentum præſtare publicè. Item cùm aliquis debet ex publica vtilitate ſarta tecta habere, non debet iudex acceptoferre: vt hic, &.C. de ædifi.pri.l. ſinguli. in fi.& facit infrà de oper.pu.omnes.

10 b ¶ Legerunt.] aliâs legerunt, aliâs legerint, aliâs lege erũt.

¶ Hodie.] CASVS. Dãnatus crimine repetundarũ extra ordinẽ punitur hodie: & quãque grauiter & quãque modicè ſecũdũ modum delicti. Fran.

20 c ¶ Extra ordinem.] id eſt extra antiquam ſolennitatem: vt dixi ſuprà de publi.iud.l.ordo & fa.ſ. de pœ.hodie vel extra ordi.id eſt non imponitur ordinaria pœna, quia vna ſemper imponitur: imò quandoque maior: vt ſubijcit.& dic quod etiam alijs modis poteſt accuſari: vt dixi ſuprà cod.l.lege Iulia.

d ¶ Admiſerint.] id eſt deliquerint.

e ¶ Calore.] id eſt iracundia.

† Hic eſt tex.ſing.& vnicus in iure ad hoc quia iudex faciẽs executionẽ corporalẽ in eũ qui appellauit ante tempora appellationis, vel durãte tẽpore appellationis: eſt puniendus pœna mortis: quia paria ſunt accidere innocentem vel non cẽtẽ qui tamen habet iuſtam cauſam defenſionis. Bol.

40 ¶ Quod cõtra.] CASVS. Quod datur proconſuli vel præſidi contra legem Iuliam repetundarum: non poteſt vſucapi. Item vẽditio vel locatio facta præſidi minori pretio ad hoc vt faciat plus vel minus in officio, non tenet: nec talis res poteſt vſucapi priuſquã redeat in poteſtatem eius à quo deſcenderat. Franciſcus.

f ¶ Vel pretori.] vel alij iudici.

g ¶ Vſucapi.] vt ſuprà de ac.re.do.l. bonæ fidei.circa prin.

60 h ¶ Factas.] præſidi vt faciat plus vel minus in officio. vel dic à præſide de rebus ſibi datis ob cauſam prædictam.& facit inſti.de vſuſca.§. aliquando.& no.quia deſinit eſſe vitioſa, licet redeat in poteſtatem delinquen70 tis.

i ¶ Qui munus.] i. aliquod officiũ publicum.

k ¶ Publicè.] id eſt à republica.

l ¶ Ruperunt.] id eſt malè ſe in eo habuerunt.

rantur, à nullo neque vllam quantitatem capere permittit. ¶ Illud quoque cauetur, ne in acceptum[a] feratur opus publicum faciendum, frumentumve publicè dandum, præbendum, approbandum, ſarta tecta tuenda, antè quàm perfecta, probata, præſtita legerunt[b]. ¶ Hodie ex lege repetundarum extra ordinem[c] puniuntur: & plerunque vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiſerint[d]. Quid enim † ſi ob hominẽ necandum pecuniam acceperint? vel licet non acceperint, calore[e] tamen inducti interfecerint vel innocentem, vel quem punire non debuerant? Capite plecti debent, vel certè in inſulam deportari: vt plerique puniti ſunt.

Paulus ad edictũ. LEX VIII.

Qvod contra legem repetundarum proconſuli vel prætori[f] donatum eſt, non poterit vſucapi[g]. Eadem lex venditiones omnes, locationes, eius rei cauſa pluris minorisve factas[h], irritas facit: impeditque vſuſcapionem priuſquam in poteſtatem eius à quo profecta res ſit hæredisve eius veniat.

‡ Papinianus. LEX IX.

‡ Vlpia.

Qvi munus[i] publicè[k] mandatum accepta pecunia ruperunt[l], crimine repetundarum poſtulantur.

TITVLVS XII.

Ad legem Iuliam de annona.

Martianus. LEX I.

Conſtituitur[m] inter ſeruum & dominum iudiciũ, ſi annonam publicam fraudaſſe dicat[n] dominũ.

Vlpianus LEX II.

Lege Iulia de annona pœna ſtatuitur[o] aduerſus eum qui contra annonam fecerit, ſocietatemve coierit quo[p] annona carior fiat. Eadem lege continetur ne quis nauem[q] nautámve retineat, aut dolo malo faciat quò magis detineantur: & pœna viginti aureorum[r] ſtatuitur.

Papinianus. LEX III.

Imperatores ‡ Verus & Antoninus auguſti in hæc verba reſcripſerunt, Minimè æquum eſt decuriones ciuibus ſuis frumentum vilius quàm annona exigit, vendere[s]. ¶ Item reſcripſerunt vt ius non eſſet ordini[t] cuiuſque ciuitatis pretium grani quod inuenitur[v] ſtatuere. ¶ Item in hæc verba reſcripſerunt, Et ſi non ſolent hoc genus nunciationis[x] mulieres exercere: quia tamen demonſtraturam te ea quę ad vtilitatem annonæ pertinent, polliceris[y] prę fectum annonæ docere potes.

‡ Seuerus & Antoninus Auguſtinus &c.

¶ AD LEGEM IVLIAM DE ANNONA.

m ¶ Conſtituitur.] aliâs conſtat.& aliâs conſtitit. Et nota ſpeciale, vt & aliâs ſuprà de iudi.vix.& de accuſa.l.mulierẽ.in fi. regulariter contrà: vt.C.de iud.ſeruus.& facit.ſ.de Fal.nullo.&.C.de quæſtio.l.j.

80

n ¶ Dicat.] ſcilicet ſeruus.

Lege Iulia.] CASVS. Qui cõtra annonam fecit vt carior eſſet, vel de hoc ſocietatem coiuit: punitur.l.Iul.de annona. Itẽ in eadem.l.Iul.cauetur ne quis detineat nauem ferentem annonam & pœna.xx.au.imponitur contrarium facienti. Fran.

o ¶ Pœna ſtatuitur.] quæ eſt.ſ.de extraordi.crimi.l.annona.in fi.

j.reſpon.& facit.ſ.de ſer.l.iij.§.liberalia. Accurſius.

p ¶ Quo.] pro vt. Accur.

q ¶ Nauem.] ſcilicet ferentem annonam.

r ¶ Viginti aureorum.] & etiam pœna criminis quæ qualis ſit, dixi modò in princi.huius.l.

Imperatores.] CASVS. Decuriões nõ cogũtur viliꝰ vendere annonã ciuibus ſuis quã annona exigat. Item nõ debet ſtatui vt certus ordo hominũ puta mercatorũ vẽdat frumẽtũ certo pretio. Itẽ & fœmina põt accuſare de crimine fraudatę annonę. Fran.

s ¶ Vendere.] vt &.ſ. 20 ad municip.l.nõ debere.&.ſ.de admi. rerũ ad ciui.perti.l. decuriones.

t ¶ Ordini.] ſicut nec alicui priuato: vt.C. de iudi.l. nemo. &.ſ. re.amo.nõ eſt. Sed cõtrà.ſ.de of.pfec. vrb.l. j.§.cura carnis. &.C. 30 de epiſ. audi.l.j. vbi de.h.dicit. ADDITIO. Dic ſecũdum Bar.quia nõ põt ſtatuere ptiũ nõ iuſtũ, vt hîc: ptiũ autẽ iuſtũ põt ſtatuere, vt in cõtrarijs.

v ¶ Inuenitur.] ſecũdũ morẽ loci.ar.ſ. de fal.hodie.§.j.

40 x ¶ Nũciatiõis.] i. accuſatiõis publicę: vt C.q accu.non poſ.l.de crĩe. ſed hoc ſpeciale: vt.ſ.de accu.mulierẽ. Accurſius.

y ¶ Polliceris.] õ mulier.

TITVLVS XIII.

Ad legem Iuliam peculatus, & de ſacrilegijs, & reſiduis.

¶ *Ponit quid ſpectet ad legem Iuliã peculatus.*

Vlpianus ad Sab. LEX I.

Lege Iulia peculatus cauetur ne quis ex pecunia ſacra[z] religioſa[a], publicáve[b] auferat, néve intercipiat, néve in rem ſuam vertat néve faciat quò[c] quis auferat: intercipiat, in rem ſuam vertat: niſi cui vtique lege licebit[d]: néve quis in aurum, argentum, æs publicum, quid indat, néve immiſceat, néve quo quid indatur[e], immiſceatur, faciat ſciens dolo malo, quo id peius fiat.

Paulus ad edictũ. LEX II.

Lege Iulia de reſiduis tenetur qui publicam pecuniam delegatam[f] in vſum aliquem retinuit, neq; in eum[g] vſum conſumpſit.

¶ AD LEGEM *Iuliam peculatus, & de* 50 *ſacrilegijs, & reſiduis.*

Lege Iulia peculatꝰ.] CASVS. Lege Iul.pecu.cauet ne quis auferat ex pecunia ſacra religioſa vel publica. néve ĩtercipiat: 60 néve in rẽ ſuã cõuertat: néve faciat ſiue pcuret quia hęc fiãt ab alio. Itẽ eadẽ.l. pcipiẽ ne quis adijciat qd ferri vel immiſceat in aurũ vel argẽtũ publicum: néve procuret vt hæc ab alio fiãt. Frã. Acc.

z ¶ Sacra.] largiſsimè 70 pone nomẽ, vt p ſacris vaſis. ad qd eſt inſtitu.de pub.iud.§.itẽ. lex Iul.ſic & aſs: vt nota.C.de cõſti.pe.l.ij.§. pe. Item quod dicit ſacra, expone vt.ſ.l.iiij.in prin. Accurſius.

a ¶ Religioſa.] vt in ornamentis ſepulchrorum.

b ¶ Publicaúe.] fiſci, vel ciuitatis Romanæ: vt.ſ.l.iiij.in fi.

c ¶ Quo.] pro vt.

d ¶ Lege licebit.] vt ſacerdoti de re ſacra, & officiali de re publi. 80 cuius periculo eſt: vt.ſ.l.ſacrilegij.in prin.

e ¶ Indatur.] i.adijciatur ferrũ vel aliquid ſimile.& facit.ſ.ad legẽ Cornel.de fal.l.lege Cornelia.

Lege.] CASVS. Qui pecuniam publicam deſtinatam ad aliquod factũ, puta ad clauſam: retinet eam, nec eam expendit in vſum in quem debebat: punitur.l.iul.de reſiduis. Franc. Accurſius.

f ¶ Delegatam.] i. deſtinatam ad quod.ſ.l.iij.§.ſed & qui. Accur.

g ¶ In eum vſum.] ſcilicet in quem erat delegata.

a Peculatus.] Succeſsit. vt in aut. de nuptijs. §. deportatio. & no. ꝑ. de pœ. l. ij. §. conſtat.

b ꝗ Statum.] id eſt in pœnam ſupradictam. Accurſius.

c ꝗ Admittit.] hoc hodie contra: vt in aut. vt nulli iudi. §. fina.

Lege Iul.] CASVS. Hîc declarat mẽtem. l. proxi. præcedẽ. quæ pœna imponatur ex crimine peculatus. Secũdò dicit ꝙ prædicta pœna punitur qui pecuniã ſacrã vel religioſam aufert. idẽ ſi rem donatã deo quis auferat. Tertiò dicit, mãdatis principũ cauetur vt præſides conquirãt ſacrilegos, latrões & plagiarios: & eos inuẽtos puniãt ſecundũ modum delicti. Quartò dicit. Qui pecuniã habitam ex loca. fundi reipublicæ vel ex ſimili cauſa in litera declarata, penes ſe retinet: lege Iul. de reſiduis punit. Itẽ qui pecuniam publicam habebat vt eã expẽderet in aliquo facto publico, & nõ expẽdit eã, imò retinet: pœna legis Iuliæ. de reſiduis tenet. ꝗ Non fit.] Locus in quo theſaurus inuenitur, non fit religioſus, etiã ſi in monumento inueniatur: prohibitũ eſt enĩ ſepeliri theſaurum. & quod prohibitũ eſt ſepeliri: ſi ſepeliatur, nõ facit locũ religioſum. Vltimò dicit. qui rẽ ciuitatis Romanæ ſurripit: crimine peculatus tenetur. Itẽ ſi res priuatorũ in ædem ſacram depoſitæ ſurreptæ fuerint: actio furti competit. & hoc dicit hic. §. cũ. l. ſeq. Frãciſcus Accurſius.

Vlpianus. LEX III.

Peculatus pœna, aquę & ignis interdictionem, in quam hodie ſucceſsit [a] deportatio, continet, porrò qui in eum ſtatũ [b] deducitur: ſicut omnia priſtina iura, ita & bona amittit [c].

Martianus. LEX IIII.

Lege Iulia peculatus tenetur qui pecuniam ſacram [d], religioſam abſtulerit, vel interceperit. Sed & ſi donatum [e] Deo immortali abſtulerit: peculatus pœna tenetur. ¶ Mandatis [f] autem cauetur de ſacrilegijs, vt præſides ſacrilegos, latrones, plagiarios conquirant [g]: & prout [h] quiſque deliquerit, in eum animaduertant: & ſic cõſtitutionibus cauetur, vt ſacrilegi extra ordinem [i] digna pœna puniantur. ¶ Lege Iulia de reſiduis tenetur is apud quem ex locatione [k], emptione, alimentaria ratione, ex pecunia quam acceperit, aliáve qua ex cauſa pecunia publica reſedit. ¶ Sed & qui pecuniam publicam in vſum aliquem [l] acceptam retinuerit, nec erogauerit: hac lege tenetur: qua lege [m] dãnatus, amplius tertia parte [n] quàm debet, punitur. ¶ Non fit loc⁹ religioſus vbi theſaurus [o] inuenitur. Nam & ſi in monumẽto inuentus fuerit: non quaſi religioſus tollitur. Quod enim ſepelire quis prohibetur, id religioſum facere non poteſt. at pecuniam ſepelire quis non poteſt [p]. vt & mãdatis principalibus cauetur. ¶ Sed & ſi de re ciuitatis [q] aliquid ſurripiatur ✱, conſtitutionibus principum diuorum Traiani & Hadriani cauetur peculatus crimen committi [r], & hoc iure vtimur.

Idem. LEX V.

Diui Verus & Antonin⁹ Caſſio Feſto reſcripſerunt, res priuatorum ſi in ædem ſacrã depoſitæ ſurreptæ fuerint: furti [s] actionem, non ſacrilegij eſſe.

Vlpianus. LEX VI.

Sacrilegij pœnã debebit proconſul † pro qualitate perſonæ proq; rei conditione & temporis & ætatis [t] & ſexus vel ſeueri⁹, vel clementius ſtatuere, & ſcio multos etiam ad beſtias damnaſſe ſacrilegos, nonnullos etiam viuos exuſsiſſe [v]: alios verò in furcas ſuſpendiſſe. Sed moderanda pœna eſt vſque ad beſtiarũ dãnationem eorum qui manu facta templa effregerũt, & dona Dei noctu tulerunt. ¶ Cæterũ ſiquis interdiu [x] modicũ aliquid ex tẽplo tulit, pœna metalli [y] coërcendus eſt: aut ſi honeſtiore [z] loco natus ſit: deportãdus is in inſulã eſt. ¶ Qui cũ in moneta publica operantur, extrinſecus [a] ſibi ſignant pecuniam forma publica, vel ſignatã furantur: ij non videntur adulterinam monetam exercuiſſe, ſed furtum publicæ monetæ feciſſe: quod ad peculatus [b] crimen accedit. ¶ Si quis ex metallis Cæſarianis aurum argentúmve furatus fuerit: ex edicto diui Pij exi-

d ꝗ Sacram.] priuatim: ſec⁹ ſi publicè: vt ꝑ. l. vj. & l. ſacrilegi capite. Accurſius.

e ꝗ Donatum.] fortè ad eius donãtis honorẽ in loco publico: & ſic quãdo ad decorẽ publicũ pertinet, habet locum hęc lex. & facit. ſ. ad. l. Fal. l. j. §. ad municipum. & quod not. C. de fur. l. nondum.

f ꝗ Mandatis.] principum.

g ꝗ Conquirant.] id eſt conquiri faciant. ſic. ſ. de infamibus. l. furti. §. mandati. & facit. ſ. de offi. præſi. congruit.

h ꝗ Prout.] ſic. ſ. de offi. præ. diuus mar. in prin.

i ꝗ Extra ordinem.] vt. ꝑ. eo. l. ſacrilegij pœnam. ſed certè imò ordinaria pœna: vt. ꝑ. eo. l. ſacrilegi. Sol. vt ibi.

k ꝗ Ex locatione.] à publico facta. & hic exigebat nomine publico: vel erat ei data à publico vt emeret fundum fiſco, vel vt aleret aliquem à repu. alendum. Vel dic quòd ipſe locabat nomine publico, & vendebat: & ſic emptione ab aliquo perfecta. pro quo infrà eo. l. hac lege.

l ꝗ In vſum aliquem.] id eſt alium quàm ſuperioribus caſibus.

m ꝗ Lege.] ſcilicet de reſiduis.

n ꝗ Tertia parte.] id eſt in triplo eius quod accepit: & plus: & ſic in quadruplum ſecundum P. pro quo eſt. ꝑ. ſacrilegij. §. fi. & l. pe. & inſti. de act. §. tripli. Alij dicunt extraordi. & amplius tertia parte ſcilicet ſuorum bonorum. tu dic in eo quod accepit, & tertia eius plus. ad quod. C. de inoffi. teſta. l. ſiquis in ſuo. & C. de liti. l. fina. Accurſius.

o ꝗ Theſaurus.] ſ. de acqui. re. do. nunquàm. §. j.

p ꝗ Non poteſt.] vt & ſ. de reli. ſiquis. §. funeris niſi cauſa cuſtodiæ: vt. ſ. de acqui. poſ. peregre.

q ꝗ Ciuitatis.] Romanæ, non alterius: vt. ſ. de fur. l. ob pecuniam. contrà.

r ꝗ Committi.] aliâs committi, & aliâs committat.

s Diui.] Furti. imò ſacrilegij. nam facit locus vt ſacrilegium fit: vt. ꝑ. de pœ. aut facta. §. locus. qui eſt contrà. Sol. ſecundum R. & Al. hîc ſubaudi furti actionem, ſcilicet etiam, non ſacrilegij ſcilicet tantum. & ſic vtraque via locũ habet. ſimile ſubauditũ eſt. ſ. de acquir. poſ. poſsideri. §. ſi rom. & de fur. l. ſi is. & de verb. oblig. cũ ſtipulatus. & l. in illa. & C. de abol. l. ij. & ſ. quo. leg. l. j. & de iudi. ſolemus. & de euic. l. ſi mancipium. §. fi. & C. te teſt. l. j. & ſ. de oper. no. nũ. de pupillo. §. ij. & ſ. de re. per. l. j. in fi. vel ſecundum Azo. & H. hîc dic nihil ſubaudiri: & ſic nõ erit hîc ſacrilegiũ. Idẽ & ſi ſacrum auferatur de nõ ſacro. nã locus &c. vt ibi. oportet ergo & ꝙ ſacrũ de ſacro loco auferatur ſecũdũ hoc. ad quod. ſ. de incẽ. ruina. naufra. l. & loco. Sed quando qd incipit eſſe ſacrũ: dic vt. C. de fur. l. ſi nõdũ. ſed ſecundũ cañ. eſt ſecus: vt. xvij. q. iiij. quiſquis. Itẽ facit. ſ. de vi & vi arma. l. j. §. illud. & §. ſiquis. & §. j. ſed arg. contra. C. de epiſco. & cleri. l. ſiqs in hoc. vel dic tertiò hîc res priuata de ſacro: ibi res ſacra de ſacro: & ſic locus facit ſacrilegiũ vel furtum. quod in idem recidit.

Sacrilegii] CASVS. Hîc dicit ꝙ proconſul. imponit pœnam ſacrilegij pro qualitate perſonæ quãque acriter, quandoq; leuiter. ꝗ Qui cum.] Qui nomine ciuitatis faciunt pecuniam publicam, & partem pecuniæ ſibi retinent, partem aſsignant ciuitati: non ſunt falſarij, ſed fures: & ideo peculatus crimine tenentur. Secundò dicit. qui ex metallis Cæſarianis aurum vel argentum ſurripuit: in exilium vel in metallum damnatur ſecundum qualitatem perſonæ. Tertiò dicit. qui auxilium præſtitit furanti pecuniam publicam: punitur in quadruplum vt manifeſtus fur, & infamis fit. Item qui ex metallo Cæſaris aurum accepit illicitè, & cõflauit: in quadruplum punitur. Fran. Accrſius.

t ꝗ Et ætatis.] videtur ergo extraordi. & ſic eſt contrà infrà eodẽ ſacrilegi capite. ſed & iſtæ ſunt capitales. vel dic vt ibi. Item quod dicit moderandam pœnam pro ætatæ & ſexu, facit ſuprà de adulte. l. ſi adulterium. §. fratres. & de termino moto. l. ij. de minoribus auxilium. item ad hoc ſuprà de incen. rui. nau. Pedius. §. j. & l. ne quid. §. j. Accur.

v ꝗ Exuſsiſſe.] id eſt combuſsiſſe.

x ꝗ Interdiu.] id eſt ex die.

y ꝗ Pœna metalli.] quæ minor eſt quàm beſtijs ſubijci, vt hîc colligitur. nam grauius pro nocturno puniẽdus eſt: vt ſuprà de effra. l. fi. Item not. modicum, vt pro modica re magna pœna. arg. contrà. ſ. de dolo. l. ſi oleum. in fi.

z ꝗ Honeſtiore.] ad hoc. ſ. de ter. mo. l. ij. & de arb. l. ij. §. ij. in fin. & C. de ſacroſan. eccl. l. placet. in fi. & ſ. ad le. Corne. de fica. l. iij. §. penul. & ꝑ. de pœ. l. capitalium. in fi. & ꝑ. de re milita. l. iij. §. is qui ad hoſtes. & ꝑ. proxi. §. ſiquis ex metallis.

a ꝗ Extrinſecus.] i. extra eam quam de publico faciunt in alia manu: vt ſibi habeant & faciant, publica forma tamẽ, vt ſubijcit: aliâs tenentur crimine falſi: vt. C. de falſa moneta. l. ij. & ſ. de Fal. l. lege Corne. & l. qui falſam. Accur.

b ꝗ Quod ad peculatus.] R. hîc habet. §. alij nõ, ſed. ꝑ. ſiquis &c.

✱ vide hîc Alc. lib. diſpũc. j. c. iij.

† Adde ꝙ non tãtùm, procõſul. i. Iudex laic⁹ ſed & ſecularis de ſacrilegio cognoſcit: vt c. cũ ſit generale. & ibi notaui in apoſt. ad Panor. nu. j. in ver. tam ſecularis quàm eccleſiaſticus. extrà de foro cõpe. & in l. ſiquis in hoc genus C. de epiſc. & cle.

lio vel metallo (prout dignitas personæ patitur) punitur[a]. Is autem qui furāti signū[b] prębuerit, perinde habetur ac si manifesti furti condemnatus esset[c], & famosus[d] efficitur. Qui autem aurum ex metallo[e] habuerit illicitè, & conflauerit: in quadruplum[f] condemnatur.

Venuleius. **LEX VII.**

PEculatus crimen ante quinquennium admissum[g] obijci non oportebit[h].

Idem. **LEX VIII.**

QVi tabulam æneam[i] leges formámue agrorū[k] aut qd aliud continentē[l] refixerit, vel quid inde immutauerit: lege Iulia peculatus tenetur. ¶ Eadem lege tenetur qui quid in tabulis publicis deleuerit vel induxerit[m].

Paulus. **LEX IX.**

SAcrilegi capite[n] puniuntur. Sunt autem sacrilegi qui publica sacra cōpilauerint[o]. At qui priuata sacra, vel ædiculas incustoditas tentauerint: amplius quā fures, minus quâm sacrilegi merentur, Quare quod sacrum[p], quodúe admissum, in sacrilegij[q] crimen cadat, diligenter consyderandum est[r]. ¶ Labeo li. xxxviij. posteriorū peculatum definit pecuniæ publicæ aut sacræ furtum non ab eo factum cuius periculo fuit: & ideo ædituum[s] in ijs quæ ei tradita sunt, peculatum nō admittere[t]. Eodem capite inferius scribit[v], non solùm pecuniam publicam sed etiam priuatam crimē peculatus facere[x]: vt si quis quod fisco debetur, simulans se fisci creditorem acceperit, quamuis priuatam pecuniam abstulerit. Is autē qui pecuniam[y] traijciendam[z] suscepit[a], vel quilibet[b] alius ad cuius periculum pecunia pertinet: peculatum non committit[c]. ¶ Senatus iussit lege peculatus teneri eos qui iniussu[d] eius q̄ ei rei præerit, tabularum publicarum inspiciendarum describendarumque potestatē fecerint[e]. ¶ Eum quoque qui pecuniam publicam in vsus aliquos[f] retinuerit, nec erogauerit: hac lege teneri Labeo[g] libro. xxxvj. posteriorum scripsit.

Labeo. **LEX X.**

CVm eo[h] autem qui cûm in prouinciam abiret[i], pecuniam[k] quæ penes se esset, ad ærarium professus[l], retinuerit: non esse residuæ pecuniæ actionem: quia eam priuatus[m] fisco debebat: & ideo inter debitores[n] eum fieri: eamque ab eo is qui hoc im-

---

a ¶ Punitur.] per hāc.l.vt.§.l.iij.in fi.&.§.ea.l.in §.primi casus.& facit.j.de pœnis l.si quis.in prin.
b ¶ Signum.] aliâs signum.ad quod.C.ad leg.fal.de pla.si quis.
c ¶ Condemnatus esset.] i.punitur in quadruplū eius quod ablatū est, & datur fisco proposita actione huius.l.vel actio.in factum. & pro hoc.j.l.pe.&.j. proxi.rū.nā & aliâs q opem præstat furi, furti tenetur: vt insti.de 10 ob.quæ ex delic.§.interdum furti.Sed ob. manifest' fur tenetur cōdictione fur.sed iste qui opē tulit, nō: vt.§. de condi.fur. proinde. ergo nō est idē.itē qui præbet opē furto manifesto: nō tenet furti manifesti, sed nō mani 20 festi: vt.§.de fur.is q opē.ad qd dic q perinde habet: nō tamē per oīa idē.sic.§. qua.rerū actio nō datur.l.j.§.in summa.sic & alis nihil interest: nō tamē per omnia nihil: vt.§ de inter.act.de ætate.§.nihil.& insti.de vsu 30 fru.§.nā extraneo.&.§.de cōpē.postquā.&.C.de procu.l.nihil.& de erro.aduoc.l.j.&.§.de pig.act.l. solutū.§.si quasi.&.§.de statuli.l.statuliberi à cęteris.in princ.& insti.q.mo.ius pa.po.so.§.nostra.&.C.de iure do.l.vbi 40 in me.&.§.de accusa.hos accusare.§.si seruus.&.j.de pœ.l.capitaliū.&.§.de acquir.pos.naturaliter.§.ratio.& de vsuca.nūquā.§.si seruus.& p empt.qui fundum.§.si.& de solu.si ita stipulatus.& arg.suprà de iure 50 iur.sed & si.§.fi.
d ¶ Famosus.] cōdēnatiōe facta: ad qd.§.ad le.Iul.de vi pri.l.j. Alij q de facto tantū nō facta condemnatione. Alij ipso iure cōdēnatione etiam non facta.sed hoc non est in furto: sed demū post sententiam[a]: vt suprà de ijs qui no.infa.l.furti.&.l.j.§.qui furti.

a Et ista est veritas: vt in.c.super eo.& ibi notaui in apo.ad Panor.in verb impedit.extrà de electio.& in.l.j.vbi etiam notaui in addi.ad Iaco.re.buf.in ver.ad honoribus & digni tate.num.j.C.de infa.lib.x.

e ¶ Ex metallo.] Cæsaris: vt suprà proxi.§.
f ¶ In quadruplum.] proposita actione huius.l.vel actione in factum.arg.suprà de Fal.l.qui nomine.verum hîc datur fisco.quod 60 dic vt infrà.l.pe.
g PEculatus.] Admissum id est commissum.
h ¶ Non oportebit.] sic in adulterio: vt.§.de adul.l. quinquennium regulariter contrà: vt.C.de fal.querelam.
i QVi tabulam æneam.] aliâs æneam, aliâs æream.& dic publicam: vt.j.l.hac lege.Accur.
k ¶ Agrorum.] pro eodē ponit: vt cāpus fori sunt torneaturæ tot.
l ¶ Continentem.] vt mensuræ viarum: vt circa curiam.
m ¶ Induxerit.] id est ducendo pennam subtus.
SAcrilegi.] CASVS. Primò dicit qualiter puniātur sacri- 70 legi.Secūdò dicit qui sint sacrilegi.Tertiò punit eos qui intrauerūt res sacerdotū vel ędes eorū per vim aliquid accipiēdo: & puniuntur minus quā sacrilegi: & plusquā fures.iudex ergo inquirere debet quod sit sacrum verum vel quasi, & quod crimen cadat in crimen sacrilegij, ¶ Labeo] Labeo definit peculatum. Secundò dicit q in casu qui surripit pecuniam priuatam, cōmittit peculatū. & ponitur exemplū in litera. Tertiò dicit: qui pecuniā publicā traijciendā suscepit, vel similis persona ad quam spectat periculū, non cōmittit peculatū. Quartò dicit qui fecit potestate tabularū publicarū inspiciendarū & describendarū siue parabola eius qui præ- 80 erat his factis, cōmittit peculatū. Quintò dicit. qui pecuniā publicā habebat ad expendēdū in certos vsus, & eam retinuit, nec expēdit vbi debebat, crimine peculat' tenet. Vltimò dicit, debitor fisci dedit mihi pecuniam vt eā soluerē ęrario siue fisco. & ego corā pcura. cōfessus sum eā habere. recessi aliqua de causa in prouinciam, & nō solui. Dicitur q nō teneor de residuis: sed fisci debitor sum, & coget me procurator Cæsaris ad soluendum pignora, exigēdo, & me detinendo, & multam indicendo. & si per annum stem q non soluā: de residuis teneor. Et.h.d.hic.§.& lex. Fran. Accur.
n ¶ Capite.] imò extra ordi.vt.§.eo.l.lege.§.mandatis.&.l. sacrilegij.Sol.& illæ sunt capitales.secundū Azo.vel dic triplex sacrilegiū. Primū verū: de quo subijcit, sunt autē &c.& sic sacrū de sacro. Secundum quasi sacrilegium: de quo subijcit: at qui &c.& tūc extra ordi.vt ibi.
o ¶ Cōpilauerint.] aliâs compilauerint. sic.§.loca.l. dominus. 10 sed in libro B.conflauerint.sic.C.de sacrosan.eccle.aut. præterea.& quod dicit publica sacra, vt cōsecrata per pōtifices.vt instit. de re.di.§.nullius.priuata sacra in quibus cōmittitur quasi sacrilegium, appellat con- 20 secrata per principē: vt.§.de re.di.l.sacra. vl appellat sepulchra quæ quis facit priuatim inferēdo mortuū: vt insti.de re.di.§.religiosum.vbi quasi sacrilegium cōmittitur si contingant: vt.C.de sepul.vio.l.j.vel priua 30 ta sacra appellat res sacerdotū quas pro se vel ecclesia habent.argu.C.de epis.& cle.l.ij.Item quod subijcit ędiculas: diminutiuū est: vt & aliâs sacculi & heduli: vt isti.de re.di.§.in pecudū.& dic esse domunculas nō sa 40 cras, sed sacerdotibus relictas, & propter vilitatem incustoditas.vel dic domunculam, quæ est iuxta ecclesiā ī qua sacerdos moratur: quas vocamus canonicas.vel illa in qua sacra vasa reponuntur.& dic tunc 50 incustoditas: qa tunc ibi non erat custos: & sic ponitur in pro nō. vel etiā in pro valde: vt.§.de lib.& posthu.l.gallus.§.ille.Est & tertium quasi sacrilegiū de quo tractatur.C.eo.l.j.ij.iij.&.iiij.
p ¶ Sacrum.] aliâs factum.& tunc verum vel quasi.
q ¶ Sacrilegii.] scilicet veri vel quasi.
r ¶ Consyderādum est.] vt sic capitis vel extraordi.pœna imponatur.vel dic vt sic maior vel mediocris pœna imponatur.
60 s ¶ Aedituum.] id est qui ædes tuetur.sic insti.de tute.§.j.
t ¶ Non admittere.] vt.j.§.proxi.in fi.
v ¶ Inferius scribit.] idem Labeo de quo.§.proxi.§.dixi.
x ¶ Facere.] scilicet quandoque: vt si quis &c.& ideo malè staret hîc.§.quia sic contradiceret.§.l.lege.§.fin.& quod ibi dixi.Item contrà.j.eo peculatus.So.vt ibi.
y ¶ Qui pecuniam.] publicam.
z ¶ Traiiciendam.] id est quæ traijci debebat.
a ¶ Suscepit.] scilicet in suos vsus.
b ¶ Quilibet.] custos pecuniæ publicæ.
70 c ¶ Non committit.] vt &.§.§.Labeo.sed lege de residuis tenetur: vt.§.eo.l.ij.&.iij.§.lege.&.§.sed & qui.
d ¶ Qui iniussu.] id est sine iussu.
e ¶ Fecerint.] scilicet alicui.
f ¶ Aliquos.] subau.destinatam.& sic ad præcedētia respicit.& qd subijcit, hac lege.s.de residuis: vt diximus.§.§.is autem &c.
g ¶ Labeo.] construe.Labeo ait non esse actionem residuæ pecuniæ cum eo &c.Accursius.
h CVm eo.] aliâs.§.cum eo.& aliâs lex, Labeo.
i ¶ Abiret.] propter aliquod suum negotium.si autem nun- 80 cius publicus esset, acquisita esset fisco tradente hoc gerente: vt.§.de do.l.qui mihi donatū, nec ob.§.de acqui.re.do.res.quia ibi neuter gessit vt mihi quæreretur, Accur.
k ¶ Pecuniam.] scilicet datam ab alio vt ad ęrarium deferret.
l ¶ Professus.] se habere apud ærarium confessus fuit priuatus: & ideo non adhuc publica erat.
m ¶ Priuatus.] qui soluit isti.
n ¶ Debitores.] fisci.

a ¶ Retinendo.] ad hoc. C. qui bo. ce. pos. l. j. & ff. quæ in frau. cre. l. fin. in fine.
b ¶ Multam.] hæc enim sunt remedia cogendi: vt ff. de ven. inspi. l. j. §. quid ergo.
c ¶ Sed eam.] scilicet pecuniam.
d ¶ Residuam.] i. vt residuam, si tanto tempore differat, haberi.

perio vtitur, exiget: id est pignus capiendo, corpus retinendo [a], multam [b] dicendo. Sed eam [c] quoque lex Iulia residuorum post annum resi duam [d] esse iussit.

Martianus. LEX XI.

CApitalium.] CASVS. Numerat quaſdam pœnas capitales. Item quaſdam alias, quas videas per literam. Secundò dicit, quòd honeſti homines non ſunt fuſtibus damnandi: ſed tenuiores homines. Tertiò dicit, qui ſe accumulant clamationibus popularium, vt cùm populares eſſent in magna rixa, acceperūt Titium qui eſſet dux, & dominus huius rixæ ducendæ: dicitur ꝙ hic Titius, ſi hoc ſuſcepit, punitur. & pro prima vice minùs punitur. pro ſecunda vel tertia acriùs punitur. Quartò dicit, ſeruus cęſus ob aliquod delictum domino ſuo redditur. Quintò dicit. qui prohibētur fuſtibus cædi, vt ſunt homines honeſtiores, eadem reuerētiam debent habere, quam & decuriones: & ſic nec in metallum damnari poſſunt. Diuus Hadrianus.] In opus metalli ad tēpus non debet quis damnari: ſi tamen damnetur ad tempus in opus metalli, & ſuſtinet pœnam metalli, adhuc libertatem retinet. ſicut & qui damnatur in perpetuū opus. & ſi eſt fœmina, liberos interim parit. Secundò dicit, prohibitum eſt aliquem fugere ad ſtatuas, vel ad imagines principum in iniuriam alterius. cùm enim leges ſecuritatē omnibus pmittant: meritò iuſſum eſt eos, qui ad ſtatuas confugiunt dicentes ſe timere de Titio: hoc facere videri eos in iniuriā Titij: niſi detenti eſſent à potentioribus, & tunc fugiſſent ad ſtatuas. nam nō puniuntur hoc caſu. In fi. imponit pœnam fugienti ad ſtatuā in iniuriā alterius. Oīa.] Qui deliquit in patronum ſuum vel eius patrem, vel in filiū, vel in ſimiles perſonas numeratas in litera: grauiùs punit̃ quàm ſi deliqſſet in extraneū. Item venenarij i. qui venena cōficiūt, capite puniuntur: vel ſi erant in aliqua dignitate, deportantur, & ſecūdùm hoc habes in litera venenarij. alij libri aliter habent. expone vt in gloſ. Graſſatores.] Graſſatores. i. qui nitūtur ad malum, & cauſa prædæ id faciunt: proximi ſunt latronibus. et ſi cum ferro aggrediuntur & ſpoliāt homines: puniūtur capite. & hoc eſt verum, ſi ſunt cōſueti talia facere: maximè in itineribus: aliàs in metallum damnantur, vel in inſulā relegātur. Itē ſerui, qui inſidiātur vitæ domini: igne concremandi ſunt. Item liberi homines plebeij, ſi ſunt incendiarij, ſępe puniuntur capite. nam quandoq; viui exurunt: vt ſcùm extra ciuitatem imponunt ignem in domibus aliquorum cauſa inimicitiæ, vel cauſa prędę. ſi verò in villis imponant ignem: leuiùs puniuntur. Item qui ortū incendium in domo ſua leuiter poterat extinguere, & negligētia ductus non extinguit, & ſic illatum eſt damnum vicinis: tenetur eis Aql. vel modicè caſtigatur. In exulibus.] Relegatus ad tempus ſi non obſeruet pœnam: grauiùs punit̃. & de his dat plura exempla. & primò loquitur de omnibus accuſatis & damnatis exceptis cuſtodibus. Secundò loquitur de cuſtodibus id eſt cuſtoditis pſonis damnatis, vel propriè de ipſis cuſtodibus. Famoſos.] Famoſi latrones furca ſuſpenduntur in eo loco, vbi graſſati ſunt, id eſt vbi frequentiùs deliquerunt. & redditur ratio in litera. Item latrones qui aliquem occiderunt: puniuntur eodem loco quo deliquerunt. Vltimò dicit, ex ſimili delicto grauius punitur ſeruus, quàm liber. Item grauiùs punitur infamis, quàm homo bonæ famæ. Franciſcus.

k Ferè.] ferè dicit: quia aliæ ſunt capitales, vt beſtijs ſubijci: vt ſ. l. reſpiciendum. §. fin. Item aquæ & ignis interdictio: vt ſ. de pub. iudi. l. ij. Item & alia pœna: de qua dicitur. C. de mathematicis. l. & ſi excepta. item & alia: vt ſ. ad l. Pompe. de parri. l. pe.

l Concrematio.] non in vultu. Item nec in cruce paſsio: argu. C. eo. ſiquis in me. Accurſius.

l Concrematio.] vt & C. de nili ag. non rumpen. l. j. & ſ. ad leg. Iul. peculatus. l. ſacrilegij pœnam.

m Coërctio.] hæc inducit ſeruitutem: vt ſ. e. l. aut damnum. §. ij.

n Deportatio.] hæc amiſsionem ciuitatis: vt ſ. l. quidam. Accurſius.

o Ad tempus.] hæc infamat: vt hîc, & C. de infamib⁹. l. ad tēpus.

p Datur ad tempus.] ne ſit contra. ſ. e. l. quidam. & hic infamatur, ſicut & plures ſimiles: vt j. de var. & extraordi. cogni. l. pen. §. innuitur. & facit j. de interdi. & releg. l. relegatorum. in fi.

q Subijcitur.] hæc infamat vt ſ. de infa. l. ictus.

r Qui liberi.] ſerui verò flagellis: vt ſ. eo. l. in ſeruorum. & facit j. §. & vt generaliter, & ſ. moris. §. iſte. Accurſius.

s Accommodare.] Vt Bergollus Piſanus: non Ioſeph bonoñ. de,

moniti [a], fustibus cæsi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur. quòd si ita correpti, in eisdem deprehendantur: exilio puniendi sunt, nonnunquam capite plectendi, scilicet cùm sæpius [b] seditiosè et turbulenter se gesserint, & aliquoties apprehensi, tractati clementiùs, in eadem temeritate propositi perseuerauerint. Serui cæsi [c] solent dominis reddi.

Cui minor pœna non debet infligi: nec maior potest imponi. Bar.

Et vt generaliter dixerim: oẽs qui fustibus cędi prohibẽtur, eandem habere honoris reuerentiam debent, quam & decuriones habent. Est enim inconstans, dicere eum, quem principales constitutiones fustibus subijci prohibuerunt [d], in metallũ dari posse. ¶ Diuus Hadrianus in hęc verba rescripsit, In opus metalli ad tempus nemo damnari debet: sed qui in tempus damnatus, est etiam si faciat metallicum opus, nõ in metallum damnatus esse intelligi debet [e]. huius eñ libertas manet, quandiu [f] † etiam ij, qui non in perpetuũ opus damnantur. Proinde & mulieres hoc modo damnatæ, liberos pariunt [g]. ¶ Ad statuas confugere, vel imagines principum in iniuriam alterius [h], prohibitum est [i]. Cùm enim leges omnibus hominibus æqualiter securitatẽ tribuãt: meritò visum est in iniuriam potius alterius, quàm sui defensionis gratia ad statuas, vel imagines prĩcipum confugere [k]: nisi siquis ex vinculis, vel custodia detentus à potentioribus, ad huiusmodi præsidium confugerit, his enim venia tribuẽda est. Ne autem ad statuas vel imagines quis confugiat, senatus censuit: eumq; qui imaginem Cæsaris in inuidiam alterius prætulisset: in vincula publica coërceri diuus Pius [l] rescripsit. ¶ Omnia admissa ĩ patronũ, patronive filiũ, patrẽ, propinquum, maritũ, vxorem, cæterasq; necessitudines, grauius [m] vindicãda sunt, quàm in extraneos. ¶ Venerarij [n] * capite puniendi sunt: aut si dignitatis respectu agi oportuerit [o], deportandi. ¶ Grassatores [p] qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur: & si cùm ferro aggredi & spoliare instituerunt, capite puniuntur: vtiq; si sæpius [q], atq; in itineribus hoc admiserunt: cæteri in metallum damnãtur, vel in insulas relegantur. ¶ Igni cremantur plerunq; serui, qui saluti dominorum suorum insidiauerint, nõnunquàm etiam liberi plebeij, & humiles personæ.

Qui ex proposito incendunt domos: puniuntur pœnis hîc enumeratis. cuius autem negligẽtia, & non dolo ignis damnum uicinis dedit, punitur ciuiliter, uel modicè castigatur. Bart.

Incendiarij [r] capite puniuntur. ¶ Qui ob inimicitias, vel prædæ causa incenderũt intra oppidum, plerunq; viui exuruntur [s]: qui verò casam, aut villam [t], aliquanto leuiùs. Nam fortuita incendia, si, cùm euitari possent, per negligentiam eorum apud quos orta sunt, damno vicinis fuerint: ciuiliter exercentur: vt qui iactura affectus est, damni disceptet [v], vel modicè vindicetur. ¶ In exulibus gradus pœnarum constituit edictum diui Hadriani: vt qui ad tempus relegatus est, si redeat, in insulam relegetur [x]. qui relegatus in insulam, excesserit: in insulã deportetur. qui deportatus euaserit, capite puniatur. Et in custodijs [y] gradum seruandum esse idem princeps rescripsit: id est, vt qui in tempus damnati erãt, in perpetuum damnarẽtur: qui in perpetuum damnati erant, in metallum damnarentur: qui in metallum damnati id admiserunt, summo supplicio afficerentur.

Iste §. intelligitur duobus modis. Vno modo intelligitur, ut latro dicatur fur, qui clam furatur. Alio modo intelligitur de latronibus: hoc est de robatoribus stratarum, qui hoc faciunt publicè. Bartolus.

Famosos latrones in ijs locis vbi grassati sunt [z], furca [a] figendos cõpluribus placuit: vt & conspectu deterreantur alij ab ijsdem facinoribus: & solatio sit cognatis & affinibus interemptorum [b], eodem loco pœna reddita, quo latrones homicidia fecissent. Nonnulli etiam ad bestias hos damnauerunt. ¶ Maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos, quàm liberos [c], famosos quàm integræ famæ homines punierunt.

*Paulus. LEX XXIX.

QVi vltimo supplicio damnãtur, statim & ciuitatem

---

curio.

a Admoniti. nã tũc graui⁹. et fa. ad hoc C. de pa. p. l. iij. & C. de ex. l. p.

b Cùm sæpius.] ad hoc est quod diximus. ƺ. e. l. si diutino. item facit C. de his qui ad ecclesiam confu. l. denunciamus. & ƺ. de sica. l. iij. §. alio. & j. de re milita. l. iij. §. qui seditionem. & j. si quis aliquid. §. ij. sed contra. C. de seditiosis. l. j. Sol. illa secundũ istam. Accursius.

c Serui cæsi.] ex causa superioris. §. & not. quòd quidam non habent hîc. §. sed ibi & vt generaliter.

d Prohibuerunt.] quales sũt honestiores: vt ƺ. ea. l. §. non omnes. Vel dic quales sunt, qui se accommodant &c. etiam vt sic continuetur cum superiori. §.

e Intelligi debet.] quò ad omnia huiusmodi.

f Quandiu.] id est sicut: & subaudi retinent &c. vt j. e. l. quidam. Accursius.

g Pariunt.] secus si in metallum: vt ƺ. de fideicom. liber. l. generaliter. §. ex damnata. & facit ƺ. eo. l. aut damnum. §. in ministerium.

h Alterius.] nam dicebat quòd Titi⁹ volebat eum occidere, cùm non esset verum.

i Prohibitum est.] vt C. de his q ad statuas con. l. j.

k Confugere.] præsumitur ergo contra confugas: vt C. de iudæis. l. nullus. & l. cùm verisimile. & C. de his qui p metum iudi. l. j. & in authen. de manda. prin. patrocinia. at si qs ad imaginem summi Regis id est Dei confugiat: tũc dic vt C. de his qui ad eccle. confu. l. fina. §. sanè. Accursius.

† aliàs, quẽadmodum etiam his q &c.

l Pius.] ad hoc ƺ. de iniur. l. senatus. & C. de extraor. crimi. l. in eum.

m Grauiùs.] ad hoc ƺ. de iniur. l. prętor. §. penult.

n Venerarij.] al's venerarij, id est qui colunt planetas: de quibus dicitur C. de pag. per totum. aliàs venenarij, qui venena conficiunt: ad quod ƺ. ad legem Corne. de sica. l. j. §. j. & l. eiusdem.

o Oportuerit.] ad hoc fac. ƺ. de ter. mo. l. ij. & de crimi. stel. l. ij. §. pe. Accursius.

p Grassatores.] id est ad malum nitentes: vnde grassor: id est nitor ad malum. Accursius.

q Si sæpius.] ad hoc quod not. ƺ. eod. diutino.

* vide ĩ hĩc §. Ioã. Bapti. pium in anno. post. c. cx. quanquam in scriptis nostris exemplaribus omnino venenarij legatur.

r Incendiarij.] al's est hîc. §. & non. ƺ. nonnunquàm &c.

s Exurũtur.] ad hoc ƺ. l. capitalium. in princi.

t Aut villam.] scilicet extra oppidum. ad quod C. de incest. nup. l. iij. in fine.

v Disceptet.] agendo Aquil. vt ƺ. ad leg. Aquil. si seruus seruum. §. si fornacarius. & §. siquis alteri. & §. siquis insulam. & dic vel pro &: vt C. quando ciui. actio. l. j. & facit ƺ. de sica. l. siquis dolo. & ƺ. de incen. rui. l. qui ædes. & l. si fortuito. & l. fina. & ƺ. ad leg. Aquil. l. siquis. Item facit ƺ. de abigeis. l. j. in fine. Accursius.

x Relegetur.] scilicet in perpetuum: vt & ƺ. eo. l. relegati. & facit ƺ. eod. l. aut damnum. §. inter. & j. de re milit. qui cum vno. §. j. & §. ij. Accursius.

y In custodijs.] idem videtur repetere: nisi dicas ƺ. de alijs accusatis: hîc de custodibus. ad quod ƺ. de pu. iu. l. custodias.

z Grassati sunt.] id est consueuerunt aggredi cum armis, vel sine armis & violenter: vt in authen. vt nulli iu. §. pro furto. vel grassati, id est vbi frequenter obsederint itinera publica. nam si semel veniam merentur à furca: vt ƺ. §. grassatores. & C. de episco. au. l. iij. in fine.

a Furca.] aut clàm aliquis surripuit, & nõ est famosus: & fustigatur: vt in authen. vt nulli iu. §. pe. aut palàm. & est famosus: & tunc furca: vt hîc. aut palàm, sed nõ est famosus: & tunc lege Iulia de vi publi. vel priua. vt institu. de pub. iu. §. item lex. sed hodie hoc casu pœnis legalibus: quod exponunt pœna huius legis: vt d. authenti. vel posset dici. d. l. Iul. de vi. si modò tantum semel fecit: aliàs pœna huius. §. vt ƺ. §. grassatores. aut est famosus: sed nõ nisi clàm surripuit: & tunc fortè ꝙ hîc dicitur obtinet: sed secũdùm Lõgobardam pro prima culpa oculum, pro secunda nasum perdat: pro tertia moriatur: vt in Longobarda de furtis. l. de latronibus. Item facit ƺ. de incendiarijs l. ne gd. §. j. & ƺ. ad leg. Iul. pec. l. sacrilegij. & ƺ. ca. l. in prin.

b Interemptorum.] id est eorum quos interemerunt latrones.

c Liberos.] quandoq; æqualiter seruus, vt liber in priuatis criminib⁹ vel delic. vel dic vt ƺ. eod. l. j. in princi. & facit C. de ordin. cog. l. iij. & ƺ. eod. l. in seruorum. & si ex nox. causa agatur. l. penulti. & ƺ. de dolo. l. non debet. & ƺ. ad leg. Iuliã pecula. l. sacrilegij. in princ. Sed argu. contrà C. de episco. & cle. l. presbiteri. & ƺ. eod. l. aut facta. §. persona.

Alias C ius.

Qvi vltimo.] Vltimo

Vltimo supplicio damnatus statim perdit ciuitatem & libertatem : licet dudum post differatur pœnæ impositio : quod plerunq; euenit : vt in litera dicit. Franciscus Accursius.

a ¶ Perdunt.] antequàm interficiantur. & intra decem, dies. sed appellatione facta extinguitur hic effectus : vt ff. de iniusto testa. si quis ex. § hi autem.

b ¶ Casus.] id est à libertate & ciuitate. Accursius.

c ¶ Ad bestias.] qui ergo damnatur ad bestias, debet mori : vt hîc : & ff. de iniusto test. si qs. & §. sed & si qs. vñ trahebat fortè ad caudã eq donec moreretur : vel verius ponebatur inter feras bestias. nam cùm dico bestiam, intellige feram : vt ff. de postu. l. j. §. bestias. Et not. damnatum ad mortem, statim fieri seruum : vt hîc, & d. §. sed & si quis. & ff. e. quod ad statum. Idem si in metallum : vt ff. eo. in seruorum. §. qui ex causa. quia illa est proxima morti : vt ff. l. proxi. in princip. sed hoc hodie corrigitur in bene nato. non sic in spurio puto : vt in authent. de nup. §. quod autem. In deportatis verò dic, quòd ipsi statim post sententiam perdant ciuitatem : vt & ff. de leg. iij. l. j. §. deportatos. in fin. sic ergo dicte sententiç trahunt secum executionem : vt sententia excommunicationis. vnde sicut ab hac appellatur, sic ab illa. nec ob. quòd ibi casus non infligit : quia & hîc lex. vel ibi de°. quia & hic princeps. vel quia ibi terror : qa sic & hîc. Sed tamen decretistæ contradicunt : & de hoc dixi. C. si à non compe. iudi. l. fina.

d ¶ Solent.] scilicet damnati in metallum.

e ¶ Habeatur.] & propter alia quandoq; : vt ff. eo. prægnantis. & hoc quod hîc dicitur, dic in casibus præmisis : vt C. de accu. l. si. vel ibi in confesso : hîc in conuicto. vel ibi in non damnato : hîc in iam damnato.

Dãnatus ad mortem fit seru°.

† Alias Modestinus.

& libertatem perdunt[a] . itaq; præoccupat hic casus[b] mortem : & nõ nunquàm longum tempus occupat : quod accidit in personis eorum, qui ad bestias[c] damnantur. sæpe etiã ideo seruari solent[d] post damnationem, vt ex his in alios quæstio habeatur[e].

¶ Qui alicui incußit timorem mortis, uel alium magnum timorem : debet in insulam relegari. Bartolus.

† Idem. LEX XXX.

SIquis aliquid fecerit, quò leues hominum animi superstitione numinis terreantur : diuus Marcus huiusmodi homines in insulam relegari rescripsit[f].

Idem. LEX XXXI.

AD bestias[g] damnatos, fauore populi præses dimittere non debet : sed si eius roboris vel artificij sint †, vt dignè populo Romano exhiberi possint, principem cõsulere debet. ¶ Ex prouincia autẽ in prouinciam traduci damnatos sine permissu principis[h] non licere diui Verus & Antoninus rescripserunt.

¶ Sententia debet conformari petitioni, uel accusationi factæ in libello : & secundum hoc pœna statui. Barto.

Vlpianus. LEX XXXII.

SI præses † vel iudex[i] ita inter locutus sit, Vim fecisti, si quidem ex interdicto[k], non erit notatus[l], nec pœna legis Iuliæ seque-tur. si verò ex crimine[m], aliud est[n]. Quòd si non distinxerit præses[o] vtrùm Iulia publicorum, an Iulia priuatorum : tunc ex crimine[p] erit æstimandum. sed si vtriusq; legis crimina obiecta sint : mitior[q] lex, id est priuatorum, erit sequenda.

Papinianus. LEX XXXIII.

FRatres Imperatores rescripserunt seruos in tẽporaria vincula damnatos, libertatem, hereditatem, siue legatũ, postquàm tempus expleuerint[r], consequi : quia temporaria coërcitio quç descendit ex sententia, pœnç est abolitio. si autẽ beneficiũ libertatis in vinculis eos iueniat : ratio iuris & verba constitutionis[s] libertati refragantur. ¶ Planè si testamẽto libertas data[t] sit : & eo tẽpore quò aditur hçreditas, tempus vinculorum solutum sit : rectè manumissus intelligitur : non secus ac si pignori datum seruum debitor manumisisset, eiusq; post liberatum pignus adita fuisset hæreditas.

Idem. LEX XXXIIII.

SEruus in opus publicum perpetuum, ac multò magis temporarium nõ datur[v]. Cùm igitur per errorem in opus temporariũ fuisset datus : expleto tempore domino seruum esse reddendum respondi[x]. ¶ Eos quoq;[y] delatoris

† No. q ex cellenti in arte sua decapitando parcendum est si reus mortis sit optimus artifex & valde vtilis reipubli. per istũ tex. concor. in si milit. text. in C. j. §. sint vi ri de nume. ro & qua. card. in pragma sanc. Iste text. reputat hic sing. per ferri ben. ad hoc propositum q sententia simpliciter lata declaratur secundũ originem libelli, seu petitionis hoc ad lito, q potest etiã declarari p iudicem, qui eam tulit p gl. not. in l. ab executore de appella. I. Bolog.

f ¶ Rescripsit.] sed & pœnam capitis petietur, si ipsa territio mortem minabatur : vt ff. de extraor. crimi. l. pe. §. sunt quædam.

SIquis.] CASVS. Qui aliquid facit, per quod leuis animi homines terrentur, vt mortem vel similem timorem habeant : in insulam relegatur. Franciscus.

ADbestias.] CASVS. Damnatos ad bestias præses non debet eos dimittere ad clamorem populi : nisi hoc videat expedire populo. nam tunc dimittere potest, cùm principis tamen consilio. Item non licet damnatum transduci de prouincia in prouinciam sine licentia principis. Franciscus.

g ¶ Ad bestias.] non dicas damnatos ad fauorem, vel ad clamationem populi. hoc enim fieri non debet : vt C. de decurio. l. decurionum. & argu. ff. qui & à quibus. l. si priuatus. sed volebat populus hos dimitti, cum essent iam damnati.

h ¶ Sine permissu principis.] ad hoc & superius respon. est ff. eo. l. diui. & l. iiij. in fi. & quod no. ff. ti. j. l. j. in fi. sed arg. contrà C. de reli. l. j.

SI præses.] CASVS. Præses vel alius iudex tulit sententiã definitiuam, in qua dixit Titium vim commisisse. quæritur an sit infamis : & inspicitur forma petitionis. nam aut super interdicto vnde vi est conuentus : & tunc non erit infamis. si autem de crimine legis Iuliæ esset accusatus, tunc erit infamis. sed qua pœna punietur : an pœna legis Iuliæ de vi priuata, an de vi publica? & certè inspicitur de qua fuerit accusatus, & illius pœnam patietur. si autem de vtraq; esset accusatus : & sic simpliciter iudex tulit sententiam vt dictum est : tunc significatur damnatus de vi priuata. Fran.

i ¶ Vel iudex.] scilicet talis qui habeat merum imperiũ : quòd hîc exigitur : vt ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. qui vniuersas.

k ¶ Ex interdicto.] proposito.

l ¶ Non erit notatus.] vt ff. de vi & vi ar. l. neq;. Accursius.

m ¶ Ex crimine.] scilicet proposito fuit interlocutus.

n ¶ Aliud est.] scilicet quia erit infamis : sed oppo. quia interlocutio nõ infamat : vt ff. de infa. l. quid ergo. §. cùm autem. & C. de infa. l. verbum. & l. interlocutio. quæ sunt contrà. Sol. hîc ponitur pro diffinitiua sententia, qua sola talia crimina diffiniuntur : vt C. de fal. vbi. vel hîc causa cognita : in cõtrarijs nõ.

o ¶ Præses.] in sententiando.

p ¶ Ex crimine.] proposito. Et not. quòd H. dicit, quòd si ex lege publica, erit infamis. si verò l. Iul. de vi pri. non : quod probatur : quia descendit ab interdi. vnde vi accusatio legis Iuliæ vis priuatæ : quod interdictum non infamat. nec hoc ergo infamet : vt ff. de pu. iudic. l. infamen. Sed opinio ei° grauatur. & sic intelligitur ff. ad le. Iul. de vi pri. l. j. in prin. & l. fi. quod non placet : quia illa distinctio descendit à ciuili famosa : vel non habet locum in priuato delicto, non publico : vt d. l. infamẽ. at hęc accusatio vis priuatæ est publica : vt ff. de publi. iudic. l. j. præterea expresse dicitur ff. ad l. Iul. de vi priua. l. j. in prin. & l. fi. quòd infamet : quod de infamia iuris est intelligendũ. & quod hîc dicit, est intelligendum, quò ad pœnã imponendam : quæ statim lata sententia intelligitur : vt ff. ad Turpil. l. j. §. fin autem. nam alia est pœna vnius legis, alia alterius : vt insti tu. de publi. iudi. §. item lex.

q ¶ Mitior.] ad hoc ff. de regu. iur. l. semper. & l. si in duabus. & ff. de verbo. oblig. si ita stipulatus fuero. & de dona. cau. mor. l. mortis causa capitur. §. fina. & ff. ad l. Rho. de ia. l. ij. §. portio. & de supe. tuto. l. hæc enim. in princi. & ff. eo. l. penul. & ff. de leg. j. apud Iulianum. §. Seio.

FRatres.] CASVS. Stichus seruus meus commisit delictum, propter quod est damnatus, vt in metallis stet vsq; ad tempus. interim reliqui ei libertatem, & hæreditatem vel legatum quoddam. dicitur, quòd finito tempore pœnæ & libertatem habebit, & hæreditatem vel legatum. si autem eum interim manumittam inter viuos, non valet. sed si in testamento manumitto eum : & tempore quo additur mea hæreditas, inuenitur liberatus à vinculis : tenet datio libertatis : sicut si debitor seruum specialiter pignori datum manumittit in testamento. deinde inuenitur seruus liberatus à pignore ante aditam hæreditatem domini. nã & hoc casu tenet datio libertatis. Frãciscus Accursius.

r ¶ Expleuerint.] quia post cõpletam pœnam cedit dies legati. ad quod ff. de manumis. test. l. Aristo. Item facit C. de infa. l. & si seuerior.

s ¶ Constitutionis.] C. qui ad liber. perue. non pos. l. j.

t ¶ Data.] specialiter & expresim, q manumittere non possunt. secus si generaliter vel tacitè : vt ff. qui & à quibus. l. iiij. & C. de seruo pign. dama. l. ij. & iij. Sed videtur q debitor posit manumittere seruum pignori datum : vt ff. de fideicom. lib. l. generaliter. §. si quis seruo. quæ est contra. Sol. verum est per fideicom. non directam, nisi cedat dies iam eo liberato : vt hîc erat. vel dic vt ibi. cedit ergo dies ab adita hæreditate : vt hîc, & C. de cadu. tol. §. in nouissimo.

SEruus.] CASVS. Seruus non debet damnari in opus publicum perpetuum nec temporarium. si tamen de facto damnatus fit in opus temporarium : finito tempore redditur domino. Item pœna delatoris, & qui delatorem suppositam personam subiecit. Fran.

v ¶ Non datur.] ff. e. l. in seruorum. iij. respon. contra. sol. vt ibi.

x ¶ Respondi.] vt C. e. seruo.

y ¶ Eos quoque.] non solum ipse qui incidit per se : vt ff. ad Turpil. l. j. §. incidit.

pœna ex sententia Senatusconsulti teneri respondi, qui per suppositam personam delatori causam dederunt.

Callistratus. LEX XXXV.

Mandatis principalibus, quæ præsidibus dantur, cauetur ne quis perpetuis[a] vinculis dãnetur. idq; etiam Diuus Adrianus rescripsit.

Hermogenianus. LEX XXXVI.

In metallũ, & in ministerium metallorum † damnati, serui efficiuntur[b], scilicet pœnæ.

† aliàs, metallicorũ, & aliàs metallariorum.

Paulus. LEX XXXVII.

In Dardanarios propter falsum mensurarum modum, ob vtilitatem popularis annonæ, pro modo admissi extra ordinẽ[c] vindicari placuit.

Idem. LEX XXXVIII.

Si quis aliquid ex metallo principis, vel ex moneta sacra furatus sit: pœna metalli vel exilij punitur[d]. ¶ Transfugæ ad hostes, vel consiliorum nostrorũ renunciatores: aut viui exurantur, aut furcæ[e] suspendantur. ¶ Authores[f] seditionis & tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis aut in furcã tolluntur, aut bestijs subijciuntur, aut in insulã deportantur. ¶ Qui nondũ viripotẽtes virgines corrumpunt: humiliores in metallum damnãtur, honestiores in insulam relegantur, aut in exilium mittuntur[g]. ¶ Qui se suis nũmis redemptum[h] non probauerit, libertatem petere non potest: amplius, eidẽ domino sub pœna vinculorum redditur: vel, si ipse dominus malit, in metallum[i] dãnatur. ¶ Qui abortionis aut amatorium[k] poculũ dant: etsi dolo non faciunt, tamen quia mali exẽpli[l] res est, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam amissa[m] parte bonorum relegantur[n], quòd si ex eo[o] mulier aut homo perierit: summo supplicio afficiuntur. ¶ Testamentum, quod nullo iure[p] valet, impunè supprimitur. nihil est enim quod ex eo aut petat, aut cõsistere possit. ¶ Qui viui testamentũ aperuerit, recitauerit, resignauerit: pœna legis Corneliæ[q] tenetur: & plerũque aut humiliores in metallum damnantur: aut honestiores in insulam deportãtur. ¶ Siquis instrumentum litis suæ à procuratore aduersario proditum esse conuicerit[r]: procurator si humilior sit, in metallum damnatur: si honestior, adempta bonorum parte dimidia, in perpetuum[s] relegatur. ¶ Instrumenta duorũ penes se deposita[t], quicunq; alteri altero absente reddiderit, vel aduersario prodiderit: prout personæ conditio est, aut in metallum damnatur, aut in insulam deportatur. ¶ Iudices pedanei[v], si pecunia corrupti esse dicantur: plerunq; à præside aut curia summouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur. ¶ Miles qui ex carcere dato gladio erupit, pœna capitis punitur. Eadem pœna tenetur, & qui eum quem custodiebat, deseruit[x]. ¶ Miles qui sibi manus intulit, nec factum peregit: nisi impatientia doloris, aut morbi, luctusve alicuius, vel alia causa fecerit, capite puniendus est: aliàs cum ignominia mittendus est[y].

Tryphonius. LEX XXXIX.

Cicero in oratione pro A. Cluentio Habito scribit Milesiam quandam mulierem, cùm esset[z] in Asia[a], quòd ab hæredibus secũdis[b] accepta pecunia partum sibi[c] ipsa medicamentis ab-

---

Mandatis.] CASVS. Nemo liber homo damnari debet in perpetuis vinculis. Franciscus.

a ¶ Perpetuis.] nisi seruus: vt C. eodem. incredibile. & lege seruus.

In metallum.] CASVS. Damnati in metallum & in ministerium metallorum serui fiunt pœnæ. Franciscus.

b ¶ Efficiuntur.] vt & ff. eo. aut facta. §. fina. & l. capitalium. in princi. Sed hodie contrà, vt dixi. ff. eo. l. qui vltimo.

In Dardanarios.] CASVS. Dardanarij qui habent falsas mensuras ad mensurandum annonam, extra ordinem puniuntur pro modo delicti: & qui sint hi, dic vt ff. de extraor. cri. annonam. Fran. Accursius.

c ¶ Extra ordinem.] facit ad hoc. ff. de extraordi. cri. l. annonam. Accursius.

Siquis aliquid.] CASVS. Qui aliquid ex metallo principis, vel ex moneta sacra surripuit, in metallum dari debet: vel in insulam secundùm qualitatem personæ. Itẽ trãsfuga, id est qui ad hostes vadit, item qui renũciant hostibus nostra consilia: viui cõburi debent, aut furca suspendi. Item factores, siue authores seditionis tumultus populo concitato furca damnãtur, aut bestijs, aut in insulam secundùm qualitatẽ personæ. Item qui corrumpunt vergines nondum viri potentes, grauiter puniuntur: quod dic vt in litera. Item seruus, qui vocat dominum suũ in ius dicẽs se ab eo emptum suis nummis, & sic petit se manumitti: si hoc non probet, domino suo redditur sub pœna vinculorum: aut in metallum damnatur, si hoc domino suo placebit. Item qui dat poculum abortiõis aut amatorium poculum, grauissimè punitur: licet non in fraudẽ dederit: & magis punitur, si ex hoc poculo homo, vel fœmina perierit: quod dic vt in litera. Item qui supprimit testamentum, quod ipso iure non valet: nõ dicitur delinquere. Item qui testamentum viuentis aperuerit recitauerit & resignauerit, pœna legis Corneliæ tenetur. Item procurator meus si instrumentum litis meę prodidit aduersario, grauiter punit. quod dic vt in litera. Item si duo deposuerunt instrumenta penes Titium, & Titius ea restituit vni eorum altero absente: vel ea ostendit aduersario litis eorum: grauiter punitur. Item iudices pedanei id est qui negotia humiliora disceptant: si corrupti dicantur, & hoc inueniatur: grauiter puniuntur. quod dic vt in litera. Item miles qui de carcere fugit cultello sibi dato, & ense extracto: capite punitur. Item custos, qui dimisit captum: eadem pœna tenetur. Item miles qui sibi manus infert, volens se occidere, non tamen se occidit: capite punitur: nisi ob impatientiam doloris vel morbi, vel simili de causa hoc fecisset, tunc enim cum ignominia remittitur. Fran.

d ¶ Punitur.] vt ff. ad legem Iuliam pec. l. vj. §. siquis ex.

e ¶ Furca.] vt j. de re mili. l. omnes. §. exploratores. & l. proditores. & ff. eo. aut damnum. §. j. & argu. ff. de sica. l. iij. §. fin. Sed contra. C. de seruis fugi. l. iij. sed ibi delictum non erat consummatũ: quia in itinere fuit deprehensus: hic peregerat. Item contrà, j. de ca. & postli. re. l. postliminium. §. transfuge. Solu. ibi non petebatur per aliquem puniri: & ideo domino redditur.

f ¶ Authores.] aliàs fautores. aliàs authores. & facit ff. l. capitalium. §. solent. & quod ibi dixi.

g ¶ Mittuntur.] facit ff. de iniur. l. si stuprum. & de incen. l. fin. §. de. & de iure patro. l. adigere. §. quamuis.

h ¶ Redemptum] & super hoc dominum vocat in ius: vt ff. de iudic. l. vix.

i ¶ In metallum.] vt & ff. de manu. siquis.

k ¶ Amatorium poculum.] vt ff. ad leg. Cor. de sica. l. iij. §. sed id. Accursius.

l ¶ Exempli.] ad hoc ff. de sica. l. iij. §. sed ex senatusconsul. & l. si mulierem. & ff. de iudi. obseruare. & ad Macc. l. j. & C. de proba. exẽplo. & ff. de re iudi. diuus. in fine.

m ¶ Amissa parte.] dimidia: vt j. de ver. sig. l. nomen filiarum. §. portionis.

n ¶ Relegantur.] & in perpetuũ, ex quo de bonis aufertur: vt j. tit. ij. l. iiij. & l. relegatorum. §. ad tempus.

o ¶ Si ex eo.] scilicet poculo.

p ¶ Nullo iure.] hoc accipe vt diximus ff. de falsis. l. siquis legatũ. & sic non obst. quod ibi dicitur: ad quod est ff. de tabu. exhi. l. j. §. siue. & ad Sylla. l. iij. §. siquis codicillos. quæ sunt contrà. Item cõtrà, ff. de fal. l. ij. Solu. vt ibi.

q ¶ Legis Cornelię.] de falsis: vt ff. de fal. l. j. §. is qui. & facit ff. quemadmodum testa. ape. l. ij. §. si dubitetur.

r ¶ Conuicerit.] id est probauerit.

s ¶ In perpetuum.] ad hoc ff. de extraordi. cri. l. saccularij. §. j. et de fal. l. j. §. is quidẽ. & j. proxi. §. item facit j. tit. j. l. j. & tit. iij. l. iiij.

t ¶ Deposita.] à duobus ad quod facit ff. deposi. l. j. §. si pecuniam. et facit ff. proxi. §. & quod ibi no.

v ¶ Iudices pedanei.] id est delegati, vel etiã ordinarij, qui humiliora negotia disceptãt: vt C. de peda. iudi. l. fi. & facit C. de pœ. iudi. qui malè iudi. l. j. & ij. & in authen. ibi posita. Accursius.

x ¶ Deseruit.] ad primum facit j. de re mili. l. milites. §. eius. in fi. Ad secundum. ff. de custo. reo. l. fi.

y ¶ Mittendus est.] ad hoc ff. de re mili. omnes. §. qui se. Item facit j. ti. ij. l. fi. Item arg. contrà, ff. de fal. qui falsam.

Cicero.] CASVS. Vir Milesiæ fecit testamentum, & instituit sibi hæredẽ ventrẽ Milesiæ suæ vxoris. erat enim grauida ex eo, vt dicebatur. & si nõ nasceret aliqs, vel aliqua ex Milesia sua vxore, substituit quosdã: posteà hęc Milesia accepta pecunia à substitutis fecit abortũ aliquibus medicamẽtis factis. dicit Cicero hãc Milesiã capite damnãdã. Itẽ mulier quæ postquàm diuertit se à viro, & erat prægnãs, vim intulit ventri, vt sic abortũ faceret: in exiliũ tẽporariũ dãnatur. Fran.

z ¶ Cùm esset.] scilicet mulier, vel dic Cicero.

a ¶ In Asia.] prouincia.

b ¶ Ab hæredibus secundis.] scilicet substitutis.

c ¶ Sibi.] aliàs filijs. & aliàs sibi. Accursius.

a ¶Damnatam.] vt & ff. de fica. si mulierem. & quod ibi not.
b ¶Marito.] C. de diuor. l. fi. §. inter.
c ¶Metrodorum.] Deportari. ff. eo. l. corum. Accursius.
d ¶Sanctio legum.] id est legalis. sic C. de leg. & con. l. non dubium. Et dic, si alicui delicto imponitur certa pœna per legem: non debet cumulari, vt imponatur extraordi. arbitrio iud. sed ibi tantum vbi non est certa pœna legis. Accursius.
e ¶Nouissimè.] scilicet per generalem doctrinam, vel per regulam, quod nouissimè fieri solet: vt ff. ad leg. Aql. si seruus seruum. §. inquit. vnde regulæ in fine digestorum ponuntur.
f ¶Pœnam.] scilicet iudicis arbitrio inductam. ante tamen est incerta id est extraordi. vtpote in crimine stellionatus accusatione deficiente, specialis accusatio locum habet contra eum, qui legi non parcat: vt ff. de cri. stel. l. iij. si autem vtraq; esset certa: neutra alteri derogaret, & ideo malè se queretur: nec ambigit &c. potest tamē dici extraordi. fieri certam per arbitrium iudicis, & illā pœnā quā iudex imponit, lex imponere videtur: vt ff. de hæred. in. sti. l. asse.
g ¶Legis præceptis.] id est legale præceptū.
h ¶Non videtur.] id est locum sibi in his speciebus non vendicat, pertinet tamen ad generalitatem verborū, qua etiam species cōtinetur: vt diximus ʒ. de reg. iur. l. j. alioquin nō potest dici derogatio. Sunt autem hæc generalia verba: quicunq; legi non paret, extraordi. coërceatur.
i ¶Omni iure.] sicut in supradicto respon. ad quod ff. de leg. iij. serui vrbanis. §. fina. & de pecu. lega. seruo manumiss. & de tritico legato. l. ij. & de verborum oblig. l. doli clausula. & ʒ. de regu. iur. l. in toto. & de lega. ij. l. Titio centum aureos. & ff. de fun. instru. & instru. leg. quæsitum. §. penul. & l. cùm de lanionis. §. cui fundo. & ff. de manu. testa. si peculium.
k ¶Eadem lege.] in genere hoc accipe. Accursius.
l ¶Interpretatione.] facit ff. eo. hodie. & l. respiciendum. & ʒ. de decurio. l. generaliter. & ʒ. de regu. iur. l. factum. §. fina. & ff. de pigno. l. in quorum.

¶Imperator.] CASVS. Dic casum huius prin. vt in glos. hic posita, quæ incipit, hoc intelligit Io. &c. In secunda parte dic: filius decurionis ex delicto suo amisit honorem debitum filijs decurionū. amodò sustinebit pœnas plebeiorum. Fran.

m ¶Administrationis.] hoc intelligit Io. si nō lite contest. in iudicio solenniter damnaret aliquem de crimine capi. sed extra iudicium pro aliquo excessu, quantuncunq; dicat, prohibeo te vti arte tua, hęc enim interlocutio vltra suum tempus non extenditur. & secundùm hoc non est contrà. C. de postulan. l. j. quæ signatur contra. alij aliter soluunt, vt ibi. Item facit ad hanc legem ff. de arbitr. l. si cum dies. §. fi intra. & de offic. præfect. vrb. l. j. §. penult. & de postulan. l. & puto. §. fina. & ff. eod. l. moris. & ff. de iurisdictio. om. iudic. eum qui. §. j. & de pigno. l. in quorum.
n ¶Vendicare.] vt C. de quæstionibus. l. diuo. & ff. de Sena. l. emancipatum. & ʒ. de decur. l. ij. Accursius.

egisset: rei capitalis esse damnatam [a] †. ¶Sed & si qua visceribus suis post diuortium, quia prægnās fuisset, vim intulerit, ne iam inimico marito [b] filium procrearet: vt temporali exilio coërceatur, ab optimis Imperatoribus nostris rescriptum est.

¶*Qui hostem fugientem sciens susceperit, in insulam relegatur. hoc dicit Fran. Accur.*

Paulus. LEX XL.

Metrodorum †, cùm hostem fugiētem sciens susceperit, in insulam deportari [c]: Philoctetem, quòd occultari eū non ignorans, diu dissimulauerit, in insulā relegari placet.

¶*Glos. prima ponit casum.*

Papinianus. LEX XLI.

Sanctio legum [d] quæ nouissimè [e] certam pœnam [f] generaliter irrogat ei, qui legis præceptis [g] non obtemperauerit: ad eas species pertinere non videtur [h], quibus ipsa lege pœna specialiter addita est: nec ambigitur in cætero omni iure [i] speciem generi derogare. nec sane verisimile est delictum vnum eadem lege [k] varijs æstimationibus coërceri.

Hermogenianus. LEX XLII.

Interpretatione [l] legum pœnæ molliendæ sunt potiùs, quàm exasperandæ.

Paulus. LEX XLIII.

Imperator Antoninus Aurelio Attiliano rescripsit, Patrię prę ses vltra administratiōis [m] suæ tempus interdicere alicui arte sua vti non potest.

¶*Qui pro suo delicto amittit honorem, amittit etiam commodum honoris. Bar.*

¶Idem rescripsit eum, qui suo admisso, decurionis filij honorē amisit, non posse in pœnis euitandis, decurionis filij honorem vendicare [n].

TIT. XX.

De bonis damnatorum.

Callistratus. LEX I.

Supplicij [o] damnatione bona publicantur, cùm aut vita adimitur, aut ciuitas [p], aut seruilis conditio irrogatur. ¶Etiam ij, qui ante concepti, & post damnationem nati sunt, portionem [q] ex bonis patrum damnatorū accipiunt. liberis autem ita demū portio tribuitur, si iustis nuptijs [r] nati sunt. ¶Liberis eius, cui pars dimidia duntaxat bonorum ablata est, partes non dantur. Idq; & diui Fratres rescripserunt.

Idem. LEX II.

Non vt quis in carcerem ductus est, spoliari [s] eum oportet: sed post [t] condēnationem. idq; diuus Hadrianus rescripsit.

* Idem. LEX III.

Quinq; [v] legibus damnatę mulieris dos publicatur: maiestatis, Iuliæ vis publicæ, parricidij, veneficij, de siccarijs.

Aliâs Vlpianus ad edictū.

¶DE BONIS DAMNATORVM.

Supplicij.] CASVS. Cùm quis damnatur ad mortem naturalem, vel cùm ciuitatem perdit, vel cùm seruitus imponitur, his tribus casibus perdit bona. Secūdo dicit, quòd etiam filij damnati patris ante damnatio. patris concepti, nati tamen post accipiunt partem dimidiam bonorum patris: & eā retinent, & hoc est verum, si sunt ex iustis nuptijs nati: secus autē, & si partem tātum partē bonorū amisit: quia hoc casu filij nihil accipiēt. Fran.

o ¶Supplicij.] supplicium dicitur vbi mors naturalis, vel ciuitatis, vel libertatis amissio accidit: vt hic, & ff. tit. j. l. capitalium. in princi. & perduntur bona his tribus casibus: vt hic, & C. e. l. in metallum. & l. deportati. nisi in duobus casibus: vt hic, & C. de mulieribus quæ seruis proprijs. l. j. & C. de rap. vir. l. j. & perduntur etiam tacitè: vt C. si pendente appel. mors. l. iij. sed hodie contrà: vt in authen. vt nulli iudi. §. fi. & hoc si damnatus erat sui iuris. Si verò seruus, non publicatur peculiū: vt C. eo. l. j. Item si filiusfa. non publicatur peculiū etiam castrense: vt C. e. si filius. & facit ff. de testa. l. eius. §. si cui. itē vi. lia non publicantur: vt ʒ. e. l. diuus.
p ¶Aut ciuitas.] quia deportatur in insulam.
q ¶Portionem.] aut erat curialis damnatus: & tūc filio mari omnia, filiæ dimidia: mistis, mari dimidia, & alia dimidia inter mares, & fœminas diuiditur. si verò non est curialis, tunc omnia publicantur: sed princeps ex benignitate dimidiam liberis concedit: vt hic, & C. eo. l. fina. in fine. nisi sint plures: tunc omnia: vt ʒ. l. fina. §. si plures. Item hoc nisi dimi. ex sententia est eis seruata: vt hęc dicitur. & hoc etiam in adoptiuis: vt ʒ. eod. l. fin. §. ex bonis. De matre damnata dic, vt C. eo. l. de bonis matris. Item liberto damnato nō minuitur portio patroni: vt ʒ. eod. l. fina. §. si in libertinū. De vxore dic, vt ʒ. eod. l. quinq;. & ff. de fa. ff. tit. j. si quis aliquid. §. si quis. & de sic. is qui seruum. & insti. de pu. iud. §. item lex Iul. de vi. Sed qd de quæsitis post publicationem.
r ¶Nuptijs.] ʒ. e. l. fi. §. penul. contrà. Solu. vt ibi.

¶Non vt quis.] CASVS. Cùm delinquens capitur, & in carcerem ponitur: non statim bona eius auferuntur, sed demum post condemnationem. Fran. Accursius.
s ¶Spoliari.] scilicet bonis, vel dic vestibus. & sic est contra nuncios bonoū.
t ¶Sed post.] id est statim.

¶Quinque legibus.] CASVS. Vno de quinq; delictis mulie. re damnata, dos eius, quæ erat penes virum, publicatur: & ea delicta numerat in litera. Si autem maritus habet aliquod ius in reb' dotalibus, agat contra fiscum: & ius quod habet, saluum erit ei. de hoc dic, vt in glos. si autem ex alio delicto punitur, ex quo dos non publicatur, serua tamen pœnæ fit: dos lucro viri cedit, quasi sit mortua. Sed si est deportata hæc vxor filia Titij, tunc matrimoniū durat, si retinēt affectionem inter se viri & vxoris. si autem mulier deportata desinat habere animum ad maritum, discedere ab eo volens, tūc pater eius mulieris repetet dotem. si autem esset sui iuris hæc mulier, & cōstante matrimonio fuit deportata, dos penes virum stabit: & soluto posteà matrimonio ipsa petet dotem. & hoc dicit hæc lex cum duabus seq. Fran.
v ¶Quinque.] quod est intelligendum, cùm maritus non erat pactus de dote lucranda. alioquin vt lex proxi. dicit, maritus contra fiscū omnes actiones omnino habet: & multò magis omnes exceptiones habet saluas. si verò mulier damnaretur alia lege, non aliqua prædictarū quinq;, vt si quidem amittat libertatem: dotem lucratur maritus, quasi culpa mulieris tali casu solu. ma. vel quasi ea mortua: argu. ff. tit. j. l. capitalium. in princi. si verò amittat ciuitatem solam: non lucratur dotem maritus, siue mulier sit filia, siue materfami. sed tunc retinebit eam ma-

Budæus in anno. poste. hic, adijcien dum hoc loco putat ex Cicerone: neq; iniuria: quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredē familiæ, & designatum reipu. ciuem sustulisset.

Nos habemus titulum de receptatoribus qui punit receptātes malefactores. de quo etiā per scribentes in l. ij. §. is cuius. ff. ad l. Cor. de si ca. quid dicē dum de eo, qui non indicauit rebellem ciuitatis vel hostem fugientem & occultatum: & dicendum p istis tex. q pœna est rebellionis. & est bene notāste tex. Ab. Bolog.

ritus,donec constat matrimonium.& hæc probantur.ƒ.l.proxi.& alia seq.sed hodie nec fœmina amittit propter delictum libertatem:nedum masculus. Vnde nec solueretur matrimonium,nec iam maritus lucraretur dotem:vt in authen.de nup.§.quod autem priùs.Azo.& facit ff. solu.ma.si maritus.Item ex his collige,quòd pro debito vxoris fit missio in rebus dotis ex alijs causis quàm istis.

a ¶Et omnes.] Actiones.ad res dotales, cùm eas lucratur vir: vt dixi. Alij dicunt ad impensas:quod non placet.cùm vir lucretur:vt C.eod. si vt proponis.& ff.de capi. dimid. l. eas. contrà.

b ¶Sed si alia lege.] Mortua sit. vt ff. de contra tab.l.j.§.filium.

c ¶Quòd si deportata.] & sic ciuitatem tantum perdit. & facit in authen.de nup. §.de portato.& C.de donat. inter vi.& vxor.l.res.& ff.de dona.inter vi.& vxo.sed si mors.Item contrà.ff.de capi. dimi. eas. Sol.vt ibi.

d ¶Matrimoniū.] aliàs contrà. quod dic, vt ff.pro socio. l. actione.§.publicatione.

e ¶Maritum.] in ciuitate existentem, secus econtrà si ipse deportatur:quia mulieri redditur:vt C.de repudijs.l.j. in fine.

f ¶Actione.] sic hic ex humanitate demum solu.matrimonio datur actio:ergo alibi mero iure etiam constante matrimonio est nata.sed dici potest humanitatem esse in hoc,quòd per pœnam non soluitur: vel quòd non perdat dotē. & sic dicimus communiter nasci demum solu to matrimonio:vt C.de iure do.in rebus. §. oēs. Accursius.

¶Diuus.] CASVS. Aliquo damnato tali pœna, quòd & bona debet amittere, debent bona eius describi,& confiscari.panni cularia vel viles res non confiscantur.& quę sint pannicularia, declarat in litera. prohibet etiā præsides & nuncios cōmunis hęc pannicularia accipere,& quid de eius pannicularijs fieri debeat,declarat in litera. Franciscus.

* Vide in hanc legem Cęliū Rho. li. lec. anti. qua.iij.c.xx vj.Alci. lib. præter. j. in dictione nūmos Inueterales.&Bud. in annot.posteri. hic & Pyrrhū Angleberměū in li. de Roma magi - stra.j.& ij. circa finem vtrobiq; quæ dicantur Spiculatores & optiones,de quibus l hac l.

g ¶Ex ipso nomine.] quia vilis est res : vt ƒ. ead.l.§.pannicularia.& sic argumentatur ex nomine:vt institu. de dona.§.est & aliud.& hæc non publicantur : vt in hac lege & sic in inuentario cùm cæteris non conscribuntur:vt C.e. l.siquis intra.

Paulus. LEX IIII.

Et omnes omnino maritus sal uas actiones [a] contra fiscum habet.

Vlpianus ad edictum. LEX V.

Sed si alia lege capite punita sit, quæ lex dotem non publicat: quia priùs serua pœnæ efficitur, verum est dotem mariti lucro cedere, quasi mortua sit [b]. Quòd si deportata [c] sit filiafamiliâs, Marcellus ait(quæ sententia vera est) non vtiq; deportatiōe dissolui ma trimonium [d] .nam cùm libera mu lier remaneat:nihil prohibet & vi rum mariti affectionem,& mulie rem vxoris animum retinere. Si igitur eo animo mulier fuerit, vt discedere à marito velit:ait Marcellus tunc patrem de dote acturū.Sed si materfa.sit,& interim cō stante matrimonio fuerit deportata:dotem penes maritum [e] rema nere:posteà verò soluto matrimo nio posse eam agere:quasi, humanitatis intuitu, hodie nata actione [f].

Idem. LEX VI.

Diuus Hadrian⁹ Aquilio Braduæ ita rescripsit, Pannicularia * causa quemadmodum intelligi debeat,ex ipso nomine [g] apparet.Non enim bona damnatorum pannicularia significari quis probè dixerit:nec si zonam [h] circa se habuerit,protinus aliquis [i] sibi vendicare debebit : sed nec vestem [k],qua is fuerit indut⁹:aut nū mulos inueterales [l] quos victus sui causa in promptu habuerit,aut leues [m] annulos [n], id est,qui rem non excedunt aureorum quinq;. alioquin siquis damnatus in digito habuerit aut sardonycha,aut aliam gemmam magni pretij,vel si quod chirographum magnę pecuniæ in sinu habuerit:nullo iure illud in pannicularia ratione tenebitur.¶Pannicularia sunt ea, quæ in custodiam receptus secum attu lit:spolia,quibus indutus est quis, cùm ad supplicium deducitur : vt & ipsa appellatio ostendit. Itaque neq; Spiculatores vltro sibi vendicent,neq; Optiones ea sibi desyderent,quibus spoliatur,quo momento quis est punitus. Hanc rationem [o] non in compendium suum debent præsides vertere : sed nec pati Optiones,siue Commentarienses ea pecunia abuti [p]:sed debent ea seruari,quæ iure præsidum solent erogari : vt puta carciaticum quibusdam officialibus inde subscribere:vel si quid fortiter fecerint milites, inde eis donare.Barbaros etiam inde munerari venientes ad se,vel legationis vel alterius rei causa. Plerunq; etiam inde corrasas [q] pecunias præsides ad fiscum transmiserunt:quod per quàm nimiæ diligētiæ est:cùm sufficiat, siquis non in vsus proprios verterit, sed ad vtilitatem officij patiatur deseruire.

TIT. XXI.

De portionibus quę liberis damnatorū conceduntur.

Paulus. LEX Vnica.

Cum ratio † naturalis quasi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem addiceret [r], velut ad debitam successionem eos vocando:propter quod & in iure ciuili suorum hæredum nomen eis indultum est [s] : ac ne iudicio quidem parentis [t], nisi certis de causis [v] submoueri ab ea successione possunt [x]:æquissimè existimatum [y] est eo quoq; casu,quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio : rationem haberi liberorum,ne alieno admisso grauiorem pœnam luerent, quos nulla contingeret culpa interdū in summam egestatem deuolui:quod cū aliqua moderatione definiri placuit:vt qui ad vniuersitatem venturi erant iure successionis, ex ea successione & portiones sibi cōcessas [z] haberent. ¶Si in libertinum animaduersum erit : patrono eius id qđ in bonis illius habiturus esset [a] si is in quē animaduersum est,

h ¶Zonam.]magni pretij.
i ¶Aliquis.]præses vel alius tanquàm pannicularia.
k ¶Vestem.]supple si vendicet quis pannicularium vestem &c.
l ¶Inueterales.]id est viles,& non aptos ad veterandū:quia nō sunt ex toto aurei vel argentei.
m ¶Leues.]id est viles.

n ¶Annulos.]non signatorios:vt ƒ.de verb.signi.l.signatorios.& facit.ff.ad legem Rho.de iac.l.ij.§.cùm in eadem.

o ¶Hanc rationem.] scilicet pannicularium:nec etiam de alijs rebus potest intelligi:cùm alia fisco describantur:non aliquibus officialibus: vt C.eo.l.siquis intra.& l.in metallum.sed hodie nec officialibus,nec fisco aliquid datur : vt in authen.vt nul.iudi.§.fi.

p ¶Abuti.] contra nuncios Bonon.

q ¶Corrasas.]id est acceptas.

Cum ratio.] CASVS. Cùm ex delicto aliquis amittit bona : si habet liberos, pars bonorū eius vadit ad eos: & de hoc plenè habuisti no.ff.e.l.j.cùm bona paterna dicantur debita filijs.Item si iste,qui bona perdit ex delicto,habebat patronū:illa pars bonorum liberti ibit quæ iret si libertus naturaliter decessisset:reliqua pars ad fiscum vadit:& non solùm veri filij accipiunt partem bonorum patris damnati, sed etiam adoptiui : nisi in fraudem facta esset adoptatio : quod qualiter fiat,declarat in litera.sed si damnatus habet plures filios:hoc casu nulla ex bonis publicantur, sed omnia vadūt ad filios:et de hoc extant plura exempla. ea tamen quæ occasione delicti damnatus quęsiuit, vt quia occidit cognatum cuius hęreditatem posteà adiuit : non vadunt hæc bona ad filios delinquētis, sed ad fiscum.idem & si filiafa. veneno necauit eum,à quo hæres erat instituta,& hoc fecit iussu sui patris.Fran.

† Iste text. est sing. ad hoc propositum quòd legitima debita filijs sue ceditloco alimentorū. hoc idē voluit Cyn. in terminis in l. sancimus, C. de rup. Bolog.

r ¶Addiceret.] ff.vnde libe.l.scripto.in fin. Accursius.

s ¶Indultum est.] ff. de liberis & posthu. in suis.

t ¶Parentis.] Quæ à iure alicui dantur, priuatus nō aufert:vt hic, & C.de inoffi.testa. quoniam.& l.scimus.§.sancimus.& in authenti.de exhi. §. optimum. & de nup.§. sed hoc quidem. & §.percipient. Itē quæ à genere,vel alia persona, alius non aufert: vt ff. de seruis expor. l. penult. & C.communia de leg. si duobus. §. sed quia.& ff.quibus modis vsusfruct.amitta. l. sub cōditione. Ea enim quæ ex genere descendunt, filius per notam patris non perdit:vt ff.de iure pat.diui.§.sed & Volusius.& ff.de Senatorib.l. emancipatum. §.fin. & de bo.liber. si ex patroni.§.j.

v ¶De causis.]quæ hodie sunt in authen.vt cùm de ap.co.§. causas.
x ¶Possunt.]scilicet vbi sunt ingrati. Accur.
y ¶Existimatum.]aliàs tum.aliàs dum.
z ¶Concessas.]hoc dic vt ff.l.j.Item facit ff.de pœ.crimen.
a ¶Esset.]quanta autem sit,habes institu.de succes.lib.in fi.& in princ. titu.

titu.& §.j.& ij.& §.ſed noſtra.ſiue ſecũdum legem xij.tab.ſiue ex edi-ćto prætoris,ſiue ſecundum ius legis Papi.ſiue ſecundum nouum. & facit C.eo.l.v. & de codi.l.j.& in aut. de hære.& fal.§.j. & C.de epiſ.& cleri.ſi quis presbyter.

ſua morte deceſsiſſet: eripiendum non erit: reliqua pars bonorum, quæ ad manumiſſorem non pertinebat,fiſco erit vendicanda. ¶Ex bonis dãnatorum portiones adoptiuis liberis,ſi non fraudis cauſa facta eſt adoptio,non minus quã naturalibus concedi æquum eſt. ¶Fraudis autem cauſa adoptio facta videtur etiam ſi non in reatu[a],ſed in deſperatione rerum per conſcientiam metu imminentis accuſationis quis adoptet, in hoc, vt ex bonis,quæ ſe amiſſurũ cogitat, portio detrahatur. ¶Si plures[b] liberos damnatus habeat: feruntur exempla[c] per quæ pluribus liberis omnia bona dãmnati conceſſa ſunt.Sed & diuus Hadrianus in hæc verba ſententiam reſcripſit,Fauorabilem apud me cauſam liberorum Albini,filiorũ numerus facit:cùm ampliari[d] imperium hominum adiectione potius quam pecuniarum copia malim.ideoq; illis paterna ſua concedi volo quæ manifeſtabunt tot poſſeſſores,etiã ſi acceperint vniuerſa.¶Præterea ex ijs, quæ per flagitium damnatus acquiſiuit, portiones liberorum non augentur[e]: veluti ſi cognatum ſuum interim curauerit:& eius hæreditatem adierit, vel bonorum poſſeſsionem acceperit.nam ita diuus Pius reſcripſit. Cui conſequenter illud idem[f] princeps conſtituit cùm filiafamilias veneno necaſſe conuinceretur eum à quo hæres inſtituta erat,quamuis iuſſu[g] patris cuius in poteſtate[h] eſſet.

a ¶In reatu.] id eſt poſt accuſationem reatus: vt patet ex ſequen.litera. & facit C.de reſcin.ven.l.hi.

b ¶Si plures.] tres ad minus: ne ob.ſ.l.j.§.j. alij dicunt ibi fuiſſe vnum,licet in plurali dicat:pro quibus ſ.de verbo.ſign.l.non eſt.

c ¶Exempla.] Sic ſ.de remi. qui cum vno. in princ.Sed ar.contrà C. de ſenten.l. nemo. ſed dic.vt ibi.

d ¶Ampliari.] facit ſ. de pœ.aut facta.in fi. & C.de decu.ſi quis decurio.& C.qui numero lib.l.j.& C.cõ.de ma.l. ij.in fi.

e ¶Non augentur.] cum ea bona ſint fiſco applicanda:vt ſ.de iure fiſci.Lucius.& ſ.de fal. ſi quis cum.& l.cùm fal ſi.& facit ſ.fami. er.l. iiij.§.pe.& pro ſocio.l. ſi fratres §. finali.& l. ſequen.

f ¶Idem.] vt portiones liberorum non augerentur.

g ¶Iuſſu.] ſcilicet cùm necauerit. & no. ꝙ patris iuſſus non excuſat. arg.cõtrà ſ.de inſa.l. j.§.ſi.& l.quid ergo.& ſ.de falſis.ſi pater.

Patris iuſſus non ſemper excuſat.

h ¶In poteſtate.] ſcilicet necauerit.

TIT. XXII.

De bonis eorum, qui ante ſententiã mortem ſibi conſciuerunt.

¶DE BONIS EORVM,QVI ANTE SENTENTIAM &c.

IN capitalibus.] CASVS. Accuſatus de crimine ex quo imponitur pœna ſanguinis: ſi corrũpit accuſantem,non punitur propter hoc.nam vnicuiq; licet redimere ſanguinem ſuum.ſecus autem eſt ſi accuſatus eſt de furto: & ſic non de tam graui delicto & ſcilicet corrupit aduerſarium:non pro confeſſo habetur: & licet nſic decedat, pœna ad eius hæredes vadit,id eſt bona auferuntur hæredibus. Sed ſi cùm aliquis eſſet accuſatus,iudex ſcripſit ad principem vt aſsignaret inſulam in quã iudex eũ dãnaret,vel alia de cauſa: & interim accuſatus deceſsit:non tranſit pœna ad eius hęredes:& adducit ſimile de eo,qui eſt miſſus Romam vt ibi contra eum detur ſententia: & interim in via deceſsit:nam eius bona vadunt ad ſuos hæredes.& hoc dicit hæc l.& ſequens.Fran.

i ¶In capitalibus.] non omnibus:ſed in his,quæ pœnã ſanguinis infligunt vt in fi.& ſ.de præuari.l.fina.& ſ.l.proxi.in princip. quę ſunt contrà.

k ¶Non noceret ei.] accuſato.

l ¶Ignoſcendum.] Hic diſtinguit ſuperius dictum ſecundum Io.vt non ſit contrà ſ.l.proxi.

m ¶Qualitercunque.] ſcilicet per pecuniam, non dicas per calũniam,cùm de calumnia iuret:vt C.de iura.calũ.l.j.licet quidam cõtrà, arg huius legis.Item nonne iurat ꝙ nihil dabit: vt C.eo.titu.authen. principales?Reſpon.non iurat hoc capitulum.vel dic ꝙ lex dare permittit:vt hic,& C.de tranſac.tranſigere.

¶De prima parte rubricæ tractatur in l.fin.de ſecunda tractatur in li.j.& ij.Nihil pretioſius uita:ideo parcitur ei qui quoquo modo ſanguinẽ ſuum redemerit.Bartolus.

Vlpianus. LEX I.

IN capitalibus[i] criminibus à principibus decretum eſt nõ nocere ei[k], qui aduerſarium corruperit:ſed in ijs demum,quæ pœnam mortis continent.nam ignoſcendum[l] cenſuerunt ei,qui ſanguinem ſuum qualitercunq;[m] redem ptum voluerit.

* Martianus. LEX II.

IMperatores Verus & Anto. Aulo Iuliano reſcripſerunt, Eos,qui in latronibus[n] nominati, corruptis accuſatoribus diem ſuũ obierint:vt confeſſos de crimine, non relinquere defenſionem[o] hæredibus, rationis eſt.¶Si is de cuius pœna Imperatori ſcriptum eſt,veluti ꝙ decurio fuerit, vel ꝙ in inſulam[p] deportari debuerit: antequam reſcriberetur deceſſerit: poteſt quæri num ante ſententiam deceſsiſſe videatur[q].argumento[r] eſt ſenatuſconſultum quod factum eſt de ijs, qui Romam tranſmiſsi, ante ſententiam deceſsiſſent: cuius verba hæc ſunt, Cùm damnatus nemo videri poſsit in hunc annum,antequam de eo fortè iudicium Romæ redditum, & pronunciatum eſſet:neq; cuiuſquam mortui bona antequam de eo Romæ pronunciatum ſit, publicanda ſunt: eaq; bona hæredes poſsidere debent[s].

* Marcellus.

Martianus. LEX III.

QVi rei poſtulati, vel qui in ſcelere deprehenſi, metu[t] criminis imminentis mortem ſibi

n ¶Imperatores.] In latronibus.i.inter latrones numerati: & tunc plana.& ſic habes latronibus.ſed in lib.R.eſt latrones.

o ¶Defenſionem.] ac ſi dicat,bona auferuntur hæredibus.Sed contrà C.de hære.l.manicheos.vbi bona hæredibus relinquuntur:vt ſ.de iure fiſ.l.eius qui. Sol.ſecundum Ia.ſpeciale hic in latronibus:vt & in crimine læſæ maieſtatis: vt C.ad legem iul.maieſtatis l. quiſquis. & dic latrones, id eſt fures.nam & latrones,q ſuſpenduntur furca,vt ſ.titu.j.capitalium §.famoſos.poſſunt redimere ſanguinem ſuum: vt ſ.l.proxi. quæ eſt contrà.& facit C.de pœna iudic.qui malè iudi.l.j. & ſ.ad Turpil. l.ſenatuſconſultum §. ſi propter. Item contrà ſ.l. proxi.in fi. Solu.vt ibi. Accurſius.

p ¶In inſulam.] facit ſ. quando appel. ſit l.j. & de lega.iij.l.j.§.hi.& ſ.de fica.l.qui cedẽ.& ſ. ti.j.l.ij.& vj.& ſ.tit.ij. l.j.§.j.& l.diui §.decurionibus.& ſ.de iniuſt. teſta.ſi quis filio §.eius qui.

q ¶Videatur.] quod proderit:vt ſ.de accu.l. ex iudiciorum.

r ¶Argumento.] ſcilicet ꝙ ante ſententiam.

s ¶Debent.] ſ.l.proxi. §.ſi quis autem.

QVi rei.] CASVS. Qui ſe occidit metu pœnæ: in duobus caſibus bona eius confiſcantur. vnus quando iam erat accuſatus,alius quando inuentus fuit in crimine, & nondum accuſatus ſe occidit metu delicti quod commiſerat.Si verò non fuerit accuſatus,nec in ſcelere deprehenſus,reus tamen criminis mortem ſibi intulerit:bona eius non confiſcantur,ſed ad hæredem eius vadunt. Item cùm accuſatus ſe occidit ad hoc vt bona eius confiſcentur: oportet eſſe tale delictum ex quo damnatus perderet vitam aut deportaretur.ſecus ſi eſſet accuſatus de furto modicæ rei:vel inuentus in tali delicto ſe occidat.nam bona eius vadunt ad ſuum hæredem,non ad fiſcum. Item ſi quis ſe occidit tædio vitæ: vel impatiẽtia alicuius doloris vel ſimili modo finiuit vitam:bona eius vadunt ad ſuum hæredem non ad fiſcum.Item ſi pater cùm occidiſſet filium ſuum,ſe occidit:præſumitur ꝙ ob dolorem filij amiſsi ſe occiderit,nõ metu pœnæ: & ideo bona eius vadunt ad ſuum hæredem,non ad fiſcum.Item ſecũdum ꝙ diſtinguitur in eo,qui occidit ſe, qua de cauſa ſe occiderit: ita eſt diſtinguendum in eo,qui voluit ſe occidere,ſed gentes non permiſerunt:nam talis homo puniendus eſt,niſi tædio vitæ vel impatientia alicuius doloris ſe occidere voluerit: & redditur ratio mirabilis in litera.Item ſi accuſatus interim deceſſit morte naturali: bona eius non confiſcantur. Vltimò dicit:accuſatus de graui delicto,credens ſe deliquiſſe,ſe occidit.ſi hæredes eius volunt probare eum non deliquiſſe, audiuntur: & hoc probato habebunt bona defuncti: & non fiſcus. Fran.

t ¶Metu.] quę metũ habere videtur demum poſtulatus,vel in crimine deprehenſus.& facit ad l.ſ.de inſa.liberorum §.non ſolent.& ſ.titu.ij. ſi quis aliquid §.finali, & C.ſi reus vel accu. mor.fue. l. defunctis.

& C.co.l.j.& ij.& qui teſta.fa.poſ.l.ij.& j.de iure fiſ.in fraudem §.j.ij.& iij.& ſ.de iniuſt.teſta.ſi quis ex §.eius qui.in fi.& ſ.ad Syll.l.j.§.ſi quis.

a ¶Poſtulati.] id eſt accuſati.

b ¶Deprehenſi.] ſ.de ritu nup.l.palã §.quæ in adulterio.Accur.

conſciuerunt, hæredẽ non habẽt. ¶Papi.lib.xvj.digeſtorum ita ſcribit * Qui rei criminis non poſtulati [a], manus ſibi intulerunt: bona eorum fiſco non vendicentur. non enim fati celeritatem eſſe obnoxiã: ſed conſciẽtiæ metũ in reo veluti cõfeſſo teneri placuit. Ergo aut poſtulati eſſe debent, aut in ſcelere deprehenſi [b], vt ſi ſe interfecerint, bona eorũ confiſcentur, Vt autem diuus Pius reſcripſit, ita demũ bona eius, qui in reatu mortem ſibi conſciuerit, fiſco vẽdicanda ſunt, ſi eius criminis reᵒ fuerit, vt ſi damnaretur, morte aut deportatione afficiẽdus eſſet [c]. ¶Idẽ reſcripſit eum, qui modici furti reus fuiſſet, licet ſuſpendio vitam finierit [d], non videri in ea cauſa eſſe vt bona eius hęredibus adimẽda eſſent: ſicuti neq; ipſi adimerẽtur ſi compertum in eo furtum [e] fuiſſet [f]. Ergo ita demum dicendum eſt bona eius, qui manus ſibi intulit, fiſco vendicari, ſi eo crimine innexus fuerit, vt ſi conuinceretur, bonis careret. ¶Si quis autem tædio, vel impatientia doloris alicuius, vel alio modo finierit vitam: ſucceſſorem habere diuus Antoninus [g] reſcripſit. Videri autem & patrem qui ſibi manus intuliſſet, ꝙ diceretur filium ſuum occidiſſe [h]: magis dolore filij amiſſi mortem ſibi irrogaſſe: & ideo bona eius non eſſe publicanda diuus Hadrianus reſcripſit. Sic aũt hoc diſtinguitur, intereſſe qua ex cauſa quis ſibi mortem conſciuit: ſicuti cum quęritur an is, qui ſibi manus intulit, & non perpetrauit [i], debeat puniri quaſi de ſe ſententiam tuliſſet. nam omnino puniendus eſt, niſi tędio vitę vel impatientia alicuius doloris coactus eſt hoc facere. & meritò, ſi ſine cauſa ſibi manus [k] intulit puniendus eſt. Qui enim ſibi non pepercit: multò minus alij parceret. ¶Si qui autem ſub incerto cauſę euentu in vinculis vel ſub fideiuſſoribus deceſſerint: horum bona non eſſe confiſcanda, mandatis cauetur [l].

¶Si accuſatus de graui crimine ſe occidit, credens ſe deliquiſſe: ſi hæredes eius uolunt probare innocentiam defuncti, audiuntur: qua probata habebunt bona defuncti: non fiſcus. Bar.

¶De illo videamus, ſi quis conſcita ſibi morte nulla iuſta cauſa præcedente, in reatu [m] deceſſerit: an ſi parati fuerint hæredes cauſam ſuſcipere, & innocentẽ defunctum oſtendere: audiendi ſint: nec prius bona in fiſcum cogẽda ſint, quàm ſi de crimine fuerit probatum [n]: an verò omnimodo publicanda ſint. Sed diuus Pius Modeſto Taurino reſcripſit, ſi parati ſint hæredes defenſionem ſuſcipere, non eſſe bona publicanda: niſi de crimine fuerit probatum.

TIT. XXII.

De interdictis, † & relegatis, & deportatis.

¶Olim bona relegatorum à fiſco uendicabantur. hodie ſecus eſt. Barto.

Papinianus. LEX I.

Capitulũ [o] ex reſcripto diui Traiani ad Aufidium Secundum, Scio relegatorum [p] bona auaritia ſuperiorum temporum [q] fiſco vendicata: ſed aliud clementiæ meæ conuenit: qui inter cætera [r] quibus [s] innocentiam [t] rationum meorum temporum tueor, hoc quoq; remiſi exemplum.

Marcellus. LEX II.

Manumittere [v] deportatum non poſſe diuus Pius reſcripſit.

¶Filij eius, qui amittit ciuitatẽ, debent perdere bona ipſius, quæ haberent ab inteſtato, non ea quæ aliunde ipſis obueniunt. hoc dicit & ponit exempla in textu.

* Alphenus. LEX III.

Evm qui ciuitatem [x] amiſit: nihil aliud iuris adimere liberis, niſi ꝙ ab ipſo peruenturum eſſet ad eos ſi inteſtatus in ciuitate moreretur: hoc eſt hęreditatem eius, & libertos [x], & ſi quid aliud in hoc genere reperiri poteſt. Quæ verò non à patre, ſed à genere, à ciuitate, à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia [y], itaq; & fratres [z] fratribus ſore legitimos hæredes, & agnatorum tutelas, & hæreditates habituros: non enim hæc patrem, ſed maiores eius eis dediſſe.

Marcellus. LEX IIII.

Relegati [a] in inſulam, in poteſtate ſua liberos retinent: quia & alia omnia ſua iura reti-

c ¶Afficiẽdus eſſet.] facit ad hoc & inferius reſponſum j.de iure fiſ. l.in fraudem §.ij.

10 d ¶Finierit.] id eſt ipſemet ſuſpenderit ſe.

e ¶Furtum.] ſcilicet in caſu ſequenti, cum &c. Accur.

f ¶Fuiſſet.] ſed caſtigaretur: vt in aut.vt nul. iudi.§.penul.

g ¶Diuus Antoninᵒ.] ſ.de teſta.milita.l.eius 20 militis.

h ¶Occidiſſe.] id eſt occiſum eſſe.Accur.

i ¶Non perpetrauit.] & facit j.de re mi. l.iij.§.is, qui.& ſ.de ſic. l.diuus. Sed arg. contrà ſ.de fal.l.qui falſam.& de inoff.teſt.papi. §.meminiſſe. & quod dicit 30 non perpetrauit, id eſt ſe non occidit: quia fuit detẽtus ab hominibus.

k ¶Manus.] ſ.de ędil. edic.cũ autẽ §.in alijs.

l ¶Cauetur.] ſ.eo.l.ij. in fi.& j.de iure fiſci.in fraudem §.bona.

m ¶In reatu.] id eſt in ſuſpicione reatus.

40 n ¶Probatum.] contrà C. qui teſta.fa. poſ.l.ij ſol.ibi innocentia probatur eo ipſo ꝙ contrarium non oſtenditur: & ſic habes quid in dubio præſumatur: & diſtingue vt ibi. Item contrà ſ.e.l.ij.in princ. ſed ibi accuſatorẽ cor50 rupit. Item cõtrà ſ.ea. l.§.videri.

¶DE INTERDIC. ET RELEGA. ET DEPORTATIS.

Capitulũ.] CASVS. Aliquo relegato ad tempus: bona eius 60 confiſcabãtur, & hoc olim, hodie ſecus. Fran.

o ¶Capitulũ.] i.caput.

p ¶Relegatorum.] ad tempus: vt j.l.relegatorum §.ad tempus. nõ ſi in perpetuum: vt j.l. relegati. Accur.

q ¶Superiorum tem70 porum.] ſic B.& R. ſed aliàs Imperatorum.

r ¶Inter cætera.] id eſt quia inter cætera hominibus quibus innocentia rationum meorum temporum, id eſt nos qui ſumus innocentes, lucrari fiſco, quod non debemus: & ſub.re80 miſi & hoc quoq; &c.

s ¶Quibus.] aliàs quod. aliàs quibus. Accurſius.

t ¶Innocentiam.] aliàs innocentiam: aliàs innocentia. item aliàs rationes: & aliàs rationem.

v Manumittere deportatum.] id eſt deportatus non poteſt manumittere ſeruum ſuum. ad quod ſ.de manumiſ.l. qui pœnæ, ſed alienare videtur poſſe: vt ſ.de lega.iij.ſi deportati.in princ. ſed dic vt ibi Accur.

Evm qui.] CASVS. Quidam amiſit ciuitatem ex aliquo delicto. filij eius ea 10 perdunt quę deberent habere mortuo patre, vt bona paterna, & libertos paternos. ea autem quæ aliàs habent à natura, vel à lege, vt ſuccedere inter ſe: item agnatis alijs: item tutelas agnatorum: iſta nõ perdunt. Fran.

20 x ¶Et libertos.] ſ. de iure patro.l. iiij.contrà. Sol.ibi de æquitate cùm dixit benigniſſimè.rñ.contra de rigore iuris, vel ibi loquitur de libertis prouenientibus à genere, ſcilicet ab auo vel proauo. hìc verò de proprijs ipſius dãnati. 30 vel ibi loquitur ſecundum ius naturale: ſcilicet ſecundum hoc ꝙ libertus debet præſtare reuerentiam patrono: hìc ſecundum ius artificiale ſ.de iure ſucceſſionis. Illud enim rectè poteſt adimere. ſcilicet vt non ſuccedat libertis. 40 vel verius iura ſucceſſionis auferre non poſſunt: quia illa non poſſunt ad fiſcum tranſire ſicut nec ad hæredẽ extraneum: vt C.de la.liber.tol.l.j.§.ſed & ſi ſub cõditione. vñ apud filios remanẽt. ad quod eſt ſ. ad Trebel. quia 50 perinde §.j. & l.ſi patroni filius. vnde ſolu. vt no. C.de bo. liber.l.j. Item eiſdem modis ſolu.ſ.de bonis li. i nomina §.ſi deportatus. & C. de obſe.l.etiam liberis. & ſ.ad l.iul.ma.l.eorũ. quę ſunt contra. vel hãc vltimam ſolu. vt ibi. 60 Accurſius.

y ¶Incolumia.] vt ſic potius prior parens, quàm ſecundus inſpiciatur. ſic ſ. de ſeruis expor. titius. & ſuprà ne quid in flumi.pub.l. j.§.æſtas.& C.de quæſtio.diuo.

z ¶Et fratres.] filios 70 dãnati.& facit C.de p xi.ſacro. ſcrini. ſi quis. & de filijs offi.l. prima & ij.& in authen.de exhibendis reis §. optimum.

Relegati.] CASVS. Relegatus in inſulam retinet liberos in poteſtate, & bo80 na ſua retinet: niſi in ſententia aliqua bona eſſent ei adempta. nam tunc illa tantum amittit: cætera retinet. Franciſcus.

a ¶Relegati.] in perpetuum vel ad tempus.

Reti

Marginal notes: * Aliàs eſt lex. — † de iſtorum differẽtia vide Critum li. de honeſta. diſcipli xxxij. c.v.& Cęlium rhodig. li. lect. antiqua. xiij. capi. xlviij. — * Pomponius.

nent[a]. Tantum enim insulam eis egredi non licet[b]: & bona quoque sua omnia retinent[c], præterea si qua[d] eis adempta sunt. Nam eorum, qui in perpetuum[e] exilium dati sunt vel relegati[f]: potest quis sententia partem bonorum adimere.

Idem. LEX V.

Exilium[g] triplex est: aut certorum locorum interdictio[h]: aut lata fuga, vt omnium locorũ interdicatur præter certum locum[i]: aut insulę vinculum: id est, relegatio in insulam[k].

Vlpianus. LEX VI.

Inter pœnas est etiam insulæ deportatio: quæ pœna adimit ciuitatem Romanam. ¶ Deportãdi autem in insulam ius præsidibus prouinciæ non est datum[l], licet præfecto vrbi det. hoc enim epistola diui Seueri ad Fabium Cillonem pręfectum vrbi expressum est. ¶ Præsides itaq; prouinciæ[m], quoties aliquem in insulam deportandum putant, hoc ipsum annotare debent[n]: nomen verò eius scribẽdum est principi, vt in insulã deportetur: sic deinde principi scribere, missa plena opinione, vt princeps æstimet an sequenda sit eorum sententia, deportariq; in insulam debeat: medio autẽ tempore dum scribitur, iubere eũ debent in carcere esse. ¶ Decuriones ciuitatum propter capitalia crimina deportandos, vel relegãdos diui Fratres rescripserũt. Deniq; Priscum in homicidio & incendio nominatum[o], ante quæstionem cõfessum, in insulam deportari iusserunt.

Idem. LEX VII.

Relegatorũ duo genera sunt. Sunt quidam qui in insulã relegantur: & sunt qui simpliciter vt prouincijs eis interdicatur, nõ etiam insula assignetur. ¶ In insulam relegare præsides prouinciarum possunt, sic tamen, vt si quidem insulam sub se habeãt, id est, ad eius prouinciæ formam pertinentem, quam administrant: etiã specialem insulam assignare possint, inq; eam relegare[p]. Si verò non habeant: pronuncient quidẽ in insulam se relegare: scribãt autem Imperatori vt ipse insulam assignet. Cæterùm non possunt damnare in eam insulam, quam in ea prouincia cui præsunt[q], non habeant. Interim quoad insulam Imperator assignet, militi tradendus est relegatus. ¶ Hæc est differentia inter deportatos vel relegatos: ꝙ in insulam relegari, & ad tempus & in perpetuum quis potest[r]. ¶ Siue ad tempus, siue in perpetuum quis fuerit relegatus: & ciuitatem Romanam retinet[s], & testamenti factionem non amittit[t]. ¶ Ad tempus[v] relegatis neq; tota bona, neq; partem adimi debere[x] rescriptis quibusdam manifestatur: reprehensæq; sunt sententiæ eorum, qui ad tempus relegatis ademerunt partem bonorum vel bona: sic tamen, vt non infirmarentur sententiæ, que ita[y] sunt prolatæ. ¶ Est quoddam genus quasi in insulam relegationis in prouincia Ægypti, in nouas insulas relegare. ¶ Sicut autem relegare in insulam quisquam, quæ non est sub se, non potest[z]: ita nec in prouinciam quidem relegandi habet ius, quæ non est sub se. fortè præses Syriæ in Macedoniam non relegabit: sed intra prouinciam suam potest relegare[a]. Itẽ in partem certam prouinciæ moraturum relegare potest: vt fortè non excedat[b] ciuitatem aliquam, vel religionem aliquam[c] non egrediatur. Sed & in eas partes prouinciæ, quæ sunt desertiores, scio præsides solitos relegare. ¶ Interdicere autem quis ea prouincia[d] potest, quam regit: alia non potest. & ita diui Fratres rescripserunt. Vnde eueniebat, vt qui relegatus esset ab ea prouincia in qua domicilium habuit, morari apud originem suam posset. Sed Imperator noster cum diuo Fratre suo huic rei prouidit. Mæuio enim Probo præsidi prouinciæ Hispaniæ rescripsit, etiam ea prouincia interdici, vnde quis oriundus est, ab eo qui regit eam prouinciam, vbi quis domicilium habeat. Sed & eos, qui cum incolæ essent, non in ea prouincia quid admiserint: æquum est ad rescripti[e] authoritatem pertinere. ¶ Dubitatũ est an interdicere quis alicui possit prouincia, à qua

a Retinent.] instit. quibus modis ius pa. pot. sol. §. relegati.
b Non licet.] vt ff. de pœnis l. relegati.
c Retinent.] vt j. de iure fi. l. bona. & ff. ex quibus cau. maio. si qua mulier. in fi.
d Siqua. id est aliqua.
e In perpetuum.] secus si ad tempus: vt j. relegatorum §. ad tẽpus. sic & ff. de pœnis l. si quis aliquid §. si quis instrumentum.
f Relegati.] pro eodem ponit, scilicet pro relegato in perpetuũ. Accur.
g Exilium.] exiliũ propriè dicitur deportatio, sed relegatio impropriè: vt ff. de publi. iu. l. ij. hic ergo impropriè dicit: quia aliàs est in perpetuum, & tũc perdit ciuitatem: aliàs temporalis, & tunc nõ: vt ff. si quis cau. sed & si quis. circa prin.
h Interdictio.] vt staret Bononiæ vel Mutinæ.
i Certum locũ.] puta vt staret mutinæ tãtum: vt j. eo. relegatorum §. item in parte.
k In insulam.] vbi non stat cum hominibus[a].

Inter pœnas.] CASVS. Inter cæteras pœnas est etiã deportatio insulæ: quæ pœna aufert ciuitatem. & ius deportãdi habet præfectus vrbis, nõ preses prouĩcię: sed cùm præses videt aliquẽ deportandũ: potest de hoc ferre sententiã: mittat tamẽ posteà ad principem, qui assignet huic dãnato insulã, si hæc sentẽtia ei placuerit: & interim faciet damnatũ custodiri. Vltĩò dicit: decurio ex crimine capitali deportãdus est, vel relegandus. Itẽ confessus ante quæstionẽ, in insulã deportandus est. Cæteræ ll. huius ti. sunt planæ.

a Ista gl. cũ suo tex. est no. ad hoc quod ille, q debet relegari debet mitti in insulã vbi nõ sunt homines. & adde ꝙ relegatio æquiparatur suspẽsioni secũdum spec. in ti. de sus. pẽ. §. vj. ver. ß. j. Bolog.

l Non est datum.] nisi habeat sub se prouinciam: vt j. l. proxi. in prin. quæ est contra vel ibi in relegatiõe, hic in deportatiõe. & facit ff. de pœnis l. ij. §. j. & l. diui. & ff. tit. j. l. ij. §. j. & j. qñ app. sit l. j. & ff. de of. præfect. vr. l. j. §. relegari. Accur.
m Prouinciæ.] scilicet cuiuslibet. Accursi[o].
n Annotare debent.] condẽnando eũ in insulam: vt j. l. proxi. in prin.
o Nominatum.] id est accusatum.
p Relegatorũ.] In eam relegare. sed deportare non: vt ff. de pœnis l. ij. & ff. l. proxi. cum suis concor. & de iniusto testa. si quis ex §. eius.
q Præsunt.] quia extra territorium &c. vt ff. de iuris. om. iu. l. fi. & facit ff. quod quisq; iu. l. j. in fin. & j. de bo. au. iu. poss. l. cùm vnus §. pe. & sic iudex huius terræ non potest mittere in possessionem alterius districtus. Item facit j. eo. §. sicut. Accur.
r Quis potest.] quasi diceret, nõ deportari, nisi in perpetuum: & sic est contrà ad hoc subauditum ff. de pœnis l. sine præfinito. Sol. non debet quis deportari ad tempus, vel damnari ad tẽpus in metallũ: vt hîc. Si tamen comprehendatur tempus, tenet sententia nihilominus: vt ibi. & facit j. ea. l. §. ad tempus. & facit ff. de pœnis l. capitalium. in prin. Accur.
s Retinet.] imò perdit: vt ff. de capitis di. l. amissione §. sed & hi. Sol. ibi exponitur, id est deportati. vel vt ibi.
t Non amittit.] vt & ff. de testa. l. eius §. pe.
v Ad tempus] secus si in perpetuum: vt patet in dãnato l. iul. de vi pub. vt insti. de pub. iu. §. item lex. & ff. eo. l. relegati. & facit ff. de pœ. capitalium in prin. & j. de iure fis. l. bona. in princ. & ff. ad l. fal. in ratione §. cùm quidam.
x Debere.] nisi lex dicat specialiter: vt C. de episco. audien. l. nemo. in fine. & C. de postu. l. fi. quę est cõtrà.
y Ita.] s. cum ademptione bonorum. & dic prolatæ scilicet tempore huius legis: sed quæ ferentur posteà, infirmantur: vt C. de legi. & consti. l. nõ dubium. vel quia licet fieri non debeat: factum tamen tenet. ad quod ff. de pœnis l. moris §. iste. & j. quando ap. sit. l. j. §. biduum. & ff. de condi. indebi. l. eleganter §. si quis post. & quod met. cau. l. fina.
z Non potest.] ff. ea. l. in princ. & ij. q. ij. nullus potest.
a Potest relegare.] fortè si prius imperator assignasset: & sic potest intelligi ff. in prĩ. huius l. per hoc quod est ff. l. inter pœnas.
b Non excedat] i. non recedat vel exeat pœnas. Accur.
c Aliquam.] ad quod ff. eo. l. exilium.
d Ea prouincia.] in qua sunt incolæ.
e Ad rescripti[b]. vt scilicet possint ĩterdici ea, à qua sũt oriũdi, ab eo pside, q præest ei puincię ĩ qua sunt ĩcolæ: vt & j. pxi. §. Et sic no. ꝙ accusat qs de delicto ĩ ea puĩcia vbi habet ĩcolatũ, licet alibi deliq̃rit: vt C. vbi de crim. agi opor. l. j. Et not hic, quẽ esse incolam, & habere domicilium, idem est: vt & j. de verb. sig. l. pupillus incola. §. quid ergo

b Hic habetis gl. singul. ad hoc ꝙ iudex originis potest punire subditum suum ratione delicti perpetrati extra territorium suũ de quo p Bart. in l. sepulchri. ff. de sepul. viola. Bolog.

differt à superiori §? Respon. ibi deliquit vbi habitabat, hic alibi.

a Oriundus.] i. ortus.
b Incolit.] id est habitat.
c Sua.] id est ea prouincia cui preest.
d Italia.] in qua est ortus.
e Patria.] in qua habitat: & in qua est praeses.
f Si quis eam sententiam.] quam habes ff. §. sed & eos.
g Admiserit.] id est receperit.
h In aliam prouinciam.] ab ea quam incolit, vel vnde est oriundus. Io.
i Commiserit.] id est deliquerit.
k Prouinciae.] quam incolit.
l Praeter Italiam.] innuit Italiam esse prouinciam. sic ff. de ma. vindi. l. etiam §. finali. Accursius.
m Patronorumve.] ad quod ff. ad muni. l. assumptio. §. fina. & l. eius qui in prouin.
n Patria.] scilicet sua propria.
o Etiam ab vrbe.] ro. per excellentiam: vt instit. de iu. na. §. sed ius quae & sua patria est, & quidem maior vnde abstinet ab ea: sed non idem in conuerso casu: quia non ideo videntur interdici minora, quòd interdicantur maiora: vt ff. ad muni. l. roma. & ff. de serui. export. l. ij. & l. cui pacto, & ff. ea. l. §. potest. & ff. de sena. l. qui indignus. & C. si seru9 ex por. l. fina.
p Patria sua.] vt po te minori.
q Non videtur.] tacitè. expressim autem interdici debet: quia licet nō sit maior quo ad alios, sibi tamen videt esse maior: vt ff. de offic. praefect. vr. l. j. §. fin. vel hic patria: ibi ciuitate. vel dic, non videtur cō muni opini. secundum quam est minor: & hoc hic respexit: sed respectu suae propriae opinionis, secūdum quam est maior, est interdictum: vt ibi: quae praeualet: & secundum hoc hic non soluit plenè.
r Excedendi.] id est recedendi.
s Relegatum.] si habes relegatus: legas cū superiorib9. si relegatū tunc cum inferiorib9. & dic quòd praeses dat libellū continentem modum relegationis ipsi relegato.
t Dare.] scilicet praesides.
v Ne excedant.] id est ne accedāt in patriā sic ff. de poenis l. relegati. vel pone etiam proprie. & facit ff. de poenis l. moris.
x Ad honores.] alios. nam & decurionatus honor est: vt C. de decurio. l. j.
y Nō admittatur.] facit ff. de decurio. l. ij. & ff. de varijs cogni. l. pe.

† alias, vt assolent Italiae.

oriundus[a] est, cùm ipse ei prouinciae praesit quam incolit[b], dum sua[c] non interdicat: vt solent Italiae[d] † interdicere, qui patria[e] nō interdicunt: vel an per consequētiam videatur etiam ea prouincia interdixisse cui pręest. Quod magis erit probandū. Per cōtrarium autem is qui originis prouinciae praeest, non est nactus ius interdicendi ea prouincia quā incolit is, qui relegatur. ¶ Si quis eam sententiam[f] admiserit[g] vt is, qui in alia puincia[h] cōmiserit[i], possit relegari ab eo qui ei prouinciae[k] praeest: eueniet vt relegatus iste tribus prouincijs pręter Italiam[l] debeat abstinere, & in qua deliquit, & quam incolit, & originis. & si ex diuersis prouincijs oriri videatur propter cōditionem, vel suam, vel parentis, patronorumve[m]; pluribus etiam prouincijs consequenter interdictum ei dicemus. Quibusdam tamen praesidibus, vt multis prouincijs interdicere possint, indultū est: vt praesidib9 Syriarū: sed & Daciarum. ¶ Cōstitutū est eū, cui patria[n] interdictū est, etiam Vrbe[o] abstinere debere. Contrà autem si cui Vrbe fuerit interdictū, patria sua[p] interdictum non videtur[q], & ita multis constitutionibus cauetur. ¶ Si cui planè non patria sua, sed aliqua ciuitate interdictum sit: videndum est an etiam patria sua, itemque Vrbe interdictum dicamus. quod magis est. ¶ His qui relegantur, dies excedendi[r] à praesidibus dari & potest, & solet. Etenim moris est ita pronūciari, Illum prouincia illa, insulisque illis relego. excederēq; debebit intra illum diem. ¶ Relegatum[s] planè libellum dare[t] posse principibus, etiam diui Fratres rescripserunt.

Cui interdicitur minus officium, non potest accedere ad maius: sed non habet locum econuerso. Barto.

¶ Solet praeterea interdici sententia quibusdam, ne intra patrię territorium, vel muros morentur, solet, ne excedant[v] patriā, vel in vicis quibusdam morentur. ¶ Solet decurionibus ordine interdici vel ad tempus, vel in perpetuum. ¶ Item potest alicui poena iniungi, ne honores adipiscat: nec ea res facit vt decurio, esse desinat: cùm fieri possit vt quis decurio quidem sit, ad honores[x] autē non admittatur[y]. Nā & senator quis esse potest, & tamen honores non petere[z]. ¶ Potest alicui & vnus honor† interdici: sic tamen, vt si cui honore vno interdictum sit: non tantum eum honorem petere non possit: verùm nec eos[a] quoque, qui eo honore maiores sunt. est enim perquam[b] ridiculum, eum qui minoribus poenae causa prohibitus sit, ad maiores aspirare[c], maioribus tamen prohibitus, minores petere non prohibetur. Sed muneribus si quis poenae causa fuerit prohibitus, nihil valebit sententia. Neq; enim† immunitatem poena tribuere debet. Ergo & si honoribus[d] quis in poenam fuerit prohibitus: poterit dici, nisi honores isti habuerint mistam muneris grauem impēsam: infamiā[e] illi ad hoc non[f] profuturam.

Marcellus. LEX VIII.

Sed honore quidem] illum arceri puto: caeterùm impendia debere[g] praestare.

Vlpianus. LEX IX.

Potest praeses quendam dānare ne de domo sua procedat[h].

TIT. XXIIII.

De sententiam passis, & restitutis.

Deportatio & dānatio in metallum non extinguit ius patronatus patrono restituto. hoc dicit.

Vlpianus ad edictū. LEX I.

Ad successionem liberti patronus deportatus, & restitutus admittit. Sed & si in metallū dānatus, restitut9 est: nūqd seruit9 poenę[i] extinguet ius patronatus, etiā post restitutionē? Et magis est vt nō extiguat seruit9[k] ius patronat9.

Idem. LEX II.

Si deportatus restitutus dignitatem quidem indulgentia

z Non petere.] aliàs petere, & facit ff. de decu. l. iiij. aliàs repetere. ad quod C. ad l. iuli. de ambi. l. j.
a Nec eos.] scilicet honores.
b Perquam.] id est valde.
c Aspirare.] ad quod ff. §. constitutum. cum concor. & ff. de regu. iur. l. non debet. & C. si ser. uus export. ve. l. fina. & ff. de seru. expor. l. cui pacto.
d Et si honoribus.] quibus inest sumptus: vt habes ff. de mu. & ho. l. honor. in princ.
e Et infamiam.] quę infert ex sentētia qua prohibetur honor.
f Ad hoc.] scilicet vt euitet onera, licet arceatur honore: nisi onera erant grauia. tunc eīn esset iniquum quod careret honore, & tā grādia onera subiret: hoc nisi &c. lex tamen sequens & in grandi onere idem statuit: & secundum hoc facit C. de sac. sanct. eccle. qui sub praetextu. & C. de fal. l. si qs decurio. & de his qui non imple. stipē. l. j. & ff. de regul. iur. l. nemo.
g Sed honore.] Debere. no. quod ex eodem facto poenā & pręmium nō debet quis pati. sic ff. de excep rei iudic. euidenter. & C. de leg. & constit. quod fauore & ff. de capi. di. l. ij. §. nemo & l. tutelas. §. iniur. & de contra tabulas non putauit §. si quis sua. Sed argumen. contrà suprà de his qui bus vt indigni. l. j. & l. post legatum in fine. Et hoc not. plenius suprà de nego. gest. siue haereditaria.
h Potest.] Procedat. suprà de poenis l. moris. & ff. de iniurijs l. qui domum. & de seruis exportan. l. vlti.

DE SENTENTIAM PASSIS, ET RESTITVTIS.

Ad successione.] CASVS. Patronus cuiusdam commisit delictum propter quod est deportatus, vel est in metallū dānatus. postea restitutus est. dicitur ꝙ ius patronatus integrū habet: & sic succedere liberto poterit. Fran.
i Seruitus poenae.] ꝙ contingit pro dānatione in metallum: vt ff. de poenis, aut facta. §. est poena.
k Seruitus.] patrono superueniens. & facit ff. de iurepa. l. siue. in princip. & de in ius vo. l. sed & si per. & de bonis liber. l. iij. §. si deportatus.

Si deportatus.] CASVS. Qui deportat9 est, deinde restitut9 quo ad dignitatē recupādā, nō ad bōa: nō tenet creditorib9 suis antiqs, nec reip. si aliqd ei pri9 debebat. si aūt prīceps iussit bōa ei restitui si

† Vno honore.

† Not. ꝙ quis propter delictū suū, vel poenam non debet esse immunis. con. cor. xvj. q. j. ca. legi. text. in ca intelle ximus. de iu di.

si vellet ea: & ipse non vult: bene tenebitur creditoribus antiquis ac si haberet bona. Franc.

a ❡ Non est.] nec in quota parte: vt C. eo. l. si debitor.

b ❡ Fuerat.] ad hoc C. eo. l. si deportationis. & de act. & obli. seru⁹. sed contra ȷ. de regu. iur. inuito. Itē §. quod cū eo. l. ij. sed hic in primum sta tum reponitur.

In insulam. C A S V S. Deportato in insulam pœnā ei princeps remisit retētis bonis. non tenetur creditoribus antiquis, cum nō habeat bona, nec habere possit. si autē bona recuperat, tenebitur directa act. Fran.

principis recuperauerit, in sua autem omnia bona non est[a] restitutus: nec à creditoribus, nec reipublicæ nomine conueniri potest. Sed si cū ei facultas oblata esset à principe ad bona quoque sua recuperanda, maluerit ea relinquere, & actionibus exuere se, quibus ante sentētiam subiectus fuerat[b]: non poterit.

Papinianus. LEX III.

In insulam deportati bona fisc⁹ pœna remissa retinuit. Creditores ex antegesto non habere cū eo, qui debitor quondam fuit, actiones, constitit. Quòd si bona cum dignitatis restitutione concessa recuperauerit: vtiles actiones necessariæ non erunt, cùm & directæ competant[c].

Paulus. LEX IIII.

In metallum damnata mulier eum, quem conceperat[d], ædidit: deinde à prīcipe restituta est. Humanius dicetur etiam cognationis iura huic restituta[e] videri.

TIT. XXV.

De cadaueribus punitorum.

Vlpianus. LEX I.

Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis[f] ipsorum neganda non sunt. & id obseruasse se etiam diuus Augustus lib. x. de vita sua scribit. ¶ Hodie autem eorum, in quos animaduertitur, corpora nō aliter sepeliuntur, quàm si fuerit petitum[g] & permissum: & nōnunquam non permittit, maximè maiestatis damnatorū. ¶ Eorum quoq; corpora, qui exurendi damnātur, peti possunt: scilicet vt ossa & cineres collecta sepulturæ tradi possint.

c ❡ Competant.] facit §. l. pxi. & quod ibi notaui.

In metallū. C A S V S. Mulier existens grauida, damnata est in metallum: & nūc ædidit: deinde restituta est. & quæritur an cognatio quo ad filium est ei matri restituta. Fran.

d ❡ Conceperat.] antè damnationem: secus si post: quia parit seruum: vt §. de fideic. lib. l. generaliter. §. ex damnata. nisi cum matre restituatur: vt instit. de seru. cog. in prin. sed quidam dicunt etiā posteà cōceptum liberum esse: arg. §. ad Tert. l. j. §. qui mortis. quod nō placet. Item facit insti. de ca. di. §. quod autem. cōtra solut. hic restitutus: ibi simpliciter manumissus vt d. §. qui mortis. sed contra hanc solutionē est instit. de serui. cogn. sed ibi semper serui: vñ manumissi accipiūt cogna. & fac. §. de iure pat. l. siue. & §. eo. l. j.

e ❡ Restituta.] mulieri: & per consequens filio. Accursius.

❡ DE CADAVERIBVS PVNITORVM.

Corpora.] C A S V S. Aliquo decapitato si cognati ei⁹ vel alij petāt à prīcipe vt eis liceat corpus eius accipere sepelire: cōcedendū & est eis: nec aliter pñt corpora eorū sepeliri nisi de principis licētia: & hoc princeps quandoque non concedit: vt si erat damnatus ob crimen læsæ maiestatis. Itē corpora eorū, qui sunt cōbusti, non licet sepeliri sine principis parabola: vt puta ossa, quæ remanserunt, vel cinis collectus. Fran.

f ❡ Cognatis.] & alijs petentibus: vt ȷ. l. fin. & Ioseph petijt à Pilato corpus Christi. & facit C. de relig. obnoxios.

g ❡ Petitum.] à principe: vt ȷ. l. proxi.

Si quis.] C A S V S. In insulam deportatus aut relegatus, ibidem decessit. non potest sepeliri extra illam insulam nisi de principis licentia: & sic pœna etiam post mortem durat. Fran.

Corpora.] C A S V S. Corpora damnatorum ad mortem quibuslibet petentibus ad sepeliendum princeps concedit. Franciscus.

h ❡ Animaduersorum.] id est eorum in quos animaduertitur, & qui damnantur ad mortem: & facit §. l. pxi. in princ.

i ❡ Danda sunt.] à principe: vt §. l. proxi. Accur.

❡ DE APPELLATIONIBVS.

Marcellus. LEX II.

Si quis in insulam deportatus vel relegatus fuerit, pœna etiam post mortem manet: nec licet eum inde transferre alicubi & sepelire inconsulto principe: vt sepissimè Verus & Anto. rescripserunt: & multis petentibus hoc ipsum indulserunt.

Paulus. LEX III.

Corpora animaduersorum[h] quibuslibet petentibus ad sepulturam danda[i] sunt.

Digestorū, seu Pandectarum liber XLIX. & XI. Noui.



TIT. I.

De appellationibus, & relationibus.

❡ Istud principiū diuiditur in duas partes. Primo ponit causam inducendæ appellationis. Secundo respondet cuidam tacitæ quæstioni. Secunda ibi, Licet nonnunquam. Bartolus.

Vlpianus. LEX I.

Appellandi vsus quam sit † frequens, quamq; necessarius, nemo est qui nesciat[k]: quippe cū iniquitatē[l] iudicantium, vel imperitiam corrigat[m]: licet nōnunquam etiā bene la-

† Vetus.

Appellandi.] C A S V S. Vsus appellandi frequens est & necessarius. per appellationem enim corrigitur quod male iudicatum erat siue dolo, siue imperitia: licet quandoq; deterius iudicetur in causa appellationis, quàm in prima. ❡ Quæsitū.] si princeps respondet alicui iudici de qua dā quæstione: & iudex secundū illam respōsionē iudicat potest appellari à sentētia prędicta. potest enim esse qđ iudex in cōsulendo principē fuit mentit⁹ & sic cōtra rñsionem siue rescriptū principis appellari videt. & dic de hoc vt in glos. dñi mei Accur. quæ incipit: non dicas appellari &c. ❡ Si qs.] A snīa quadā appellaui ad quendā iudicem, cū deberem ad aliū iudicem appellare. quæritur an mihi error meus prędict⁹ noceat. & distinguit. nā si appellaui ad minorē iudicem quā fuerit iudicās: tunc mihi nocet. si aūt cū deberem appellare ad quendam, qui erat aliquantulum maior iudicāte, appellaui ad quendā magis maiorē: non nocet mihi: & de hoc dat exemplū. nā cū iussu principis consules iudicē delegarunt in causa mea, quā habebā cū Titio, deinde à sentētia istius delegati appello ad principem, cū deberem ad cōsules appellare: non nocet mihi: & ipsi cōsules de causa appell. cognoscēt ac si ad eos esset appellatum. ❡ Libelli.] Nūc docet qualiter fiat libellus appellatori⁹. Secūdò dicit quòd si in ipsa die, qua lata est snīa, volo appellare: sufficit si dicam appello. Tertio dicit qđ in appellatione nō est necesse declarare contra quem ad uersariū appellet. Itē si in apppellatione quosdā ex aduersarijs noīaui, quosdā nō, vt cum essent plures mei tutores quondā cōtra quos egi pter malam administrationē, & succubui. nūc appello, & quosdā ex eis noīno: satis est vt cōtra oēs videar appellasse. sec⁹ si ipsi tutores fuerūt cōdemnati mihi, & quidā eorū appellāt quorū noīa in libello appellationis sunt posita. nā nō pdest alijs quorū noīa nō sunt apposita. Itē licet in appel. est apposita causa quare appellet: poterit tñ in pcessu causæ aliā causam allegare, & aliā omittere, & psequi appella. quibuscunq; modis poterit. & hoc dicit hic §. cum duabus ll. sequen. Fran.

k ❡ Nesciat.] & ideo plenius attingendus: vt §. de lib. leg. legaui.

l ❡ Iniquitatem.] cum dolo: imperitia sine dolo. ad primum est §. de mino. l. præfecti. ad secundum C. eo. l. j. ad vtrūq; institu. de iniur. §. j. & vtrobiq; facit litem suam: vt instit. de ob. quæ ex quasi delict. in prin. si autem contra constitutiones, ipso iure non valet, & non est opus appellatione: vt ȷ. quæ senten. sine appella. l. j.

m ❡ Corrigat.] vsus appellandi. i. appellatio, seu appellationis iudex.

a ¶ Pronunciat.] scilicet quandoq;.
b ¶ Aduersus rescriptum.] quo respon. alicui iudici consulenti ad aliquam quæstionem de iure: non dico de facto: vt ff. de iudi. cum quem §. j. & hoc casu princeps non dat dilationem: vt C. de dilationi. l. cùm à nobis.

c ¶ Prouocari oportere.] Non dicas appellari à literis, in quibus mendacia sunt inserta: 10 quia iam sunt approbatæ: vt j. quãdo app. sit l. fin. quæ est contra. nec à rescripto: licet hoc videatur dicere. nõ enim à sententia principis appellatur: vt j. à quibus appe. nõ licet. l. j. in prin ci. Sed dic appellari à sẽtentia iudicis quã fert 20 secundum consiliũ prĩcipis, quod consiliũ fuit secundum relationẽ: & sic quodammodo appellatur contra rescriptũ, & contra literas cõsultationis: & hæc ꝓbanẽ in græco quod est hic: si scripse. &c. & sic intelligi potest C. de ap. l. ij. & 30 in aut. vt in med. li. §. super hoc. Sed op. quia sicut non appellatur à sententia principis: ita nec ab eius iudicis sẽtentia, qui iudicat secũdum quòd ipse mandat: vt in aut. vt in medio li. §. j. quę est contra. Solu. ibi à princ. princeps an- 40 diuit causam, & rescripsit iudici: si sic ꝓbabitur tibi, ita iudices: sed hîc iudex post causam discussam cõsuluit principem. vel ibi secundum ius cõmune rescripsit: hîc contra ius commune: vel hîc princeps iudicauit.

+ Vide Alciatũ libro dispun. iiij. c. xvj.

Appellare nõ liceat à principis sententia.

50 d ¶ Ad sententiam nostram.] vetus lectio, Ab enunciatione. id est à mendacij relatione principi facta: vt hîc subijcit.

e ¶ Nõ esse appellandum.] Io. & Azo dicunt ab hac interlocutoria appellandum: vt j. 60 quando app. sit l. j. in prin. & C. de ralationibus l. j. in fine. quæ sunt contrà. & hic exponunt non esse appellãdum de necessitate: sed potest si vult. Vel secundũ alios in illa j. quãdo app. sit. ideò appellaẽ, quia iam erat lata sententia: hîc 70 ferenda: & in illa C. vocat refutatorias preces: nõ appellationẽ sed contradictionẽ, quę fit cõtra cõsultationẽ. Et scdm hoc hic nullo modo appellaẽ: & sic scdm hoc ab interlocutoria nõ appellaẽ: qđ dic vt j. de ap. reci. l. ij. Vel tertio cõtra interlocutoriã: qua ꝓnunciat principẽ cõsulendũ, nõ appellatur: sicut nec ab alijs, vt hic: sed à grauamine, qa inserit mendacia, vel interloquiẽ inserendo, potest appellari: vt d. l. C. sic enim hic dicere videtur.

f ¶ Iudicem.] scilicet ad maiorem.

80 g ¶ Vt minorem.] scilicet minorem eo qui iudicauit: vt colligitur j. d: niq; &c. vel dic verius fortè minorem eo qui iudicaturus est. & facit ff. de mino. l. minor autem.

h ¶ Ei nocebit.] videtur quòd non: quia in damno vitãdo etiam iuris error non debet obesse: vt ff. de iur. & fact. ignor. error. Sed speciale vt hic noceat error facti vel iuris. qa ad rigorem iuris conseruandũ hoc statuitur, vt in vsucapione: vt not. eo. titu. l. iuris ignor. Item sic est in confessione: vt ff. de confes. l. non fatetur.

tas sententias in peius reformet. neque enim vtique melius pronũciat [a] qui nouissimus sententiam laturus est. Quæsitũ est an aduersus rescriptum [b] principis ꝓuocari possit: fortè si pręses prouincię, vel quis alius consuluerit, & ad cõsultationem eius fuerit rescriptũ. Est enim quæsitum, an appellandi ius supersit. Quid enim si in cõsulendo mentitus est? De qua re extat rescriptum diui Pij, quo ostenditur prouocari oportere [c]. verba rescripti ita se habent: † Ἐάν τις ἡμῖν, ἅμα δὲ καὶ ἀντιγραφῶμεν ἡμεῖς, ὅτι ὃν ὑπάρχει τοῖς βουλομένοις ἐπικαλέσαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν. εἰ γὰρ διδάξαιεν, ἢ ψευδῶς, ἢ οὐχ οὕτως ἔχειν τὰ ἐπεσταλμένα, οὐδὲν ὑφ' ἡμῶν ἐν δόξῃ προδεικρυμένον, τῶν ὡς ἑτέρως ἐχόντων τοῖς γραφεῖσιν ἀντεπεσταλκότων. id est, Si scripserit quisquam ad nos, & illi aliquid rescripserimus: volentibus ad sententiam [d] nostrã prouocare permissum erit. Si eñ docuerint vel falsa, vel non ita se habere, quæ scripta sunt, nihil à nobis videbitur iudicatum prius quam contra scriptum fuerit, quẽadmodũ aliter res se habeat quã nobis insinuatum sit. ¶ Hinc consequenter videtur rescriptum, à consultatione iudicis non esse appellandum [e]. si quis forte interlocutus fuerit principem se consultturũ, cùm possit post rescriptum prouocare.

¶ Error in appellando iudicem maiorem uel parem, appellationem non uitiat: secus si minorem appellauerit, hoc dicit. Primo ponit quæstionem. Secundo solutionem. Tertio eam probat per rescriptum. Secũda ibi, Et si quidem. Tertia ibi, Denique. Bartolus.

¶ Si quis in appellatione errauerit: vt puta cùm alium appellare deberet, alium appellauerit: vidẽdum est an error ei nihil obfuerit. Et si quidẽ cùm maiorem iudicem [f] appellare deberet, ita errauerit vt minorẽ [g] iudicem ꝓuocauerit: error ei nocebit [h]. si verò maiorem iudicem prouocauerit, error ei nihil oberit [i]: & ita multis constitutionibus continetur. ¶ Deniq; cùm quidam iudicẽ ex rescripto principis à consulib⁹ accepisset, & præfectum vrbi appellasset: errori eius subuẽtum est rescripto diuorum Fratrum: cuius verba hæc sunt, Cùm per errorem factum esse dicas, vt à iudice, quem ex rescripto nostro [k] ab amplissimis consulibus acceperas, ad Iunium Faustinum amicum nostrum præfectum vrbi prouocaris: consules [l] amplissimi perinde cognoscant atque si ad ipsos facta esset prouocatio [m]. ¶ Si quis ergo vel parem [n] vel maiorem [o] iudicem ꝑpellauerit, alium tamẽ pro alio: in ea causa est vt error ei non noceat: sed si minor est, nocebit.

¶ Libellus appellatorius debet continere personam appellantis: personam iudicis à quo appellatur: & sniãm a qua appellatur: personã uerò eius cõtra quã appellatur, de necessitate nõ debet cõtinere: & tẽpore sniæ põt quis solo uerbo appellare dicẽdo appello. h. d. cũ l. se. & pri. l. seq. Bar.

¶ Libelli qui dantur [p] appellatori, ita sunt concipiendi, vt habeãt scriptũ & à quo dati sunt, hoc est qui appellet: & aduersus quẽ [q]: & à qua sententia [r].

Martianus. LEX II.

Sed si apud acta [s] quis ipso die voce appellauerit: satis erit si dicat, appello.

Vlpianus. LEX III.

Scio quæsitum, si quis non addiderit in libellis contra quẽ aduersarium appellet: an præscriptioni [t] subijciatur. Et puto nihil oportere pręscribi. Sed & illud cecidit in quæstionẽ, si plures habuerit aduersarios, & quorũdam nomina in libellis sint comprehensa, quorũdã nõ: an ęquè pręscribi [v] ei

i ¶ Nihil ei oberit.] quia non alium, sed magis plus: vt ff. quemadmo. serui. amit. is cui. in princ.
k ¶ Ex rescripto nostro.] mandauit enim princeps cõsulibus vt dẽt iudicem: vt j. quis & à quo l. fin.
l ¶ Consules.] ad hos fuit appellandum: vt j. qs & à quo l. fi. & j. eo. imperator. ij. resp. & idẽ si Imperatorẽ appellasset vt j. eo. Imperatores. in prin. Sed nõne cõsul est 10 maior: qa super illustris & pręfectus illustris tãtum: vt in aut. vt cũ de ap. §. illud. & vt ab illustri. & qui supra eã dig. §. j. & in aut. cõsti. q̃ de di. col. vj. Ad hoc dic qđ cõsul maior est quo ad dignitatẽ: nõ quo ad administrationẽ: qa nõ ha 20 bet nisi volũtariam iurisdictionẽ: vt colligiẽ ff. de offi. consulis l. j. qđ nõ placet: qa imò habet etiã cõtentiosam': vt ff. de arb. l. iij. in fi. & l. se. Alij dicũt qđ hic dicit de illis cõsulib⁹, qui dignitatẽ habẽt, non administrationẽ ar. d. l. de 30 arbit. Vel dic scilicet, minorẽ: scilicet eo qui iudicauit.
m ¶ Prouocatio.] nõ ergo opus est noua appellatione.
n ¶ Vel parem.] parẽ vel maiorem accipe vt ff. dixi. Itẽ facit j. l. iij. & de ap. re. l. si cuius. & de 40 cẽsi. l. forma §. fin. sed ar. contra ff. de iur. omn. iud. l. si per errorem. & de aqua plu. arcẽ. l. sed hoc.
o ¶ Vel maiorem.] or dinariũ tñ, vel quasi ordi. vt delegatũ à principe. Quid ergo est quod diciẽ non debere appel- 50 lari nisi ad delegantẽ nec etiã ad imperatorẽ vt j e. l. Imperato. Respon. verum vt ipse cognoscat.

Marcel lus.

p ¶ Libelli qui dantur.] aliàs appellatorij & ita planũ est: vt subaudias dantur scilicet iudici. sed in libro Alb. 60 est appellatiõis, & tũc dic, scilicet, faciendæ: & dic dantur iudici à quo appellatur, si fieri põt aliàs ei ad quem appellatur: vt quando ap. sit l. j. §. dies & §. si quis. & j. decem dies hodie.
q ¶ Aduersus quẽ.] scilicet iudicem. nec eñ 70 ei nocet si nõ dicat in libello appellationis aduersus quẽ aduersariũ: vt j. l. iij. in prin. vñ dic, est dicendũ vt hic: nõ tñ nocet si nõ dicaẽ: vt ibi.
r ¶ A qua sententia.] puta quam tulit contra me de tali re. ad quod j. de libel. di. ij. respon. & est addendum, apostolos peto: & instanter secundũ quosdam, vt j. de libel. di. §. fin. sed fortè non est opus poni in libello appellationis.
s ¶ Sed si apud acta.] Quid si iudex surrexerat? videẽ in scriptis appellãdũ. ar. ff. de in itẽg. rest. diu⁹. sed ibi cõtra ius cõmune volebat 80 admitti. vñ hic põt dici tota ea die, dũmodo sit iudex: ibidẽ in eadem iudicij figura possit viua voce appellari cæterũ sequẽti die in scriptis: vt hic, & j. l. à snia. §. fi. & ar. C. e. l. litigatorib⁹. sed an cũ appellatur ab interlocutoria, quod est quãdoq;, sit appellandum in scriptis die secundũ. respon. non puto, cum nec sententietur in scriptis ex necessitate: quod secus est in diffi. vt C. de senten. ex breuicu. re. l. ij.
t ¶ Scio quæsitum.] Præscriptioni. id est exceptioni.
v ¶ Præscribi.] non obst. ff. l. j. in fi. vt ibi exposui.

Et

posit ab jis, quorum nomina in libellis comprehensa non sunt, quasi aduersus eos ipsos acquieuerit sententiæ. Et cùm vna [a] causa sit, arbitror non esse præscribendum. Cęterùm si plures hi sunt aduersus quos pronunciatur: & quorũdam nomina in libellis sint comprehensa, quorũdam non: hi soli [b] appellasse videbuntur, quorũ nomina in libellis sunt comprehensa [c]. Quid ergo si causam appellãdi certam dixerit: an liceat ei discedere ab hac, & aliã causam allegare: an verò quasi forma quadã obstrictus sit? Puto tamen cùm semel prouocauerit, esse ei facultatem in agendo etiam aliã causam ꝓuocationis reddere [d], prosequique prouocationem suam quibuscunq; modis potuerit.

Ab executore nõ appellatur: sed ab iniqua sententiæ interpretatione sic: & tunc solum de iustitia interpretantis quæritur hoc dicit, Tres partes ex summario colliguntur: secunda ibi, sed ab eo. tertia ibi, ita tamen. Barto.

[Marcellus.]

❡ Martianus. LEX IIII.

AB executore [e] sententiæ appellare non licet [f]: sed ab eo, qui malè sententiam interpretari† dicitur appellare licet: si tamen is interpretandi potestatem habuerit, velut præses prouinciæ [g], aut procurator Cæsaris: ita tamẽ, vt in causa appellatiõis reddenda hoc solũ quærat an iure [h] interpretatum sit id quod etiam diuus Antoninus rescripsit.

† Not. q licet iudex, suam sententiam diffinitiuam non possit reuocare, tamen eã declarare & interpretari potest. ad qđ concor. in c. olim. & in ca. ex parte. ij. de verb. sig. facit l. in prætorijs. & ibi concor. datę per me ff. de prętor. stipula.

Alio condemnato non appellante, uel appellationem non prosequente, alius cuius interest poterit appellare: & appellationem interpositam ab alio prosequi. Barto.

pitur,sufficit si posit dicere[a] appellationem suam non esse receptam.quod quacunq; ratione doceat, admittetur eius appellatio. Non recepta autem appellatione, si quidē principē appellari oportuerit, principi[b] erit supplicandum. Si verò alius appellabatur quàm[c] princeps: ille erit adeundus. sed & siquid aliud post receptam appellationem impedimenti factum fuerit: eum adiri oportet, quem appellare quis debet. Planè si appellatione non recepta, non ipsum adierit quem debuit,sed principem:pro eo habebitur atque si is aditus esset,qui adiri debuit, idque rescriptis Imperatoris nostri Antonini declaratur.Planè si alium pro alio[d] adijt, non principem:nihil ei hic error proderit, licet non videatur cessasse.Intra constituta[e] autem appellatoria tempora debet is cuius appellatio non est recepta, vel competentem iudicem, vel principem adire.

¶ *In appellatione non recepta nil debet innouari. Item apostoli etiam refutatorij debent dari,ita quod partes quid in eis continetur intelligant.Bartolus.*

Marcellus. LEX VI.

SCiendum est, cùm appellatio non recipitur[f], præcipi- sacris constitutionibus omnia in eodem statu esse,nec quicquā nouari etiam si contra fiscum appellatum sit:eumque qui appellationem non recipit,opinionem[g] suā confestim per relationem manifestare[h]: & eius causam pro qua non recipit appellationem, eiusq; exemplum litigatori edere debere,mandatis cauetur.

¶ *Primò ponit unam regulam, quod in his quæ non recipiunt dilationem, non potest appellari. Secundò hanc declarat per tria exempla. Tertiò ponit duos casus in quibus non licet appellari,qui non ponuntur in dicta regula. secunda ibi, Veluti.tertia ibi,Item si ex perpetuo.Bartolus.*

Paulus. LEX VII.

SI res dilationem non recipiat, non permittitur appellare[i] :veluti ne testamentum aperiatur[k]: vt diuus Adrianus constituit: ne frumētum in vsum militum, in annonæ[l] subsidia contrahatur, néve scriptus hæres in possessionem inducatur. ¶ Item si ex perpetuo edicto[m] aliquid decernatur: id quo minus fiat, non permittitur appellare. Item quo minus pignus vendere[n] liceat:appellari non potest.

b ¶ Principi.] id est ad principem.

c ¶ Quam.] scilicet di- 10 recto.

d ¶ Alium pro alio.] forte minorem:vt s. de ap.l.j. §.pe.& facit C.de ap.l.à proconsule. in fi. & de his qui per metum iudi.l.j.& ij.in fi.

e ¶ Intra cōstituta.] scilicet,anni vel sex vel quatuor mēsium : vt C. 20 de appel.si appellationem oblatam.Io.

SCiendum.] CASVS. Cùm appellaui,& iudex non recipit appellationem meā: omnia stant in eodē statu:nec quicquā mutandum est, etiam si cōtra fiscum appellassem : & 30 iudex, qui non recepit appellationē,debet sententiam manifestare mihi : & causam dicere quare nō recepit appellationem & eius exemplum dare mihi debet. Fran.

f ¶ Non recipitur.] aliàs est non. & aliàs 40 deest: & tunc debet deesse similiter in medio & in fi.huius l.& facit C.de ap.l. appellatione.& j.tit.ij l.j.& quod ibi no.& xxiij.q.j.c.j.

g ¶ Opinionem.] id est sententiam.ad hoc C. de app.l.eos.§.super. & de rela.l.j.& ij.

50 h ¶ Manifestare.] iudici ad quem est appellandum.

SI res.] CASVS. Ponit quinque casus in quibus nō appellatur: & est ratio in omnibus quia nō recipiunt dila.quod apparet ex litera.Fran.

60 i ¶ Appellare.] suprà, de app. constitutiones.

k ¶ Aperiatur.] C.e.l. quisquis.

l ¶ In annonæ.] ad hoc s. de re iudi.l.ij.& s. de fer.l. eadem. & C. quo. ap.l.fi.

m ¶ Ex perpetuo edi- 70 cto.] s. de appel.l.ex consensu.§.fina.

n ¶ Vendere.] ab ipso scilicet venditore, cùm nulla sit ibi sententia: vel etiam à sententia, scilicet quam fecit creditor denūciari ei postquàm expectauit biennio : vt C. de iure do. 80 impe.l.fi.§.fin autem.

¶ DE LIBELLIS DIMISSORIIS.

POst appellationem.] CASVS. Nunc dicit quòd iudex à cuius sententia appellatur,debet epistolam mandare iudici cognituro de causa appellationis : & illa epistola vocatur litera dimissoria,siue apostoli. Secundò dicit quid debeat continere illa epistola. Tertiò dicit : pars, quæ appellat, debet petere intra tempus ad hoc statutum,quod est xxx. dierum, à iudice, à quo appellauit, istam epistolam fieri & demandari: & sufficit si petijt,licet non sit facta.nam sibi non nocet.Fran.

o ¶ Dicta est.] ideoq; à meo iudicio dimitto, & ad vestrum examen dirigo.ad quod j.de verb.sig.l.dimissoriæ.

p ¶ Intra tempus.] triginta dierum à die latæ sententiæ:vt C.eo.l. iudicibus.quæ punit iudicem non dantem intra tempus dictum.

TIT. VI.

De libellis dimissoriis.

Marcellus. LEX Vnica.

POst appellationem interpositam literæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eū qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quem alium: quas literas,dimissorias siue Apostolos appellant. Sensus autem literarum talis est : appellasse puta Lucium Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est[o]. Sufficit autem petisse intra tempus[p] dimissorias instanter & sæpius:vt si non accipiat,idipsum contestetur[q]. nam instantiam petentis dimissorias, constitutiones desyderant. Æquum est igitur si per eum steterit,qui debebat dare literas,quò minus det,ne hoc accipienti[r] noceat.

TIT. VII.

Nihil nouari appellatione interposita.

Vlpianus. LEX Vnica.

APpellatione interposita,siue recepta sit,siue non,medio tempore nihil nouari[s] oportet. Si quidem fuerit recepta appellatio: quia recepta est[t]. Si verò non est recepta:ne præiudicium fiat[v] ei quoad deliberetur vtrum recipienda sit appellatio, an non sit. Recepta autem appellatione, tandiu nihil erit innouandum, quādiu de appellatione erit

q ¶ Contestetur.] in- 10 tra aliud tempus de quo habes.s.tit.j.l.si cuius.in fi.& C.de appel. si appellationem. & ad hoc C.de ijs qui p metu.l.ij.quæ contestatio si fuerit deserta,videt appellatio deseri:vt C. e.l.quoniam nonnulli. in fin. licet iudex à quo 20 appellatur, dare debet etiam non petenti: vt C.de appel. l.eos.§.apostolos.

r ¶ Accipienti.] id est accipere volenti.ad qd in authenti.vt exac.instante do.§.fi.

¶ NIHIL NOVARI APPELLA- 30 TIONE INTERPOSITA.

APpellatione.] CASVS. Appellatione interposita:siue est recepta,siue nondum est recepta: nil interim est nouan- 40 dum quandiu iudicet super causa appella.& dat exemplum de iusso per sententiam relegari,qui appellauit. nam interim non relegabit. idem de iusso deportari. idem de iusso remoueri ab ordine. qui si appellent,interim non 50 pcedetur contra eos. Vltimò dicit, ex pluribus delictis Titius fuit accusatus & condēnatus : & appellauit propter quædam,se iniustè dicens condemnatum : propter quædam non. quæritur an interim puniétur propter illa de- 60 licta propter quæ nō appellauit.& distinguitur.nam si hæc delicta, propter quæ non appellauit,sunt grauiora alijs:tunc non differtur executio.Fran.

s ¶ Nouari.] [a] puta executio vel simile.Sed quid si nō est facta ap- 70 pellatio : an intra biduum posit fieri executio? Respō.non.arg. contrà, C.cōmunia de leg.l.fi.§.fin autem.

t ¶ Recepta est.] vt in authenti.vt cùm de appel.cog.in prin. & in authen.vt nulli iud.in prin.& §.illas verò.& 80 s.de infa.l.furti.§.j.& j.hac.l.sed cōtra in aut. vt spon.lar.§.aliud. ad hoc sol. illud speciale in supplicatione,& ass:quod dic vt not.C.de appel.l.iiij.& facit s.ad Turp.l.j.in fin. & C.in integ.resti.po.ne quid noui fi.l.j.& C.de bo.pos.secundùm tab.l.j.& C.quo.ap.non reci.l.ab executione.§.à quo.& s.qui satisd.cog.sciendū.§.fi.& s.de pœnis.l.ij. in fi.Item opp.quia videtur appellans fieri actor etsi prius erat reus, quod est verum secundùm P.sed nos contrà:vt not.C.eo.l.hi qui.

v ¶ Fiat ei.] appellationi quoad &c. vt s.tit.ij.sciendum. Sed apud quem

a Scribē.hic dicunt hanc gl. [illegible] ad hoc [illegible] situm [illegible] qui sententia suā intra tēpus datum ad appellādū. idē est in causis criminalib': licet aliud de cōsuetudine obseruetur. Bolog.

quem deliberabitur? Respon. apud principem, non apud eum à quo appellatur, vt ſ. de inofficioso testa. l. si quis ex. §. hi autem omnes. & de adm. tu. l. ex chirographis. & l. fi. in prin. vel apud eum, qui de appellatione est cogniturus: cùm pro eo habeatur ac si sit recepta quo ad commodum appellantis: vt C. de app. l. à proconsulibus. in fi. & l. si quis appellanti. sed iudex, qui nō recipit, in triginta pondo auri, & eius offi. in tantundem punitur: vt C. eo. l. quoniā iudices. Item quid si patēter appareat non recipienda, quod potest esse frequēter: vt ſ. titu. ij. l. fi. & ſ. de ap. l. constitutiones. & C. quo. ap. per totū? Respon. nō punitur iudex non recipiens: imò appellās in quinquaginta lib. argēti, & in corpore & in fama: vt C. e. l. eos. §. sup his. & quo. ap. non reci. l. ab executiōe. §. fi. & C. eo. l. à proconsulibus. & sic poterit statim exequi si talis sit iudex, qui aliàs hoc possit. sic ergo hîc loquitur, cùm dubiū est sit recipienda, an nō. Accursius.

pronunciatum[a]. ¶ Si quis[b] ergo fortè relegatus fuerit, & appellauerit, non arcebitur neque Italia, neq; prouincia, qua relegatus est. Propter eandem rationem & si quis deportatus[c] fuerit ab eo cui deportandi[d] ius est, vel adnotatus[e]: neque vincula patietur, neq; vllam aliam iniuriam, quam patitur qui sententiæ non acquieuerat[f]. Integer enim status esse videtur prouocatione interposita. Ergo & si abstinere ordine iussus sit, & prouocauerit: eadem ratione poterit interim participare[g]: cum hoc sit constitutū, & sit iuris, Ne quid pendente appellatione innouet. ¶ Si quis† ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædam appellauerit, propter quædam non: vtrùm differenda pœna eius sit, an non, quæritur? Et si quidem grauiora sint crimina, ob quę appellatio interposita est, leuius autem id, propter quod quis non appellauerit: recipienda est omnino appellatio, & differenda[h] pœna. Si verò grauiorem sententiam meruit ex ea specie ex qua non est appellatum: omnino pœna imponenda est.

† Not. casu tali ex isto text. pro differenda executione in cā criminali: vt scilicet condemnatus de aliquo maleficio accusetur de alio maiore maleficio: quo casu sententia differtur executio mortis eius quousq; pendet ac. secunda. not. Bart. in l. j. § fin. ſ. de custo. reo.

TITVL. VIII.

Quæ sententiæ sine appellatione rescindantur.

Marcellus. LEX I.

Illud meminerimus, Si quæratur[i] iudicatū[k] sit, necne: & huius quęstionis iudex nō esse iudicatum pronūciauerit: licet fuerit iudicatū, rescinditur[l], etsi[m] prouocatum nō fuerit. ¶ Itē si calculi error in sentētia esse dicatur, appellare necesse nō est: veluti si iudex ita pronunciauerit: Cùm cōstet Titium Seio ex illa specie quinquaginta, item ex illa specie viginti quinq; debere: idcirco Luciū Titium Seio in centū condēno. Nam quoniam error cōputationis est: nec appellare necesse est, & citra prouocationē corrigitur[n]. Sed & si huius quæstionis[o] iudex sententiam in centū cōfirmauerit: si quidem ideo, φ quinquaginta & vigintiquinq; fieri centum putauerit[p]: adhuc idē error cōputationis est: nec appellare necesse est. Si verò ideo, quoniā & alias species vigintiquinq; fuisse dixerit: appellationi[q] locus est. ¶ Itē cū contra sacras cōstitutiones iudicatur: appellationis necessitas remittitur[r]. Contra cōstitutiones autē iudicatur, cùm de iure cōstitutionis, non de iure litigatoris pronunciatur. nā si iudex, volenti se ex cura muneris vel tutelę beneficio liberorū vel ætatis aut priuilegij excusare, dixerit neq; filios neq; ætatē aut vllum priuilegium ad muneris vel tutelę excusationē prodesse: de iure[s] constitutionis pronunciasse intelligitur. Quòd si de iure suo probantē admiserit, sed idcirco contra eū sententiā dixerit, φ negauerit eum de ætate sua aut de numero liberorū probasse: de iure litigatoris pronunciasse intelligitur: quo casu appellatio necessaria est. ¶ Item cùm† ex edicto peremptorio quod neque propositum[t] est, neq; in notitiam[v] per-

a ¶ Pronunciatum.] sit iusta vel non. Idē tamen & si lapsa sint fatalia: quia tunc est firma sñia prima: vt C. de tempo. ap. l. fi. §. illud.

b ¶ Si quis.] ponit exēpla.

c ¶ Deportatus.] verbo tenus.

d ¶ Deportandi ius est.] vt Imperator & præfectus præto. & vrbis, non præses prouin. vt ſ. de pœ. l. ij. §. j. de iniu. testa. si quis ex. §. eius. & de lega. iij. l. j. §. hi. & de interdic. & rele. l. interesse. §. j. sed videtur nunquā dubiū: quia aut est specialiter inhibita à iure: & sic certum est non posse appellari. aut nō: & certū est posse: vt C. de app. l. & in maiorib[a]. Respō. negatione fit dubiū: vt C. qui. ad lib. pro. non licet. l. iij. in princi. Vel dic φ aliquis casus est vbi non est prohibita expresse: tamen est prohibita in eius simili: vt in condi. ex l. si quis in tantam. & in infinitis similibus.

e ¶ Adnotatus.] subaudi appellauit.

f ¶ Non acquieuerat.] nec appellauerat. posset autem etiam aliter legi.

g ¶ Participare.] j. de mune. & ho. l. reus. §. eū. in fi. contra. sed hic habuerat honorem, à quo per sententiā deponebatur. vnde appel. pen. remanet in eodem: ibi de nouis honoribus non de habitis per sententiam prohibetur. vnde si appellat, interim abstinet: & sic vtrobique est eadem ratio: quia pen. ap. &c. vt in prin. huius legis.

h ¶ Differenda.] hic no. damnatum ex multis causis, in aliquibus posse appellare: in alijs omittere. ad quod ſ. de ap. l. appellanti. & de mino. l. etiam. §. ex causa. & de inoffic. testa. si minor. §. fina. & l. pen. §. fina. in princi.

¶ QVAE SENTENTIAE SINE APPELLA. &c.

Illud.] CASVS. Quatuor casus ponit in quibus sententia retractatur sine appellatione: quod videas in litera. Vltimò dicit: peto à te. x. & tu à me petis. x. condemnat me iudex vt tibi dem. x. & nondum te mihi condemnat. dicebatur olim φ nō erat necesse me appellare à tali sententia: quia non cogebar tibi soluere ex tali sententia, cùm possem compēsa. opponere. sed certè tenet sentētia, & appellare possum si non iuste me condemnatum dico. Fran. Accur.

i ¶ Si quæratur.] cùm fortè victor peteret corā præside executioni mandari: victus dixit non esse iudicatū. & adde hîc quod not. C. quando prouoca. non est necess. l. j.

k ¶ Iudicatum.] aliàs autem super iudicato frustra iudicatur: vt C. de senten. post sententiam. sic & transactio: vt C. de transact. l. si causa cognita.

l ¶ Rescinditur.] prima sententia.

m ¶ Etsi.] id est quamuis. Accursius.

n ¶ Corrigitur.] secus si nō sit expressum: vt C. de re iudi. l. ij. & facit C. de iure fisc. l. ij. Accursius.

o ¶ Quæstionis.] qua petebatur corrigi dicta erronea sententia. vel cùm peteretur executio, excipiebatur in ea erratum.

p ¶ Putauerit.] non tollit ergo quæstio erroris calculi per primā vel secundam sententiam: & sic est contrà C. de errore cal. l. j. sol. ibi fuit sententiatū super errore habito extra ius: & in sentētia non fuit error expressus. hîc autem primus error fuit in sententia: similiter & vtrobique expressus: vel saltem in prima: quod sufficit secundùm quosdā. & sic expressa nocent &c. vt & ſ. de condi. & demō. l. nonnunquàm. cum suis concor. Item not. quòd fatua opi. nil operatur[a]. arg. ſ. de furt. l. qui rem. putauit enim (quod nullo modo esse poterat) scilicet quinquaginta & xxv. esse centum. & ita nil valet: vt hîc, & ſ. de supelle. lega. l. Labeo. & ſ. de vsufru. lega. l. si alij. sic etiam distinguitur inter expressum, & non expressum errorem iuris: vt j. proxi. §.

q ¶ Appellationi.] quia sententia valet.

r ¶ Remittitur.] vt & ſ. de appel. si expressim. sed. fallit suprà de pœnis. l. moris. §. iste. item ſ. de interdi. & releg. l. relegatorū. §. ad tempus. item C. de appella. l. j. quibus dicitur. quòd contra præceptum. l. pronunciatur, & tamen non est pro nihilo. sed per principem in primo casu. in alijs per appel. sed in omnibus dic quòd non expressim contra legem pronunciauit. item videtur in alio: vt ſ. de re iudi. l. præses. sed ibi dicas contra ius litigatoris pronunciatum. item in alio, vt quando putauit causam legibus iuuari, quasi dicat bonæ fid. facit iudex: vt ſ. de re iudi. l. cùm prolatis. vel dic quòd ibi in l. cum prolatis. respon. tacitę obiectioni. q. d. quis est iudex ita fatuus, qui etiam contra ius litigatoris pronunciet? & sic tacitè cōtra. l. respon. quia putabat causam legibus iuuari &c. Alij dixerunt in omnibus prædictis casibus, φ putabat causam legibus iuuari. item facit ſ. proxi. §. & C. quando prouo. non est necess. l. ij. & l. circa. Accur.

s ¶ De iure.] id est contra ius.

t ¶ Propositum.] solenniter vt debuit. fuit tamen interpositū: alioquin sine causa poneret de notitia: illud tamen ad maiorem exaggerationem intelligo positum, quòd non peruenit in notitiam: secus si solenniter fuit propositum: sed nō peruenit in notitiam: vt C. quomodo & quando iud. ab eo. & C. si ab hæred. se absti. authen. si omnes. & C. de iudi. properandum. §. j. quæ videntur contrà. item nec ob. prædictis. C. de accu. l. absentem. quia secus in criminalibus: vt not. ſ. de pœnis. l. absentem. Accursius.

v ¶ Notitiam.] hoc ponitur vt dixi, ad maiorem & euidentiorē iniquitatem sententiæ ostendendam: vt dicenda sit ipso iure nulla. & dic

a Adde tamen φ opinio fatui quādoq; attenditur: sicut de fatuo illo parisiensi, qui decidit q. de paupere, qui comederat panē suū ad odorem assat.: vt dicunt cano. in c. ad nostram. de consue. pro qua facit gl. in l. j. ver. constitui. ſ. de orig. iuris.

† Iste text. facit ad id qd' voluit gl. in c. j. §. is autem. in verbo, controuersias. de paci. pos. in prag. sāc.

...uenerit, absentis[a] condemnatio fit: nullius momenti esse sententiam cōstitutiones demonstrant. ¶ Si apud eundem iudicem inuicem petamus: si & mea petitio & tua sine vsuris[b] fuerit, & iudex me priorem[c] tibi condemnauit, quo magis tu prior me condemnatum[d] habeas: non est mihi necesse pro hac causa appellare: quoniam secundùm sacras constitutiones iudicatum[e] à me petere non possis prius quàm de mea quoque petitione iudicetur. Sed magis est vt appellatio interponatur.

Paulus. LEX II.

PAulus respondi,[†] eum, qui in rebus humanis nō fuit sententiæ dictæ tempore, inefficaciter condemnatum[f] videri. Idem respōdi, aduersus eum, qui in rebus humanis non esset cùm iudex datus est: neq; iudicis dationem valuisse, neque sententiam aduersus eum dictam vires habere.

Idem. LEX III.

PAulus respondi, impossibile[g] præceptum iudicis nullius esse momenti. Idem respondi, ab ea sententia cui pareri per rerum naturam non possit[h], sine causa appellari.

TITVL. IX.

An per alium causæ appellationis reddi possint.

Quando principalis causa potest agi per procuratorem: tunc etiam causa appellationis per procuratorem agi potest. Bar.

sic q̄ si solenniter fuit propositum: licet non peruenerit in notitiam: tenet sententia: vt ff. de dā. infec. l. iiij. §. toties. & ff. quod vi, aut clàm. aut qui. §. j. & C. de an. excep. vt perfectius. & est expressum. C. quomodo & quādo iud. l. ab eo. Item facit ff. de oper. no. nuncia. l. de pupillo. §. nūciationem. & si quidem erat per cōtumaciā absens, nō auditur posteà, nisi veniat iudice sedente p̄ tribunali: vt ff. de in integ. resti. l. pe. & de iudi. & post. in fi. & C. de iudi. properandum. §. cū autem. si autem probabili & iusta de causa: serua distinctionē, quæ fit de absentibus. Alij dicunt esse necesse peruenire in notitiā absentis: vt hîc, & ff. de ap. l. ex consensu. §. fin. & in authen. de litigio. §. omnem. & ff. de requi. reis. l. j. & ad idem quod no. d. l. ex consensu. §. fi. & quādo ap. sit. l. j. §. fi.

a ¶ Absentis.] quia nō fuit propositum.

b ¶ Sine vsuris.] maximè: vt ff. de compen. l. cū aliter.

c ¶ Priorem.] id est prius.

d ¶ Me condemnatum.] quàm ego te. & fa. ff. de iuris. om. iudi. si idem. §. j. & C. de cōpen. l. neq;. item ff. fa. ercis. in hoc iudicio. contrà. sed ibi in indiuiduis.

† aliàs, incipit eum qui.

e ¶ Iudicatum[a].] opposita compen. & ideò videbatur nulla sententia, cùm ex ea efficaciter agi nō possit. non ergo necesse est appellari: sed nō est verū: quia ipso iure tenet: imò q̄a opponitur compēsatio agenti, apparet valida.

a Not. gl. ad hoc q̄ cō pensa. potest opponi etiā post sententiam latā. ad de q̄ idem si snīa transiuit in rem iudicatam secūdùm Bar. in l. si cum dos. ff. re. a. mota. Bologni.

PAulus.] CASVS. Sententia data aduersus Titiū qui tempore sententiæ erat mortuus, nō valet ipso iure. Item iudex delegatur cōtra Titium, quem volebat conuenire: & Titius erat iam mortuus. non tenet delegatio: & sententia à tali delegato lata non tenet. Fran. Accur.

f ¶ Condemnatum.] No. non valere sententiam in mortuū: vt hîc, & ff. de re iudi. l. in summa. §. fin. etiam si per viuum defenditur: vt ff. de iudi. de qua re. §. cum absentem. sed econtra pro eo sic: vt ff. de fideicō. li. l. cùm quasi. vel speciale ibi. in priuilegio autem concesso procuratori mortui dic vt infrà, de regu. iur. l. Neratius. Item pactum pro mortuo vel contrà valet: vt suprà, de pac. l. tale. §. fin. & facit ff. de act. l. ex iudiciorum.

PAulus.] CASVS. Præceptum iudicis impossibile de iure nō tenet: vt si iussit partes quadam die adesse in quadā taberna. & dic de hoc vt in glos. idem si est impossibile de facto: vt si iussit cuidam, qui promiserat Titium facere stare iuri, vt eum Titium exhibeat in iure: cùm Titius iam decesserat. nam hoc præceptum nō tenet. & de hoc dic vt in glos. Fran. Accur.

g ¶ Impossibile.] de iure: vt ff. de arbi. si cùm dies. §. antepe. & pe. hoc autem euenit quādoq; ex repugnantia: vt ff. de re iudi. duo. & C. de fide instru. scripturæ. & ff. de condi. & demon. Titiæ si non nupserit. Sed ar. contrà. de inoffi. test. Papi. §. sed nec impuberis. & facit ff. de act. & obli. l. non solùm.

h ¶ Non possit.] vt suprà, qui satisd. cog. l. si decesserit. & sic not. æquiparari impossibilitatem iuris & naturæ: vt suprà, de cōdi. insti. filius. & l. conditiones. Sed si iudex cōdemnat debitorem Stichi in Stichum: eo mortuo post moram an valeat sententia? videtur quòd non: vt hîc. Econtra quòd sic, quia in stipu. potest venire: vt suprà, de verbo. oblig. l. inter stipulantem. §. fin. & in constituto: vt ff. de consti. pe. l. promissor. & ideo dicam valere. Tutius tamen est si in æstimationem cōdemnet: licet æsti. non sit in obli. vt & aliàs. ff. si cert. peta. l. vinum. cū & pretiū loco rei succedat: vt ff. de peti. hære. si & rem. & quia sic punitur culpa debentis: quæ aliàs remanet impunita: quod esse non debet, vt & ff. ad legem Aquil. ita vulneratus. item quia pecunia est rerum æstimatio: vt ff. de fideius. l. si ita fideius. & quia ideo fuit inuenta, vt subueniret difficultatibus hominum, vt ff. de contrahen. emp. l. j. §. j.

Iuris & naturę impossibilitas ęquiparantur.

¶ AN PER ALIVM CAV. APPEL. REDDI POS.

¶ *Dictum est suprà de appellationibus & à quibus, & quando sit appellandum: restat uidere per quos causæ appellationis debeant exerceri. Bar.*

Vlpianus. LEX I.

QVæri solet, an per alium causæ appellationis reddi possint, quæ res in rebus pecuniarijs & in criminibus agitari cōsueuit. Et in rebus pecuniarijs sunt rescripta posse agi. verba rescripti ita se habent, Diui Fratres Longino. Si tibi, qui appellauit, mandauit vt eū de appellatione, quam Polla ad eum[i] fecit, defenderes, & res pecuniaria est: nihil prohibet nomine eius te iustè respōdere. Sin autem non sit pecuniaria causa, sed capitalis: per procuratorem agi non licet[k]. Sed & si ea causa sit, ex qua sequi solet pœna vsque ad relegationem[l]: non oportet per alium causas agi: sed ipsum adesse auditorio debere, sciendum est. ¶ Planè si pecuniaria causa est, ex qua ignominia[m] sequitur[n], potest & per procuratorē hoc agi[o]. Idemq; erit probandum & in ipso accusatore si appellauerit, vel si aduersus eum sit appellatum. Et generaliter[p], quæ causa[q] per aliū agi non potest: eius nec appellationem per alium agi oportet.

¶ *Licet procurator, qui uoce appellauit, reddendo rationes domino desinat esse procurator: tamen poterit in causa appellationis pro domino respondere: & procuratore cessante potest dominus respondere. hoc dicit.*

Marcellus. LEX II.

QVæri solet.] Dicitur quòd causæ appellationum si sunt pecuniariæ: possunt per aliū exerceri. & de hoc extat quoddam rescriptum cuius verba ponuntur in litera. si autem causa sit capitalis: non potest per procuratorem exerceri. idem si talis sit causa p̄ quā possit īponi pœna maior relega. in causa autem pecuniaria ex qua imponitur pœna infamiæ, potest constitui procurator. & hæc habent locū tam ex parte appellantis, quàm ex parte eius cōtra quem appellatur: & vt generaliter dicā, omnis causa quæ non potest per alium exerceri, nec eius appellatio exercebitur per alium. Francis. Accursius.

i ¶ Ad eum.] id est cōtra eum. & sic vterque appellauit. Vel dic appellatione, id est conuentione. sic C. de procura. l. cùm rem.

k ¶ Non licet.] vt ff. de publi. iudi. l. penul. §. ad crimen.

l ¶ Relegationem.] descēsiue incipiendo à capitali: non ascensiue incipiendo à minima. Accipe etiam inclusiuè secūdùm quosdā: quod non placet, sed exclusiuè ponitur vsq;. si ergo relegationem vel minorem pœnam relegatione contineat, poterit dari procurator: quia & in relegatione, & in minori pœna, vt in remotione ab ordine, damnatur absens vt in ciuili causa: vt ff. de pœnis. l. absentē. ergo in eadem constituitur procurator: quia hæc duo simul debent residere: vt ff. de procur. seruum. §. publicè.

m ¶ Ignominia.] in omni causa, in qua pœna corporalis non imponitur, per procuratorem cuilibet agere licet sponte: nō ex necessitate. Ioan. sed huic regulæ in quatuor derogatur casibus. In primo ratione personarum illustrium. Aliæ verò personæ, si volunt, possunt: aliæ verò personæ quandoq; etiam, si volunt, non possunt, vt in crimine, scilicet de suspec. tu. Item in interdicto de lib. exhi. & in tertio generali: vt C. de procur. l. fin. Vel melius ff. de procur. l. licet. in prin. sed primus casus, scilicet de suspe. tu. patitur duas excep. secundus de interdicto vnam. tertius nullam. quod dic, vt C. de procur. quicunq;. & l. fi. & ff. de procur. non solùm. §. fi. & l. Pomponius. j. rn̄s. In criminibus verò pub. vel priua. per procur. non agitur, si modò pœna saltē relegationē cōtineat: alioquin licebit. Excipit illustris, qui indistinctè super actione iniuriarum procuratorē constituit[b]: vt hîc, & C. de iniur. l. fi. & sic patet ex prædictis q̄ prima pars gl. in pecuniarijs, secunda in criminalibus loquitur. Item ad secundā partem est cōtrà, ff. de appel. Lucius. sed ibi dn̄s non vt procurator, sed vt in rem suam recipitur, cùm eius intersit. Item facit quod nota. ff. de procur. seruum. §. publicè.

b Concor. text. in c. veniens. extrà de accu. ro. deci. cxcvj. inci. quęsitū est in aū. & spe. in ti. de procu. §. j. ver. sed p̄cedens regula.

n ¶ Sequitur.] vt in pro socio & mandati actione.

o ¶ Hoc agi.] vt & ff. de ijs, qui not. infa. l. furti. §. j. Accur.

p ¶ Et generaliter.] Not. in fin. huius legis optimam regulam, quæ in initio poni debet: cui est contrà, ff. de appel. non tantùm. Sol. vt ibi.

q ¶ Causa.] scilicet principalis.

Si

SI procurator.] CASVS. Procurator meus appellauit:deinde rationem administrationis suæ mihi reddidit: & sic desijt esse procurator. dicitur ꝙ potest procedere ipse idem in causa appellationis. & eo cessante possum ego procedere: secundùm quod & de adolescente dicitur. ff. de appella. l. fina. Fran. Accur.

SI procurator[a] absentis appellauerit[b], deinde rationes reddiderit[c]: nihilominus ipse respondere debet. Sed an eo cessante dominus litis respondere possit exẽplo adolescentis, videamus. Magis tamẽ obseruatur, vt audiri debeat in causis appellationis reddẽdis, is cui⁹ absentis ꝓcurator appellauit.

TITVL. X.

Si tutor, vel curator, vel magistratus creatus appellauerit.

Qui ad publicum munus uocatus frustratoriã interposuit appellationem: tenetur reipublicæ de damno, quod interim acciderit. hoc dicit.

Vlpianus. LEX I.

HI, qui ad munera publica nominati[d] appellauerint, nec causas ꝓbauerint: sciãt ad periculum suum pertinere, si quid damni per moram appellationis reipublicæ acciderit. Quòd si apparuerit eos necessario prouocasse: cui adscribendum sit id damnũ, præses vel princeps æstimabit[e].

Hermogeñ. LEX II.

TVtor, vel curator detentus[f] si prouocauerit, & ante causam actam moriatur: propter periculum medij temporis[g] successores eius causas appellationis necesse habent reddere.

TITVL. XI.

Eum, qui appellauerit, in prouincia defendi.

Vlpianus. LEX I.

a Si procurator.] simplex procurator ad causam victus appellare tenetur, secũdùm omnes: vt C. de procura. l. inuit⁹. sed an exercere, sub iudice lis est: vt ibi not. vbi dicimus ꝙ nõ tenetur. & huic l. respõ. ꝙ nõ simplex ꝓcurator, sed omniũ negotiorum domini erat ꝓcurator. sic & de causa app. vel dic ꝙ specialiter erat constitutus ad principalẽ causam, & ad causam appel. vel tertio debet. i. potest. sic ff. de offi. procon. obseruare. §. fin. & secundùm primos duos intellectus tenetur domino ac. mã. nisi responderit ipse ꝓcurator. Accur.

b Appellauerit.] facit ff. de ap. l. fi. §. fi. & C. de appel. l. si actor. & l. dominus. & in authẽ. de appel. §. j.

c Reddiderit.] s. domino suæ administrationis. & sic est cõtra. ff. de appel. l. tutor si. sed ibi in tuto. vel cura. in quo duo conueniunt, scilicet finiri officium, & rationem reddi. hîc autem vnum tãtùm, scilicet rationẽ reddi. vel si dicas hic debet ꝓ potest, non est contra. vel dic rationes reddi: scilicet quia appellauerit. ad quod suprà, de appel. scio. & quod subijcit respondere, scilicet prosequendo. Accur.

SI TVTOR, VEL CVRATOR, VEL MAGISTRATVS CREATVS &c.

HI qui.] CASVS. Elect⁹ ad aliquod munus appellauit: & succubuit. omne damnum quod interim accidit reipub. ipse debet emendare. si autem obtinuit: tunc præses vel princeps æstimabit ad quẽ damnũ hoc redundet. fortè ad eũ, qui dolo malo illum elegit. & si interim pendente appellatione decessit: hęres eius debet prosequi causam appellationis propter periculum medij temporis. & hoc dicit hæc. l. & seq. Fran. Accur.

d Nominati.] id est electi.

e Aestimabit.] scilicet nominato vel cuius dolo facta est nominatio: vt C. lib. xj. quo quis. ord. con. l. quoties. & l. fina. & facit suprà, de appella. Imperatores. §. si magistratus. & quando appel. sit. l. j. §. alia. Accursius.

f TVtor.] Detentus. id est in tutelam datus. & dic hic vt ff. quando appel. sit. l. j. §. si quis tutor. & instit. de excusa. tuto. §. qui autem.

g Medij temporis.] si pateat tutorem per malitiam causam egisse, spectat ad eum periculum. alioquin contrà: vt suprà, de excu. tut. l. qui testamento. & C. de excusa. tuto. l. quanquàm. & de ritu nupt. si quis tutor. §. quid ergo.

EVM, QVI APPELLAVERIT, IN PROVINCIA DEFENDI.

EVm qui.] CASVS. Appellaui à quadam sententia: & ob hoc sum extra prouinciam. interim aliquis vult me cõuenire ad aliquid in prouincia. debeo ibi defendi. secus si sim absens extra ꝓuinciam causa reipubli. nam interim nõ cogor me in prouincia defendere. hoc dicit cum lege seq. Fran. Accur.

h Rescripserunt.] Romæ enim vel alibi vbi peregrinetur causa exercendę ap. non habet necesse respondere: vt ff. de iud. l. ij. §. legatis. quæ est contrà. sed in sua prouincia vbi appellauit, sic: vt hîc. & est ratio, quia ibi facilè habet per quem defendatur: aliàs si non defenditur, ibi fit missio & venditio bonorum eius: vt ff. quib. ex cau. in pos. ea. l. ad cognitionem.

EVm, qui appellauerit, oportere in ꝓuincia defendi in alijs suis causis, etiã si appellationis causa peregrinetur, diui Fratres Decio Philoni rescripserunt[h].

Martianus. LEX II.

HOc enim illis præstatur, ne necesse habeant se defendere[i], qui Reipublicæ causa absunt.

TIT. XII.

Apud eum, à quo appellatur, aliam causam agere compellendum.

Iudex propter appellationẽ ab eo factam non efficitur suspectus in alia causa. Bart.

Vlpianus. LEX Vnica.

SI quis ex alia causa[k] appellauerit à iudice, an ĩ alia causa eundem iudicem habere necesse habeat, videamus. Et hodie hoc iure vtimur, vt tametsi appellatio interposita sit: tamen apud eundem iudicem à quo quis prouocauit, compellatur alias causas, siquas habet, agere[l]: nec vtetur hoc prætextu, quasi apud offensum[m] iudicem nõ debeat experiri: cùm possit denuo prouocare.

TIT. XIII.

Si pẽdẽte appellatione mors interuenerit.

Marcellus. L. Vnica.

APpellatore defuncto, si quidem sine hærede: cuiuscunq;

i HOc enim.] Defendere. bona tamen eorũ possidebuntur si non defendant: non tamen distrahuntur: vt ff. quib. ex cau. in pos. ea. l. in pos. §. j. & ff. quib. ex cau. ma. item ait prætor. §. j. nisi ante absentiã sit negotium motum. nam tũc debet defendi: vt ĩ. de leg. l. eum. §. j. & ibi not. & facit ff. de dam. infect. l. eorum. & ff. ex qui. cau. ma. sed & si per prætorem. §. fi. & ff. de arbi. l. nõ distinguemus. §. itẽ si quis Romæ. Accur.

APVD EVM, A QVO APPELLATVR, ALIAM CAVSAM AGERE COMPELLENDVM.

SI quis.] CASVS. Appellaui à sententia domini Scacuelli iudicis domini Ricardi de villa potestatis Boñ. nunc conuenior coram eodẽ domino Scacauello ab alio. ego dico, quòd eum offendi, ob hoc ꝙ appellaui ab eius sententia, vt sic sit suspectus. dicitur quòd non audior: imò teneor agere, & defendere me in alijs meis causis coram eo. Fran. Accursius.

k Ex alia causa.] ex eadem nullo modo: vt C. de appel. l. eos. in princip.

l Agere.] cùm habet ibi domiciliũ. aliàs contrà: vt ff. de iud. l. ij. §. ei quoque.

m Offensum.] nec enim debet reputare se offensum: vt C. de app. l. & in maioribus. Accursius.

SI PENDEN. APPELLA. MORS INTERVE.

APpellatore.] CASVS. Appellaui à sententia lata contra me. nunc decessi sine hærede. dicitur quòd appellatio est extincta, cuiuscunq; generis causa fuerit, id est siue ciuilis, siue criminalis. si autẽ reliqui hæredem, qui adiuit hæreditatem meam, si nullius interest causam appellatio. expediri: tunc non cogitur hæres meus prosequi causam appella. & ponitur exemplum infra in litera ibi, nullius autem &c. & est tale. Si sentẽtia lata contra me iudicabat me relegandum, de bonis autem meis nihil dicebat, & ego appellaui, & decessi interim relicto hærede: non cogitur hæres meus prosequi causam appella. Hoc enim casu nullius interest causam prosequi. si autẽ interesset alicuius, scilicet fisci causam appellationis expediri: tunc cogitur hæres meus prosequi. & ponitur exẽplum, quando interest fisci: vt si in sententia dictum est me deportandum vel relegandum bonis ademptis, vel in metallum dandum: & appellaui ab ista sententia: & interim decessi relicto hærede: hoc casu hæres meus tenetur prosequi causam appellationis: & non aliter bona mea habebit hæres, nisi prima sentẽtia retractetur. alıs haberet fiscus, quando autẽ interesset priuati appellationẽ exerceri, nõ habes in litera exẽplum: sed ferè oẽs causæ appellationũ sunt tales, ꝙ interest aduersarij procedi in causa appellationis. Tutor.] Tutor in causa pupilli appellauit: tandem decessit relicto Titio hærede. hæres prędictus reddidit rationem pupillo, de eo quod gesserat tutor. dicitur quòd cogitur reddere causam quare appellauerat tutor in causa pupilli: sed

diuus Seuerus dixit quòd tutor postquã reddidit rationes, nõ cogitur causam appellationis reddere: & sic multò magis nec eius hæres cogitur. Fran. ¶ Appellatore.] Fuerat ergo damnatus in causa ciuili vel criminali.

a ¶ Generis.] vel ciuilis, vel criminalis causa.

b ¶ Peragere appellationem.] de hoc statim ponit exemplũ. & sub. hîc, & tamen habetur pro eo, ac si obtinuisset appellator.

c ¶ Necesse habet.] & quatuor habet menses plus quã defunctus: vt C.e.l.fin. & sub. hîc vel statutis acquiescere: vt C.eo.l.j.

d ¶ Ademptione.] expressa. nam si etiã tacita fuit, nihilominus extinguitur: vt C.eod.l. si is. & ff. de ser.rusti.præ. item qui habet. & facit C. si reus vel accu.mor. fue.l.fi.

e ¶ Ademptis.] expressè.

f ¶ Successionis.] hæres.

g ¶ In reddendis.] aut interijt res sup qua appellatum est: & tunc si est ad aliquẽ vsum, tenetur exequi: vt suprà, de condi.fur. si seruus. §. boue. & subaudi si erat in mora. si autem ad nullum vsum, nõ tenetur nisi propter peculiũ: vt C.de libe.cau. l. principaliter. vel propter moram: vt superiori casu: vt ff. de verbo. obli. inter stipulantem. §. penul. Si autem litigator interijt: aut causa erat ciuilis, & durat post mortẽ: vt C.e.l.ij. aut criminalis: & tunc nõ propter pœnã corporalem, quæ iam mortuo appellanti imponi non potest: sed propter bona sic, si expressè in sententia cõtinebatur. aliàs nec in bonis durat: vt C.e.l.iij. vbicunque dixi hæredem appellantis prosequi, sub. vel acquiescat statutis: vt ibi, nõ aliter &c. & C.e.l.j. vbi autem à sententia oneris vel muneris appellatur, dic vt C.eo. pater.

generis appellatio fuerit, euanescit. Quòd si appellatori heres extiterit: siquidem nullius alterius interest causas appellationis reddi, cogendus non est peragere appellationem[b]. Si verò fisci, vel alterius contra quem appellatum est, interest: hæres causas appellationis reddere necesse habet[c]. Nullius autem interest veluti cum sine ademptione[d] bonorum relegatus est. Nam si ademptis[e] bonis relegatus, vel in insulam deportatus, vel in metallum datus, prouocatione interposita decesserit: imperator noster Alexander Pletorio † militi ita rescripsit, Quamuis pendente appellatione morte rei crimen extinctum sit, data tamen etiam de parte bonorum eius sententia proponitur: aduersus quam non aliter is, qui emolumentum successionis[f] habet, obtinere potest, quàm si in reddendis[g] causis appellationis iniquitatem sententiæ detexerit[h]. ¶ Tutor quoque in negotio pupilli appellatione interposita si decesserit, hæredem eius causas interpositæ appellationis reddere necesse est, etiam si rationes tutelæ hæres reddiderit: quia sufficit mortis tempore ad causas appellationis reddendas obligatum fuisse. Sed diui Verus & Anto. rescripserunt nõ cogendum tutorẽ[i], post rationes redditas causas appellationum reddere.

† alias, pilletorio.

h ¶ Detexerit.] quod fecit eo ipso q aduersarius nõ probat. quod dic vt C.de appel.l.ei, qui. Accursius.

i ¶ Tutorem.] nec hæredem: vt plenè dixi. ff. de ap.l.tutor.

¶ DE IVRE FISCI. ¶ *Iura priuatorum dixit: nunc audi fiscalia. uel dixit in lib. superiori de criminibus, per quæ bona ueniunt ad fiscum: ideo de hoc & alijs iuribus fisci dicit: ut infrà, eo.l.j.*

k ¶ Variæ.] Se quis. si ipse nõ capax se defert, habet præmiũ, siue sit hæres, siue sit legatarius, siue fideicõ. vt j.eo. Senatus. §. Senatus. Item & si nõ capax præuenitur ab alio, vt ab hærede capace vel ab extraneo: & tũc similiter habet præmium deferens: vt C.de his, qui se de.l.j. & plene no.j. eo.edicto. §. extat. Sed quis non est capax? Respon. deportatus: vt C.de hære.insti. l.j. Item hæretici: vt C.de apost.l.ei, qui sententiam. & de hære.l. manicheos. Item damnati in metallum: vt ff. de his, quæ pro nõ scrip. si in metallum. Item nati ex damnato coitu: vt in authen. quib.mod.na.ef.sui. §. fi. & C.de incest.nup. si quis. & de natu.li.l.j. & hi vltimi offerendo se lucrantur, non primi: verum in his omnibus locum habet vt fisco possit deferri. Accursius.

l ¶ Tacitè.] vel non tacitè: vt j.eo.edicto.§.j.

m ¶ Nõ vindicetur.] vt C.vbi causæ fis.l.j. & C.de his, qui.vt indi.l.j.

n ¶ Indignus.] alijs modis quàm superioribus. & est exemplum ff. de his, qui. vt indi.l.indignum. & alijs multis in eo.titu. nam & superiores modi sunt indignorum.

o ¶ Surrepti.] quo casu si priuatus esset hæres, ipse accusaret, & hæreditatem peteret: vt suprà, de fal. qui testamẽto. nunc quia fiscus est hæres, ipse petit hæreditatem, & accusat.

p ¶ Inuenisse.] scilicet in loco publico vel fiscali, secus si aliàs, id est in loco priuato. quia cessat delatio: vt insti. de rerum diui. §. thesauros. & j.eod. non intelligitur. §. finali. Accursius.

q ¶ Magni pretij.] si dicas abesse dolum vtriusque vel gratiam: dices de deceptione vltra dimidiam iusti pretij: vt C.de rescin.vend.l.ij. si dicas illa adesse, tunc etiam pro minori deceptione: vt C.e. si minori. & l. qui in contractibus. & sic iure priuati: vt C.de petitio.hæreditatis.l.j.

r ¶ Ex præuaricatione.] quia procur. fisci vel aduocatus præuaricatus est: vt C.de sent. aduer. fi.la.l.j.lib.x.

s ¶ Capitali crimine esset.] scilicet damnatus, & bona expressè adempta: vt ff. tit.j.l.j. & C.de bo.pscrip.l.fi. vel dic esset scilicet postulatus vel deprehensus. & postea se occidit timore futuræ pœnæ: vt j.cod.in fraudẽ. §. ij. & iij. & ff. de bon.eo. l.fi. Accursius.

t ¶ Reũ esse.] quod dic per exempla vt ff. de accu.l.ex iudiciorum.

v ¶ Destructam esse.] per vim publi. vel priuatam: vt ff. ad l.iul. de vi pub.l.hi qui. vel causa negotiandi destructa fuit: vt ff. de contrahen.emp.l.senatus. & de damno infec.l.fi.

x ¶ Recessum.] & ob id de calũ. seu tergiuersatione dãnatũ esse. aliter enim nõ deferrent bona in fiscũ: vt C.vbi cau.fiscales.l.j. & vt intra certũ tempus.l.j. & sic esset vbicũque viueret criminosus. nam primò deberet accusari & conuinci corã præside antequã procurator Cæsaris se intromittat. at vbi decessit, vt in præcedentibus casib⁹: sola pecuniaria qstio superest: nisi se statim intromitteret procurator Cæsaris vt iudex: & procurator fisci, vt actor vel alius nomine fisci, nuncians & prosequens: vt no. C.vbi cau.fis.l.j. in fi. Accursius.

Limita hanc gl. per l.j cum ibi not. C. de thesau.l.x. nisi essẽt reperti tales thesauri arte magica: quia tunc cõpetunt fisco vt per glo. in ver. arte in præalleg. l.j.

TIT. XIIII.

De iure fisci.

¶ *Sedecim casus enumerat in quibus bona deferuntur in fiscum.*

Callistratus. LEX I.

Variæ causæ sunt ex quibus nũciatio ad fiscũ fieri solet. Aut enim se quis[k], quod tacitè[l] relictũ est, profitetur capere non posse: vel ab alio præuentus defertur: vel quòd mors ab hæredibus non vindicetur[m]: vel quòd indignus[n] quis hæres nunciatur: vel quòd princeps hæres institutus est: vel quòd testamentum siue codicilli surrepti[o] esse nunciantur: vel quod dicatur quis thesaurum inuenisse[p]: vel magni pretij[q] rem minoris ex fisco comparasse: vel ex præuaricatione[r] fiscum victum esse: vel eum decessisse, qui in capitali crimine esset[s]: vel etiam post mortem aliquem reũ esse[t]: vel domum destructã esse[v] vel ab accusatione recessum[x]: vel rem litigiosam[y] venundari[z]: vel pœnam fisco ex contractu priuato[a] deberi: vel aduersus leges[b] commissum factum esse. ¶ An bona[c] quæ soluendo non sunt, ipso iure ad fiscum pertineant, quęsitum est. Labeo scribit etiam ea quæ soluendo non sunt, ipso iure ad fiscum pertinere. Sed.

y ¶ Rem litigiosam.] pone exemplum C.de litigio.l.fina. Accur.

z ¶ Venundari.] vbi pretium perditur, vel fisco datur.

a ¶ Contractu priuato. quia ex officio quod administrat emit: vt j. eo. aufertur. §. quod à præside. & ff. de cõtrahen.emp. nõ licet. & C.qd met.cau.l. si per impressionem. & sic est pœna legalis. Vel dic q fiscus successit alicui priuato, cui debebatur aliquid nomine pœnę vel fortis etiam: vt j.eo. fiscus. & sic est etiã pœna conuentionalis. Ex suo aũt cõtractu nõ est verisimile q ignoraret: sed ex alterius cõtractu sic: vt j. de reg.iur.l. qui in alterius.

b ¶ Aduersus leges.] sub. vel pro eo quod &c. & quod subijcit aduersus leges factum esse, & est exemplũ C.de asses.l.consiliarios. & ad le. Iul.rep.l.j. Item quod subijcit, vel cõmissum factum esse, s. in fiscum. & est exẽplum ff. de pub. cotẽ ferro. §. dominus. & l. cõmissa. vel secundò non subaudias, scilicet factum esse: sed repete, vel aduersus cõmissum &c. & in idem recidit. Alij nõ habent ibi, vel aduersus &c. & tũc est vnus tantũ casus, scilicet de cõmisso. & no. q ex alijs causis fit nunciatio: vt C.de sacrosan.eccl.l.iubemus nullam. in fi. Item si quis salem vel arma vendidit hostibus, vt ff. de pu.cotem. & C. quæ res expor. nõ de l.j. & ij. Item si quis incestas nup. contraxerit: vt C.de incest.nupt.l. qui contra legem. Item alibi: vt C.de ijs, qui à nõ do.l.fi. Item C.ad le. Iul.de vi l.ij. & l.fi quis.in fi. Item si quis seruos fis. occultauerit: vt ff. de pub.l.fi. §. quoties. Item C.de sepul.vio.l.ij. sed hodie his & similibus bona nõ auferuntur hęredibus, nisi in crimine maiest. vt in authẽ. vt nulli iudi. §. fi.

c ¶ An bona.] puta hæreditas vel patrimonium alicuius aliqua ex prædictis

prædictis causis:vel etiam quia sit institutus fiscus: vt ȷ.eo.l. non possunt.& supra,de offi.procu.Cæsa.l.ij. fisco obuenit. Item ꝙ dicit ipso iure:nunquid ergo sine aditione erit hæres,quando est institutus? Respon.non:vt supra,de offi.procu.Cæsa.l.j.in fi.sed aditione factus erit hæres si bona sint soluendo.aliàs non,etiam si adierit.si autem diceres sine aditione esse dominum: specialissimũ est. quod enim in Cæsare dicitur,& in fisco regulariter est dicendum:vt ȷ.e.l.fiscus.in fi.

contra sententiam eius[a] edictum perpetuum scriptum est,ꝙ[b] bona ita væneunt[c], si ex his fisco nihil acquiri[d] possit.

¶ Huius.§.& seq. glos.ponit casum.

¶ Diuus[e] Pius† Cælio Aromanto ita rescripsit, Vacantium bonorum nunciationem quadriennio finiri[f]: idque tempus ex die, quo certum esse cœperit, neque hæredem[g], neque bonorum possessorẽ extare, cõputari oportere. ¶ Præscriptio autẽ xx. annorũ, quæ etiã circa requirẽdorum annotatorũ bona[h] obseruat, ex constitutione diui Pij† Anto. solet ex eo numerari, ex quo quid ad fiscũ pertinere potuit. ¶ Causæ autẽ[i], quæ statim[k] motæ sunt[l], & tractæ vltra xx. annum: differri possunt & post xx. annũ[m]. Illæ quoq; causę, quę à priore nũciatore proditę[n] dicantur: etiam post tempora[o], quibus præscribi diximus, fisco nuncupari possunt.

Idem.

LEX II.

EX quibusdam[p] causis delationes[q] suscipientium fama non læditur: veluti eorum, qui nõ præmij consequendi, item eorum, qui vlciscendi gratia aduersariũ suum deferunt, vel quòd nomine Reipublicæ[r] suæ† quis exequitur[s] causam. & hoc ita obseruari, plurifariam[t] principalibus constitutionibus præcipitur. ¶ Diuus Adrianus, Flauio Arriano in hæc[v] verba rescripsit, Quin[x] ei, qui instrumenta ad causam fisci pertinentia cùm possit exhibere, non exhibet, nocere debeat, si verum aliter nõ inuenitur, & ea subtracta esse credantur, quæ nocitura causæ eius fuerint: dubitandum non est: sed nec aliàs dubitari oportet, quin non in aliam rem nocere debeât, ꝗ in eã in quam desyderata sunt.

¶ Licet in causis ciuilibus quandoq; quis compellatur edere instrumenta: tamen hoc locum non habet in causis criminalibus. Bar.

¶ Item diui Fratres ad libellum Cornelij Ruffi rescripserunt, toties ædẽda esse instrumẽta[y], quoties de iure capiendi[z], vel de iure dominij, vel de alia simili[a] rẽ nũmaria quæratur: non si de capitali causa agatur[b].

¶ Primò loquitur quãdo delator & possessor est contumax. Secundò, quando delator tantum. Secunda ibi, quoties tamen. In prima parte fit absolutio ab instantia iudicij: in secunda ab impetitione. Bart.

¶ Senatus censuit, si neq; delator,

† Lud.Ro. In suis sing. fol.ij singu. cccj. dicit hic esse casũ singu. de hoc q licet confesso i vno iudicio facta preiudicet in alio: hoc est verum in confessione vera: secus in ficta. Bologni.

† aliàs, Titu.

† aliàs, suas quis exequitur causas.

a ¶ Eius.] Labeonis. Accursius.

b ¶ Quod.] id est,quia. aliàs quo. Accursius.

c ¶ Væneunt.] à creditoribus.

d ¶ Nihil acquiri.] hoc si certioratus etiã non fuerit præfectus ærarij. aliàs etiã si soluendo essent, venirent: vt supra, de fideicom. lib.l.iiij.§.si bona.

e ¶ Diuus.] detuli bona Titij mortui pertinere ad fiscum,quæ possidet Seius sine titulo. certè si duo interueniant scilicet, ꝙ verè vacent fisco, & sint nũciata fisco:quadriennio præscribitur:vt hic.§.si non agnoscat.aliàs contra eum non prescribitur quadriẽnio,sed xx. annis. dic ergo nunciationem.i.petitionẽ nunciatorũ bonorum. ipsa enim nũciatio fit vsq; ad xx. an.vt sequẽtib' duobus.§.& cũ hoc facit ȷ.de diuer.præscrip. l.intra.§.j.& C.de quadri.præscrip.l.j. si autẽ bona vacent fisco, non tamen sint nunciata: tunc possessor præscribit xx.an.à die quo cœperunt vacare propter delictum:vt quia delinquẽs fugit:& sic requiritur,& bona annotantur:siue alia ex causa:vt subijcit. & hoc si non habet ti.possessor.aliàs enim possess.x.vel xx.an. præscribitur : vt supra,de vsucap.quamuis. Accursius.

f ¶ Finiri.] supra,si quis omis.cau.testamẽ.l.quia.§.quod ergo tempus. & quis ordo in bono.possess.ser.l.ij.

g ¶ Hæredem.] scilicet aliquem.

h ¶ Bona.] primo describuntur.posteà si stet fiscus xx. an.ꝙ non repetat,repellitur:vt hic,& supra,de requi.re.l.ij.& iij.& iiij.& quod dicit etiam:ideo quia aliàs bonis delatis idem est:vt d.titu.l.iij.& supra, de diuer.præscrip.l.in omnibus.

i ¶ Causæ autem.] duo dicit. Primò detuli quædam bona cuiusdam requisiti pro derelicto fisco antequam possessor eorum teneret xx.an. puta cum iam tenuerat xix.an.potero etiam vltra xx.an.prosequi. & sic interrumpo mihi præscriptionem,nõ autem alij:vt supra, de diuer. præscrip.l.intra ij.respon.Secundò detuli quædam in fiscum,& destiti corruptus pecunia à possessore. post quã denunciationem possessor tenuit quadriennio:& sic deberet esse tutus si bona essent vacantia. certè hoc casu non erit tutus . nam alius poterit nunciare etiam post dictum quadriennium dicendo de præuaricatione mea . & corrumpens habetur pro confesso:vt & d.l.intra ij.respõ.& infra, eo.l.in fisci.literam autem expone.

k ¶ Statim.] id est infra xx.an.& sic perpetuat sibi nunciationem,non alij:vt d.l.intra quatuor.Accur.

l ¶ Motæ sunt.] à nunciatore,& nunciationem prosequente.ad quod infrà,eo.l.in fisci. Accur.

m ¶ Vigesimum annum.] quidam habent hic differri possunt. alij subaudiunt. sed certè neutrum opus: quia est in fi.nunciare possunt: quod ad vtrunque referri potest.

n ¶ Proditæ.] vt C.de sen.aduer.fis.l.j.& supra,de adul.quinquenium.

o ¶ Post tempora.] s.xx.an.in primo casu.Item post quadriẽnium in secundo. Sed quid si destitit non corruptus,sed gratia:vnde non habetur pro confesso delatus:vt ȷ.eo.l.in fisci? Respon.idem quod hic dicitur.Sed an eo casu admittitur alius delator post xx.an? Respond.nõ puto.nec enim minus ideo præscribit sic delatus quã nullo modo. Alij dicunt etiam vltra.xx.an.alium admitti.cum autẽ fuit corruptus pretio,planum est:vt hic dicitur.

In fraudẽ.] CASVS. Debitor fisci res quasdam suas donauit in fraudem fisci, vel alio modo alienauit, vel act. suas amisit cursu temporis non intentando eas. Dicitur ꝙ fiscus hæc omnia reuocabit. Secundò dicit. Aliquis in custodia, vel in vinculis, vel in compedibus existens decessit. bona eius vadunt ad hæredẽ suum, siue testatus, siue intestatus decessit. Tertiò dicit. Aliquis malefactor propter delictum quod commiserat, timens de hoc puniri, seipsum occidit. hoc probato bona eius ad fiscum vadunt. si autem tædio vitæ vel impatientia doloris alicuius vel simili de causa se occidat: hoc casu bona eius non vadunt ad fiscum, sed ad hæredem defuncti. Quartò dicit. à debitore fisci datæ libertates in fraudem fisci, reuocantur. debitor autem fisci potest seruum emere hoc pacto vt manumittat: & manumittere poterit, & tenet manumissio. ¶ Ex ijs.] Dic casum vt in glos. quæ incipit, vel quia communia &c. ¶ Neq;.] Dic casum vt in glos. quæ incipit, aliàs ædi &c. ibi cùm dicit quare dic ꝙ &c. ¶ Quoties.] Coram procuratore fisci ago contra quendam. lite pendente peto actorum copiam mihi fieri. Dicitur ꝙ manu commentariẽsis, i. notarij huius causæ sunt scribenda. & redditur ratio in glos. Secundò dicit. procurator fisci existens iudex in causa mea iudicauit cõtra me. cùm essem minor, petij restitui. & ipse idẽ cognoscit: peto nunc copiam priorum actorum factorum in prima causa. audior. Tertiò dicit. cùm essem fideiussor pro Titio: petij penes fiscum solui debitum pro eo dicitur quod procurator fisci debet mihi cedere omnia iura quæ habet contra Titium etiam in bonis Titij. ¶ Fiscalibus.] Debitor fiscalis conuenitur. potest petere dilationem ad inueniendam pecuniam: & si est modicæ summæ debitor, vsque ad duos menses: si magnæ summæ est debitor, vsque ad tres menses dilatio potest dari per iudicem causæ: non maior, nisi à principe hoc concederetur. ¶ Si principalis.] Titius debebat fisco. c. & dederat fideiussores. cùm Titius non solueret, bona eius sunt à fisci procuratore occuppata. Dicitur qđ liberãtur fideiussores. nisi illa bona nõ sint sufficientia ad debitum. nam tunc in residuum remanent obligati. si autem procurator fisci vendidit hæc bona, & habuit vltra quàm sit debitum: quod plus habuit, restituat Titio. ¶ Conductor.] Qui fundum fiscalem conduxit: nec cypressum nec oliuam non substitutis alijs vendere potest: nec arbores pomiferas cædere. etsi contrà facit: facta æstimat. eius quod vendidit, in quadruplum tenetur. Vltimò prohibet ne procurator fisci locet fundum vel vectigalia minoribus xxv. an. & redditur ratio in litera. Franci.

h ¶ Alienatæ.] à debitore fiscali.

Æquè enim in omnibus fraus punitur[k]. ¶ Bona eorum[l], qui in custodia, vel in vinculis, vel compedibus decesserint, hæredibus eorũ non auferuntur: siue testato, siue intestato decesserint. ¶ Eius bona, qui sibi mortem consciuerit, non antè ad fiscum coguntur[m], quam prius constiterit cuius criminis gratia manus sibi intulerit. ¶ Eius bona, qui sibi ob aliquod admissum[n] flagitium mortem consciuit, & manus intulit, fisco venditantur. Quòd si is tædio vitæ, aut pudore æris[o] alieni, vel valetudinis alicuius impatientia[p] id admisit: non inquietabuntur[q], sed suo successori relinquentur[r].

¶ *Libertates datæ à debitore fisci in fraudem ipsius fisci, reuocantur. potest autem debitor fisci emere seruum ut eum manumittat. quæ manumissio tenebit. h. d. § seq glo. ca. ponit.*

¶ A debitore fisci in fraudem datas libertates retrahi placuit[s]. Sanè ipsum ita ab alio emere mancipium, vt manumittat: non est prohibitum. ergo tunc & libertatem præstare poterit. ¶ Ex ijs bonis, quæ ad fiscum delata sunt, instrumenta, vel chirographa, acta etiam ad ius priuatorum pertinentia[t], restitui postulantibus conuenit. ¶ Neque instrumenta, neque acta[v] à quoquã aduersus fiscũ edi[x] oportet. Idem autem

i ¶ Non quæratur.] hìc est contrà, ∫. eod. l. cùm quidam. Solu. hìc non quærit qui patitur litem moueri vel liti præscribi: quia non conqueritur. i. litem non cõtestatur. ad quod ∫. quæ in frau. cre. l. vel ei. §. j. & secũdũ hoc nõ quæratũ. i. non cõqueratũ. vel secũdò quæratũ. i. acquiratũ. & sic non erit par cõditio fisci & aliorum creditorum: vt ∫. quæ in frau. cre. qui autem. in prin. Et ad l. contrariam dic quòd hìc iam erat dalatum lucrum: puta mortuo iam testatore qui debitori fiscali legauerat. arg. ∫. ad legem Aquil. inde Neratius. §. idem Iulianus. quod legatum debitor fisci in fraudem fisci repudiat. Vel dic non quæratur. i. acquiratur: quia ex his rebus quæ fisco sunt delatæ, patitur alios percipere fructus. Vel sol. vt ibi.

k ¶ Punitur.] in hoc vt reuocet, & quandoque plus: vt ∫. aufertur. §. j. & facit ∫. qui & à qui. l. in fraudem. & l. si cum §. à debitore.

l ¶ Bona eorum.] & facit ∫. proxi. §.

m ¶ Coguntur.] i. inuaduntur.

n ¶ Admissum.] id est, commissum.

o ¶ Aeris.] i. pecuniæ quã debebat dare alij.

p ¶ Impatientia.] nam fortè habebat talem infirmitatem quam non poterat sustinere: vnde se occidit.

q ¶ Non inquietabuntur.] scilicet eius bona.

r ¶ Relinquuntur.] sed hìc distingue vt not. C. qui testa. face. pos. l. ij. Item facit ∫. de bo. eo. l. iij. & C. e. l. j. & ij. & ∫. de re mili. l. omne delictum. §. qui se vulnerauit. & ∫. de iniust. test. si quis ex. §. proinde. & §. quod. & C. si reus vel accu. mor. fu. l. defunctus.

s ¶ Placuit.] suprà, qui & à quibus. cùm fideius. §. Aristo. & l. in fraudem.

t ¶ Pertinentia.] vel quia communia, vel alio modo tali quo poterant peti ab eo hoc est alius potest petere ab ipsius fisci debitore cuius bona sunt fisco delata: quod multis modis contingit: vt not. ∫. de æden. l. j. §. æditiones. Et quod subijcit restitui, dic ad exemplificandum: vel etiam omnino vt ibidem not. hoc pacto quòd si fisci sunt, vel habet ibi partem: hac conditione ædit, quòd alius non vtetur eis aduersus fiscum: vt ∫. proxi. §. vbi ponit exemplum quomodo acta possunt pertinere ad fiscum & priuatum. & facit ∫. eo. l. senatus. §. penulti. & §. fina.

v ¶ Neque acta.] scilicet, publica: puta inter te & me facta. cùm te de homicidio accusarem: posteà ego, vel alius defert bona tua tanquã nocentis & damnati in fiscum, & habet illa acta in quibus de innocentia continetur: non cogetur ea tibi exhibere. vel dic acta, id est, sententias. Azo.

x ¶ Aedi.] aliàs ædi, scilicet, in lib. Bud. & aliàs redi. Et not. ꝙ quantum est ad instrumenta, est contrà C. de æden. l. procurator. & l. iustum. & l. non est nouum. & C. de fide instru. l. illatæ. quibus dicitur ꝙ fiscus ædit instrumenta etiam contra se: vt etiam per hoc contradicant inferiori respon. Solu. ibi erat controuersia inter fiscum & priuatum: hìc inter duos priuatos. quo casu ab alio nullo modo, à fisco non sine cautione. & hoc ideo secundum P. ne si posteà ageret cum fisco, his rationibus vteretur contra eum: eo scilicet, casu quo non possit postulare sibi ædi. i. cùm esset actor. sed si hoc est fisci priuile. ergo aliàs priuatus teneretur ædere alijs inter se litigantibus: vt ∫. ad munici. l. j. in fi. Sed dices ꝙ hìc dicit de instrumẽtis, quæ etiã pertinent ad petentem:

tem: sed tunc esset iniquum si etiam contra fiscum eo non iuuetur vt suo. Quare dic in. j. rñ. hîc erat causa inter fiscum & priuatum: & non eduntur acta à tertio contra fiscum: quia non cogitur, nec sponte debet: sed in causa priuatorum potest tertius, licet non cogatur. & sic ex pone non oportet, i. oportet ꝙ non in secundo rñ. duo priuati litigant maximè apud procuratorē fisci. & fiscus ædit si vult: & si non vult, non cogitur: quia nec 10 priuatus. sed si contingat ꝙ ædat procurator fisci, ædit cum cautione prædicta. & ex prædictis etiam patet ꝙ nō est contra C. eo. l. ij. At econtra fit æditio. qđ dic vt ff. eo. l. ij. §. fina. Accursius.

fiscus actorum suorum exempla hac conditione ædit, ne is [a] cui describendi fit potestas, aduersus se [b] vel rempublicam [c] his actis [d] vtatur [e]: de quo cauere compellitur. vt si vsus his [f] contra interdictum fuerit, causa cadat.

¶ Quoties apud fiscum [g] agitur: actorum potestas postulanda [h] est, vt meritò his vti liceat: eaq; manu Commentariensis [i] adnotanda [k] sunt. Quòd si ea aliter [l] proferantur: is, qui ita protulit, causa cadat [m]. ¶ Quoties [†] iterum apud fiscum [n] eadem causa tractatur, priorum actorum quorum vsus non fuerat postulatus [o], ex officio recitatio iure poscetur.

¶ Soluens fisco pro alio habet priuilegium fisci de persequendis bonis eius pro quo soluit, hoc dicit. seq. plana sunt.

¶ Qui pro alio à fisco conuentus, debitum exoluit: nō iniquè postulat persecutionē bonorū eius pro quo [p] soluit: in quo etiam adiuuari per officium solet. ¶ Fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam [q] pecuniam dilationem negari non placuit. Cuius rei æstimatio ita arbitrio iudicantis concedit, vt in maioribus summis non plus quàm [r] tres mēses, in minoribus verò non plus quàm duo prorogentur: prolixioris autem temporis spatium ab Imperatore postulandum est [s]. ¶ Si principalis [t] rei bona ad fiscum deuoluta sunt, fideiussores [v] liberantur: nisi fortè minus idonei sint, & in reliquum non exolutæ quantitatis ac cesserint. ¶ Si plus seruatum est ex bonis debitoris à fisco distractis [x]: iure ac meritò restitui [y] postulatur [z]. ¶ Conductor ex fundo fiscali nihil transferre potest, nec cypressi materiam [a] vendere vel oliuæ non substitutis [b] alijs, cæterasq; arbores pomiferas cędere [c]: & facta eius rei æstimatione [d], in quadruplū cōuenitur [e]. ¶ Minoribus vigintiquinq; an. neq; fundus neq; vectigalia locāda sunt: ne aduersus ea beneficio ætatis vtant [f].

Hermogeñ. LEX XLVI.

Vfertur ei quasi indigno [g] successio, qui cùm hæres institutus esset vt filius: post mortē eius, qui pater dicebatur, suppositus declaratus est [h]. ¶ Qui aliquid sciens in fraudem fisci suscepit [i]; non solùm rem in qua frau-

a ¶ Ne is.] scilicet cui 20 fit æditio.

b ¶ Aduersus se.] scilicet fiscum.

c ¶ Vel rem publicam.] pro eodem ponit fiscum & rēpub. vt ff. de ver. sig. l. eum qui vectigal. vel nō pro eodem: vt ff. ad municip. l. simile.

[†] Scribentes hîc dicunt istum text. singul. ad hoc ꝙ æditio actorum est 30 facienda de manu notarij: non autem alterius. Adde istud ꝙ notarius qui incipit scribere acta, non potest ipse mutare. Bolog.

30 d ¶ His actis.] i. hac æditione. non ita si quandocūq; in alijs articulis.

e ¶ Vtatur.] licet enim probatio plena ex his expensis non esset præsumptio tamen contra fiscum esset si constarent eadem scripta, secundum Azo. & sic 40 non ob. in aut. vt spon. lar. §. j. & C. de ędenl. procurator. & de fide instr. l. ij. Vel dic ꝙ hic erant publicata: vt in aut. vt fra. fi. §. illud. vel his scilicet originalib⁹. ad quod C. de æden. l. procurator. Accur.

50 f ¶ His.] actis. vel is cui fit æditio.

g ¶ Quoties apud fiscum.] id est apud fisci procuratorem.

h ¶ Postulanda est.] ab ijs qui inter se agunt. & de actis illius causę dic vt C. vt lite penden. l. supplicare. & C. de ædendo. l. is apud. non autem dicit de actis fisci de quibus dixi ff. proxi. §. & dic potestas, id est æditio: vt possit videre aperta.

i ¶ Commentariensis.] sic dictus quia ei sunt acta commissa. Aliter autem ponitur C. de custo. reo. l. ad commentariensem.

k ¶ Adnotanda sunt.] vt significet quam & in qua parte habeat lite 60 ram amissam. ad quod in aut. vt diuinæ iussiones.

l ¶ Aliter.] quàm sint scripta. Accursius.

m ¶ Cadat.] qui falsitatem committit in causa, perdit eam. nec est contrà C. de formul. l. j. quia in alio casu dicit. Accur.

n ¶ Apud fiscum.] ex causa restitutionis: vt suprà, de mino. l. præfecti. Azo.

o ¶ Postulatus.] i. denunciatus per aliquem quod aliqua ad fiscum pertinentia tenet. vel dic petitus, scilicet vsus actorum. & facit C. de temp. appel. l. per hanc.

p ¶ Pro quo.] ad quod j. de censi. l. cùm possessor. in prin. & ff. de fide. 70 ius. l. fideiussores. & ff. de so. stichus. §. pe. & C. de sen. l. cùm eorum.

q ¶ Ad comparandam.] quia soluit vsuras pro dilatione, quod est pretium dilationis. imò planè potest legi. & dic comparandam, i. inueniendam.

r ¶ Plus quam.] minus ergo esse potest: vt ff. de vsur. l. si bene. & facit C. de dila. l. j. item facit ff. de re iudi. l. ij.

s ¶ Postulandū est.] ad hoc ff. de pœ. diui fratres. §. j.

t ¶ Si principalis.] dic bona occupata: quia non soluebat. si autem successisset fiscus reo: ipso iure liberati essent fideiussores fisci quos fiscus accipiebat ex contractu, etiam si reus non esset soluendo: quia si 80 bi hæredi dicitur soluendo: vt ff. ad. l. fal. l. quærebatur. Item habeas infrà nisi fortè &c. & dic idonei scilicet rei sint. vel dic rei idonei sint fideiussores. vel dic bona, vt sic verbum idonei sit genitiui casus: hoc est quia pro non idoneo intercesserunt. Alij dicunt idonei nominatiuum: & supponere scilicet debitores principales. quod in idem recidit: sed tunc de singulari numero ad pluralem transiret. Et quod dicit accesserunt: dic quod tunc si fisco non satisfit ex bonis, incidunt in obligationem: aliàs non incidunt: vt suprà de verborum obligationibus. l. decem. aliàs non est nisi &c. sed est ibi, et si fortè &c. & tunc dices fideiussores datos alicui ab eo cui fiscus extitit hæres. hoc ideo, quia non potest timeri quòd fiscus desinat esse soluendo: licet timeretur de reo: vt ff. de fundo do. l. ij. & ponitur liberantur impropriè, id est, non incidunt in obligationem. & dic si. i. quamuis: & idonei est genitiuus: vt ff. vel propriè & fortè dices idem si idonei. nam vtrobique liberantur.

10 v ¶ Fideiussores.] quos fiscus acceperat ex contractu: prout habes nisi: non illi qui intercessissent apud alios creditores: vt C. de fideius. l. j. contrà. vel vt ibi.

x ¶ Distractis.] id est, plus vendidit quam de- 20 beret exigere.

y ¶ Restitui.] scilicet, illud plus.

z ¶ Postulatur.] à debitore. ad quod C. de iure do. imp. l. fi. §. fi. aliàs postulātur, scilicet, quæ sunt seruata vltra debitum.

a ¶ Materiam.] quid 30 materia, quid lignum, dic vt ff. de leg. iij. ligni. in prin.

b ¶ Non substitutis.] arboribus.

c ¶ Cædere.] id est, incidere.

d ¶ Aestimatione.] scilicet, si contrà fecerit.

e ¶ Conuenitur.] facit 40 ff. solu. matrimonio. l. diuortio. §. si in fraudē. & locati. l. si merces. §. culpę.

f ¶ Vtantur.] etiā contra fiscū. ad quod ff. de mino. si ex causa. §. pe. & de pub. l. īperatores. & C. si aduer. fi. l. j. et ij.

Vfertur.] 50 CASVS. Testator instituit quendam vt filium suum. post mortem testatoris appareret quòd iste non fuit filius eius. dicitur quòd huic instituto auferuntur bona vt indigno, & ad fiscum vadunt. Secundò dicit: qui in fraudem fisci emit aliquid à debitore fisci, rem illam perdit: & tantundem de suo. ¶ Quod à præside.] Si præses prouinciæ vel procurator fisci, vel Cæsaris vel quilibet alius in prouincia quam administrat, à sibi subdito emit aliquam rem per interpositā personā: ille, qui vēdidit, vēdicare potest rem suā: & qui emit, æstimat. rei dat fiscō. nam nec nauē in ea prouincia quam administrat fabricare potest. ¶ Fiscus.] Ex o- 60 mni contractu habet fiscus tacitè obligata bona contrahentis secū. Secundò dicit. Debitor fisci conuentus à fisco potest opponere cōpensatio. de eo quod fiscus ei debet si hoc debitum probet intra duos menses: fallit autem in casibus vbi non obijcitur compensatio contra fiscum, quos nominat in litera. Item accusatus de aliquo delicto, interim potest bona sua administrare, & debitor eius soluendo ei liberatur. Item actor institutus à procuratore Cæsaris vel fisci non potest vendere absque scientia principis seruos castaldiones aliquorum bonorum fisco delatorum. Item seruus Cæsaris si iussu procuratoris Cæsaris adijt hæredi. Cæsari delatam: Cæsari volenti acqui- 70 ritur. Vltimò dicit: plures surripuerunt rem fisci. omnes non tenentur vltra quadruplum: & qui sunt idonei, pro non idoneis tenentur. Franci.

g ¶ Indigno.] non tamen fisco applicatur: sed agnatis: vt C. de hære. insti. l. si pater. & l. nec apud. §. fina. quæ sunt contrà. nam nec hîc dicit fisco applicari. vel verius vt faciat ad titulum, dic hîc applicari fisco, & cum non habere aliquos agnatos. & facit C. de fideicommis. l. eam quam. & de testamen. l. neque professio. & de inge. ma. l. j. & quod not. C. de ijs qui. vt indig. l. hæreditas. sed secundum primum intelle- ctum fallit hæc regula, quæ auferuntur indignis, applicari fisco: vt & 80 not. ff. eo. l. Lucius.

h ¶ Declaratus est.] per accusationem de partu supposito. de quo dic vt not. C. de fal. l. j. vel per petitionem hære. agente legitimo. cùm non valeat institutio ipso iure, vt C. de hæredi. institu. l. nec apud. & de fideicommis. l. eam quam. Accursius.

i ¶ Suscepit.] à debitore fisci fortè. aliàs contrà: vt infra eadem l. §. fina. & de administra. re. ad ciui. perti. l. fina. §. iij. & supra eod. in fraudem. in principio.

dis ministerium suscepit, sed & aliud tantūdem restituere cogitur. ¶ Quod à præside prouinciæ vel procuratore [a] vel quolibet alio in ea prouincia in qua administrat, licet per suppositam personam comparatum est, infirmato contractu vendicatur [b], & æstimatio eius fisco infertur. nam & nauem [c] in eadem prouincia in qua quis administrat, ædificare [d] prohibetur. ¶ Fiscus autem semper habet ius pignoris [e]. ¶ Qui compensationem opponit fisco: intra duos menses [f] debitum sibi docere debet. ¶ Vt debitoribus fisci, quod fiscus debet, compensetur, sæpe constitutum [g] est, excepta causa tributoria, & stipēdiorum, item pretio rei à fisco emptæ, & quod ex causa annonaria debetur. ¶ In reatu constitutus [h] bona sua administrare potest: eiq; debitor rectè bona fide soluit. ¶ Actores [i] qui aliquod officium gerunt: in bonis quæ distrahunt, procuratores [k] venūdare inconsultis principibus prohibentur: & si væneant, venditio nullas vires habebit. ¶ Seruus Cæsaris si iussu procuratoris adijt hæreditatem [l], Cæsari volenti acquirit. ¶ Si multi fisco fraudem fecerint [m]: non, vt in actione furti, singuli solidum [n], sed omnes simul quadrupli pœnam pro virili portione debēt. Sanè pro nō idoneis, qui sunt idonei conueniuntur [o].

¶ Si debitor fisci reliquit hæredes: illi sunt priùs conueniendi à fisco quàm ij, qui ab hæredibus bona aliqua emunt: & si hæredes non sufficiunt, tunc peruenitur ad emptores. h. d.

Paulus. LEX XLVII.

Moschis quædam fisci debitrix ex conductione vectigalis [p], hæredes habuerat, à quibus post aditam hæreditatem Faria Semilla, & alij prædia emerant. cùm cōuenirentur [q] propter Moschidis reliqua: dicebant hæredes Moschidis idoneos esse, & multos alios ex ijsdem bonis emisse. Æquum putauit Imperator noster priùs hæredes conueniri [r] debere: deinde in reliquum possessorem [s] omnem [†]: & ita pronunciauit.

¶ Qui conducit à fisco potest alij plus locare: & soluet tantum quanti à fisco conduxit, non plus. hoc dicit. Bar.

¶ Æmilius Prætolinus [†] conduxerat à fisco possessionem: eamq; paulatim pluribus locauerat maiore quantitate, quàm ipse susceperat [t]. conueniebatur à procuratoribus Cæsaris [v] in eam quantitatem, quam ipse perciperet [x]. Hoc iniquum & inutile fisco videbatur [y], vt tantum suo periculo ipse eos quibus locauerat, conueniret: ideoque pronunciauit in eam solam [z] quantitatem eum conueniri debere, qua ipse conductor extiterat.

¶ Reuocato testamento non uidetur reuocatum fideicommissum tacitè iniunctum. Bar.

Idem. LEX XLVIII.

Statius Florus testamento scripto, hæredis sui Pompeij tacitè fideicommiserat vt non ca pieti, fundū, & certæ pecuniç quātitatē daret: & eo nomine cautionē [a] à Pompeio exigi curauerat,

a ¶ Vel procuratore.] fisci, vel Cæsaris. Et dic q̄ isti emunt.
b ¶ Vendicatur.] quia priuatus qui vendidit vendicat, & officialis de suo dat fisco eiusdem rei æstimationem: sed videtur in quadruplū: vt ff. de contrahen. emp. l. non licet. contrà. Solu. dic æstimationem: scilicet in quadruplum. vel hic à priuato aliquo de sua iurisdictiōe emit: ibi ab ipsa repub. quā administrat. vel dic q̄ hāc æstimationem præstat venditor: puta 10 pretiū quod habuit: vt arg. ff. de contrahen. emp. l. senatus. & de dā. infec. l. vlti. & secundū hoc nihilominus fiscus habebit quadruplum & facit C. de contra. iudi. l. j. & j. de re mili. l. milites. & de admi. rerum ad ciui. perti. l. ij. 20 §. j. & C. quod met. cau. l. si per impressionem. hoc autem fallit in esculentis: vt ff. de offi. procon. l. solent. Itē quando paterna erant: vt not. ff. de cōtra. emp. qui officij vel nisi in ea su quando confirmatur quinquennio: vt C. de 30 con. ind. l. j. in prin.
c ¶ Et nauem.] facit j. de va. mu. l. hi qui.
d ¶ Aedificare.] id est facere.
e ¶ Pignoris.] ex suo contractu: vt C. qui. cau. pi. ta. cō. l. ij. non si petat [a] maleficij pœnā: vt ff. eo. l. quod placuit. 40 vel priuato succedit: vt ff. eo. fiscus. sed tunc quando inter nomina posuit, habet hypo. vt ibi dicitur. Accursius
f ¶ Duos menses.] facit C. de compen. l. vlti. & j. §. proxi.
g ¶ Cōstitutum est.] vt ff. de compen. l. fina. 50 & l. idem. nisi in casibus qui hîc sequuntur: vt C. de compen. l. j. & l. in ea. & l. si ex venditione.
h ¶ In reatu constitutus.] etiam post accu. inchoatam. & dic vt not. ff. de solu. l. reo. sic ponitur reus, i. accusa- 60 tus: vt ff. de publi. iu. di. l. v. & ff. eo. l. cū quidam. Accursius.

a Ista gl. est no. ad hoc q̄ fiscus nō habet tacitā hypothecā in bonis delinquētiū de qua materia habes etiam gl. in l. rescriptum. in verbo, hypothecas. ff. de pactis quæ idem tenuit. vide Bar. in l. post contractum. ff. de dona. Bolog.

i ¶ Actores.] instituti à procuratore fisci, vel Cæsaris: vt dicitur insti. de cura. § . fina. Accursius.
k ¶ Procuratores.] id est castaldiones seruos. ad quod ff. e. l. bonorū. & l. ne procuratores. Accur.
l ¶ Adijt hæreditatem.] dic vt ff. de acqui. hære. l. si quis mihi bona. §. fisci & de offi. procu. Cæsa. l. j. §. vlti. & l. seq. Accur.
70 m ¶ Fecerint.] surripiendo: non ita si alio modo, vt ff. e. l. Arrianus. §. qui autem. & ff. e. l. §. j. Et sic not. quòd in hoc est deterior causa fisci quàm priuati, qui pro furto ageret ad duplum vel quadruplum contra omnes: nec vnus per alium liberatur: vt C. de condi. fur. l. j. sic & aliàs ff. de diuer. præ. l. in omnibus. Præterea dicūt quidam, vt Azo hanc pœnam habere locum, vbi non est alia pœna specialis à lege statuta. Item huic. §. est contra ff. de pub. l. hoc edicto. §. fi. & l. si multi. vbi duplicandum dicit: sed ibi in quærendis fuit fraus: vt C. e. l. facultas. hîc in quæsitis iam fisco: vt ff. de ijs qui ex pu. ra. l. j. & C. de assef. l. con filiarios. Et arg. C. de acqui. pos. l. vlti. nam in eo quod iam quæsitum 80 est, non sic fit fraus. Ar. ff. eo. l. cùm quidam. Item in contrarijs priuatus agit in duplum contra publicanum: hic ipse fiscus. Ac.
n ¶ Solidum.] i. in duplum vel quadruplum.
o ¶ Conueniuntur.] in hoc est sic ff. de pub. l. si multi.

Moschis.] CASVS. Moschis conduxerat vectigal à fisco: deinde tenebatur fisco ad pensionem aliquorum annorum vel vnius anni. & decessit relictis hæredibus: qui hæredes adita hæreditate quædam prædia hæreditaria vendiderunt pluribus personis. nunc fiscus vult agere contra emptores illos. Dicitur, quòd primò conueniendi sunt hæredes Moschidis: & in residuum emptores. Secundò dicit, Aemilius conduxit à fisco quandam possessionem pro centum. tandem Aemilius locauit alijs per partes istam pos. pro centum & viginti. Dicitur, quòd tantùm in centum tenetur fisco. Franciscus Accursius.

p ¶ Vectigalis.] & per hoc bona eius fisco tenentur: vt ff. l. proxi. §. fi 10 scus.
q ¶ Conuenirentur.] extranei possessores hypothecæ pro bonis vel prædijs quondam conductis, non dico per hæredem quæsitis: vt ff. de pig. ac. l. Paulus. in prin. licet hoc quidam dicāt. Accursius.
20 r ¶ Conueniri.] imò videtur, quòd hoc emptor allegare non possit: vt j. de censi. l. cum possessore. §. si contrà. Sol. hîc in prædio conductricis non vectigali: ibi in vectigali. & cum eo concor. ff. de publi. Imperatores. & ff. 30 eodem, in l. prædijs. Item nota. in hoc tacito pignore principales debitores primò debere conueniri, quàm possessores rei: secus in expresso: vt C. de pig. persecutionem. sed hodie idem in expresso: vt in authen. ibi posita. Item 40 facit infrà, de admi. re. ad ciui. perti. l. iij. §. fina. & quod ibi no. Accursius.
s ¶ Possessorem omnem.] id est, quenlibet. Alij dicunt collectiuè: vt quisque viriliter teneatur: quod hic probari videtur. nam duo 50 dicebant emptores, scilicet, hæredes idoneos: & alios esse emptores. & ad vtrunque respon. sed prima verior. nam etiam pro par uo debito tota res quāuis magna tenetur: vt C. de distractio. pignoquandiu.

† De ista dictione vniuersali omnes addo vl tra Bar. hic gl. in ca. j. §. i. fas omnes. de referna. in prag. san. † alias, Ptolemeus.

60 t ¶ Susceperat.] à fisco. Accursius.
v ¶ Cæsaris.] id est, fisci: quç & Cçsaris sunt: vt & C. de quadri. præscri. l. vlti.
x ¶ Perciperet.] à suis conductoribus.
y ¶ Videbatur.] quia nemo accederet ad conductionem fiscalium prædiorum: vt suprà. l. iij. §. cùm in quinquennium. Accursius.
z ¶ Solam.] nam si minoris locasset, non esset fiscus contrarium po- 70 stulaturus: vt C. de solu. l. penulti. Item quia hic non conuenit: vt suprà loca. l. ea lege. primo responso. Item quia sustinet periculum: ergo & lucrum si intercederet, vt suprà, commo. l. si is. §. j. Item colonus alijs locare potest, vt C. loca. nemo. & si plus locauerit, quàm ipse præstat, suum erit, vt suprà, de act. emp. l. si mercedem. & loca. l. si tibi. & l. fi. & l. qui insulam. Accursius.

Statius florus.] Pone casum in hoc principio prout habes in glossa, quæ incipit, Pompeius &c. ¶ Cornelio.] Filius instituit matrem suam hæredem, & rogauit eam, vt post mortem suam mater restitueret hanc hæreditatem Flauio: & ista fœmina commisit 80 delictum, propter quod omnia bona sua fuerunt confiscata, & sic hæc hæreditas. nunc Flauius petit hæc bona à fisco quasi debita. Dicitur, quòd non auditur interim, cùm nondum venerit dies, sub qua erant ei relicta, cùm & ipse posset priùs mori, quàm illa fœmina, & sic deficeret prædictum fideicommissum: vel alias res acquirere posset illa fœmina. Franciscus Accursius.

a ¶ Cautionem.] domesticam quod dic vt suprà l. iij. §. quæri.

Pa-

a ❡ Per præceptionem.] igitur cohæredem habet, Faustinum scilicet, vt subijcit.
b ❡ Quod.] pro quia.
c ❡ Desyderabat.] apud iudicem appellationis.
d ❡ Oportere.] Pompeius se restituturum quasdam res non capienti cauerat: & easdem res per præceptionem à cohærede acceperat: & sic hoc legato totam 10 hæreditatē oneraverat: non solum partem Pompe. qui damnatus volebat onus legati, etiam nunc ad totam hæreditatem pertinere. volebat enim per præceptiones consequi à cohærede, vt in primo testamento scriptū 20 erat hac allegatione: quia non potest videri pro parte &c. sed contra eum meritò pronūciatum est: nā cùm per secundum testamentū ruptum est primum, & ita præceptiones interciderint: ex postremo peti nequeunt, cùm nō 30 sint in eo relictæ. vnde quia ipse solus cauerat ipse solus soluere oneratur. Si quæras, cū totum sit testamentum ruptum per posterius, cur solum tacitū fideicommissum durat? Rń. hoc ꝫ. de proba. l. iij. explicatur.
40 e ❡ Non acceperat.] in secundo testamento.
f ❡ Pro parte.] vt ita præstetur de parte sua tātum scilicet vt onus sentiat, lucrum non habeat.
g ❡ Pronunciauit.] iudex appellationis.
50 h ❡ Extare.] aliàs constare in lib. R. in B. extare.
i ❡ Dedisset.] i. reliquisset testator, scilicet præceptiones.
k ❡ Repetitū esset.] in secundo testamento.
l ❡ Placuit.] mihi paulo: & est responsio.
60 m ❡ Non probabat.] non capiens. Sed contrà ꝫ. de proba. cùm tacitùm. sed ad aliud hic probat, vt etiam ex testamento agat: ibi non probat vt videatur repetitum: quia præsumitur: nisi hæres contrà probet. Item facit ꝫ. de hære. insti. l. vlti. & ꝫ. de leg. iij. si iure testamento. Accur.

se restituturum ea, quæ ei per præceptionem [a] dederat. posteà idem Florus facto secundo testamento, & eodem Pompeio & Faustino hæredibus institutis, nullas præceptiones Pompeio dederat, hęc per sona, quòd [b] † capere non poterat, se detulerat. consulti Imperatores à procuratoribus, rescripserunt, si non probaretur mutatam voluntatem esse, præstandum fideicommissum. atque ita Pompeius condemnatus desyderabat [c] id onus esse hæreditatis oportere [d], quia præceptiones non acceperat [e]. nec † posse videri pro parte [f] in prima voluntate testatorem perseuerasse, sed in vniuerso pronunciauit [g]: nec testamentum priùs extare [h]: nec si dedisset [i] in primo testamento, ex posteriore peti potuisse, nisi repetitum esset [k]. Placuit [l], quia nō probabat [m] sibi [n] datas præceptiones, ex sola [o] sua cautione solum fideicommissum [p] præstare debere.

† aliàs, que.

† Quidam hic legunt, Faustin⁹ nec posse. &c.

❡ *Fideicommissum relictum in diem mortis non cedit ante diem mortis naturalis. hoc dicit. Bart.*

❡ Cornelio Felici mater scripta hæres [q] rogata erat hæreditatem restituere post mortem suam [r]. cùm hæres scripta condemnata [s] esset, & à fisco omnia bona mulieris occuparentur: dicebat Felix se ante [t] pœnam esse. Hoc enim constitutum est [v]. Sed si nondum dies fideicommissi venisset [x], quia posset priùs ipse [y] mori, vel etiam mater alias res acquirere, repulsus est interim à petitione [z].

n ❡ Sibi.] scilicet Pompeio.
o ❡ Ex sola.] hoc est contrà ꝫ. de proba. l. iij. in eo quod hic dicit ex sola cautione. Item in eo quod dicit hîc, scilicet dedit in primo, non videtur repetitum in secundo. Sol. hæc secundum illam: vt videatur repe 70 titum fideicō. tacitum. & quod hic dicit, nec si dedisset, scilicet prælegationes. & quod dicit ex sola cautione sub. etiam. Vel dic secundò, quòd hîc fuit interposita cautio animo nouandi act. ex testamento: & sic non potest agi ex fideicō. sed ex sola cautione. & secundum hoc qđ hic dicit, nec si dedisset, potest intelligi etiam in fideicō. vt primò dixi. Vel sol. vt ibi.
p ❡ Fideicō. q. d. non præceptiones: quia eas à cohærede percipere nō potest ex secundo testamento gratis, vt voluit testator in primo testamento. fideicō. autem præstat: quia de bursa sua voluit testator in primo testamento eum præstare.
80 q ❡ Hæres.] scilicet à filio. Accursius.
r ❡ Post mortem suam.] scilicet matris.
s ❡ Condemnata.] de aliquo crimine.
t ❡ Ante.] i. se esse admittendum antequàm fiscus ad pœnam. Accur.
v ❡ Constitutum est.] vt ꝫ. l. quod placuit. cum suis concor. sed hæc allegatio non videtur bona: cùm non dicatur creditor ille cui sub cō di. debetur, ante condi. vt ꝫ. de act. & obli. is qui. licet sit arg. contrà ꝫ. de verb. sig. l. creditores.

x ❡ Venisset.] adeò vt etiam ad præsens restitui non possit, etiam si vellet, vt ꝫ. ad Treb. l. sed si ante. nec ob. C. de fideicom. l. post mortem. vt ibi not.
y ❡ Ipse.] Felix. & sic deficit fideicom. vt ꝫ. de mino. in causæ. §. Pomponius.
z ❡ A petitione.] Triano. Primùm, quia non debet esse quis solicitus de hæred. viuentis. ad 10 quod ꝫ. de vulg. substi. l. ij. §. interdum. Item quia non videtur mori, licet condemnata & deportata. ad quod ꝫ. de verb. obli. l. ex ea. §. insulā. & de lega. ij. cùm pater. §. hæreditatem. Item tertiò, quia dicit interim. cùm ergo erit 20 naturaliter mortua, petet scilicet, à fisco fideicō. vt ꝫ. ad Treb. ex facto. §. ex facto. & ꝫ. e. l. dicitur. Item quia dicit alias res &c.

❡ *Is cui restituta est hæreditas ex tacito fideicommisso: cùm esset incapax, se detulit in fiscum. dicitur hic quòd debet habere dimidiam dodrantis illius hæreditatis pro præmio, quia se detulit.*

Idem LEX XLIX.

CVm tacitum fideicommissum [a] is cui datum [b] erat, se capere nihil posse detulisset: in quæstionē venit, dodrantis, an totius assis partem dimidiam [c] ex beneficio diui Traiani recipere debeat. de qua re extat rescriptum diui Imperatoris Anto. in hęc verba, Imperator Anto. Iulio Ruffo. Qui tacitam fidem accommodauit, vt non capienti restitueret hęreditatem: si deducta quarta parte restituerit, nihil retinere debet. quadrans autem qui hæredi imponitur, ipsi eripiatur, & ad fiscum transferatur [d]. Vnde [e] dodrantis semissem [f] solum capit, qui se detulit [g].

CVm tacitum.] CASVS. Hæres fuit rogatus de restituenda hæreditate Ti-30 tio non capaci. Titius hoc detulit fisco, dicens se non posse capere. & sic debet habere dimidiam ex beneficio diui Traiani. quæritur de quanto debet esse hæc dimidia: an totius hæreditatis: an dodrantis tātum? Et dicitur, ꝙ do-40 drantis. quarta enim quæ deberet remanere aliàs penes hæredem, cōfiscatur. & hoc apparet ex quodam rescripto: cuius verba in litera ponuntur. Fran. Accursius.
a ❡ Fideicōmissum.] totius hæreditatis. Ac-50 cursius.
b ❡ Datum.] i. relictū. quod qualiter fiat, & quādo hoc inspicitur, dic vt no. ꝫ. e. nō intelligitur. j. et ij. & iij. respō. Accursius.
c ❡ Dimidiam.] dimidiam enim cōstat eū habere secūdū edictū Tra 60 iani: vt ꝫ. eo. edicto. in prin. & §. j. & l. senatus. §. senat⁹. nec ob. C. de ijs q se de. l. j. qa plenè nota. ꝫ. e. edicto. §. extat.
d ❡ Transferatur.] vt & ꝫ. ad leg. Fal. l. beneficio. & ad Sylla. si sequens. & C. ad leg. Fal. l. etiam si tacitum.
e ❡ Vnde.] colligitur ex supradictis.
f ❡ Semissem.] scilicet relicti.
g ❡ Detulit.] nam tantum erat suum relictum, & non plus.

❡ *Fructus percepti inter primam & secundam licitationem pertinent ad venditorem: extantes autem ad emptorem: vel pensio locationis fundi venditi.*

Idem. LEX L.

VAlerius patronus procurator Imperatoris Flauio Statilio prædia certo pretio addixerat [h]. deinde facta licitatione, idē Statilius recepta ea licitatione [i] prædia obtinuerat [k], & ita in vacuam possessionē inductus erat [l], de fructibus medio tempore perceptis quærebat. patronus, fisci esse volebat. Planè [m] si medio tempore inter primā licitationē [n] & sequētē * addictionē percepti fuissent,

* Adiectionem

VAlerius.] CASVS. Valerius ꝓcurator Imperatoris vēdidit prediū Flauio Statilio pro certo pretio hoc pacto, ꝙ si alius of-70 ferat plus vsq; ad annū, posset discedi ab ista venditione. nunc cùm alius offert plus pretio antiquo, idē Statilius inductus fuit in vacuam possessionē prędij. cuius erūt fructus medio tpe percepti, quęrit? Rń. si medio tpe inter licitationē & sequētē addictionē percepti sunt, ad vēditorē pertinēt. si aūt intra vindemias vtraq; addictio facta est, tunc fructus interim percepti sunt emptoris: nisi hæc prędia colebātur per colonū, qui nummis colat, cui locauerat fiscus. nā tunc fructus coloni sunt: & hoc fauore fisci. pēsionē tamē debet emptori. si aūt fiscus faceret ea prędia coli ꝑ suos rusticos, fructus essent emptoris. ❡ Tryphonio.] Dic casum vt in gl. quæ incipit, iudicio meo &c. Fran. Accursius.
80 h ❡ Addixerat.] id est, sub addictione in diem vendiderat.
i ❡ Licitatione.] ab alio. Accursius.
k ❡ Obtinuerat.] nam emptori primo licuit addicere, vt ꝫ. de in diem addict. l. item quod. §. fina. & l. necesse.
l ❡ Inductus erat.] vel tunc quando primò emit, vel tunc cùm secundò obtinuit in licitando.
m ❡ Planè.] id est, certè. & incipit determinare.
n ❡ Licitationem.] id est, emptionem. Accursius.

a ¶ Ad vẽditorẽ.] nisi prædia erant sub colono: vt in fi. huius legis.
b ¶ Allata est.] cùm enim vẽdo tibi fundum sub addic. in diẽ, & alius interim meliorem conditionem attulerit: fructus interim percepti ad me venditorẽ pertinent. Idem etiam si tu ipse meliorem condi. ab alio oblatam præstiteris: vt ff. de in diem addict. l. item quod dictum. & l. licet. & l. seq.

ad venditorem [a] pertinere: sicut solet aliàs videri, cùm in diem addictio facta est, deinde melior cõditio allata [b] est, nec moueri debemus, quòd idem fuisset cui & primo addicta fuerant prædia. Sed cùm vtraq; addictio intra tẽpus [c] vindemiarum facta fuisset, recessum est ab hoc tractatu [d]. itaque placebat fructus emptoris esse. Papi. [e] & Mesius nouam sententiam [f] induxerunt: quia [g] sub colono erant prædia, iniquum esse fructus ei [h] auferri vniuersos: sed colonum quidem percipere eos debere: emptorem verò pensionẽ eius [i] anni accepturum: ne [k] fiscus colono teneretur, quòd ei frui nõ licuisset: atque si hoc ipsum in emendo conuenisset [l]. pronunciauit tamen secundum illorum opinionem [m], quòd si quidem à domino coleretur, vniuersos fructus [n] haberet. si verò sub colono, pẽsionem acciperet.

¶ Inspicitur dies, quo pensio debet præstari: non dies, quo fructus percipiuntur. h. d. Bar.

¶ Tryphonio suggerente [o] quid putarẽ de fructibus aridis [p], qui ante percepti in prædijs fuissent [q], respondi, si nondum dies pensionis venisset, cùm addicta [r] essent: eos quoque [s] emptorẽ accepturũ.

c ¶ Intra tẽpus.] citra & sic medio tempore non est perceptus fru- 10 ctus: ergo pendentes fructus cedunt emptori: vt ff. de actio. emp. Iul. §. si fructibus.
d ¶ Ab hoc tractatu.] i. ab hac sententia, quæ est vt fructus venditori cedant.
e ¶ Papinianus.] debẽtur fruct⁹ emptori nul- 20 la licitatione facta. idem si vtraq; addictio intra tẽpus vindemiarum processit. Papi. autem & Mesius nouam sententiam inducunt, quando non per dominum, sed per colonum cui fiscus locauerat, hęc prædia excoluntur. & 30 hoc propter fisci priuilegium, quasi tacitum de recipiendo colono pactum inter emptorẽ & vendi. interuenerit.
f ¶ Sententiam.] cùm enim sub colono est prædium locatum: licet venditum à domino, non debet eum emptor 40 expellere de æquitate: sed pensionem ab eo accipere fauore fisci: ne colono teneatur. sic C. de ven. præ. fi. l. j. §. fi. & ff. de bo. aut. iu. pos. l. in venditione §. j. & in decre. Alex. c. querimoniam. de iure pa.
g ¶ Quia.] hanc scili- 50 cet quia &c.
h ¶ Ei.] colono. & applicatur emptori.
i ¶ Eius.] tantùm. si ergo colonus esset partiarius: partem tãtum acciperet emptor vt verus dominus.
k ¶ Ne.] & hoc ideo, ne &c.
60 l ¶ Conuenisset.] vt colonus staret vsq; ad tempus conductionis finitum.
m ¶ Secundum illorum opinionem.] scilicet Papi. & Mesij: licet noua & contra ius commune: vt ff. loca. si merces §. j. & C. loca. l. emptori. sed hoc propter priuilegium fisci, ne teneatur colono: vt hic dicit. sic ff. eo. l. eum qui.
n ¶ Vniuersos fructus habere.] scilicet emptorem, cùm licitatio per emptorem primum non est addicta, vel si facta est antè quàm fructus percipiantur, res est secundo addicta licitatione ab emptore admissa. alioquin licitatione facta fructus medio tempore percepti, ad vẽ- 70 ditoris spectant compendium.
o ¶ Suggerente.] id est consulente.
p ¶ De fructibus aridis.] Iudicio meo de aridis fructibus erat maior quæstio. fuerant enim percepti ante tempora addictionis: & propterea videbantur ad venditorem pertinere ad instar venditionis factæ sub addictione in diem respon. quòd non tẽpus perceptionis, sed soluendæ pensionis dies spectatur. sicut ergo fructus qui post addictionem percipiuntur, ad emptorem pertinent: ita & pensio cum dies post addictionem venit: licet fructus propter quos debet solui pensio, antè percepti sunt: quos emptor percipere dicitur, dum eorum nomine 80 pensionem percipit. Sed argumentum contrà suprà, de vsufructu. defuncta. Quod autem in aridis dicitur, & in liquidis per omnia dicas: vt patet ex prædictis. ADDITIO. Dic secundum Bartolum, quòd aliud in vsufructuario, vt ibi qui non restituit fundum de voluntate sua: aliud in emptore & in venditore, vt hic.
q ¶ Fuissent.] aliàs venissent.
r ¶ Cùm addicta.] id est vendita: & sic non est pactũ addict. in diẽ.

Vel dic, quòd hîc fuit aliud pactum. & secundum hoc intellige ab illo §. Papinianus, vsq; in fi. scilicet, quòd vel fuerit pactum adiectum in diem, vel non.
s ¶ Eos quoque.] i. pro eis debitam pensionem: vt declarat litera. loquitur enim de eo colono, qui colit nummis. si verò partiarius esset, & antè percepti essent, vt posuit in casu: sine dubio erant emptoris. & est ratio: quia cedit & 10 venit dies contracta iam emptione. si verò antè venissent: essent venditoris. aliud in prædio dotali locato: vt ff. so. ma. diuortio. Accur.

TIT. XV.

De captiuis[†], & postliminio reuersis, & de redẽptis ab hostibus.

† Alius quidem legit, de captiuis & de postliminio, & de redẽptis ab hostibus.

Marcellus. LEX I.

Quod seruus eius qui ab hostibus captus est, posteà stipulatus est: aut si legatũ sit seruo eius postcà, quàm ille ad hostes peruenit [t], hoc habebunt hæredes [v] eius: quia etsi captiuitatis eius tempore decessisset [x], acquisitum foret hæredi.

Idem. LEX II.

Nauibus [y] longis atque onerarijs propter belli vsum postliminium [z] est, non piscatorijs, aut si quas actuarias [a] voluptatis causa parauerint. Equus item, aut equa freni patiens recipiuntur postliminio. nam sine culpa equitis proripere se potuerunt. Non idem in armis iuris est: quippe quæ non sine flagitio amittuntur. Arma enim postliminio reuerti negantur, quòd [b] turpiter [c] amittantur.

Pomponius ad Quin. Mu. LEX III.

Item vestis [d].

Modestinus. LEX IIII.

Eos qui ab hostibus capiuntur, vel qui ab hostibus deducuntur [e]: iure postliminij reuerti antiquitus placuit. ¶ An qui hostibus deditus [f], reuersus [g], nec à nobis receptus est, ciuis Romanus sit: inter Brutum & Scæuolam variè tractatum est. Et consequens est, vt ciuitatem non adipiscatur [h].

¶ DE CAPTI. ET POSTLIMI. REVER.

20 Quod seruus.] CASVS. Seruus captus ab hostibus aliqua acquirit interim ex causa stipulationis, vel ex causa legati. Dicitur, ꝙ licet decedat ibi dominus? tamen hæc acquisita va- 30 dunt ad hæredes defuncti. Fran.
t ¶ Peruenit.] viuit tamen adhuc naturaliter Accursius.
v ¶ Hæredes.] eo postcà ibi moriente. Accur.
x ¶ Decessisset.] ante stipu. vel legatum. et est bona ratio: quia prima 40 hora captiuitatis videtur decessisse: vt j. e. pater. in fi. j. respon. & facit ad hanc l. ff. de stipu. ser. si seruus communis. §. seruus capto. & j. in bello. §. j. & l. bona. in prin. Accursius.

Nauibus.] CASVS. Nauis longa, & deputata propter belli vsum si capiatur ab hostibus, fit hostium. si tamen recuperatur, primo domino redditur. secus in naui piscatoria vel in scapha. Idem quod in naui magna, est in equo vel equa: dum tamen sint 60 domi: secus in armis: quæ si capiantur ab hostibus, deinde recuperentur, non redduntur primo domino. Idẽ in veste quod in armis. & hoc dicit hęc l. cũ seq. Fran.
y ¶ Nauibus.] No. ꝙ in agris aliud est, quàm in rebus mobilibus. mobilia enim sunt hostiũ, & postliminiũ habẽt. at agri nõ fiunt alicuius specialiter: qa nec dicunt̃ occupari, sed inuadi. & quia potius vniuersi dicuntur inuadere vel vniuersitas quàm aliquis: & ideo dicendum est, quòd sunt vniuersitatis hostium. Azo. Sed certè & immobilia dicuntur recipi iure postliminij: vt j. eo. l. si captiuus. §. j.
z ¶ Postliminium.] i. primo domino restituuntur: vt j. eo. l. postlimi- 70 nium est. in prin. & insti. eo. §. si ab hostibus.
a ¶ Actuarias.] i. agiles ad agendum. i. ducendum: vt sunt scaphæ.
b ¶ Quòd.] id est, quia.
c ¶ Turpiter.] ad quod j. de re mili. l. iij. §. miles qui in bello. Accur.
d ¶ Item vestis.] scilicet, denegatur habere postliminium: quia turpiter &c.

Eos qui.] CASVS. Captum ab hostibus, vel deductum ab hostibus arte non bello, postliminio reuerti antiquitus placuit. Item transfuga ad nos reuersus non à nobis receptus, ciuitatem non recuperat. Fran. Accur.
80 e ¶ Deducuntur.] arte, non etiam bello. Accursius.
f ¶ Hostibus deditus.] vt eorum esset seruus, fortè quia legatum hostium pulsasset: vt j. de lega. l. fi. §. penul. Vel pone in transfuga: vt ff. quib. ex cau. ma. l. item ei. Accursius.
g ¶ Reuersus.] contra voluntatem hostium, qui receperunt eum. alioquin contrà: vt j. de legationibus, l. fi. in fi.
h ¶ Non adipiscatur.] sed libertatem sic secundum P. de æquitate. Sed contra eum. ff. de acqui. rerum domi. transfuga. Accursius.

Postliminij.] CASVS. Ius postliminij quandoque in bello, quandoque in pace competit. & dat exemplum de vnoquoque. ¶ Captiuus.] Cepimus hostem, puta cremonensem: deinde manumisimus eum: & reuersus est ad suos. ita demum habet postliminium, si nō habet animum reuertendi. & adiungit exemplum de Marco regulo capto à Carthaginensibus, qui est reuersus Romam, & iurauerat se reuerti Carthaginem: nā non dicitur habere postliminium, nisi habeat animū Romę stan di. Item & aliud exemplum de Menandro adiungit. Franci.

a ¶ In pace.] non in bello.
b ¶ Ceperunt.] in bello.
c ¶ Ei.] vel alij. Accursius.
d ¶ Aut intra præsidia.] præmitte si. Accursius.
e ¶ Ceperit.] facit ad hoc insti. quib. mod. ius pa. po. solui. §. si ab hostibus. & de re. diui. §. item ea quæ.
f ¶ In pace.] id est, non in bello. Accur.
g ¶ Cum gente.] non subdita nobis.
h ¶ Hospitium[a].] quia nec ipsi apud nos, nec nos apud eos hospitamur: solumq; differunt ab hostibus, quia non est indictum bellum: sed tamen guerram habemus. & sic patet, quòd à latrunculis differunt, qui non habent inimicitias patentes. & ideo non est postliminium: vt j. e. l. hostes. & l. postliminium. §. ij. quæ vide tur contra.
i ¶ Hi.] nec tamen est indictum bellum.
k ¶ Non sunt.] vt j. e. l. hostes. Accursius.
l ¶ Captiuus.] liber, non seruus alicuius de hostibus: vt infrà eod. l. in bello. §. certè apud hostes &c.
m ¶ Manumissus.] & per consequens dimissus. & sic expone infra eo. in fi. l.
n ¶ Regulo[b].] qui fuerat Romanus, & captus à Carthaginensibus.
o ¶ Non habebat.] alioquin contra: vt j. eodem nihil.

a Quid sit hospitium hoc loco pulchrè Bud. in annot. posterio.

b De hoc regulo vide apud Ciceronem lib. offi. iij. & de Menandro apud eundē in oratione pro Cornelio Balbo.

Pomponius. LEX V.

Postliminij ius competit aut in pace[a], aut in bello. In bello, cùm ij qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt[b], & intra præsidia sua perduxerunt. Nam si eodem bello is reuersus fuerit: postliminium habet: id est perinde omnia restituuntur ei[c] iura, ac si captus ab hostibus non esset. Antequam in præsidia deducatur hostium, manet ciuis. Tunc autem reuersus intelligitur, si aut ad amicos nostros perueniat, aut intra præsidia[d] nostra esse cœperit[e]. ¶ In pace[f] quoque postliminium datum est. Nam si cum gente[g] aliqua neque amicitiam, neq; hospitium[h], neq; fœdus amicitiæ causa factum habemus: hi[i] hostes quidem non sunt[k]: quod autem ex nostro ad eos peruenit, illorū fit: & liber homo noster ab eis captus, fit seruus eorum. Idemque est, si ab illis ad nos aliquid perueniat. Hoc quoq; igitur casu postliminium datū est. ¶ Captiuus[l] autem, si à nobis manumissus[m] fuerit, & peruenerit ad suos: ita demū postliminio reuersus intelligitur, si malit eos sequi, quā in ciuitate nostra manere. Et ideo M. Attiliū Regulum[n], quem Carthaginēses Romam miserunt, responsum est nō esse postliminio reuersum: qa iurauerat Carthaginēse reuersurū, & nō habebat[o] animū Romæ remanēdi[p], et ideo in quodā interprete Menādro, q postea, quàm apud nos manumissus erat, missus est[q] ad suos: nō est visa necessaria lex, q̄ lata est de illo[r], vt maneret ciuis Romanus. Nā siue animus ei fuisset remanēdi apud suos, desineret[s] esse ciuis Romanus: siue animus ei fuisset reuertēdi, maneret ciuis: & ideo lex esset superuacua.

Idem. LEX VI.

Mulier in opus salinarum ob maleficium data[t], & deinde à latrūculis exterę gentis capta & iure commercij vendita ac redempta, in causam suā[v] recidit[x]: Cocceio[y] autem Firmo centurioni pretium ex fisco[z] reddendum est[a].

Proculus. LEX VII.

Non dubito quin fœderati[b] & liberi[c], nobis extranei nō sint, nec inter nos atq; eos postliminium esse. Etenim quid inter nos atq; eos postliminio opus est? cùm & illi apud nos & libertatē suam, & dominium rerum suarū æquè atq; apud se retineant, & eadem nobis apud eos contingant? ¶ Liber autem populus est is, qui nullius alterius populi potestati subiectus est: siue is fœderatus est, siue nō fœderatus est[d]: item siue æquo[e] fœdere[f] in amicitiam obuenit: siue fœdere comprehēsum est, vt is populus alterius populi maiestatem comiter[g] conseruet. hoc enim adijcitur, vt intelligatur alterum populum superiorē esse, non vt intelligatur alterum non esse liberum. Et quemadmodum clientes[h] nostros intelligimus liberos esse, etiam si neq; authoritate[i], neq; dignitate, neq; iure omni nobis pares sunt: sic & eos, qui maiestatem nostram comiter conseruare debent, liberos esse intelligendum est. At si fiunt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis: & in eos damnatos animaduertimus.

Paulus. LEX VIII.

Non vt à pr̄e[k] fili⁹[l], ita vxor à marito[m] iure postlimi-

a ¶ Reddēdum est.] quia negotiū fisci vtiliter gessit.

Non dubito.] CASVS. Fœderati homines, i. qui nobiscum fecerunt treugas, vt mutinēses, item alij liberi homines, vt Florentini & similes, nobis sunt extranei. & non habet locum postliminium inter nos & eos: cùm & ipsi huc venietes retineant libertatem, & dominium rerum suarum, ac si in suis ciuitatibus essent: & idem nobis eueniat. Postea dicit, quòd liber populus dicitur, qui non est subiectus potestati alteri⁹ populi: siue est fœderatus cum alio populo, siue non: & si fœderatus cum alio populo, siue æquali fœdere, siue non: vt Mutinen. populus nobiscum. & sicut cliētes nostri sunt liberi: sic & hi qui maiestatem principis comiter conseruant, vt Bononienses & Mutinenses, liberi dicuntur. & qui sunt clientes: expone vt in gl. Si autem aliquis de ciuitatibus fœderatis nobiscū delinquat: puniā eum. Fran. Accur.
b ¶ Fœderati.] i. cum quibus fecimus treugas[c] vt j. eo. postlimi. nium §. induciæ.
c ¶ Et liberi.] s. alij homines, qui non habent nobiscum treugas, vel habent: vt j. §. liber.
d ¶ Siue non fœderatus est.] aliàs non habet in tex. hæc particula, sed intelligit.
e ¶ Aequo.] æquali hinc inde obseruatione ob treugas custodiēdas, vel inter se tantū, vel eos & alios, vt vtrinq; vel ab altera parte tantùm habita consyderatione. R.

c Imò vero fœderati dicebāturj, cum quibus po. Romanus amicitiā coierat sociosq; appel labat.

p ¶ Remanendi.] non ita in seruo secundum Io. vt probatur j. eo. in bello, §. manumittendo.
q ¶ Missus est.] fortè vt esset eorum seruus: quia legatum hostiū pulsasset: vt j. de legatio. l. fi. vel dic, id est remissus liberè.
r ¶ De illo.] Menandro interprete. Accur.
s ¶ Desineret.] quia domicilium sola constituitur, & mutatur voluntate: vt infrà, ad municip. placet, & l. sequen. sed aliud in origine: vt in eodem titulo. l. assumptio. & in eo non est lex superuacua. Azo. & facit infrà, ad municip. l. si quis instructus. §. penultimo & fi. Accursius.

Diuus Adrianus rescripsit in eo, quem militantem vxor hæredem instituerat, filium extitisse hæredem: & ab eo hæreditarios seruos manumissos, proprios eius libertos fieri[x].

Idem. LEX XIIII.

Filiusfamiliâs miles si captus apud hostes vita fungatur: lex Cornelia subuenit scriptis hæredibus, quibus cessantibus, iure pristino peculiũ pater habebit. Proxima species[y] videtur, vt scriptis

* Alias, Martianus

m ¶ Superuixerit.] j.eo.l.ex castrensi.ij.respon. Accursius.

& à quibus, si seruo.& j.e.hæreditate.§.pater.

n ¶ Competere.] vel non competere.

o ¶ Impedietur.] ex postfacto igitur declaratur: vt j.subijcit.ad quod ff.si certum peta.l.proinde.& de rebus dub.l.quædam.& ff.de acquir.re.domi.l.in eo. Accursius.

p ¶ Habebit successorem.] scilicet filius. Sed contrà ff.de cap.& post.10 li.re.bona §. quod filius. Solu.vt ibi. Item facit ff.de su.& le.si pater.

q Ex nota.] Deberi.vt C.de bo. quæ libe.cùm oportet.§.exceptis.& C.eo.l.iij.& ff.eo.l. miles. cum suis concor.

r Castrense.] Acquisiuit. ab alijs non cognatis. & facit C.eo.l.iiij.& l.j.& ff.eo.miles.cum suis concor.

s ¶ Non fuisset.] ad hoc ff.quib.ex cau.maio.l.is qui rei. Accursius.

Pater.] CASVS. Pater filium suũ dat alij in adoptionem. non potest peculium eius castrense auferre. Item nec emancipando eum potest ei auferre. Franciscus Accursius.

t ¶ Peculium.] castrense. secus in profectitio vel aduentitio iure isto: vt ff. de dolo exceptio. apud Celsum.§.si.quæ est contrà.

v ¶ Quòd.] id est quia.

x Diuus.] Fieri.erit ergo hæreditas castrensis peculij: vt j.eo.dotem.ij.respon. Sed cõtra C.eo.l.j. non placet quòd hîc erat in militia: quia & ibi. Sed dic quod hîc affectiõe militiæ instituebat eum, ibi non: vt ff.l.si fortè.& j.eo.l.hæreditate.in princi. Item hîc ex testamento, ibi ab intestato. vnde ibi nulla potest asignari affectio. Item facit ff.si mili.in fine. Accursius.

Filiusfamiliâs.] CASVS. Filiusfamiliâs miles fecit testamentum in quo aliquos sibi instituit hæredes. tandem captus est ab hostibus & ibi decessit.bona eius vadunt ad institutos, si volunt bona. si autem nolunt: tũc penes patrem remanet peculium. sed si hæredibus scriptis deliberantibus seruus castrensis peculij aliquid stipulatur vel aliquid ex alia causa acquirit: si posteà hæredes scripti adeunt hæ. eis est hoc acquisitum, quasi per hęreditarium seruum. si autem eam non adeant, & sic penes patrem peculium stet: hoc quod acquisierunt serui, non vadit ad patrem cùm eo tempore non essent eius. & hoc de rigore. sed de æquitate secus: vt patri: hoc quæratur quod serui peculiares quæsierant. ¶ Legatum.] Pone casum vt in glos. quæ incipit, legatum &c. circa medium glos. ibi, aut non adeunt &c. Fran. Accur.

f ¶ Proponebatur.] præmitte, filiusfa.&c. proponebatur testamẽto &c.

g ¶ Decessisse.] scilicet proponebatur filius.

h ¶ Dixerit.] aliàs dixerit, aliàs decreuerit. & facit ff.l.ij.cùm concor.

i ¶ Ab eo.] scilicet patre.

k ¶ Profectum.] id est non recesit ab eo.

l ¶ Libertas.] quæ non valeret si domino succederet manumissor ff. g

y ¶ Proxima species.] aliàs species id est quæstio. aliàs speciẽ id est quæstione.

Quod

hæredibus deliberantibus, quod ſeruus interim ſtipulatus eſt, vel ab alio ſibi traditũ accepit (quod quidem[a] ad patris perſonam attinet) ſi fortè peculium apud eum reſederit[b], nullius momẽti videatur: cum illo tempore non fuerit ſeruus patris. quod autem ad ſcriptos hæredes, in ſuſpenſo fuiſſe traditio itemque ſtipulatio intelligatur. vt enim hæreditarius fuiſſe credatur, poſt aditam hæreditatẽ fit[c]. Sed paterna verecundia nos mouet quatenus & in illa ſpecie vbi iure priſtino[d] apud patrẽ peculium remanet, etiam acquiſitio ſtipulationis vel rei traditæ per ſeruum fiat[e]. ¶ Legatum quod ei ſeruo[f] relictum eſt: quamuis tunc propter incertum nulli ſit acquiſitũ: omiſſo teſtamento, patri tunc primùm[g] per ſeruũ acquiritur[h], cùm ſi fuiſſet exemplo hæreditatis[i] peculio acquiſitum, ius patris hodie non conſyderaretur.

Idem. LEX XV.

Pater militi filiofamiliàs reuerſo quod donat, caſtrenſis peculij[k] non facit, ſed alterius peculij, perinde ac ſi filius nunquàm militaſſet. ¶ Si ſtipulanti filio ſpondeat[l]: ſi quidem ex cauſa peculij caſtrenſis, tenebit ſtipulatio. cæterùm ex qualibet alia cauſa non tenebit. Si pater à filio ſtipuletur: eadem diſtinctio ſeruabitur[m].

¶ *Quicquid ſeruus peculij quod ad filiumfamiliàs pertinet, ab extraneo ſtipulatur, uel per traditionẽ accipit: hoc filiofamiliàs acquirit. in ipſo filio tamen diſtinguitur: aut ſtipulatur ex cauſa peculij ſui: & tunc ſibi acquiritur. aut ex alia cauſa: & tunc patri quærit. idem in peculiari ſeruo ſi ſtipuletur à patre: quia tunc etiam filio quærit. hoc dicit.*

¶ Si ſeruus peculij quod ad filium ſpectat, ab extero[n] ſtipuletur, aut per traditionem accipiat: ſine diſtinctione cauſarum[o] res ad filium pertinebit. Non enim vt filius duplex ius ſuſtinet, & patris[p], & filijfamiliàs[q]: ita ſeruus qui caſtrenſis peculij[r] eſt, quique nullo iure quandiu filius viuit, patri[s] ſubiectus eſt, aliquid acquirere ſimpliciter ſtipulando vel accipiendo patri poteſt. quæ ratio ſuadet vt ſi ab ipſo patre ſeruus qui ad filium pertinet, ſtipuletur ex quacunque cauſa, vel traditum accipiat: ſic acquiratur filio res & ſtipulatio, quemadmodum ſi extero promiſiſſet[t]: quoniam perſona ſtipulantis & accipientis ea eſt, vt ſine differẽtia cauſarum, quod per eum[v] agitur, ad emolumentum filij ſpectet. ¶ Si ſerui pater vſumfructum amiſerit, cuius proprietatem in caſtrenſi peculio filius habebat: plenam proprietatem habebit filius[x].

Idem. LEX XVI.

Dotem filiofamiliàs datam vel promiſſam, in peculio caſtrenſi non eſſe reſpondi. Nec ea res contraria videbitur ei quòd diui Adriani temporibus[y] filiũfa. militem vxori hæredem extitiſſe placuit, & hæreditatem in caſtrenſe peculium habuiſſe. nam hæreditas aduentitio iure quæritur: dos autem matrimonio cohærens, oneribus eius, ac liberis communibus qui ſunt in aui familia, confertur[z]. ¶ Hæreditatem caſtrenſi peculio non videri quæſitam reſpondi, quam frater patruelis[a] in alia prouincia ſtipendia merens, fratri patrueli cum quo nunquã militauit[b], reliquit. Sanguinis etenim ratio, non mili-

---

a ¶ Quod quidem.] hoc totum ponitur pro inquantum.

b ¶ Reſederit.] quod eſt etiam hæreditate non adita: vt ꝭ. de ſtipu. ſeruo. ſi ſeruus communis.

¶ Poſt aditam hæreditatem fit.] id eſt contingit id per quod creditur retro hæreditarius, ſcilicet per aditionem: quæ ſi non fiat, non fuit hæreditarius: vt d. l. ſi ſeruus communis. & j. ad leg. fal. filius. & de ſtip. ſeruo. ſi ſeruus communis. Accur.

d ¶ Priſtino.] id eſt antiquo quod eſt cùm hæreditas non aditur.

e ¶ Fiat.] vt & ꝭ. de acquir. re. do. in eo. & quæritur quando verè? Reſpon. cùm conſtat non adiri: vt ſtatim dicit.

f ¶ Seruo.] caſtrẽſis peculij mortuo filio, & hæredibus deliberantibus. vt & ꝭ. proxi. dixit de alijs acquiſitionib⁹.

g ¶ Primùm.] aduerbium.

h ¶ Acquiritur.] legatum. & dic, cùm legatur ſeruo peculij caſtrenſis deliberantibus inſtitutis: aut poſteà adeunt: & tunc legatum fuit acquiſitum peculio ſtatim cùm ceſſit dies eius: ſicut cùm legatur cuilibet hæreditario ſeruo qui quærit ſtatim hæreditati, & hęreditas poſt eà hæredi cũ adit: vt & de lega. ij. cũ debitor. in fi. & inſtit. de ſtip. ſer. in princ. nam & peculiũ eſt hęreditas cũ adeunt inſtituti: vt ꝭ. de ſtipu. ſer. ſi cõmunis. & retro fingitur fuiſſe: vt ꝭ. de acquirẽ. rer. do. l. in eo. aut non adeunt: & tunc ſeruus non quærit peculio, nec peculium domino: ſed recta via per ſeruum domino quæritur ex die omiſsi teſtamẽti verè: vt hîc. retro fictitie: vt j. hęreditate. §. pater. ibi, quid ergo &c. niſi dicas ſic, ius patris hodie non conſyderatur, quod eſt conſyderandum. Eſt aũt ius patris vt omnia retro ſua fuiſſe videantur: vt ſuprà, proponebatur. in fi. j. reſpon. & ſi eſt ſeruus legatarius: ergo directo per eũ debet quæri: qa ſic fieret per ſeruum peculiarem peculij profectitij: non autem per obliquum. & idem dic de alijs acquiſitionibus quæ per eum fierent quod eſt in legato dictum vt ſuprà, proxi. Ipſum autẽ peculiũ cuius interim ſit, habes. j. eo. hæreditate. §. pater. ibi, quid ergo &c.

i ¶ Hæreditatis[i].] q. d. hæreditas videtur acqſita à die captiuitatis: & per conſequens videbatur extunc hæredi quæſitũ. ſi tamen hæres ſcriptus eam noluerit, extunc patri quæſitam crederem. M. F.

[i] alſa gl. nõ reperitur in antiquis libris.

Pater.] CASVS. Pater filio ſuo militi reuerſo de militia donauit aliqua. hæc non fiunt caſtrenſis peculij: ſed profectitij perinde ac ſi filius nunquàm militaſſet. Item ſi pater filio militi ſtipulanti promittat aliqua: ſi quidem ex cauſa caſtrenſis peculij: tenet ſtipulatio. ſi ex alia cauſa, non tenet ſtipulatio. idem econtra ſcilicet, ſi pater ſtipulatur à filio. Item ſi ſeruus caſtrenſis peculij filij ſtipuletur aliqua ab extraneo vel per traditionem aliquid acquirat: ad filium hoc quæritur non diſtincto ex qua cauſa ſtipuletur, ſcilicet ex caſtrenſi vel alia quacunque: licet ſecus eſſet in ipſo filio per ſe acquirente. ſuſtinet enim filius miles ius ſeruorum. nam ſi ex cauſa caſtrẽſi quærit, ſibi acquirit. ſi autem ex alia cauſa quærit, ſecus. ſed ſi ſeruus caſtrenſis peculij filij aliquid ſtipuletur à patre militis, vel ex alia cauſa aliquid quærat: acquiritur hoc filio perinde ac ſi ab extraneo ſeruus acquiſiſſet. Vltimò dicit. pater habebat vſumfru. in ſeruo. filius eius miles ex caſtrenſi pecu. habebat proprietatem. pater vſumfru. amiſit. dicitur quòd filio acquiritur: & ſic filius habet plenam proprietatem in ſeruo. Fran. Accurſius.

k ¶ Peculij.] ſcilicet profectitij: vt C. de bo. quæ libe. cum oportet. §. j.

l ¶ Spondeat.] ſcilicet pater.

m ¶ Seruabitur.] vt inſtit. de inuti. ſtipula. §. item. & §. ei qui. & ꝭ. de verb. obli. l. dominus ſeruum. Et dic idem in quaſi caſtrenſi: vt ꝭ. de col. bo. l. j. §. nec caſtrenſe. & facit ꝭ. de iudi. l. lis. & de in ius vocan. adoptiuum. & C. de bo. quæ libe. cum oportet. §. exceptis.

n ¶ Ab extero.] id eſt extraneo. Accur.

o ¶ Cauſarum.] id eſt ex cauſa caſtrenſi, vel alia quacunq;. Accur.

p ¶ Patris.] quo ad caſtrenſe vel quaſi: vt ꝭ. ad mace. l. ij.

q ¶ Filijfamiliàs.] quo ad omnia alia aliunde patri quærat, ex caſtrenſi vel quaſi ſibi.

r ¶ Peculij.] ſcilicet ſuſtinet duplex ius.

s ¶ Patri.] ſcilicet filij. vel in cuius peculio caſtrenſi eſt ſeruus qui ſtipulatur. & ad hoc j. eo. hæreditate. ij. reſpõ. Accurſius.

t ¶ Promiſiſſet.] ſcilicet pater. aliàs exter⁹, ſcilicet promiſiſſet ſeruo prædicto.

v ¶ Per eum.] ſcilicet ſeruum caſtrenſem.

x ¶ Filius.] j. eo. ex caſtrenſi. §. ſeruos.

Dotem.] CASVS. Dos data filiofamil. militi non eſt caſtrenſis peculij: ſecus ſi vxor eius inſtituit eum hæredem affectione militiæ, & hãc hæreditatem adiuit hic filiusfamil. miles. caſtrẽſis peculij dicitur hæreditas. & quare ſecus in dote, redditur ratio in litera. Secundò dicit. frater patruelis militãs in vna prouincia inſtituit ſibi hæredem fratrem ſuum patruelẽ militantem in alia prouincia: qui inſtitutus hanc hæreditatem adiuit. dicitur ꝙ non videtur ex cauſa caſtrenſi quæſitum, imò ratione ſanguinis. Fran. Accur.

y ¶ Temporibus.] placuit, quod eſt j. vt ꝭ. l. diuus. Et dic cõtrà: vt C. eo. l. j. Et ſol. vt d. l. diuus.

z ¶ Confertur.] à filia fratribus, & fratrum filijs: vt ꝭ. de col. do. l. j. §. j. & §. filiam. quod ergo dicit onus. ſ. matrimonij. Item quod dicit communibus. ſ. patri & matri mulieris. Et quod dicit aui: ideo dicit, quia aliqui erant filij filiorum quibus & à quibus cõfertur: vt C. de col. l. maritus. & ſecundùm hoc verbum confertur, diuerſimodè ponitur. ſic ꝭ. de offi. proconſ. l. ij. Alij dicunt cõfertur à filio & hoc cũ deceſsit vxor viuente patre: vt ꝭ. pro ſoc. actione. §. fi. & l. ſeq. quia cùm ſubijciantur eius oneri, quia tenentur ad reddendum: & lucrũ eius participare debent cum iſto filio. ſecus autem ſi nõ prędeceſsiſſet vxor: quia nõ cõferret hic filius: vt C. fa. ercif. l. ij. & ꝭ. fa. er. ſi filia. §. j. & l. ſi maritus. & hoc ſi non lucretur vir. Si autem lucretur: quid tunc? Reſpõ. nec tunc confert. tu dic ꝙ hic non dicit de tali collatione: ſed dic confertur. i. ad vſum datur vel ſubijcitur vt cætera profectitia vel aduentitia etiam hodie quantum ad vſumfruc.

a ¶ Patruelis.] vt inſtit. de gradi. §. iiij.

b ¶ Militauit.] aliàs ſecus: vt C. eo. cùm allegas. & ꝭ. eod. ſi forte. & l.

miles.cum concor.

a ¶ Meritum.] ideo sic dictum.quia plerunque merenti relinquitur:vt supra.pro soc.l.nec adiecit.

Pater qui castrense.] CASVS. Filiofamiliâs milite mortuo ab intestato apud patrem remanet peculium castrense:& debita filij debebit intra annū vtilem soluere inquantum patitur peculium. si autem successit pater 10 filio ex testamēto: tūc perpetuo tenetur ad debita filij. Si autē pater institutus à filio omittat ex testamēto succedere, & velut peculium occupat bona filij: tanquàm legitimus hæres id est, sicut si adijsset, tenetur perpetuo ad debi 20 ta filij soluenda inquā tum patitur peculium, id est, non deducta Falci.Si autem filiusfa.miles postquàm per annū desierat militare, fecit testamentum iure communi in quo instituerat patrem, & reliquit legata:debebit pater ea sol 30 uere retēta quarta ratione Falci.si aūt pater omisit hæc bona accipere ex testamento,cùm non essent hæc bona soluendo creditoribus,& ea occupat vt peculium:nihil dolo fecit, & tenetur intra annum soluere debita.Fran.

tiæ causa, meritum[a] hæreditatis accipiendæ præbuerat.

[l] dem. LEX XVII.

Pater qui castrēse peculiū intestati filij retinebit : æs alienum intra modum[b] eius & annū vtilem[c] iure prætorio soluere cogitur. Idem si testamento[d] scriptus hæres extiterit:perpetuo ciuiliter vt hæres conuenietur.

¶ *Si filiusfamiliâs facit testamentum iure militari patre instituto : & pater omittit hæreditatem ex causa institutionis, peculiumq; filij possidet : ipse tenebitur ad legata præstanda non deducta Falcidia. si autem fecerit filius testamentū non iure militari:tunc pater potest detrahere Falcidiam.cætera uide in glos.*

¶ Pater à filio milite,vel qui militauerat[e],hæres institutus,testamēti causam omisit, & castrense peculium possedit.legitimi hæredis[f] exemplo cogetur ad finem peculij[g] perpetuo[h] legata prēstare.Qđ si filius post annū quā militare desierat,iure cōmuni testamēto facto vita decesserit:ratiōe Falcidię retinebitur[i] quarta. Cæterùm si testamēti causam pater omisit,cū peculiū creditoribus soluēdo non esset : nil dolo videbitur fecisse,quis tēporis incurrat cōpendiū[k].

Martianus. LEX XVIII.

EX castrensi peculio seruus[l] à patre hæres institui non potest[m]:& filiū necessarium[n] hæredem patri facit.Et in summa, eius rei[o] actus † patris,qui ad prēsens[p]

b ¶ Intra modum.] id est,quatenus patitur peculium detracta fortè Falcidia.

c ¶ Vtilem.] quasi nunquam fuerit castrense: vt ꝭ.l.ij.cum concord.& l.proponebatur.& de fal.filius.

d ¶ Testamento.] No.hanc distinctionem quam fecit hæc l.sed an vi 40 uo filio qui habet tale peculium,teneatur pater de pecu.occasione talis peculij? Respon. nō:vt j.ex castrensi §.fi.nam nec agit:vt ꝭ.miles.§.j.& l.ex nota.& vt paterfa.habeatur:vt ꝭ.ad Mace.l.ij.idem in aduentitio hodie.nam non vt de eo peculio, sed vt legitimus administrator conuenitur pater. Sed an nihilominus de peculio profectitio? Respon. sic.vt ergo olim in castrensi non poterat agi de peculio, ita nec hodie pro aduen.Item vnde nascitur hic de peculio,de qua hic dicit? Respon. ex contractu facto dudum:sed demū filio mortuo:vt & aliâs.C.de re. permu.l.ex placito cùm enim filius nō testetur:retro creditur profectitium fuisse,non castrense:vt ꝭ.l.ij.& l.proponebatur . in fi.j.respō.Sed 50 quomodo cū succedat accessoriū principali,non extinguitur obligatio peculij:vt suprà,de fideius.hæres à debitore.§. quòd si idem ? Respon.nullo tempore concurrunt duæ in persona patris . nam viuo filio tantum filius tenetur : eo mortuo tantum pater:filij verò obligationis reliquiæ nullæ remanent: vt suprà,de fideiuss.l.qui contrà . nec ob.quòd hic in castrensi loquitur : quia fingitur non castrense, cum intestatus decedat. si autem prima duraret : tolleretur secunda scilicet,de peculio si esset nata:vt d.l.hæres.Item impediretur nasci si prima duraret : vt j.proxi.respon. Item quomodo durat accessorium principali extincto? Respon.de æquitate præto. Item quomodo datur 60 restitutio patri de peculio cōuento hoc primo casu:vt ꝭ.de mino.l.iij. §.Pomponius.cùm alibi dicitur patrem de peculio conuētum non restitui:vt e.l.§.sed vtrum? Respon.hic loco principalis successit:vnde eius natura vti debet:vt ꝭ.si quis cau.si eum.§. qui iniur.sed in §. sed vtrū. non:quia viuente filio conueniebatur. Item hoc.j.respon.hodie corrigitur cū pater habet vt hæres:vt in authen.de hære.ab intest.§. si igitur defunctus.vnde perpetuo tenetur vt hæres:vt ij. respon.huius.l.in aduentitio autē cum in eo quo ad proprietatem habeat hodie hæredē: vt d.authē.vnde perpetuo tenetur hæres filij vt hęres:vt hic,& act.de pecu.annali:vt hic.sed accessoria hoc casu tollitur:vt d.l.hæres à de.Et 70 poterit secundū Io.restitui pater hęres vt hæres,si ille fuerat minor: & sic potest intelligi.§.Pōponius.in prin.Si autē loquaris de profectitio,vel etiam de aduentitio iure veteri,secundum quod omnia habent naturam profectitiam:vt insti.per quas perso.nob.acquir.§.j.ibi tenetur pater act.de pecul.annali post mortem filij:vt ꝭ.quando act.de pecul.est anna.l.ij.§.j.& ei potest accedere fideiussor : vt ꝭ.de fideiuss.hæres.§.seruo. & si eo conuenitur pater,non restituitur:vt d.§. sed vtrū. sed de obligationibus filij nullæ remanēt reliquiæ:vt ꝭ.ad Mace.l.creditorē.& ideò eius nomine non accedit fideiussor:vt ibidem. non ergo pro læsione filij videtur posse restitui:cū nec conuenitur ex eius perso- 80 na:sicuti nec ex persona serui:vt d.l.deniq;.§.si.& l.se.Econtra videtur q sic possit restitui pater,tali ratione:quia castrense pecul.reputatur vt profectitium filio intestato:vt ꝭ.proponebatur.ij.respon.& sic intelligimus.§.Pomponius.in prin.& pro hoc q quilibet successor restituitur:vt ꝭ.de in integ.resti.l.non solum.Sed dices q ibi.f.in lege proponebatur,dum contraxit,libere poterat contrahere. & illa quæ erat contra filium,alteratur eo mortuo.& sic de peculio:vt ꝭ.de iudi.l.tam ex cōtractibus.quod hic nō fit,sed prius fit de pecul.vnde non videtur q posset pater restitui:sed hodie cū habeat hæredem,nō dico in profectitio:quia id pater potest etiā viuente filio dare cui vult:vt C.de bo. quæ lib.cū oportet.in princi.& sic multò magis eo mortuo:sed in alijs suis bonis tenebitur hæres etiam ex contractibus huius peculij profectitij.& secundum hoc potest intelligi dictus.§.Pomponius.

e ¶ Qui militauerat.] sic est veteranus: qui & ipse testatur : sed tamen tunc iure cōmuni:vt instit.de mi.test. §.j.nec expugnat querela:vt C.de inoffi.test. l.fi.in fi.

f ¶ Hæredis.] i. sicut quasi adijsset, perpetuo teneretur hæres : vt ꝭ. proxi. respō.esset enim tunc legitimus : vt j. de verbo.signi.l. legitime. 20 sic & hic tenetur perpetuo:quia est hæres in terpretatione prætoris ex edicto.ꝭ. si qs omis. cau.testa. l.j. & ad idē ꝭ.de testa.mili.l.si certa rū.§.si pater.Vel dic, si adiuit perpetuo : sed si nō ex testamento:tunc de pecu.intra annū : vt 30 ꝭ.in.j.respon.l.Falcidiā autē nō deducit, vt hîc no.quia non adiuit:vt ꝭ.si quis omis.cau.testa.l.duo.§.fin.sed quia militis testamentum,si in militia est factum : aliâs non : vt C.de testa. mili.in testamento.& l.ne diu.& j.proxi.respon.

† aliâs,eius rei actus.

g ¶ Peculij.] id est non detracta Falci.nec vltra vires peculij seu hæreditatis tenetur:vt ꝭ.ad Trebel.l.j.§.denique.

h ¶ Perpetuo.] hoc si intra annum filius miles decedit. si autem post annum:tunc locum habet infra.§.cęterum.

i ¶ Retinebitur.] à patre hærede existente : vt suprà ad le. falci.l. si 40 miles testamento.

k ¶ Compendium.] quia non tenetur nisi intra annum:vt ꝭ. in princ. l.sed si adijsset,teneretur perpetuo:vt ibi.& facit ꝭ.de lega.j.l.filio pater.& de inoffi.testa.Papinianus.§.quarta.& de leg.ij.cum pater.§.Titio.Et no.q dictio cōpēdium,pōt esse accusatiui & nominatiui casus.

EX castrēsi.] CASVS. Si pater instituat sibi hæredē seruū castrēsis peculij filij sui militis:nō tenet statim institutio.s. q ille sit liber & hæres.sed si filius prædecessit antequā pater, tenet institutio,& erit seruus liber & hæres.si autē pater primò prædecessit : fit filius per se necessarius hæres patri.& vt breuiter de hoc dicā:actus pa- 50 tris facti circa res castrensis peculij filij,si statim præstant aliena. rei castrensis peculij filij:vt quia pater vendat vel donet alicui rē castrensis peculij filij:nō valent.si autē nō statim præstant præiudiciū filio,& tūc pēdent,vt quia rē castrēsis peculij filij pater vēdat sub condi.nam si condi.veniente filius fit præmortuus,valet quod pater fecerat:aliâs nō.hinc est q pater nō potest prouocare ad diuisionē sociū filij sui militis:& alienatio ob hoc facta nō tenet.Itē nec socius filijfa.militis potest prouocare patrē militis ad diuisionē rerū quas habet cōmunes cū filio eius:sicut nec cui bonis esset interdictum.Itē patri filijfa.militis si remittatur vsusfru.quē habet aliquis in seruo filij,vel in agro filij,vel 60 seruitus remittatur: acquiritur per patrē filio liberatio sicut & per eū cui esset bonis interdictū.nō aūt potest pater imponere.Itē si filiusfa.miles in peculio castrensi rē alienā habebat:an ipse filius an eius pater debeat respōdere in rei vendi.quæ mouetur à domino rei pro ista re? & dicitur q filius debet se defendere.Itē nec pater cōueniri pōt de peculio occasione debiti castrensis à filio cōtracti.& si pater velit defendere filium,pōt:dum tamē insolidū defendat & hoc permittat. Itē nomine prædicti talis filij nō potest agere pater actionibus filio competentibus nisi satisdet de rato.Fran.Accur.

l ¶ Seruus.] peculij castrēsis institutus à patre nō fit hæres & liber in 70 distinctè:sed facit filiū necessariū hæredē aliqñ . nā si superuiuit filius,fit necessarius per seruū. si pater superuiuat:erit hæres & liber: & sic ex postfacto considerabit vtiet actus patris,vel nō:quia cōsyderabitur quis superuiuat.At in his in quibus actus patris statim recipiūt effectū:in rebus castrēsibus indistinctè statim vitiantur.& hoc probat itaq; &c.& facit ꝭ.proponebat.§.deniq;.& §.vnde Marcellus.& §.idē referendum.& j.e.hæreditate.§.pater.dic ergo,ex causa &c.

m ¶ Non potest.] vt statim fit hæres & liber:qa actus patris pendet.

n ¶ Necessarium.] aliqñ.s.si pater præmoritur.nam aut iubet,& erit per eū hæres.aut nō.& erit per se necessarius. Et not.secundum hoc q 80 aliquis erit necessarius filio qui nō poterat esse necessarius instituenti.& sic est cōtrà.ꝭ.de acqui.hęre.qui in aliena.§.interdum.in fi.§.Sol. ibi loquitur de prorsus extraneo,quem post mortē patris filius arrogauit:qui siue præmoritur filius siue superuiuit,nō potest esse necessarius instituenti.hic autem potest esse aliquo casu.s.si filius præmoriatur.

o ¶ Eius rei.] aliâs est rei.& est plana.& aliâs est res,id est effectus. & dictio actus secundum hoc est genitiui casus.Accur.

p ¶ Ad præsens.] aliâs ad præsens.aliâs apprehēsus actus &c.vt quia vendidit

vendidit vel donauit pater rem peculij castrensis: vel etiam prouocat socium filij ad diuisionem:vt ꝭ.subijcit,itaq; &c.

a ¶ Solent.] parere seu præstare liberationem vel alienationem rei peculiaris:vt vendere sub conditione, vel legare:vt ꝭ. proponebatur.§. idem.& de lega.j.seruum.in princi.& in nostro casu.

alienationē alicui⁹ iuris de castrē si peculio præstant,impediūtur.ij verò,qui non statim quidem, sed posteà efficere solēt[a]:eo tempore animaduertētur,quo habere effectum consueuerunt:vt si sit filiusfa[b]. cui auferatur[c], nihil agatur si antè decesserit[d], actus patris non impediatur. Itaque negabimus patrem filio saluo[e] cōmuni diuidundo agentē, proprietatem alienaturum[f]. exemplo dotalis[g] prædij.Sed nec si socius vltro cum eo agat,quicquā agetur: veluti[h] si cum eo agatur cui bonis interdictum[i] est. ¶Seruos ex eo peculio, vsufructu[k], item prædia tam vsufructu quā cæteris seruitutibus pater liberare poterit. sed & seruitutes ijsdem acquirere potest.id enim & eū cui bonis interdictū est,verū est cōsequi posse[l]. neque autem seruis ex eo peculio neque prædijs vsumfructū vel seruitutem imponere pater potest[m]. ¶Si quādo ex eo peculio filiusfa. rē alienā bona fide tenebit:an pater eius in rē,vel ad exhibendum actionē pati debeat,vt cæterorum filiorū nomine[n],quæritur. Sed verius est cū hoc peculiū à patris bonis separetur[o],defensionis necessitatē patri nō imponendā.Sed nec cogendus est pater propter æs alienū,quod filius peculij nomine qđ in castris acquisiuit, cōtraxisse[p] dicetur,de peculio[q] actionē pati. Et si spontè patiatur, vt quilibet defensor,satisdato,filiū insolidū[r], non peculio tenus defendere debeat. sed & eius filij nomine non aliter mouere actiões potest,quā si satis dederit eum ratam rem habiturum[s].

¶ *Si agnatus alicuius ante militiam instituit agnatum militem hæredem: non efficitur hæreditas castrensis peculij. si autem post militiam instituat:tunc secus.in seruo castrensis peculij non distinguitur,quia semper quærit peculio.hoc dicit* Tryph.lib.9.dispu. LEX XIX.

HÆreditate ab agnato cōmilitone data, Scæuola noster dubitabat:quia potuit & ante notus,& amicus dare, potuit & non dare, nisi commilitium charitatem auxisset. Nobis ita videtur, si ante commilitium[t] factum sit testamentum,non esse peculij castrensis eam hæreditatem. si posteà,contrà.Sed si seruus peculij castrensis[v] à quocunque sit hæres scriptus, iussu militis adire debebit hæreditatem:eaque fiet bonorum castrensis peculij.

¶ *Miles potest pro parte testatus & pro parte intestatus decedere: sed paganus nequaquàm. hoc dicit.*

¶ Filiusfamiliàs paganus[x] de castrensi peculio fecit testamentum: & dum ignorat patri se suum hæredem extitisse, decessit. Non potest videri pro castrensibus bonis testatus, pro paternis intestatus decessisse : quāuis id in milite etiā nunc rescriptum sit:quia miles ab initio[y] pro parte testatus, & pro parte intestatus poterat mori: quod ius iste[z] non habuit[a] : non magis quàm si sine obseruatione legum faceret testamentum[b]. Necessariò ergo castrensis peculij hæres scriptus vniuersa bona habebit[c],perinde ac si pauperrimus[d] facto testamento decessisset,ignorans se locupletatū per seruos alio loco agentes.

¶ *Hunc.§.diuide in tres partes usque ad finem tituli.Primò quando pater manumisit in testamento seruum filij:& filius intestatus decessit. Secundò quando instituit extraneum qui non adiuit. Tertiò quando pater fuit institutus.Secunda ibi, Non tamen si ut hæres.Tertia in l.fin.quæ continuatur cum ista.Barto.*

¶ Pater peculij castrensis filij seruum testamento liberum esse iussit. intestato defuncto[e] filiofamilias ab intestato. deinde pater decessit. quæritur an libertas seruo competat?

b ¶ Si sit filiusfamiliàs.] id est superstit:qa præmoritur pater.

c ¶ Auferatur.] fallit in libertate: vt ꝭ.eo.l. hæreditate.§.pater.ibi, non tamen &c. in fine legis.

d ¶ Decesserit.] scilicet filius. sic ergo pendet,& ex postfacto apparet.ad quod ꝭ. de testa.tu.l.si hæreditas.§. ij.& de leg.j. seruum.§. fi.in prin.

e ¶ Saluo.] id est viuo.

f ¶ Alienaturū.] aliàs alienare . per diuisionē enim ꝑuenitur ad alienationem:vt C.de præ. mi.l.inter.

g ¶ Dotalis.] vt C. de fundo do.l.ij.

h ¶ Veluti.] id est sicut.

i ¶ Interdictum.] vt ꝭ.de verbo.oblig.l.is cui.Accur.

k ¶ Vsufructu.] sibi patri debito : vt ꝭ.eod.pater.§.fina.

l ¶ Posse.] quia acquirere potest:vt d.l.is cui.

m ¶ Potest.] sed promittere quòd cōstituet,bene potest:quia pēdet: vt suprà,proxi.

n ¶ Filiorum nomine.] vt suprà, de pecu. l.depositi.

o ¶ Separetur.] ꝭ.de separa.l.j.§.si filij.

p ¶ Contraxisse.] aliàs concessisse , id est promisisse.

q ¶ De peculio.] vel de eo peculio vel alio: vt not. ꝭ.l.proxi. hoc filio viuo : sed eo mortuo sic: vt ꝭ.l. proxi.in prin.

r ¶ Insolidum.] ꝭ. de procura.seruum. §. penul.& si.& insti.de satis.§.penul. & ꝭ. qui satisda.cog.l.si filius.

s ¶ Habiturum.] ꝭ. de nego.gest.l.in autem.

HAereditate.] CASVS. Filiusfamiliàs miles est institutus hæres ab agnato suo cōmilitone.quæritur an hæc hæreditas sit castrensis peculij.an non. & distinguitur an ille agnatus fecit testamentum ante militiam: & tunc ex causa parentelæ non causa militię videtur istum instituisse.an verò post militiam cœptam fecit testamentum:& tunc ex castrensi causa videtur acquisita hæreditas. si autem seruus peculij castrensis filijfami.militis instituatur hæres ab aliquo(& quicunque instituit,non est vis) & iussu domini adiuit hæreditatem:hæc hæreditas castrensis peculij dicitur. Secundò dicit. filiusfamiliàs quondam miles,nunc veteranus fecit testamentum in castrensi peculio,ignorans patrem suum decessisse.decessit & hic filius. quæritur an videatur pro parte testatus,& pro parte intestatus decessisse? & certè si esset miles,hoc potuisset fecisse . sed quia veteranus est, hoc non potuit facere:sicut nec pręter solennitatem iuris testari potuit.dicendum est ergo, ꝙ hæres institutus in castrensibus, omnia habebat: & sic bona patris testatoris:sicut cùm quis se pauperem credens instituit quendam hęredem, & in veritate diues erat lucratus multa per seruos suos.nam omnia habebit hæres. ¶ Pater peculij.] Pater in testamento suo seruum castrensis peculij liberum esse iussit.posteà decessit filius ab intestato. deinde pater decessit . quæritur an libertas seruo competat?Et videtur ꝙ nō. nam dominium eiusdem rei apud duos insolidum esse non potest.filius enim si viueret,posset manumittere,cum sit dominus eius.ergo pater eius non potuit hoc facere. Item si filius in testamento reliquisset libertatem seruo suo,sicut & pater eius reliquerat:præualeret libertas à filio relicta. sed certè prædicta vidētur vera, scilicet quòd non fit liber ex testamento patris tūc quādo filius vtitur iure sibi concesso.i. testatur & relinquit libertatem seruo: vt tūc non valeat quod pater fecit. si autem filius ab intestato decedit, & sic non vtitur iure suo: videtur quasi iure postliminij patrem antiquo iure habere peculium, & retro dominium peculij habuisse:& sic manumissionem ab eo factam prædicto modo tenere. secus si vindicta manumitteret . Sed qd si filius decessisset testatus, & non sit eius hæreditas adita?non sic dicas continuatum dominium peculij de filio ad patrem sicut si intestatus decessisset filius : & sic medio tempore , id est deliberantibus scriptis hæredibus dominium peculij non sit patris: sed in pendenti. si autem diceres dominiū esse interim patris: si scripti hęredes à filio adirent,transiret dominium peculij à patre ad hæredes filij:quod esset absurdum.dicamus ergo interim dominiū peculij esse in pendenti:vt si hæredes scripti à filio nō adeant,patris dicatur retro fuisse dominium peculij.si adeant, sit secus.& sic dicas esse in pēdenti dominiū peculij. Quid si seruo peculiari aliquid ab extraneo legatur,ex cuius testamēto pater nihil possit capere:an per hunc seruum quæret : cùm ad hæredes filij pertineret si adirent ?,Facilior tamen responsio est cū ab intestato decessisset filius . dicamus ergo in vtroq; casu libertatem à patre relictam seruo peculiari filij tenere . multò magis tenebit libertas si ponas filiū testasse, & patrē suū hæredem instituisse:vt libertas quā primò pater reliquerat seruo filij, teneat quasi ab initio fuerit serui,& secus sit in eo qui seruum alienum manumittit:deinde posteà effectus est dominus huius serui.nā nō confirmatur libertas.& hoc dicit hic.§.cum.l.sequenti.Fran.Accur.

t ¶ Ante commilitium.] id est commilitionem[a]. aliàs commilitium.

v ¶ Castrensis.] hoc fine distinctione.Io.contrà:nam distinguit: vt ꝭ.l. miles.& l.si fortè.& l.castrēse.& l.dotē.§.fi. & C.e.l.j.& l. cū allegas.

x ¶ Paganus.] id est veteranus:quia desijt militare:vt ibi dicitur.

y ¶ Ab initio.] sub.etiam:vt instit.de hære.ab intesta.§.hęreditas. & not.ꝭ.de testa.mili.l.vj.& l.si duobus.

z ¶ Iste.] scilicet veteranus.

a ¶ Non habuit.] scilicet priuilegium.

b ¶ Testamentum.] vt & ꝭ.eo.l.pater.§.j.

c ¶ Habebit.] ad hoc ꝭ.de hære.insti.l.j.§.si ex fundo.

d ¶ Pauperrimus.] quo ad opinionem.

e ¶ Defuncto filiofamiliàs.] scilicet posteà.

a Imò verò commilitium est societas militaris & contubernalis amicitia Budæus in annot po steri.hic & Alciat. lib. dispunc.iiij. ca.xvij.

liàs, mox patre, quæritur an libertas seruo competat[a] .occurrebat[b] enim non potuisse dominiũ apud duos pro solido[c] esse. Denique filium posse manumittere talis peculij seruum, Adrianus constituit[d] . Et si testamento[e] tam filij quàm patris idem seruus accepisset libertatem: & vtrique pariter decessissent: nõ dubitaretur ex testamento filij liberum eum esse[f]. Sed & in superiori casu pro libertate à patre data illa dici possunt[g] nunquid quoad vtatur iure concesso filius in castrensi peculio, eo usque[h] ius patris cessauerit: quod si intestatus decesserit filius, postliminij cuiusdam similitudine pater antiquo iure habeat peculiũ retroque videatur habuisse rerũ dominia[i] : non tamen si vt hæres viuo filio vindictam[k] seruo imposuit, dicatur cum post mortem intestati filij ex illa manumissione liberum factum esse. ¶ Quid autẽ si testamentum fecerit filius, & nõ sit eius adita hæreditas ? Non tam facilè[l] est dicere continuatum patri post mortem filij rerum peculij dominium : cùm medium[m] tempus quo deliberabant instituti hæredes, imaginem successiõis[n] præstiterit. alioquin[o] & si adita sit ab instituto filij hæreditas, dicetur à patre ad eum[p] transisse proprietatem : quod absurdũ est: nisi in pendenti[q] , vt in alijs[r] , & in hac specie habeamus dominia: vt ex postfacto retro fuisse aut nõ fuisse patris credamus[s]. secundũ quod[t] difficilè erit expedire, si dũ deliberat hæres[v] , dies cesserit legati seruo istius peculij dati[x] in testamento[y] eius ex quo pater nihil capere potuisset : an id ad ipsum[z] pertineat[a] , cùm vtique ad hæredẽ filij pertineret. facilior tamen de libertate serui deliberatio est in specie in qua intestatus filius decessisse proponitur. Non est ergo ratio respondendi[b] competere libertatem eo tempore datam, quo non fuit in dominio patris[c] : fauorabilem tamen sententiam contrariam vtroque casu[d] non negamus.

Paulus. LEX XX.

SEd si ponas filium testamentum fecisse, & patrem hæredem instituisse: cùm vtique pater testamento suo[e] seruo filij libertatem dedisset[f] , qui ad eum ex testamento filij pertinere cœperit: videndum est nunquid ei com parari debeat, qui cùm manumitteretur, alienus erat, deinde posteà acquisitus[g] est. Sed fauorabilius est libertatem à patre relictã admittere[h] , & ab initio patris eũ esse videri, ex hoc quod posteà cõtingit, ostenditur.

TIT. XVIII. De priuilegiis veteranorum.

Arrius Menander. LEX I.

VEteranorum priuilegium inter cætera etiam in delictis habet prærogatiuam, vt separẽtur à cæteris in pœnis. Nec ad bestias itaque veteranus datur, nec fustibus[i] cęditur.

Vlpianus. LEX II.

HOnestè sacramento solutis data immunitas[k] , etiam in eis ciuitatibus apud quas incolæ sunt, valet[l] : nec labefactatur[m] , si quis eorum voluntate sua honorem aut munus susceperit. ¶ Vectigalia[n] & patrimoniorum onera

a ¶ Competat.] & respondeo sic de æquitate: sed de rigore non: vt in fine legis.
b ¶ Occurrebat.] id est, obstabat nobis volentibus fieri liberum, hoc quod subijcit: non posse &c. nam si tenet manumissio patris: ergo ipse dominus. Item si filij, ergo ipse: quia tantum dominus manumittit : vt C. de ijs, qui à nõ domino. si nõ proprietatem.
c ¶ Pro solido.] vt suprà de leg. ij. l. Mæuius. §. duorum. & s. cõmo. l. si vt certo. §. si duob⁹. & idem in possessione: vt ibidẽ. & s. de acquir. poss. l. iij. §. ex cõtrario.
d ¶ Constituit.] vt s. de iure pa. l. seruum. & s. co. diuus.
e ¶ Et si testamento.] mutat casum.
f ¶ Liberum esse.] quia siue dicas filiũ pręmortuum, siue post: idẽ est. Quis autem præsumat prior mori : dic vt suprà, de rebus dub. l. q duos. §. cũ in bello. & l. cum pubere. & l. si mulier.
g ¶ Dici possunt.] scilicet vt valeat hoc, nunquid &c.
h ¶ Eousque.] q. d. non vltra. Et dic cõcessos in alienando & manumittendo & testando: quæ omnia vt paterfamil. potest.
i ¶ Rerum dominia.] hæc allegatio est bona: vt s. e. proponebatur. & l. ex castrensi. & de lega. j. seruum. §. fi. & ar. s. de acquir. rer. do. seruus. §. fina.
k ¶ Vindictam.] id est libertatẽ per vindictã: quasi statim habeat effectum: vt s. ex castrensi. in prin. & s. q & à quib. si seruo. Sed ar. cõtrà suprà, de solu. l. qui res. §. rem autem. in fin. §. vbi prima alienatio cõfirmatur. Sed dic quòd ibi trahitur retro: vt videatur fuisse patris, nõ vt ex illa sol. facta olim liberet. Itẽ hoc de rigore: de æquitate immutatur: vt infrà, in fi. huius legis.
l ¶ Non tam facilè.] vt & quãdo decessit intestatus. Accur.
m ¶ Medium tẽpus.] pręstiterit: quod est. j.
n ¶ Successionis.] in hoc vt alius ab intestato non veniat: vt infrà, de reg. iur. l. quãdiu. item & ipse deliberans interim aliquid facit quã doq; vt suprà, de iure delibe. l. ait prætor. Accur.
o ¶ Alioquin.] id est si dicas medio tempore dominium esse patris, & si adita sit, scilicet posteà, puta anno inter mortem filij & aditionem.
p ¶ Ad eum.] scilicet filium. & sic ambulare.
q ¶ In pendenti.] aliàs nisi. & bene. aliàs si. & tunc dic, absurdum est si sic dicamus: dicimus tamen, quia non possumus aliud.
r ¶ In alijs.] suprà, de vsufru. sed & si. §. j. & de acquiren. rer. domi. seruus. §. fina.
s ¶ Credamus.] hoc est verum quòd sunt in pendenti. quod patet etiam suprà, eo. filiusfamiliàs. per totum. & l. proponebatur. & hoc propter spem quæ est de futuro. in veritate tamen patris sunt: vt suprà, de stipu. seruo. si seruus communis. in fi. j. respon. Sed eis adeuntibus fingitur non quæsitum: vt not. s. de vsufruc. sed & si quis. §. j.
t ¶ Secundum quod.] id est si dicimus esse in pendenti.
v ¶ Hæres.] à filio milite institutus.
x ¶ Dati.] id est relicti ab aliquo extraneo testante.
y ¶ In testamento eius.] scilicet extranei testantis.
z ¶ Ad ipsum.] scilicet patrem.
a ¶ Pertineat.] id est pertinere potest si adiret : quia est capax : nulli tamen interim acquireretur: vt suprà, eo. filius. §. fin. Alij dicunt quòd hic omisit solu. sed in fine legis soluitur. & dic quòd sic. Accur.
b ¶ Ratio respondendi.] scilicet stricta : vt in princi. §. ibi, occurrebat &c.
c ¶ Patris.] quod fuit tam in primo casu quã in §. non tamen.
d ¶ Vtroque casu.] tam in eo qui ponitur in prin. §. quã in eo qui ponitur in §. non tamẽ &c. & cum primo concor. s. proponebatur. §. denique. & suprà, de lega. j. seruum. cum suis concor. & suprà, de con di. instit. l. mulier. §. penul. & de op. le. l. si cũ. Ex quib⁹ collige, quod ab initio non valet, ex postfacto confirmatur. Sed argu. contra. s. qui & à quibus. l. si seruo. Alij dicunt in vtroque casu, scilicet libertatis primæ & legati, de quo dixit difficile expediri. sed si dicas valere id legatum: ius patris non consyderatur. Et sic est contrà. s. filiusfamiliàs. in fin. si enim ei legare non potest, nec eius seruo : vt de lega. ij. debitor. §. seruo. & de leg. j. si mihi & tibi. §. regula.
e SEd si ponas.] Testamento suo. scilicet patris.
f ¶ Dedisset.] id est reliquisset.
g ¶ Acquisitus est.] quo casu non valet : vt & suprà, qui & à quibus, si seruo.
h ¶ Admittere.] id est valere.

¶ DE PRIVILEGIIS VETERANORVM.

VEteranorũ.] CASVS. Veterani habent priuilegium etiam in delictis, vt non patiãtur pœnas quæ alijs cõueniunt, scilicet vt bestijs dentur, vel fustibus cędantur. Fran. Accursius.
i ¶ Nec fustibus.] vt j. eod. l. iij.

HOnestè.] CASVS. Veterano concessa immunitas tenet etiam in ea ciuitate, de qua est incola: nec perdunt priuilegium, licet spontè aliquod munus susceperint. Secundò dicit, quòd onera vectigalia & patrimonialia omnia debent sustinere. Fran. Accur.
k ¶ Immunitas.] in quibus sunt immunes, habes, C. eo. l. j. Accur.
l ¶ Valet.] ex differ. enim loca. &c. vt C. de tempo. in inte. resti. superuacuam. q. d. non solum vbi habet originem: vt C. de mu. & ori. l. j.
m ¶ Labefactatur.] quò minus ipsi & eorum liberi perseuerẽt immunes in alijs : vt C. de ijs qui spon. mu. sub. l. iij. & pro constanti ponas, quòd fuerat iam decurio. aliàs non daretur ei honor : vt infrà, de decur. honores. §. is qui. & posteà fuit veteranus. vnde accipiendo vnum honorem, in alio non præiudicat. secus si hodie postquàm est veteranus, patitur se fieri decurio: quia tunc omnibus renunciare videtur: vt in contrarijs. j. l. fina. in fin. & C. de ijs qui spon. mu. sub. l. iij. & j. de decurio. l. ij. §. fina. & de iur. immuni. l. j. & argu. j. titu. j. l. ij. Item facit C. de excu. tu. l. voluntaria. Sed argumen. contrà. s. ex quibus cau. maio. l. & qui data.
n ¶ Vectigalia.] contrà. C. de vete. l. j. ibi, neq; vectigalibus &c. Solu. vt ibi. Accursius.

Sustine-

a ¶ Sustinere.] vt C. de mu.pa.l.ij.& iij.& ſ.eo.l.viæ. & facit ſ. de mu. & hono.reſcripto.§.fin.& l.fin.§.patrimonium.ibi,ab his autem.

Veteranis.] *CASVS.* Idem honor debetur veteranis & filijs eorum,qui & decurionib⁹. igitur nec in opus publicũ, nec ad beſtias vel fuſtibus dabuntur. Fran. Accur.

b ¶ Veteranis & liberis.] vſque ad primum gradũ tantum: vt C. de quæ. 10 ſtio.l.diuo.Et not. aliquod priuilegiũ dari filijs,nõ tamẽ alijs hæredibus. ſic ſ.ſol.matri.l.maritum. & l.etiam. in princi.Item ſ.de excu.tut.l. dicimus.§. ſi pater.

c ¶ Igitur.] bene in 20 fert: vt ſ. de pœnis.l.moris. §.iſte. & §.liberos.

Viæ.] *CASVS.* Veterani non habẽt immunitatem viæ ſternendæ:nec à collectis,quę pro poſſeſſionibus præſtãtur. 30 Item & naues eorum poſſunt angariari.Fran.Accur.

d ¶ Viæ ſternendæ.] facit ad le.C. de curſu publi.l.nullus penitus.& C. de ſac. ſan. eccle. l. ad inſtructionem.& infrà, de vac.mune.l. 40 ſunt munera.

Veteranos.] *CASVS.* Veterani excuſantur à nauium fabrica. Item nec coguntur eſſe exactores tributorum.veterani autem qui paſſi ſũt ſe eligi decurio- 50 nes, coguntur ſuſcipere munera.Fr. Accur.

e ¶ Hoc eſt ne exactores.] Noluit incidere in cõtrariũ. ſ. de mu.& ho.l.ij. §.exactionem. quæ eſt contrà.

f ¶ In ordinem.] 60 decurionum. ad quod.C.de excu.tu. l. voluntarie. & C. de ijs qui ſpõte mu. l.ij. & ſ. de var.mu. l.penulti.§. fina. & de iur.immu.l.v. §.

g ¶ Legi.] id eſt eligi.

70 ¶ AD MVNICIPALEM, ET DE INCOLIS.

¶ *Continua ſic rubricam.Quatuor ſunt genera cognitionum, ſcilicet de re pecuniaria: aut de æſtimatione:aut de crimine capitali:aut de muneribus & honoribus: vt l.cognitionũ.in prin.ſ.de varijs & extraord.cog.& de primis tribus dictũ eſt ſ.ſequitur videre de quarta ſcilicet de mune.& hono.verum quia prædicta in- 80 dicuntur ciuibus & incolis:ideo præmittit ti.ad muni.& de incolis.B.*

† alias,ſoſſiano.

† Angaria. ti quid ſit, vide Rhodi.libr. lect. antiqua.x.c. viij.& Alci. in lib. Gel. xij.de præpoſi.ſac.cu. bic.l.hac no ſtrę.& Eraſmum in annot.ad xx. vij. Mat ca.

† aliàs,firmo.

† Subaudi inquit Budęus in annot. poſteriori.hic.legẽ vt Politianus pridem animaduertit.Aliàs autem, legitur ſic hæc rubrica.de municipibus,& de incolis. Qui autem dicatur municipes, pulchrè Gel.li. xvj. ca. xiij. noct. Attic. & Crinitus li.vij.ca. vj.

ſolennia oẽs ſuſtinere[a] oportet.

Martianus. LEX III.

Veteranis & liberis[b] veteranorum idem honor habetur, qui & decurionibus. igitur[c] nec in metallum damnabuntur,nec in opus publicum, vel ad beſtias, nec fuſtibus cædentur.

Vlpianus. LEX IIII.

Viæ ſternendæ[d] immunitatem veteranos nõ habere Iulio Goſiano † veterano reſcriptum eſt.nam nec à contributionibus quæ in poſſeſſionibus fiunt,veteranos eſſe excuſatos palàm eſt. Sed & naues eorũ angariari † poſſe Ælio Ruffino † & Antonino Claro veteranis reſcriptum eſt.

Paulus. LEX V.

Veteranos diuus Magnus Antoninus cum patre ſuo reſcripſit à nauium fabrica excuſari.Sed & ab exactione tributorum habent immunitatẽ:hoc eſt ne exactores[e] tributorum conſtituantur. Sed veterani qui paſſi ſunt ſe in ordinem[f] legi[g], muneribus fungi coguntur.

Digeſtorũ, ſeu Pandectarvm liber L. & XII. hvivs volvminis.



Titvl. I.

Ad municipalem †, & de incolis.

¶ *Primò ponit qualiter efficiantur municipes ipſo facto. Secundò qualiter fiant ex diſpoſitione ciuitatis. Tertiò quid importat nomen municipis largo modo & impropriè ſumendo. Quartò inducit prædicta ad determinationem unius quæſtionis. Quintò à determinatione prædicta ponit unam exceptionem,quam probat per reſcripta principum. Sextò circa prædicta ponit quorundam falſam opinionem quam reprobat. Secunda ibi, Et propriè. Tertia ibi, Sed nunc abuſiuè. Quarta ibi, Qui ex duobus. Quinta ibi, Niſi fortè. Sexta ibi, Quod beneficium. Bartol.*

Vnicipem.] *CASVS.* Primò dicit municipem fieri vno de tribus modis:& nominat eos. Secũdò dicit,qui propriè dicantur municipes. Tertiò,qui dicãtur municipes in larga ſignificatione. q ergo ex duobus Campanis natus eſt, Campanus dicitur, ſed ſi ex patre Campano, & ex matre alterius loci, Campanus eſt inſpecto patre:niſi priuilegium habeat materna origo : vt filij ſint eius ciuitatis ciues,vnde eſt mater: vt Ilienſibus cõceſſum eſt, item Delphis conceſſum fuit. Item Ponticis conceſſum fuit,vt qui ex matre Pontica naſcaẽ, & ex patre qui aliunde ſit: Ponticus dicatur filius hic. & hoc priuilegium intelligitur in veris filijs,id eſt in ijs qui naſcuntur ex legitimo matrimonio.nam in vulgo quęſitis filijs hoc idem ſeruatur, & ſine priuilegio 10 vt matrem ſequatur. licet quidam in vulgo quæſitis tãtum dicebãt priuilegium locum habere. ſed male dicebãt: quia ſuperfluũ eſſet priuilegium:vt dictum eſt. Fran.Accur.

Vlpianus. LEX I.

Vnicipem aut natiuitas[h] facit, aut manumiſſio[i], aut adoptio[k]. & propriè[l] quidem municipes appellãtur muneris participes,recepti in ciuitatẽ, vt munera nobiſcum facerent. ¶ Sed nũc abuſiuè municipes dicimus ſuos cuiuſq; ciuitatis ciues[m]: vtputa Campanos[n], Puteolanos. ¶ Qui ex duobus igiẽ Cãpanis parẽtibus natus eſt, Cãpanus eſt. Sed & ſi ex patre Campano,matre Puteolana:æquè municeps Campanus eſt:niſi fortè priuilegio[o] † aliquo materna origo cenſeatur.tũc enim maternæ originis erit municeps:vtputa Ilienſibus conceſſum eſt,vt qui matre Ilienſi eſt, ſit eorum municeps. Etiam Delphis hoc idem tributum & conſeruatum eſt. Celſus etiam refert Ponticis ex beneficio Pompeij Magni competere,vt qui Pontica matre natus eſſet, Ponticus eſſet. Quod beneficium ad vulgò quæſitos ſolos pertinere quidam putant: quorum ſententiam Celſus non probat[p] :neque enim debuiſſe caueri, vt vulgò quęſitus matris conditionem ſequeretur(quã enim aliam originem hic habet[q] ?)ſed ad eos qui ex diuerſarum ciuitatum parentibus[r] orirentur.

¶ *Pater uidetur conſentire nominationi filij ad munus, ſi præſens fuit , & non contradixit electioni: ideo pro filio obligatur. poſteà exponit quædam uerba : & ponit in quibus pater tenetur,& filius ſi minus idoneè magiſtratum geſſe-*

h ¶ Natiuitas.] ppria, vel paterna: vt ſ.eo.aſ- 20 ſumptio.ſ. reſpõ. & §. ſ. & ſ. de verbo.ſigni.l. municipes. & C.eo.l.iij.

i ¶ Manumiſſio.] vt eius originem ſequatur à quo fuit manumiſſus: vt ſ.eo.l.eius.non illius qui iuſsit manumitti : vt.C.eo.l.ij.

k ¶ Aut adoptio.] dũ 30 durat:vt ſ.eo.ſed ſi is. & hic retinet primam: vt infrà,eod.ordine.§. fina.

l ¶ Propriè.] inſpecta ſignificatione vocabuli.ſic ſ. de acqui.poſ.l.j. in prin.& ſecũdũ hoc q non ſubeunt munera,licet ſtent in municipio, 40 non ſunt tamen municipes:ſed large & illi ſunt municipes:vt ſ. p. xi.& no.hic ciuitatẽ dici municipiũ : vt hic, & ſ.de re.diui.l.antep.Itẽ dicitur ciuitas oppidũ: vt in prœmio dige.§. hoc autẽ.& §. illud autem.

50 m ¶ Ciues.] etiã qui munera non ſubeunt.

n ¶ Campanos.] eſt ergo ciuitas Campania,ſicut & Puteolanum. Sic ponitur ſ. quod metus cau.l.metũ.§. ſed quod prętor. Eſt & puinciæ & ſic etiam poſſet hic exponi:licet non ſic be- 60 ne.

o ¶ Priuilegio.] priuilegio ergo municeps fit vt hic,& C.de inco.l.pri uilegio.

p ¶ Nõ probat.] id eſt improbat. & ita minus dicit:& plus intelligit.

q ¶ Habet.] interrogatiuè.certè nullam: vt ſ. 70 eo.l.eius qui iuſtum.

r ¶ Parentibus.] ſ. legitimis . ſic ergo vulgo quæſitus matrẽ, legitimus patrem ſequitur : vt ſ.de ſta.ho.cum legitimè.Sed quid de legitimato per principem? Reſpon.patrem etiam ſequitur,vt adoptiuus: vt infrà,eo.l.ordine.in fi.Item not.hic quòd non debet aliquid ſic intelligi vt ſit ſuperuacuum, ſi aliquis intellectus ſanus poſsit ei dari. Item 80 not.& illud quòd ſuperuacuum eſt precibus impetrare,quod iure cõmuni conceditur &c.ad quod facit ſuprà,de cap.poſtliminium.§. fi.& ſuprà,de condi.inſti.l.verba hæc.& de vſur.l.ſi ſtipulatus.& de lega.j. ſiquãdo quis.& l.ſi creditori.& de Carbo.edic.l.quod Labeo. & de minori.in cauſæ.j.reſpon.& de verbo.obli.doli.& C.de iur.delib.l.j.& de theſau.l.j.& C.arbi.tute.cũ interdictæ.& de verb.obli.ſi ſtipulatus. & l.ſi dari.Sed arg.cõtrà,ſ.de au.& ar.le.pediculis.§.Labeo.& ſuprà, man.l.qui mutuam.Accurſius. *ADDITIO.* Dic ſecundum Bar.

† Arg. ſumptum per locum à ſpeciali,eſt validum in iure. concor. text.in c.pręſenti. ver.locatibi ſpecialiter.de prę ben.in.vj.

quòd hæc verba pñt ibi operari:vt no.§.pro soc.l.sed & si adijciatur.

QVoties.] C A S V S. Cùm filiusfamiliàs sit decurio patris voluntate:pro omnibus muneribus quæ filio vt decurioni iniunguntur,pater tenetur vt fideiussor filij.Secundò dicit,qualiter pater dicitur consentire decurionatui filij.& quicquid talis filius in republica gessit:pater tenetur vt fideiussor filij.& exponit, quando dicatur filius aliquid gerere 10 in republi. Sed quid si filio vt decurioni commissum est dare tutores pupillis,& eos non dat, vel minus idoneos dat, nec satis exegit? ipse quidē fili⁹ tenet. pr aūt tenet pro eo sicut fideiussor:sed fideiussor nō tenetur,cùm rem pupilli sal.fo. promittat. hoc 20 autem casu non interest reipublicæ dederit tutorem vel non:vel minus idoneū dederit : sic ergo nec pr tenetur hoc casu.¶ Is q.] Dic casum vt in glos. quæ incipit, aliquo &c.ibi,puta &c. Fran. Accursius.

a ¶ Quoties filiusfa- 30 milias.]aliud si emācipatus:vt C.de filijsfa. & quēadmo.l.j.& fac.j. de mu.l.j.& l.spōte.§.j.

b ¶ Vniuersis.]ergo tutelæ & curæ ratione cōsequentiæ : vt C. quod cum co.l.j.

c ¶ Quasi.] j.e. Lucius. 40 §.idem respon.hæredes. in fin. contrà. Sol. vt ibi.

Papinianus lib.1.Respons. **LEX III.**

CVratores communis officij diuisa pecunia, quam omnibus insolidum publicè dari placuit:periculo [b] vice mutua non liberantur.

Vlpianus [c] scribit. **LEX IIII.**

PRior tamen [d] exemplo tutorum conueniendus est is qui gessit.¶Prædiũ publicum in quinq; annos idonea cautione non exacta curator reipublicæ locauit.Cæteris annis [e] colonus si reliqua [f] traxerit, & de fructibus prædij mercedes seruari non potuerint [g]: successor [h],qui locauit, tenebitur. Idem in vectigalibus non ita pridem cõstitutum est, scilicet vt sui temporis [i] singuli [k] periculum præstarent.¶In eum [l] qui administrationis [m] tempore creditoribus [n] reipublicæ nouatione facta [o] pecuniã cauit : post depositum officium actionem denegari [p] non oportet. Diuersa est causa eius qui solui cõstituit.similis etenim videtur [q] ei qui publicè [r] vendidit aut locauit. ¶Filium pro patre curatore reipublicæ creato cauere cogi nõ oportet [s].nec mutat quòd in eum pater emancipatum priusquàm curator crearetur, certam partem bono-

a ¶Fides.] quæ est vt seruetur pactum : vt ff. de pact.l.j.in princi.Accursius.

CVratores.] CASVS. Quidam erant curatores alicuius officij communis:& eis omnibus in solidũ certa pecunia publica danda erat. data est cuiq; pars sua pecuniæ, & sic diuisim. dicitur ꝙ propter hoc non liberatur vnusqsq; ab oblig.insolidum. Vlpia. tamen dicit gerentẽ primò conueniendum ad similitudinem tutorum. Item si curator reipub. locauit prædium vsque ad quinquennium, non exacta idonea cautiõe, deinde cõductor remansit in conductione etiã post quinquennium : est factus debitor reipubl. quia approbare videtur dimittendo ei prædium. nõ idem in vectigalibus erat constitutum : imò quilibet curator ꝓ suo tempore tenetur. Item si curator reipu. animo nouandi promisit creditoribus reipu. dicitur quòd ex hoc liberatur res pu.& ipse tenetur ex officio:secus si cõstituat se soluturum. Item patre electo curatore reipu.filius eius non cogitur pro eo fideiubere etiam si prius esset emancipatus à patre. Item si fideiussor magistrat⁹ dedit pignora:tenentur pignora in eum casum, cùm solidum à magistratu seruari non possit.hoc dicit cum l.seq.Franciscus.

b ¶Periculo.]scilicet solidi.

c ¶Vlpianus.]scilicet dicit quod sequitur,vel quod præcedit.

d PRior tamen.]aliàs incipit lex.& fac.C.si tutor non ges.l.j.& ij. & C.de conue.fisc.de.l.iiij.& ff.de admini.tu.l.tutores.§.in eum. & C.quo quis ordi.con.l.j.& de admini.tu.l.fin.Sed argumen.contrà.ff. de cur.bono.dan.l.ij.§.fin.sed est ibi ratio,vt ibi dixi.Item facit quod not.ff.ad mu.l.Imperator.& facit ff.de admini.tuto.l.etiam.& j.l.vlti. §.penulti.

e ¶Cæteris annis.]vltra quinquennium.

f ¶Reliqua.]i.debitor fisco esse cœpit.

g ¶Non potuerint.]scilicet à colono.

h ¶Successor.] scilicet eius qui &c. id est alius curator. & dic tenebitur scilicet reipu.quia approbare videtur dimittendo ei prædium:vt ff. ad muni.Titio.§.j.sed duo quæro.primò si ante quinquennium finiuit suum officium curator qui locauit,cuius sit periculum extunc? Respõ. suum quo ad rempu.vt statim subijcit.non tamen amodò tenebitur:vt j.proxi.no.Item quid si durauit offi.vltra quinquennium, cuius est periculum eius temporis? Respon.huius locatoris.nam si efficitur periculum alterius per approbationem : multò magis remanet huius inoffic. durantis.

i ¶Sui temporis.] id est suæ locationis.amodò ergo innuit facturum idem.Sed quid differt locatio à vectigali? Respon.multum:quia altero casu transit dominium vtile vel effectus:altero non : vt ff.si ager vecti. per totum.

k ¶Singuli.]curatores reipub.

l ¶In eum.]potestatem vel alium officialem.

m ¶Administrationis.]scilicet suæ. Accursius.

n ¶Creditoribus.]qui mutuauerunt reipub.

o ¶Facta.]per hoc rem publi.liberauit.

p ¶Denegari.]creditoribus qui nouauerunt.

q ¶Videtur.] scilicet is qui nouauit secundùm Azo. & sic tenetur ex omni alio contractu etiam finito officio,præterquàm de constituta. sic in simplici procuratore:vt ff.de procu.l. procurator qui pro euict. Sed quæ est ratio in consti.secundùm eum? Respon.fortè constituit ad fidẽ debiti protestandam,non animo se obligandi:vt ff.de instit.l.fi.aliàs in const.videtur idem quod in alijs:arg.ff.de consti.pec.l.titius.sed H. dicit finito officio magistratum non teneri ad instar tu.vt C.quod fal.tu. author.l.j.nam hic vt tutor ex necessitate suscepit magistratum:vt ff.de mu.& ho.siqs magistratus.& hîc exponit. Similis ei videtur is qui cõstituit &c. & in stipulatione facta animo nouãdi est ideo quia eo aĩo fecerit.ad quod ff.qđ fal. tu.au.l.v.& ff.de consti. Titius.Vel dic tertiò secundùm al. quia refert in administratione ciuitatis vtrum sponte se obliget, an necessitate. Primo casu obligatur ipse,& nõ ciuitas,& deposito officio nõ liberatur:vt hîc,& d.l.procurator qui.si autẽ ex necessitate,tũc obligatur ipse et ciuitas:vt ff.si cer. pe.l.ciuitas.& ĩ isto casu siue administrator sit cõuentus,& non sit soluendo:siue ciuitas : non liberatur alter istorum etiam si cum altero iudicium sit cœptum:sed regressum habet creditor ad alterũ altero existente non soluendo:vt arg. ff.de his qui deie.l.iiij.& de inter.ac.l.q ex parte.non ob.eo quod dicit ff.de so.l.solutionem.qa illud est verum cùm iudicium accipiens sit soluẽdo.& sic intelligit al. etiam finito offi.sed media probabilior est.& ꝑ ea. ff.fami.ercis.l.q erat. nec obst.ff.quod iussu.l. pe.quia tenetur durante offi.Vel dic etiã postea : quia non in vtilitatẽ ciuitatis iusserat.nã sic esset in tutore:vt no. ff.de ac.emp.Iul.§.idem Iul.

rum suorum donationis causa cõtulit. ¶Pro magistratu fideiussor interrogatus, pignora quoq; specialiter dedit.In eum casum pignora videntur data,quo rectè conuenitur [t]:videlicet postquàm res ab eo seruari non potuerit [v],pro quo intercessit.

Valens libro 5.fideicommissorum. **LEX V.**

LEgatã municipio pecuniam, in aliam rem quàm defunctus voluit,conuertere citra principis authoritatem non licet [x]: & ideo si vnum opus fieri iussit,quod Falcidiæ legis interuentu fieri nõ potest:permittitur summam quæ eo nomine debetur,in id,quod maximè necessarium reipublicæ videatur,cõuertere.Si verò plures summæ in plura opera legantur:& legis Falcidiæ interuentu id quod relinquitur omnium operum extructioni non sufficiat : ꝑmittitur in vnum opus quod ciuitas velit erogari [y].Sed municipio pecuniã legatam ita vt ex reditu eius venatio aut spectacula edantur, senatus in eam causam erogari vetuit [z]:& pecuniam eo nomine legatam,in id,quod maximè necessariũ municipibus videatur, conferre permittitur:vt in eo munificentia eius qui legauit, inscriptione [a] notetur [b].

r ¶Publicè.]i.reipu.nomine,curator puta.

s ¶Non oportet.]vt & ff.de mu.& ho.l.existimationem.§. inuitus. & C ne fi.ius pro pa.l.patris.& sic econtra nec pater pro filio:vt ff.de mu. & hono.l.iij.§.quod pater.& l.honor.§.plebeij.

t ¶Conuenitur.] fideiussor. ad quod ff.ad muni.l.Lucius.§. Imperator.

v ¶Non potuerit.]sic ff.ad mu.libertus.§.j.& C.de decu.l.j.& ff.de iure fis.l.moschis.sed contra C.de fideius.l.iure nostro.sol.speciale hic & prædictis.ll.quando apud rempu.pro offi.sed in contrario apud priuatum.Item hic pro magistratu:in contrario pro priuato.sed hodie idem in priuato,vt in authen.de fideius.§ j.& ij.

LEgatam.] CASVS. Legata pecunia municipio vt in certum vsum expendatur,in alium vsum expendi non debet citra parabolam principis.hoc fallit in casu:vt si minuta est pecunia ex causa Falcidiæ:& superfluum pecuniæ non sufficit ad opus:tunc expendi potest aliàs vbi sit vtile reipu.Idẽ est seruãdũ si pecunia sit relicta municipio ad plura opera facienda,& sit minuta propter Falcidiam,& sic omnia opera perfici non possunt.nam expendetur aliàs vbi sit vtile municipio. si autem sit legata pecunia municipio vt ex eius reditu aliquid ibi fieret,puta venatio aut spectaculum,cùm fortè hoc ibi agere nõ liceba:dicitur ꝙ non seruatur voluntas legantis:& sic pecunia expendetur in alia facta ciuitatis.Franciscus Accursius.

x ¶Non licet.]vt & ff.l.j.nisi in casibus:vt ibi no.Item ꝙ hic dicit sine principis authoritate,sub.vel iuris.& sic bene sequitur, & ideo &c. qđ enim ius permittit, & princeps ꝑmittere videtur.vt C.de vete.iur enucle.l.j.§.j.meritò enim.& adde hîc concor.quas dedi.ff.l.j.Accursius.

y ¶Erogari.]fa.ff.ad Sylł.l.j.§.si non omnes.& de reli.l.fi.& loca.l.in naue.in fi.

z ¶Vetuit.]cùm fortè hoc ibi agere non licebat:vt ff.de vsufru.le.l. legatum.

a ¶Inscriptione.]puta nomen eius cuius pecunia sit.

b ¶Notetur.]aliàs non teneatur,& aliàs notetur.

Decuriones.] *CASVS.* Decuriones non coguntur frumentum vilius vendere quàm annona exigit, nisi in casu quem specificat in litera. Franciscus.

a Decuriones.] ff. ad munici. l. non debere.

b Quod.] scilicet frumentum.

c Reficienda sunt.] J. de ope. pub. l. pecuniā. contra solu. vt ibi. Accursius.

d Magistratus.] Negligentiam. aliàs culpam, scilicet leuem. de qua hæredes nō tenētur: vt ff. de magist. conue. non similiter.

e Filiussa.] Patrem. & eius hæredem: ex cusis tamē prius bonis filij: vt C. de decu. l. j. & ff. famil. ercifcun. si vni. §. idem scribit. & §. Neratius. & ff. ad mu. l. quoties. & adde quod ibi no. Item facit ff. quod iussu. l. j. & de pœ. l. licet §. fi. Accursius.

f Abesset.] scilicet principaliter. nam & quod priuatorū interest principaliter, reipu. interest secundario: vt instit. de his qui sunt sui vel a. lie. iur. §. expedit. & tamen de eo non tenetur pater: vt d. l. quoties. Accursius.

g Calculi.] Admittetur. etiam vsque ad xxx. annos quando per errorem. sed quan do per gratiam quam fecit curator reipu. alicui administratori: tunc nō retractatur vltra decē vel viginti ann. vt ff. de di. prę. l. in omnibus. §. j. non autem audeas dicere quòd primo casu vsq; ad decimum vel xx. annonum, secundò nullo modo reuocentur: quia esset contra. l. C. de transf. act. præses. & J. titu. ij. l. iiij. & ff. de pac. l. Imperatores. Et facit C. de erro. cal. In casu tamē vsq; ad xv. annum: vt J. de oper. pub. l. in omnibus. Accursius.

h Expunctæ.] hoc expone vt J. de verbor. signific. l. cognoscere. §. j. & de re militari. l. ex causa.

i Retractabuntur.] vltra decem vel viginti annos.

* Aliàs, Vlpianus libr. primo ad edictū.

* Ioannes baptista plus annot. post sterio. c. xcj calcularij legit, pariter & nonnulla ad hanc rem pulchra differit.

* Aliàs, Papinianus.

Paulus lib. 1. sententiarū. LEX VI.

Decuriones [a] pretio viliore frumentum quod [b] annonæ temporalis est, patriæ suæ præstare non sunt cogendi. ¶ Nisi ad nouum opus pecunia specialiter legata sit: vetera ex hac reficienda [c] sunt.

* Idem. LEX VII.

Magistratus reipublicæ non dolum solummodo, sed & latam negligentiam [d], hoc amplius etiam diligentiam debent.

Paulus libro primo ad edictum. LEX VIII.

Filiussa. volente patre magistratum si gesserit: Iulianus existimabat insolidum patrem [e] teneri in id quod eius nomine reipublicæ abesset [f].

Modestinus libro 8. Regularum. LEX IX.

Calculi * erronis retractatio etiam post decennij & vicennij tēpora admittetur [g]. sed si gratiosè expunctæ [h] dicantur, non retractabuntur [i].

* Papinianus. LEX X.

Imperatores [k] Antoni. & Verus rescripserūt, pecuniē quę apud curatores remansit, vsuras [l] exhibendas: eius verò quæ à redemptoribus [m] operum exigi non potest, sortis [n] duntaxat periculum ad curatores pertinere. ¶ Item rescripserunt operum periculum ad hæredes etiam curatorum [o] pertinere. ¶ Item rescripserunt agros reipublicæ retrahere [p] curatorem ciuitatis debere, licet à bonæ fidei emptoribus possideantur: cùm possint ad auctores suos recurrere. ¶ Imperatores Verus & Anto. rescripserunt operum exactionem [q] sine cautione non oportere committi [r]. Item rescripserunt curatores si negligenter in distrahendis bonis se gesserint, in simplum teneri: si per fraudem, teneri in duplum: nec ad hæredes eorū pœnam [s] descendere. ¶ Item rescripserunt pecuniam ad annonam [t] destinatam, distractis [v] rebus curatorem exigere debere. ¶ Item rescripserunt sitonas [x] indemnes esse oportere qui non segniter officio suo functi sunt: secundùm literas Hadriani. ¶ Item rescripserunt à curatore calendarij [y] cautionem exigi non oportere, eùm à præside [z] ex inquisitione eligatur. ¶ Item rescripserunt curatorem etiam nomine collegæ teneri, si interuenire & prohibere eum oportuit [a]. ¶ Item rescripserunt nominum quæ deteriora facta sunt tempore curationis, periculum ad ipsum pertinere. quæ verò antequàm curator fieret, idonea non erant: æquum videri periculum ad eum non pertinere [b]. ¶ Imperatores Verus & Anto. rescripserunt eum qui pecuniam publicam magistratus sui tempore, & post non pauco tempore detinuerat, vsuras etiam præstare debere: nisi quid allegare possit qua ex causa tardiùs intulerit [c].

TIT. IX.
De decretis ab ordine faciendis.

Vlpianus lib. 3. opinio. LEX I.

Medicorum intra terminum [d] præfinitū constituendorū arbitrium non præsidi prouinciæ [e] commissum est, sed ordini & possessoribus cuiusq; ciuitatis: vt certi de probitate morum, & peritia artis, eligant [f] ipsi quibus se liberosq; suos in ægritudine corporum cōmittant.

Imperatores.] *CASVS.* Pecunia publica quæ remāsit penes curatorem reipublicæ, tenetur ad eam & ad eius vsuras: in ea verò quæ remansit penes redemptorem operum, qui redemptor non est soluendo, curator tenetur ad eam tantum: non ad eius vsurā. Item periculum operum publicorum quæ locauit curator reip. spectat etiam ad hæredem curatoris. Item curator debet reuocare agros reipu. possessos etiam à bonæ fidei emptoribus. Item opera publica non sunt locanda sine cautione. Item si curator in distrahendis rebus publicis malè se habuit: si quidem dolo, in duplum tenetur reipubli. & non eius hæres. si negligentia: in simplum tenetur. Item pecuniam ad annonam destinatam distractis rebus curator debet exigere. Item sitonæ qui non segniter suum officium gesserunt: indemnes conseruari debent. & expone vt in glos. Item curator calend. non debet cauere: cùm à præside ex inquisi. eligatur. Item vnus curator tenetur pro alio si videns eum malè gerere, non petijt eum remoueri. Item curator tenetur reipu. si nomina debitorum reipublicæ facta sunt deteriora tempore curationis suæ: secus si prius facta erāt deteriora. Item magistratus qui tenuit pecuniam publicam penes se tempore magistratus, & post magno tempore tenetur eam reddere, & eius vsuras. & hoc dicit hæc l. vsq; ad fi. tit. Franciscus Accursius.

k Imperatores.] hæc lex vndecies, sed ff. ad muni. l. fi. septies, in l. fi. de decu. quater habet verbum rescripserunt.

l Vsuras.] semisses: vt no. ff. eo. l. ij. §. fi. indemnitas.

m A redemptoribus.] quibus curator dederat opera faciēda: vt ff. de rei vendi. l. redēptores. & J. titu. iij. l. ij. §. j.

n Sortis.] quamuis ex contractu conueniatur: per quod videbatur etiam in vsuris teneri: vt ff. ad muni. Lucius. §. j. & hoc nisi in ea cōmiserit fraudem: vt ff. de vsur. cùm quidam. §. cos qui. Accursius.

o Curatorum.] reipublicæ qui locauerunt opera facienda.

p Retrahere.] id est vendicare rei ven. nomine ciuitatis: vt ff. quod cu. vni. l. fi.

q Exactionem.] id est locationem operis post eā exigendi. vel id est commissionem operum exigendorum.

r Committi.] vt & ff. l. curatoris. §. prædium. & C. de fundis pa. l. quicunq;. & de lo. prædi. ciui. l. j. libr. xj.

s Pœnam.] ratiōe pœnæ. sed in simplum tenētur: vt ff. ea. l. §. j.

t Pecuniam ad annonam.] scilicet emendam.

v Distractis rebus.] suis comparatoribus perpetua possidenti firmitate data: vt C. de cap. & dis. pi. trib. l. j. & ij. lib. x.

x Rescripserunt sitonas.] Sitonia munus publicum. vnde sitonæ qui id munus gerūt. ad quod ff. de va. mu. l. sextum. Alij habent annonas indemnes. & tūc pro prefecto annonę ponunt. Alij annonæ indem. oportere. sub. præfectis eius rescripserūt Imperatores.

y A cura calendarij.] quid sit, dic vt ff. de lega. iij. qui filium. Accursius.

z Cum à præside.] bona ratio: vt institu. de satisda. tu. & sic not. quod curator reipu. cum non eligit, sed præses prouinciæ: quia maius periculum posset inferre circa pecuniam, quàm circa alias res. Accursius.

a Oportuit.] hoc habet locum etiam diuisa à iudice administratione: aliàs si non esset diuisa, etiam si potuit prohibere tenetur nomine collegæ: vt no. ff. ad mu. l. Imperator. & fa. ff. l. ij. §. ius reipu. & l. ij. in princi. & ff. de admi. tut. l. etiam. item fa. C. de ap. l. quoniam. & C. de diui. tu. l. ij. §. j. & de vsu. pu. l. ij. Accursius.

b Non pertinere.] nisi ipse nomen probauit: vt ff. ad mu. Titio. §. j. & fa. ff. arb. tu. l. ij. & de admi. tu. l. debitoribus. & si cer. pe. l. periculum.

c Intulerit.] aliàs inutilis esset id est inutiliter & vacua extiterit apud se. & fa. ff. e. l. ij. in prin. & de vsu. l. cùm quidam. §. cos. Accursius.

DE DECRETIS AB ORDINE FACIENDIS.

d Medicorum.] Terminum. qui est v. in minore, vij. in ciuitate maiori: vt ff. de excu. tuto. si duas. §. j.

e Prouinciæ.] arg. contrà C. de epis. & cle. l. parabolani. solu. ibi de episcopo in Alexandria ciuitate.

f Eligant.] & electi poterunt reprobari. vt ff. de mune. & ho. l. vt gra.

datim.§.reprobari.cum concor.& fa.J.de varijs co.l.j.§.j.& ij.& l.medicus.Accursius.

a Illa decreta.] Coacto.id est coadunato.& est legitimus:vt J.proxi.& sic C.de ap.nominationes.& de sen.l.prolatam.& C. quomodo & quando iu.ab eo.Item sume à contrario:si est legitimus,ergo valet: vt C.de admi.tuto.l.scimus.& C.de adul.l.gracchus.

Martianus libro 1.publico.iudiciorum.

LEX II.

Illa decreta,quæ non legitimo numero decurionum coacto [a] facta sunt,non valent.

Vlpianus lib.3.de appel. LEX III.

Lege autem municipali cauetur vt ordo non aliter habeatur,quàm duabus [b] partibus adhibitis.

Idem. LEX IIII.

Ambitiosa [c] decreta decurionum rescindi [d] debent, siue aliquem debitorem dimiserint,siue largiti sint. Proinde (vt solent) siue decreuerint de publico alicui vel prædia vel ædes vel certam quantitatem præstari : nihil valebit huiusmodi decretum. Sed & si salarium alicui decuriones decreuerint, decretum id nonnunquàm [e] vllius erit momenti:vtputa si ob liberalem artem fuerit constitutum, vel ob medicinam. ob has enim causas licet constitui salaria [f].

Callistratus lib.2.de cognitio. LEX V.

Quod semel ordo decreuit:nõ oportere id rescindi diuus Hadrianus Nicomedensibus rescripsit:nisi ex causa,id est si ad publicam [g] vtilitatem respiciat rescissio prioris decreti.

Scæuola lib.1.digest. LEX VI.

Municipali lege ita cautum erat ✱, ἐάν τι ἔξω τῶ συνεδρίε δικάσηται, τῦτο συνεδρίε ἀργείθω, καὶ προσεκτινύτω δραχμὰς χιλίας. (id est, Si quis extra collegium iudicio experiri voluerit , ipso collegio prohibeatur, & soluat drachmas mille.) Quæsitum est,quam pœnam sustinere debeat qui ignorans† aduersus decretum fecit . Respondi huiusmodi pœnas aduersus scientes [h] paratas [i] esse.

b Lege.] Duabus.ad minus. cæterum & si duæ partes non ad sunt, potest inter ipsas numerari quam ipsi decreuerint:vt ff.quod cuius.vniuer. l. nulli. & l. plane.& fac.ff. ad mu.l. quod maior.cum cõcor. & C.de decu. l.nominationes.& in authenti.de sanc.episco.§.iubemus igitur.

c Ambitiosa.] qui largitur,ambit honorem:vt C. si cer.pe.l. quisquis.& fa.ff.de mino.l.deniq;.in princi.& ff.de iureiurã. cum qui, §.in popularibus.

d Rescindi.]ergo tenent:vt ff.de iniu. te.l. nam & si. & sic est arg. contra ff.quę sen.si app. l.j.§.cùm contra sacras sol.ibi sententia,hic decretum.imò expresse cõtrà ibi,hic verò non decreuerunt donationem valere : sed donauit. tenet ergo hic,sed potest rescindi:vt C.de pa. l. pactum cum.& ff.de pa. l. Imperatores. & C. de transactio.l.præses. Itẽ & ab eo vel eis qui remiserunt,posset extorqueri:vt C.de anno.& trib. l.ij.lib.x.item contrà ff. titu.j.calculi.in fin.sol. vt ibi. itẽ & arbitrium ambitiosum tenet licet retractetur:vt ff. de arb.l.iij.§.tandiu.& C. de arbi.l.arbitrorum.

e Nonnunquàm.] sed multotiens.

f Salaria.] magistris & medicis:vt & C.de de cu.l.j.lib.x.item & in alio:vt ff.de decu.l. decurionibus.

g Quod semel.] ad publicam. exemplum est ff.de mun. & ho.vt gradatim.§.reprobari.cum cõcor. sed videtur quòd etiam sine causa:vt ff.quod cuiusq; vni.itẽ.§.quòd si actor, qui est contrà:vt sit causa sola voluntas:vt & aliàs ff.de pœ.l.iiij.in fine.& de procura.l. is cuius, sed dico ibi scilicet in l.Item speciale : quia nullius interest reuocari actorem ante lit.contesta.secus si post vt ead.l.§. ex his. item pro hoc quòd sine causa non possit mutari : vt ff.de decur.l.penulti.in fine.& C.ne fiscus rem quam vendi.l.j.& ij.lib.x.& C.sen.rescin.non pos.l.j.& C.de senten.aduer.fiscum.l.j.in interlocutione secus:vt ff.de re iudi.l.quod iussit.& de arbi. diem.§.fi.

h Municipali.] Scientes.aduersus ignorantes minimè : vt argu.C. de te.l.iubemus.in fine.& in authenti.vt fac.no.con. in princip. & ff.ad Syllania.si quis in graui.§.si quis.& ff. loca. si ignorans.licet sit contrà ff.ad l.cor.de fal. l.diuus.ij. responso. nisi ei possit imputari cur nesciuit:vt ff.de instito.sed & si.§ præscribere.& de iur.& fac.ignor. l.regula.§.j.& ff.de pub.l.fina.§.licet.quæ sunt argu. contrà : alioquin punitur ignorans : quippe publicè positum [b] ignorare non licet:vt dictis.ll.& C de legib.& con.l.leges.& C.de iur.& facti igno.l.constitutiones.

i Paratas.] aliàs paratas esse.aliàs pariat.scilicet decretum.

a Ambitiosa decreta, quę dicũtur pulchrè Budæ. ff.de vsur.l.si be ne collatæ.

✱ Vide Alcia. li.dis.ij. c.xviij.

† Ad hoc in simili cõ cor quæ no. in.c.si soli. per archidi. ibi de concess.præben. li.vj.tex. in c.vt animarum de con sti.in vj.

b Ista glos. est sing. ad hoc not. quòd non est to

DE OPERIBVS PVBLICIS.

Curator.] CASVS. Titius electus in curatorem operũ cœpit se excusare:& non potuit,& decessit posteà. dicitur quod pro tempore quo cessauit in vita sua, tenetur ipse & hæredes eius:sed pro tempore quod cucurrit post mortem suam,non tenentur eius hæredes.Secundò dicit. quidam in vno munere cõstitutus electus est ad curam aquæductus:& eam suscepit:& volebat primum munus recusare.dicitur quòd non auditur.secũdum enim munus recusare potuit.Franciscus.

TIT. X.

De operibus publicis.

Vlpianus lib.2. LEX I.

Curator operũ creatus,præscriptiõe motus ab excusatiõe pferenda [k], sicuti cessationis nomine in qua quoad vixit moratus est, hæredes suos obligatos reliquit : ita temporis quod post mortem eius cessit, nullo onere eos obstrinxit. ¶Curam operis aquæductus in alio iam munere constitutus,posteà susceperat.præposterè visus est petere exonerari priore munere,vtrisq; iam implicitus:quando [l] si alterum tantum sustinere eũ oportuisset [m],ante probabilius [n] impetrasset propter prius munus à sequente excusationem.

✱Paulus. LEX II.

Qui liberalitate [o], non necessitate debiti, reditus suos interim ad opera finienda concessit : munificentiæ suæ fructum de inscriptione nominis sui operibus siqua [p] fecerit, capere, per inuidiã non prohibetur.¶Curatores operum cum redemptoribus negotium [q] habent:respu.autem cum ijs quos efficiendo operi præstituit [r]. quatenus ergo, & quis, & cui obstrictus sit,æstimatio præsidis pro uinciæ est.¶Ne eius nomine cuius liberalitate opus extructum est,eraso,aliorum nomina inscribãtur, & propterea reuocentur similes ciuium [s] in patriã liberalitates:præses prouinciæ authoritatem suam interponat.

Marcellus libro 2.de officio præsid. LEX III.

Opus nouum [t] priuato etiam sine principis authoritate facere licet:præterquàm si ad emu-

k Perferenda.] voluit eñ se excusare, sed non potuit.vnde p tempore quo cessauit etiã durante causa excusatoria, tenetur, & eius hæredes:vt & ff.si tutor vel cura.ap.l.j.hic autem qa cessauit post repulsam, multò magis:vt & ff.ad mu.Lucius.& fa.C.eo.l. j.& l.ad portus.Accur.

l Quando.]id est qa.

m Oportuisset.] quod est verum regulariter:vt ff.de vac. mu.l. fin.§.j.

n Ante probabilius.]non facit comparationem.nam non conceditur ei modo:vt & ff. de decu.l.pe.§.fi.& J.de vac.mu.l.pe.§.fi.& facit ff.de pœn.l.fi qs fortè.

Qui liberalitate.] CASVS. Quidam concessit fructus agrorum suorum ad opera pub.perficienda:& vult quòd nomen suum inscribatur in illo opere quod ipse fecerit fieri. dicit quòd auditur:& præses prouinciæ debet procurare quòd nomen illius non eradatur,& aliud ponatur:& hoc dicit princ.l. cum fine.l.In medio dicit q redemptores operum habent facere cum curatoribus:& curatores habent facere cum repub. Franciscus Accursius.

o Qui liberalitate.] ad opa publica aliqua.

p Siqua.] opera.& facit J.proxi.§.

q Negotium.] id est contractum.sic ponitur institu. quod cum eo.in rubri.

r Præstituit.] qui ff.appellantur curatores.

s Ciuium.] aliàs ciuilium id est curialium:aliàs ciuium.& hæc planior.& fa.C.de bo.quæ lib.l.ij.cum concor.Item fa.ff.in prin.huius.l.& J.l.proxi.in fi.& l.fi.in fi.

Opus.] CASVS. In prima & secunda parte legis dic casum vt in gl.quæ incipit,refert &c.in fine dicit quòd in opere publico nõ debet inscribi nomen alicuius nisi principis,aut nomen eius cuius pecunia illud opus factum sit,non autem nomen præsidis.& hoc dicit hæc l. & seq.Franciscus.

t Nouum.] refert si facio opus in publico:quia aut mea pecunia : & possum sine authoritate principis,præterquàm &c.vt hic.aut publica pecunia:& tunc non sine authoritate principis:vt J.l.proxi. R. sed quomodò licet facere in publico alicui priuato,cùm interdicta sint contrà:vt ff.ne quid in lo.pub.l.j.& ij.& nunciatio fit:vt ff.de ope.no.nun. l.j.§.nunciatio?Respon.ibi vt ius haberet,hic volens donare publico: & erit vtile reipu.vel necessarium opus.Itẽ quid si in meo priuato?Respon.quidam quòd possum etiam ad æmulationem : quia in suo potest quilibet

tolerabilis i. gnorantia i. lius quod publicè notum est pro quo etiam facit text. cũ sua glos. in l.si tutor. C. de pericu.tuto.& volẽs iurare contra non debet audiri. gl.est no in cap.nulli.de elec.libr.vj. Bolog.

✱Alias Vlpianus lib. iij.opinio.

quilibet facere quod vult:vt C.de ædific.pri.per prouinciam. & de ser. vr.præ.l.Imperatores.&l.cum eo.& C.de reli.l.statuas.nisi in alienum aliquid immittatur:vt ff.de dam.infec.fluminum.in fin.& de aqua plu. arc.l.j.§.idem aiunt.& §.deniq;.& §.item sciendum.& ff.si ser.ven.sicuti.§.Aristo.Sed potest dici & in priuato non licere,per l.istam,quã exponas opus nouum, in pub.scilicet vel priuato. & quia publica vtilitas præferenda est priuatæ: vt ff.pro socio.l. actione.§.Labeo.& secundũ hoc intelligas di.l.per prouinciam.Item si op⁹ necessarium est publico,& facio in eodem de meo,cur non licet si ad æmulationem pertinet? Respon.imò licet: sed cum authoritate principis.

lationem alterius ciuitatis pertineat,vel materiam seditionis præbeat,vel circum theatrum vel amphitheatrum sit [a].Publico [b] verò sumptu opus nouum sine principis authoritate fieri non licere, cõstitutionibus [c] declaratur.Inscribi autem nomen operi publico alterius quàm principis,aut eius cuius pecunia id opus factum sit,non licet [d].

Modestinus lib.11.Pandectarum. LEX IIII.

NE præsidis quidem nomen licebit superscribere.

Vlpianus libro singu.de officio curato.Reipu. LEX V.

SI legatum vel fideicõmissum fuerit ad opus [e] relictum: vsuræ quæ & quando incipiant debe ri,rescripto diui Pij ita cõtinetur, Si quidem dies non sit ab ijs q̃ statuas vel imagines ponendas legauerint,præfinitus: à præside prouinciæ tempus statuendum est:& nisi posuerint hæredes, vsuras leuiores [f] intra sex menses:si minus, semisses [g] vsuras reipub. pendant. Si verò dies datus est [h]:pecuniam intra diem deponant [i].Si autẽ nõ inuenire se statuas dixerint [k], aut de loco controuersiam fecerint:semisses protinus pendant [l].¶Fines publicos à priuatis detineri nõ oportet [m],curabit igitur præses prouinciæ,si qui publici sunt,à priuatis separare,& publicos potius reditus augere.si qua loca publica,vel ædificia in vsus priuatorum inuenerit:æstimare [n] vtrũne vendicanda in publicũ sint,an vectigal ibi satius sit [o] imponi: & id quod vti-

a ¶ Amphitheatrum sit.] puta aliqua tũba. & semper dic ad æmulationem.

b ¶Publico.] forsan sumptu ciuitatis Romanæ:quæ propriè dicitur publica: vt j.de verbo. sig. l. eum qui vectigal. & l.bona.si verò sumptu alterius ciuitatis,bene licet. & sic licet vniuersitati facere muros municipij.non autem alicui priuato : vt not.ff. de re. diui.l. antepen. §. muros.

c ¶Cõstitutionibus.] C.eo.l.nemo. & l.intra. & j.e.l.de operibus.

d ¶Non licet.]vt & ff. l.proxi.in fi.& cõtinua legem sequentem.

SI legatum.] CASVS. Legata pecunia ad opus publicum, si non soluatur: quæritur ex quo tempore vsure currãt:& quantæ currant:& si quidẽ dies non fuit appositus à testante intra quã statuæ vel imagines ponãtur,statuendum est tempus à præside prouinciæ: intra qđ si hæredes non fecerint,tenentur ad leues vsuras scilicet trientes.& hoc intra sex mẽses:postea currunt semisses.si verò dies sit positus à testatore, & intra diem non fecerũt:ex tunc ad semisses tenentur.Item præses prouinciæ curare debet fines publicos à priuatis separare,& publicos reditus augere:& si qua loca publica inuenerit occupata à priuatis:vel ea recuperet.vel dimittat possessorem,& exigiat vectigal à possessore.Franciscus Accursius.

e ¶ Ad opus.]quod vsq; ad perfectionem intelligitur:vt j.de verb.sig. l.rei appellatio.§.opere.

f ¶ Leuiores.]i.trientes.

g ¶ Semisses.]imò videntur semper leuiores:vt ff.de vsu. cùm quidam. §.fin.sol.hic non posuit præses tempus.& dices ita nisi posuerint hæredes scilicet cùm nec testator nec præses posuerunt diem vsuris &c. pro quo est.C.vt in pos.leg.l.certa forma.quod non placet:quia sic iam deberentur in primis sex mensibus.quod est contra legem. ff.de vsu. liberalitatis.in princi.vnde dic quòd hæc illam determinat hoc modo nisi posuerint hæredes:scilicet intra diem positum à præside præstent leuiores intra sex menses:vt hic, & ibi,sed postea maiores,vt hic,& de hoc nihil ibi.Item facit j.titu.ij.l.j.in princi.sed contrà ff.de vsu. l. liberalitatis.sol.vt ibi.

h ¶ Datus est.]ab his qui legauerunt.

i ¶ Deponant.]hæredes.

k ¶ Dixerunt.]nec tamen deponunt.

l ¶ Pendant.]cùm deposuerint ante diem.& dic protinus scilicet die elapso.nec consignando & deponendo impeditur cursus:cùm facere i ő soluere debet: vt C.de mu.& ho.l.existimationem.aliàs secus: vt C.de vsur.l.acceptam.

m ¶ Non oportet.]vt ff.tit.ij.Imperator.§.ij.& C.de ser.fugi.l.mancipia.& arg.in authen.de ali.& emphy.§.quoniam.Accursius.

n ¶ Aestimare.]id est deliberare.quæ deliberatio est in hoc vt si publico nocet,destruat.aliàs salarium imponat:vt ff.ne quid loco pu.l.ij. §.si quis nemine.& C.de diuer.præscrip.l.j.lib.xj.

lius esse reipu.intellexerit,sequi.

o ¶ Satius sit.]id est melius est.

Modestinus li.11.Pandect. LEX VI.

DE operibus que in muris vel portis, vel in rebus [p] publicis fiunt,aut si muri extruantur [q]: diuus Marcus rescripsit præsidem aditum consulere principem debere [r].

DE operibus.] CASVS. Si præses prouinciæ aditur ab aliquo priuato occasione operum quæ in muris vel portis ciuitatis fiunt: de hoc præses consulat principem.Frãciscus Accursius.

p ¶ Vel in rebus.]vt in vijs pu.& in sanctis religiosisq; rebus.nam hæc pu. dici possunt: quia ius publicum in sacris consistit:vt ff.de iusti. & iur.l.j.§.ij. Accursius.

q ¶ Extruantur.]scilicet de nouo.& semp dic sumptu publico:vt ff.eo. opus.quæ est aliàs contrà.Accursius.

r ¶ Debere.]qui æstimabit an locari vel destrui debeãt propter pericula:vt ff.l.proxi.& ff. ne quid in loco pu.fiat.l. fi.Accursius.

Callistratus libro 2.de cognitionibus. LEX VII.

PEcuniam quæ in opera noua legata est,potius in tutelã eorum operum quæ sunt [s], conuertendam,quàm ad inchoandũ opus erogandam diuus Pius rescripsit, scilicet si satis operum [t] ciuitas habet, & non facilè ad reficiendũ pecunia inueniatur.¶Si quis opus ab alio factũ,adornare marmoribus, vel alio quoquo modo [v] ex voluntate populi facturum se pollicitus sit,nominis proprij titulo scribendo,manentibus priorum titulis q̃ ea opera fecissent [x],id fieri debere senatus censuit.Quòd si priuati in opera,quæ publica pecunia fiant, aliquam de suo adiecerint summã: ita titulo inscriptionis vti eos debere ijsdem mandatis cauetur, vt quantam summam cõtulerint in id opus,inscribant.

PEcuniam.] CASVS. Pecunia legata in opera noua facienda potius expẽdi debet circa opera vetera reficienda, quàm circa noua facienda:si plura opera sint publica: nec adsit pecunia aliunde ad reficiendum.Item si opus ab alio factum aliquis vult adornare marmoribus , & vult quòd nomen suum in opere inscribatur:dicitur quòd debet audiri. Item si priuatus aliquid de suo expendit in opere quod fit de publica pecunia : debet inscribi in opere qualiter talis tantam pecuniam dedit ad opus illud faciẽdum. Franciscus.

s ¶ Quæ sunt.] scilicet inchoanda:quæ & noua dici possunt.& fa. ff. tit.ij.l.j.& l.legatum.& C.e.l.fi.& in authen. vt nullus fabri.ora.do.§.j.

t ¶ Operum.]ex his verbis colligi potest contrarietatis determinatio. Respon.sic ff.titu.ij.decuriones.§.j.

v ¶ Quoquo modo.]i.aliquo modo.

x ¶ Fecissent.]prius.

TIT. XI.
De nundinis.

Modestinus lib.3.Regula. LEX I.

NVndinis impetratis à principe [y] nõ vtendo qui meruit, decẽnij tempore [z] vsum amittit.

Callistratus li.3.de cognitio. L. II.

SIquis [a] ipsos cultores agrorum

¶DE NVNDINIS.

NVndinis.] CASVS. Titius impetrauit à principe,vt liceat sibi facere nundinas in suis possessionibus.per decẽniũ stetit q̃ nõ vtitur isto rescripto.dicitur q̃ amisit istud priuilegium.Item magistratus non debet cogere rusticos vt veniant ad ciuitatem cum gallinis vel cum piscibus & vendãt ciuib⁹ minutatim:cùm per hęc rustici relinquerent agros incultos,& sic annonę præbitio destitueretur : sed confestim debent venire & vendere ea summatim:& reuerti ad agros.& h.d.hæc l.& sequen.Fran.Accursius.

y ¶ A principe.] i.vt liceat habere generale forum in sua possessione vel villa vel castro.

z ¶ Tempore.]C.de diuer.re.l.falso.contra.sol.qui impetrat nundinas,in præiudicium vniuersorum facit.vnde breuiore tempore priuilegium amittitur [a]:aliud si in præiudicium singularis personæ priuilegiũ detur,quia tunc perenne est:vt ibi.vel hic ad faciendum:ibi ad agendũ vel excipiendum.& est ratio vt prædixi.est enim præiudicium alijs, q̃ hoc quandã eminẽtiam & vtilitatẽ habet:per quod subtrahitur alijs, & hac ratione nullum conuenit de venientibus illuc:vt C.eo.l.j.

a Puta decẽnio vt i hac l.& in l fi.& ibi per Bart. ff.de consti.prin.& ali. quid in authen. vt nõ fiant pig in prin. colla. v.

SIquis.]s.magistratus.

a Vtensilia.] id est frumentum & gallinas & pisces & similia: quibus homines vtuntur. sed alij dicunt instrumenta vt aratrum: cùm ex causa sit eis inhibitum. vt arg. ff. de pœnis. l. moris. §. sunt autem. prima placet. Accursius.

b Distrahant.] ad quod vtiq; compellendi non sunt. satis est enim si in vrbem ferant. P.

c Qui.] rustici scilicet.

d Tradere.] aliàs tradere, scilicet alicui officiali ad hoc quòd remaneat venditurus: vt in græco posteà dicitur. aliàs distrahere scilicet totam simul. & sic non cogitur minutatim vendere. sed cōtra seruatur boñ. in tricolis circa fructus vt vsq; ad certā horam non emant, & sic per consequens rustici vendant minutatim.

e Et alijs.] vt cerdonibus & pelliparijs & fabris. P.

f Inuehentibus.] ad vrbem.

g Euehentibus.] ab vrbe.

h Negotiatores.] scilicet quibus eget vrbs.

i Agricola.] id est nō fessurus in foro vt distrahat. P.

k Permutare.] id est cùm venerit, non statim inueniet emptorem, vel eum cum quo permutet.

l Vacabit.] id est otiose sedebit.

m Nequaquàm.] subau. respon.

n Hæc.] id est vtensilia ab agricola illata qui emant, & posteà otiosè vendant quales sunt tricoli. vel dic quòd aliqui officiales erant deputati qui res rusticorum accipiant & otiosè vendant, & rustici ad opera redeant: quod est verius, licet non seruetur. Accursius.

* Vide Alcia. lib. disp. iij. c. viij.

† Alciatus ita vertit: Pluribus igitur agricolis, & alijs artificibus & ministris opus est qui importēt & exportēt singula. sūt autem hi mercatores. Cū autem rusticus aliquid horum quę ipse facit, vel aliquis alius artifex in forum defert si non eodē in tempore veniat quo & illi quib' cum est hęc permutaturus cessabit ab opere in foro cōsidēs? Minimè verò sed sint qui cū hoc animaduertant, seipsos ad hoc ministeriam pręparent.

vel piscatores deferre vtensilia[a] in ciuitatem iusserit, vt ea ipsi distrahant[b], destituetur annonæ præbitio, cùm auocentur ab opere rustici: qui[c] confestim vbi detulerint mercem, tradere[d] eam, & ad opera sua reuerti debeant. Denique summæ prudentiæ & authoritatis apud Græcos Plato, cùm instituerret quęadmodum ciuitas bene & beatè habitari possit, ī primis istos negotiatores necessarios dixit. * Sic enim ἡ πολιτεία, ait, δεῖ γὰρ πλειόνων γεωργῶντε, & τ̃ ἄλλων δημιουργῶν, καὶ τ̃ ἄλλων διακονούντων εἰσαξόντων, & ἐξαξόντων ἕκαστα. οὗτοι δ' εἰσὶν ἔμποροι. κομίζας δὲ ὁ γεωργὸς εἰς τὴν ἀγορὰν τι ὧν ποιεῖ, ἤ τις ἄλλος τῶν δημιουργῶν, ἐὰν μὴ εἰς τὸν αὐτὸν χρόνον ἥκῃ τοῖς δεομένοις τὰ παρ' αὐτοῦ ἀνταλλάξασθαι, ἀργήσει τῆς αὐτοῦ δημιουργίας καθήμενος ἐν ἀγορᾷ; οὐδαμῶς, ἀλλ' εἰσὶν οἱ τοῦτο ὁρῶντες, ἑαυτοὺς ἐπὶ τὴν διακονίαν τάττουσι ταύτην. id est †, indiget enim ciuitas pluribus vtique rusticis, & alijs conductoribus & alijs[e] ministrantibus inuehentibus[f] & euehentibus[g] singula. hi autem sunt negotiatores[h]. afferens autē agricola[i] ad forum aliquid eorum quæ facit, vel aliquis alius cōductorum: si non in idem tempus veniet cum indigentibus ea quę ab ipso allata sunt, permutare[k]: vacabit[l] sua statione sedēs in foro? nequaquàm[m]: sed sint qui hæc[n] videntes, seipsos in hoc statuant ministerium.

TIT. XII. De pollicitationibus.

DE POLLICITATIONIBVS. [gloss heading]

S I pollicitus. C A S V S. Qui pollicitus est opus se facturum reip. vel pecuniam ob hoc dare: si non fuit in mora, non tenetur ad vsuras: aliàs sic. Itē qui pollicetur se certum qd daturum reipubli. ob honorem decretum ei vel decernendum, vel ob aliam iustam causam: tenetur: aliàs si sine causa promisit, non tenetur: vt si promisit opus se factum reipub. non tenetur nisi cœpisset facere: nā posteà tenetur: & qualiter cœpisse dicatur, dat exempla in litera. Item facto opere & assignato reipu. si posteà aliquo casu destruatur, non tenetur qui fieri fecerat. Item qui vouet rē aliquam, obligatur: nō autem obligatur res, quæ vouetur: & quis obligetur ex voto, dicit. Itē qui vouet decimā bonorū, tenetur nō autē decima dicitur exire de bonis eius nisi fuerit separata de bonis eius: & si decessit prius, hæredes eius tenentur ex voto defuncti. posteà dicit qd sit pactū, & quid sit pollicitatio. Item qui nō ob honorē promiserit reipu. opus se facturū: si cœpit, tenetur adimplere. Itē qui ex pollicit. tradidit rem municipibus, nō potest eā vēdicare: imò & si municipes desināt eam possidere, vendicabunt. & hoc dicit hæc l. cum duabus seq. Fran.

Vlpianus lib. singu. de officio Curato. Reipu. LEX I.

SI pollicitus quis fuerit reip. op' se facturum, vel pecuniā daturum: in vsuras nō conuenietur[o]: sed si moram cœperit facere, vsurę[p] accedunt: vt imperator noster cū diuo patre suo rescripsit. ¶ Non semper autem obligari eum, qui pollicitus est, sciendum est. Sed si quidē ob honorē promiserit[q] decretū[r] sibi vel decernendum, vel ob aliā iustam causam[s]: tenebitur ex pollicitatione. Si verò sine causa promiserit, nō erit obligat': & ita multis constitutionibus & veterib' & nouis continetur. Item si sine causa[t] promiserit, cœperit tamē facere: obligatus est, q cœperit[v]. ¶ Cœpisse sic accipimus, si fundamenta iecerit, vel locū purgauerit[x]. Sed & si locus[y] illi[z] petenti destinatus est: magis est vt cœpisse videatur. Item si apparatum[a] siue impēsam in publico posuit. sed & si non ipse cœperit[b]: sed cùm certā pecuniam promisisset ad opus reipu. contemplatione pecunię cœperit[b] opus facere: tenebitur[c] quasi cœpto opere. Deniq; cùm columnas quidam promisisset, Imperator noster cū diuo patre suo ita rescripsit, Qui non ex causa pecuniam reipu. pollicentur: liberalitatē perficere nō coguntur. sed si columnas Circensibus promisisti, & opus ea ratiōe sumptibus ciuitatis vel priuatorū inchoatum est: deseri quod cœptum est, non oportet. ¶ Si quis † opus quod perfecit, assignauerit: deinde id fortuito casu aliquid passum sit: periculum ad eum qui fecit, non pertinere[d], Imperator noster rescripsit.

Idem lib. 1. disput. LEX II.

SI quis rem aliquam vouerit, voto obligatur: quæ res personā vouentis[e], non rem quæ vouetur, obligat. Res enim quæ vouetur, soluta quidem liberat vota: ipsa verò sacra non efficitur[f]. Voto autē

q Promiserit.] per stipulationem magistratui puta. vel dic promiserit id est pollicitus fuerit: vt statim innuit.

r Decretum.] id est datum iam ab ordine vel dandum.

s Iustam causam.] scilicet similem si qua potest reperiri: vt ¶. e. l. propter. & l. ob causam. & ff. de dona. l. hoc iure. in prin. & quod dicit tenebitur, dic ex stipulatu si interuenit promissio per stipulationem. aliàs si pollicitatio id est solius offerentis promissio: tunc in factum actio: vt ¶. e. pactum. sed nonne ob honorem promittens incidit in legem Iul. ambitus? Respō. nō: vt no. ff. de offi. præto. l. Barbari'. Item videtur nō teneri etiam si incœpit soluere: vt ff. de mu. & ho. l. existimationē. §. j. sol. hic causa honoris suæ personæ promisit: ibi causa alieni. sed in opere non distinguitur: vt ¶. eo. tit. toties. §. j. & fa. C. de ratio. pu. l. j. §. quod verò. & de nego. gest. quæ vtiliter. & de admi. tut. Lucius. §. j. & in authenti. de sanc. epis. §. pro cōsuetudinibus. Accursius.

t Sine causa.] ad hoc ff. de excep. do. l. ij. §. circa. & de condi. sine causa. l. qui sine. & de pecu. l. non solùm. & ff. de acqui. re. do. nōnunquàm. & de dona. nuda. & de pac. iurisf. §. sed cū nulla. & de leg. j. filiussa. §. diui. & de fideiuss. si stipulat' esses. in prin. & istę sunt constitu. veteres & nouæ: de quibus hîc dicit. Item hoc nisi cœperit: vt subijcit.

v Cœperit.] No. quòd rei principio obligatur. ad quod fa. in authen. de hære. & fal. §. non autem. & de ec. ti. si quis autem. & C. de inof. test. l. parētibus. & de fideiuss. l. j. & ff. de iudi. fideiuss. in fi. & ad Mace. Iul. in fi. & C. de non nume. pe. l. cum fide. & ar. ff. de mi. l. iij. §. scio. & C. de his qui spon. mu. sub. l. j. lib. x. & ¶. e. l. toties. §. j. & ¶. e. l. pe. & ff. pro so. l. hæres socij. & de hære. tu. l. j. Accursius.

x Purgauerit.] Not. mirabiles modos incipiēdi. ad quod ff. de ope. no. nun. l. j. §. potest. & potest intelligi ex legibus modo allegatis. sed argu. contrà ff. de ope. no. nun. l. stipulatio. §. opus.

† Scribo. hic dicunt istum text. valde not. ad hoc pro posito quasi assignatio operis perfecti facta ab ipso conductore, liberat cum à casu fortuito superueniente & debet iste text. intelligi nō solum si totum opus perfectū sit, verum etiam si pars. Bolog.

y Locus.] in quo debebat fieri opus.

z Illi.] qui facere pollicitus est.

a Apparatum.] ad hoc ff. de condi. ob cau. l. si pecuniam.

b Cœperit.] scilicet respu. ad quod ff. de peti. hære. sed & si lege. §. qđ autem. Quid autem si ipse de pecunia cœperit soluere? Respō. satis est: vt arg. C. de noua. l. iij. & in legibus ff. allegatis. Accursius.

c Tenebitur.] ipse promissor.

d Non pertinere.] tria hoc faciunt: quia fortuito: item quia assignauit: item quia non erat actum expressè vel tacitè vt esset conductoris periculum. & sic non ob. ff. de ver. ob. l. & ideo. quia non assignauit: nec fortuito: sed operis vitio ruit. Item non ob. ff. de ser. vr. præ. l. cum. quia ibi tacitè agitur ex natura seruitutis illius. & de his plenè no. ff. loc. mar tius. Item facit C. de ope. publi. l. omnibus. in fine.

e Si quis rem.] Vouentis. vt etiam hæres eius teneatur: vt & ¶. cod. l. fina. in fine.

f Non efficitur.] ipso voto. ad quod ff. de acqui. pos. qui absenti. & l. si rem.

o Non conuenietur.] cùm non sit in mora.

p Vsuræ accedunt.] etiam sine stipulatione. & sic est contrà. C. de vsu. l. ij. sol. hic speciale: vt arg. ff. de vsu. l. etiam. item contrà ff. de vsu. l. liberalitatis. sol. ibi non erat in mora. Item contrà ff. de dona. cum. sol. hic speciale in do. reip. facta. & fa. ff. ti. ij. l. si legatum.

si rem.sed quare non statim transit ab eo dominium:vt C.de sac.sanc. ecc.l.fin? Si,respondeas sic:quare ergo persona obligatur,cùm res tantùm tradi petatur:vt institu.de act.§.j? respon.hic alterutrius tantùm dico verba interuenire,per quę dominium non mutatur.at ibi erat contractus:vbi hincinde erat consensus: vnde dominium potuit tribuere: vt ff.de act.& obli. l. ex contractibus.In vltima autem voluntate est speciale vt verbis ex vna 10 parte tantum prolatis & consensu dominium mutetur: vt d.l.dicitur. Et potest esse ratio quia actus morientium non debent pendere:vt ff.communia prędi.l.fin.in fin. sed quis petet hoc votũ? Respon.vt C.de epis. & cle.l.nulli.& in authen. 20 de ecc.titu.§.siquis autem. Item qua actione? Respon.offi.iudi.vel cõdit.ex hac l.nam pro. l. veteri datur : vt ff.de adulter.si postulauerit.§.fin.& l.sequen. & adde quod no.C.de fur.si non dum. vel dic secundùm P.fortè iurisc.non in 30 tellexit vt voueat quis decimam deo. nec enim id exprimit.sed fortè intelligit vt voueat reipubli.vt j.eod.l.penul. Accursius.

* Vide in hunc locum Bud.l.quicũq; ff.de in-stit.act.& 1 annot.posteriori.hoc loco.

patressa. obligantur puberes [a] sui iuris.filius enim familiâs [b] vel seruus [c] sine patris dominive authoritate voto non obligantur [d]. ¶Si decimam [e] quis bonorum * vouit: decima non prius esse in bonis desinit,quàm fuerit separata [f]: & si fortè qui decimã vouit, decesserit ante separationẽ [g]:hæres ipsius hę reditario nomine decimæ obstrictus est. Voti enim [h] obligationem ad hæredem transire constat.

Idem libro 4.disput. LEX III.

PActum est duorum [i] consensus atq; conuentio. Pollicitatio verò offerentis [k] solius promissum.& ideo illud est constitutum, vt si ob honorem pollicitatio fuerit facta:quasi debitum exigatur. sed cœptum [l] opus, licet non ob honorem promissum fuerit, perficere promissor cogetur. Et est constitutum,Si quisquàm ex pollicitatione tradiderit rem municipibus,& vendicare eam velit:repellendus est à petitione. Æquissimum enim est huiusmodi voluntates in ciuitates collatas,pœnitentia [m] non reuocari.Sed & si desierint municipes possidere : dicendum erit actionem [n] eis [o] concedendam.

* Marcellus. LEX IIII.

PRopter incendium vel terræmotum vel aliquam ruinam quę reipu.contingit,siquis promiserit,tenetur [p].

¶Hic est duplex litera. una negatiua, alia affirmatiua. prout habes negatiuam, legitur duobus modis.secundùm primam hoc dicit. Epistola non obligat aliquem ad munus edendum. Alio modo legitur secundùm literam negatiuam sic. Excusatio ab iniuncto munere,non potest fieri per epistolam. hoc dicit. Alia litera est affirmatiua: secundum quam hoc dicit.Per epistolam quis ciuitati obligatur ad implendum quod promisit.Bartolus.

a ¶Puberes.] vt xvj.q.stio.j.siquis laci°.& xx. q.j.per totum. & extrà de regula. c.j. & c.nul-40 lus.& c.fin.& c.ad nostram.

b ¶Filiussa.] & pubes. impubes enim nec patre auctore obligatur:vt ff. de verb.oblig.l.fin. §.j. Item in filio est contrà C.de epis.& cle.l. fin. §. j.& in authent. de sanc. episc.§.interdicimus.in 50 pe.col.sol.ibi de persona:hic de rebus.

* Alias, Martianus lib.iij.Insti.

c ¶Seruus.] vt xvij.q. iiij. siquis seruum. Accursius.

d ¶Non obligantur.] speciale, sic in macedo. Item in seruo vt etiam naturaliter hoc casu nõ teneatur:vt hic.sic ff.de 60 fideiussorib.l.sed & si seruus. Sed oppo. quomodo tenetur filius homini mortali ciuiliter & naturaliter:vt ff.de act. & ob.filiussa.& non deo immortali?Respon. mitius cum deo agitur: vt ff.de arbi. Celsus.Accursius.

e ¶ Si decimam quis bonorum.] aliàs suorum.& aliàs deest.Acc.

f ¶ Separata.] à bonis:vt ff.de mino.l.iij.§.sed vtrũ.in fin. & de pecu. l.iiij.

70 g ¶ Separationem.] aliàs positionem.

h ¶ Voti enim.] quod in dando consistit.ad quod ff.de iure do.si ego.§. j.& de leg.iij. fideicommis.§.pe.& C.de spon.l.si pater.& ff.de fideicõ. li.cum vero.in prin.& C.ad Treb.l.sancimus.in fi.& ff.qui sine ma.l.cũ qui. Quid autem si voueat vt vadat ad sanctum Iacobum? Respõ.non transit ad hæredem:vt C.de cad.tol.l.j. §.ne autem.& ff.de verb. obli. l.centesimis. §.si ita. Accursius.

i PActum est duorum.] vt & ff.de pac.l.j.& C.de transac. non minorem.& in authen.de litig.§.omnem.

k ¶ Offerentis.] & sic non est ibi consensus nisi vnius partis : per quod 80 differt à pacto.& ideo non valet nisi in casib°,vt subijcit,& ideo &c.

l ¶ Sed cœptum.] id est iam cœptum.

m ¶ Pœnitentia.] vt & C.de act.& obli.l.sicut.& instit.de act.§.alię. Accursius.

n ¶ Actionem.] in factum:vt ff.de rei ven.l.quæ religiosis.vel vtilis in rem:vt ff.l.proxi.& C.de sa.san.ec.sancimus.& fa.ff.de acqui.re.do.statuas.& de exce.l.pe.& de priui.cre.l.furius.

o ¶ Eis.] ſ.municipibus.

PRopter incendium.] CASVS. Cum ciuitas Romana sustinuit damnum occasione incendij vel ruinæ vel terræmotus : siquis aliquid promisit ob hoc reipu.dicitur quòd tenetur. Franciscus.

p ¶ Tenetur.] quasi sufficiens causa sit incendium.aliàs non valeret ff. l.j.§.si vero.& facit ff.de do.inter vi.& vxo.l.quid si vir.& valet hoc ca su etiam vltra legitimã summam:vt C.de doñ.l. pe.§.j.& fa.j.eo.l.ob ca sum.

Vlpianus libro primo responsorum. LEX V.

CHaridemus respondit ex epistola quam muneris edendi gratia absens quis emisit,compelli eum ad editionem non posse [q].

Idem libro de officio proconsul. LEX VI.

TOties [r] locum habet diminutio pollicitationis in persona hæredis,quoties non est pollicitatio ob honorem facta. Cæterùm si ob honorem facta,sit æris alieni loco habetur,& in hæredis persona non minuitur. ¶Si quis pecuniam ob honorem [s] promiserit,cœperitq; soluere:eum debere quasi cœpto opere [t], Imperator noster Anto.rescripsit. ¶Nõ tantùm masculos, sed etiam fœminas, si quid ob honorem [v] pollicitæ sunt, debere implere sciendum est:& ita rescripto Imperatoris nostri & diui patris eius continetur. ¶Si cui respublica necessitatem imposuerit statuarum principi [x] ponendarũ, qui non promisit:nõ esse ei necesse obtẽperare [y] ,rescriptis Imperatoris nostri & diui patris eius con tinetur.

Idem lib. 2. disputationum. LEX LX.

HAeredem [e] eiusdem potestatis iurisque esse, cuius fuit defunctus, constat.

Idem lib. 10. disputationum. LEX LXI.

SEmper [f] qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur. Sed & si quis ratum habuerit quod gestum est: obstringitur mandati actione.

Idem lib. 3. opinionum. LEX LXII.

DOmum [g] suam reficere vnicuique licet, dum non officiat inuito † alteri, in quo [h] ius nō habet [i].

* Iulianus. LEX LXIII.

HAereditas [k] nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis.

Idem lib. 16. digestorum. LEX LXIIII.

QVi sine [l] dolo malo ad iudicium prouocat [m], non videtur moram facere.

Idem lib. 28. digestorum. LEX LXV.

EA quæ † rarò [n] accidunt, non temere in agendis negotijs cō putantur.

Idem lib. 4. digesto. LEX LXVI.

a NVllus.] Consanguineus reatum sui consanguinei corri- 40 gere pōt: vt C. de emen. propi. l. j. quod cū facit, non videtur dolo facere, sed ratione pietatis. vel pone vt ff. pro socio. l. merito. vel pone vt ff. de aqua plu. arc. l. ij. §. fina. vel vt suprà de pecul. eo tempore j. respon. & dic iure suo, vel quod verè est suum, vel quod putet esse suum: vt j. eo. l. qui in ius. §. nemo. Sed op. nonne qui alienat in fraudem creditorū iure suo vtitur? Respon. vtique. nam transfert dominium: vt ff. de contrahen. empti. si sciens. & tamen dolo malo videtur alienare, cùm sciat se habere creditores: vt ff. quæ in fraud. cred. omnes. §. Lucius. Item op. si primò rem meam tibi vendidero, deinde alij, & tradidi: iure id facio: nam trasfero dominium: vt C. de rei ven. quoties. prçtereà cùm possum 50 rem alienam vendere: vt ff. de contrahend. empt. l. rem alienam. ergo multò magis meam. & licet id iure meo faciam, incido in Corneliam: vt suprà de falci. qui duobus. & sic punior: ergo dolum commisi: nam aliter Cornelia nō puniret: vt C. de fal. l. nec exemplū. & ff. de fal. impuberem. in prin. Respōdeat qui potest. Azo. sed potest respōderi: nisi noceat alij cui tenetur iure cōtractus. Vel dic φ eo ipso φ pœna imponitur, videtur prohiberi: sumpto arg. ab effectu: vt C. de sum. tri. l. iij. §. igit si clericus &c. & sic non iure suo, cùm sit prohibitum: vt C. de relig. l. statuas. Item contra huic regulæ ff. de lega. præstan. l. virilis §. si adierit. vbi pater institutus adijt. & sic vtitur iure suo: & tamen tenetur filio 60 præterito actione de dolo propter damnum, quod habet filius in dimidia in libertatibus quæ valent. Sed dic, magis videt hic adire vt filio noceat, quàm suo iure velit vti: cùm filius offerebat patri virilem quā erat habiturus ea adita. Argu. ff. de aqua plu. arc. l. j. §. deniq;. hic autē principaliter vt sibi profit. Accursius.

b SEmper.] Pone casum vt ff. pro soc. merito. vt etiam in superiori. nam cautè iusta causa ponitur. Item pone vt C. qui bon. ced. poss. l. fina. Item huic regulæ ob. illud generale, dolū præsumi. quod colligit suprà mand. l. si procur. §. dolo. Vel pone casum vt alij, per l. suprà de donationibus inter virum & vxorem Quintus. item suprà de his qui 70 sunt sui vel alieni iuris, filium. ibi, non tamen ferendum &c. & facit infrà eodem, ea quæ. §. in re. & suprà de rebus dubijs, cùm in testamento. Accursius.

c BOna fides.] Si testator legauit mihi aliquid sub conditione, & legi interdicto de tab. exhib. cōtra hærede, & æstimationē consecu tus sum legati: quia per contumaciā tab. noluit exhibere: licet non debeam cauere de reddendo in defectū condi. tamen adueniente cōditione nō petam denuò legatū ab eodē, à quo habui æstimationē: quia bona fides &c. Sed si cōtra alium egi eo interdicto, & habui æstimationē adueniēte cōditione petā legatū ab hærede: & ita à diuersis: vt suprà de tab. exhib. l. iij. §. condemnatio. Sic à diuersis consequar idē: vt insti. 80 de lega. §. si res aliena. Item non solùm ab eodē nō possum, sed nec ab alio qui causam ab eo habet: vt C. de euict. l. emptor. Vel qui haberet cōtra primū regressum: vt C. de vsur. rei iud. l. fi. §. fi. itē facit C. de pœnis. l. omnes. Accursius.

d EX pœnalibus.] id est, delictis. Si filius fecit furtum, pater non tenetur de peculio, nisi inquantum locupletatus esset. quod est generale in filio & seruo in quolibet delicto, vt suprà de pecu. l. iij. §. idē scribit. & §. ex cā furtiua. & ff. de his q deiec. vel effu. l. j. §. cū seru⁹. & de vi & vi ar. l. j. §. si fili⁹. & §. fi. Itē nec noxaliter tenet pater: vt insti. de noxa. §. si. Sed ipse fili⁹ cōuenit. & eo dānato, tenet pater de pec. vel actione in factū: vt ff. de noxa. l. noxalis. & l. se. & l. fi. & ff. de iudi. tam ex cōtractibus. Idem ergo in monachis si possessionē inuadant. Accursius.

e HAeredē.] Est enim vna persona fictio ne iuris: vt in aut. de iureiu. à mo. §. j. quque tū 10 plus iuris habet hæres: vt si pmisisti mihi post mortē meā: qa actio incipit ab hærede: vt C. vt act. ab hær. l. j. sæpe enim plenior cōpetit obligatio hæredi quā defūcto: vt ff. de euict. l. si per imprudentiā §. nō mirū. & ad l. fal. l. repetit. & ff. re 20 rū amo. l. iij. §. j. Econtrà, quādoq; min⁹: vt in priui. personalibus: vt j. eo. in oībus. Itē in vsufruc. qui non trāsmittit ad hæredē: vt insti. de v. sufru. §. finit. Itē in oībus personalibus pac. vt ff. de pac. l. idem §. personale. idemq; in oibus p 30 sonalibus actionibus quę hæredibus nō dantur: vt ff. de iniur. l. iniuriarū actio. & de in ius voc. l. in eū. & de calū. l. hæc actio. itē in alio casu: vt C. de met. l. fi. Sed in omnibus actionibus quę nōdant in heredes, plus habēt hæredes, vt 40 in pœnalibus: vt instit. de perpe. act. §. non omnes. Accursius.

Vetustū exēplar habem⁹ in quo legitur, domum suam vnicuiq; reficere licet inuito altero, dū non officiat alteri⁹ ædificio in quo ius nō habet.

** Aliàs, Paulus lib. vj. digesto.*

† Determinat tamē & de illis quan do j. iuriscō sultus: vt de lazaro resurgente, an recuperet bo na: vt pergl. in l. ex his. ff. de leg. & in c. fraterni tatis & ibi, an vxorem vbi notaui in apostil. peret vxorem. ns. xx. ij. extra de frig. & ma lē.

f SEmper.] Si pro te præsente fideiubeo & nō cōtradicente, mādare videris: ideo mandati experior: vt ff. mand. l. qui fidē. & l. qui patitur. & C. man. l. si fideius. & hic est primus casus huius l. Si verò pro absente, tūc ne. gest. experior: vt ff. mand. l. ex mādato §. j. nec enim man dati ago, cū mādatū nō fuerit: vt ff. de neg. gest. l. Pōpo. in fi. Qualiter ergo hic datur actio mādati in scdo casu huius l. cū mādatū nō fuerit? imò neg. gest. deberet dari: vt ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. idem ait. quæ est cōtra? Solut. ibi ratū fuit habitū ab absente factum. hic à præsente Vel secundùm Bul. hic fuit mādatum, sed tunc nō susceptum: quia dominus cum indignatione recessit mādatarius mādatum sponte adimpleuit, & dominus postea ratum habuit. Vel dic speciale in fideiussore vt ratihabitio mādati actionē inducat. Vel fortè hoc verum est, cū pro aliquo iudicio sisti fideiussit: & ita erat speciale in iudicijs, vt alia multa secundum Io. quę patent ff. si quis cau. per totum titu. & maximè in l. ij. Accursius.

g DOmum.] Domus mea debet seruitutem Titio altius nō tollendi vltra certam mensurā, vel, altius nō tollēdi nisi cū lapidibus, nō cū lignis. possum ea quidē reficere, dūmodò non noceam ei inuito: qđ esset si facerem cōtra debitā seruitutē, in quo ius nō habeo, sed eo 60 volente possum. & ad hoc ff. de exce. rei iudi. l. egi. Vel dic secūdò: domus mea seruitutem nō debet vicino. licet ergo mihi altius tollere, vt C. de serui. altius. dummodò non noceā vicino inuito, in quo ius nō habeo nocēdi, quia nō immitto fragmenta in suo. hoc enim nō licet, vt ff. si ser. ven. sicuti. §. Aristo. & §. idemq;. Si tamen nihil in alienum immitto, alteri tamen officiam, si quidem dolo teneor, aliàs non, vt ff. de aqua plu. arc. l. j. §. denique. Planè interdum suis reficit coactus, vt suprà de officio præfe. vrb. præses. & C. de ædi. pri. si vt proponis.

h In quo.] id est, inquantum. Accursius.

i Non habet.] scilicet officiendi. H.

70 k HAereditas.] hic dic vt ff. titu. j. l. nihil. Accursius.

l QVi sine.] Ex venditione decem mihi debes. si solutionem differas dum ignoras me vendidisse ei, cui successisti, non teneris ad vsuras alias: si scires, secus, vt hic, & ff. si cer. pet. quod te. & de vsur. si quis soluerit. & de condi. fur. l. fina. P.

m Prouocat.] se defendendo. Accursius.

n EA quæ rarò.] Si quis hærede instituto decessit: & adita hæreditate mortuus resuscitetur (vt de Lazaro accidit) non sunt iura prodita, an iure postliminij possit bona recuperare ab hæredibus? Hæc enim rarò accidunt: & ea quæ rarò accidunt, nō temere in nego 80 tijs, id est legibus quæ de agendis negotijs loquūtur cōputantur. & dic Temerè, id est temerariū esse si tales causę in legibus cōnumerent. & ad idē ff. de leg. & senatuscō. l. ea. & l. nā ad ea. Aliquādo tñ ad ea, quæ rarò accidunt, iura aptātur: vt ff. si pars hęre. pe. l. antiqui. & C. de leg. hære. si maior. & ff. de sta. ho. l. non sunt. Vel aliter pone casum: si rem tibi pignori dedi, eaque casu fortuito sit amissa: non teneris: vt C. de pigno. actio. l. quæ fortuitis. nam ea quæ rarò, id est fortuito accidūt casu (ideo enim casus dicunt fortuiti) non cōputantur temere, id est

id est facilè: in negotijs gerendis, id est in cōtractibus qui iure inter aliquos celebrantur. Ideo autem dixi, facilè: quia computantur quandoq; sic vt præstentur, scilicet vbi pactum, culpa & mora interuenerit: vt ff. eo. l. contractus. Accursius.

Cauillatio quid sit.

a **E**A est natura.] Cauillatio dicitur, quasi deceptoria argumentatio: scilicet cū ab eo, qđ verum est, venitur ad id quod est euidenter falsum: vt ff. tit. j. l. natura cauillationis. hoc autem fit per breuissimas mutationes terminorū dissimilr acceptorū: vt in hoc exēplo: Res diuinæ ĩ bonis nulli⁹ sūt. at qđ ĩ bonis nulli⁹ est occupāti cōcedit. ergo res diuinę occupāti cōcedūt. qđ falsū est: imò interdicta proponūtur cōtrà occupātes res sacras & religiosas: vt ff. de interdi. l. ij. §. interdicta. ne quid in loco. sa. fi. l. j. & de sepul. vio. l. prętor. In hoc autē interdicto medius terminus, scilicet dictio nullius, dissimiliter accipitur: cū in propositione verbum nullius ad hominē referatur: in assumptione ad hominē pariter & ad eum. Res autem diuinæ in bonis

EA est natura[a] cauillationis[b], quam Græci σωρίτην appellant, vt ab euidēter veris, per breuissimas mutationes disputatio, ad ea quæ euidenter falsa sunt, perducatur.

Idem libro 40. digestorum.

LEX LXVII.

MArcellus[c] ait, Definit debitor esse is qui nactus est exceptionem iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem[d].

Idem libro 71. digestorum.

LEX LXVIII.

QVoties[e] idem sermo duas sententias exprimit: ea potissimum accipiatur, quæ rei gerendæ † aptior est.

† Concor. text cū gl. & ibi no. in fi. extra de testa. & in c. capitulū. in fi. in gl. ĩ verb. relaxetis. extra de rescrip.

Paulus libro singulari de dotis repetitione.

LEX LXIX.

IN omnibus[f] causis id obseruatur, vt vbi psonę cōditio locum facit beneficio: ibi deficiente ea, beneficium quoq; deficiat: vbi verò genus actionis id desiderat, ibi ad quēuis persecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij.

Idem lib. singulari de agnatione libertorū.

LEX LXX.

INuito[g] beneficium nō datur.

Vlpianus libro primo de officio procōsulis.

LEX LXXI.

NEmo potest[h] gladij potestatem sibi datam, vel cuiusuis alterius coërctionis,[i] ad alium transferre.

Iabolenus libro 3. de posterioribus.

LEX LXXII.

FRuctus[k] rei est, vel pignori dare licere.

Idem libro 2. de officio proconsulis.

LEX LXXIII.

nullius, scilicet hominis sunt: in bonis tamen Dei sunt, hominū scilicet cōstitutione, & ad eius honorem specialiter designatæ. At feræ bestiæ neq; in bonis hominis sunt, neq; in bonis Dei designatæ hominum constitutione. & hoc secundùm Bul. Vel aliter pone fructus rei, est pignori dare licere: vt j. eo. fructus. & ff. de vsur. l. fi. sed omnis fructus rei pertinet ad fructuarium: vt ff. de vsufr. l. vij. ergo licere dare pignori pertinet ad eum: quod est falsum: vt C. de vsufru. l. interest. Item & hîc est deceptio: quia verbum fructus, in propositione pro vtilitate quadam ponitur: in assumptione verò ponitur pro commodo ex ipsa re prouenien te: vt ff. de vsufru. leg. l. item si fundi. Vel aliter: id demum potest seruo alieno legari, quod posset si ipse liber esset. sed si liber esset, non posset ei legari quādiu seruit: ergo nec cū seruus est, sic ei legari potest. Sed hæc argumentatio fit secundùm quid & qualiter: & ideò calumniosè: vt ff. de lega. ij. debitor. §. seruo alieno. sic enim fit cauillatio: vt suprà, de reg. ca. l. j. Azo.

b Cauillationis.] apud nos cauillatio: apud dialecticos fallacia.

c **M**Arcellus.] In exceptione pacti promptum est exemplum, quæ vinculo naturalis æquitatis sustentatur: vt ff. de pac. l. j. in princ. & de sol. Stichum. §. naturalis. sed si in ea ponitur, non video ad quid dicitur debitor: cùm nec petitio nec retentio detur: nisi dicas, φ in nudo pacto facto de petendo potest prima actio adiuuari: quod nō posset si in nullo debitor esset: vt ff. de pac. si vnus. §. pactus. Vel nisi dicas pactū de nō petendo factum per metum vel dolum. Sed dices, tūc abhorret à naturali æquitate. Sed dicam illud propter accidens, nō propter ipsius naturam pacti. Vel dic secundò, φ mutuaui filiofa. exceptionē Maced. habenti. Item si quis impetrauit ne vsq; ad certum tempus teneatur soluere, tenet rescriptū: vt C. de preci. Impe. offe. quoties. vel etiā in perpetuum secundū Azo. si dicat, non obstante aliqua lege, & maximè si propter aliquam publicam vtilitatē fiat. Item per hoc, quia non abhorret. i. non discrepat vel discordat à naturali æquitate, cum lege diuina & humana statutum principis est tenendum: vt ibi, Omnis anima subsit principi tanquā præcellenti, & ducibus ab eo missis. Item dicit propheta, φ hoc ius Regis est &c. vt in prin. constitutionis. ff. no. Item cùm contineatur in lege diuina, vt dictum est: ergo est ius naturale: quia ius naturale est, quod in lege & in euangelio continetur: vt in decr. c. ius naturale. Et possunt dici debitores eo, φ si soluunt, non repetunt: vt suprà, de condi. inde. qui exceptionem. & ff. quod quisq; iu. l. iij. §. fin. Item qđ dicit debitorem: sub. etiam propter prędictos effectus: tamen improprię: vt. ff. tit. j. l. debitorem.

d Abhorrentem.] id est discrepantem. Accursius.

e **Q**Voties.] Filij naturales quādoq; dicuntur ad differentiā adoptiuorum, quādoq; ad differentiam legitimi: vt bastardi. Cū ergo dicitur, filij naturales sunt in potestate patris vel parentum: vt insti. de adopt. in princ. intelligēdū est de naturalibus & legitimis. si enim intelligeretur de naturalibus tantū: falsum esset, & contrariū iuri: vt insti. de nup. §. fi. Itē cū reperitur, φ naturalibus filijs pater nō potest relinquere nisi vsq; ad certū modū: intelligendū est de naturalibus tātum: vt C. de natu. lib. l. ij. nam legitimi & naturales in vniuersum possunt institui. Dic ergo sententias. i. duarū rerū significationem. & hoc siue fit in legibus, vt casum posuit. ff. de leg. & senatuscō. l. in ambigua. siue in stipulationibus: & sic etiam potest poni casus per l. ff. de verbo. obli. quoties. siue in testamentis: & sic etiā potest poni. ff. de re. du. quoties. & hæc dicitur aptior expositio, vt res valeat potius, quàm pereat; & non sit contraria iuri.

f **I**N omnibus.] & patronus & parens & similes personæ inquantū facere possunt condemnantur: hæredes tamen eorum hoc beneficiū non habent: vt ff. de re iudi. patronus. & l. inter. & l. si fideiussor. §. si maritus. & l. sciendum. nisi in casu: vt ff. so. ma. l. etiam. in prin. Item priuilegium, quod habet mulier vt præferatur alijs creditoribus, non datur hęredi: vt C. de priui. credi. scire. nisi filijs: vt C. qui po. in pigno. l. fina. Item beneficium vt pupillus præferatur alijs creditoribus: vt ff. de priui. credito. dabimus. §. si quis. non habet hæres pupilli illud beneficiū: vt ff. de admini. tu. l. ex pluribus. Item ad hoc ff. de dolo. l. hæredibus. Vbi autem genus actionis priuilegium in se cōtinet: vt si agat quis pro expēsis in funere factis: vt ff. de relig. l. penul. vel quia in refectione tradita est pecunia: vt ff. q po. in pign. l. interdum. priui. hæredi dabitur: vt hîc, & j. e. priuilegium. & ff. de relig. si filius. §. hæc actio. & ad hoc ff. de aqua coti. & æsti. l. j. §. permittitur. & de cen. forma. §. quanquàm. & de constitu. pec. l. j. §. fina. Priuilegium actionis etiam dici potest: quia ex mora generat vsuras: sicut euenit in omnibus bonæ fidei iudicijs: vt ff. de vsur. l. mora. §. in bonæ fidei. Fallit autem hæc regula in prima parte, in restitutione in integrum: vt ff. de in integ. rest. l. non solum. & beneficio Velł. vt C. ad Velł. in hæredes. Apparet ex præmissis, quòd vbi dicitur genus actionis: subaudi, vel causa propter quam datur actio: vt in d. l. interdum. Et quod dicit Desiderat illud, scilicet beneficium: vel quia pręfertur alijs: vel quia vsuras generat ex sola mora.

g **I**Nuito.] Hæc regula vera est in omni priuilegio fauore alicuius indulto: vt C. de pact. si quis in conscribendo. Item pone vt suprà de mino. l. si iudex. vbi minor inuitus non vtitur beneficio restitutionis. Idem dices in beneficio quod non fit priuilegium: vt ff. de do. hoc iure. §. non potest. beneficium enim affert gaudium capienti: & inuitus nemo gaudebit: vt constitutione feudorum, titu. qui ex cau. feudum. Hæc autem regula fallit: vt suprà de liber. cau. l. ij. & iij. & iiij. & suprà de appel. non tantum. Item per medium confertur beneficium, non dico priuilegium: vt suprà de nego. gesto. soluendo. & de solu. si debitor tuus. Accursius.

h **N**Emo potest.] Potestas gladij est, animaduertendi in facinorosos homines, id est ĩ animata corpora. & sic infertur pœna corporalis. Et quod subijcit, Alterius coërctionis, scilicet quæ adimat libertatem vel ciuitatem: quæ omnia dicuntur capitalia: vt ff. de pu. iud. l. ij. & dicūt cōsistere in mero imperio: vt ff. de iurisf. om. iu. l. iij. & sunt exēpla dictarum pœnarum: vt ff. de pœ. si quis fortè. §. fi. Est quoddam tertium, scilicet coërctio modica, quæ inest iurisdictioni. Prima duo non demandantur: vt hîc, & ff. de off. eius cui man. est iurisf. l. j. in princ. Tertium, sic cum iurisdictione: vt ff. de off. eius cui man. est iurisf. l. fi. Et qđ dixi ff. duo prima nō delegari: fallit, quādo cōtingit abesse eum qui habet cognitionem: quia tunc demandat quo ad cognitionem: vt ff. de offi. eius cui man. l. j. §. huius. Item fallit in legato proconsulis, qui cognoscit etiam præsente proconsule, sed non pronunciat: vt ff. de offi. p. consul. l. solent. in prin. & est in eo speciale, vt ibi dicit: qui etiā cognoscit & pronunciat de crimine suspecti: vt ff. de off. eius cui man. l. cognitio. & insti. de suspe. tuto. §. datum.

i Coërctionis.] magnæ. Accursius.

Studij ratio ne permittitur, qđ aliàs non.

k **F**Ructus.] Inter alias vtilitates, quas ex rebus homines cōsequūtur, cursus naturæ in hac tenacissima iouis ætate (in qua vtilitas pignorum irrepsit: vt ff. de constit. pecu. l. qui autem. §. si quis.) hoc commodum præcipuè scholaribus deputauit, vt liceat eis pignori dare atq; obligare, & pecuniam accipere, quatenus studium continuetur. hoc est quod ait regula. Vel, pro saltem. Vel dic, fructus, id est vtilitas. nam inter cæteras vtilitates, quas habemus ex rebus nostris, hæc est vna, vt possimus obligare. nam aliàs creditor non crederet: vt ff. de constit. l. qui autem. §. si quis. & institu. qui. mo. re con. ob. §. vlti. Sed si rem meam possides quam euinco cum fructibus percipiendis: quia possides sine ti. & mala fide: vt ff. de rei ven. l. si nauis. an & hoc debeat æstimari quòd potui obligare si habuissem: per quod damnum fortè habui? Respon. sic per hanc. l. & ff. de vsu. l. fructus. Item an hæc computantur in fructu quanti locare potui? Respon. sic, per hanc. l. vt ff. de vsur. l. videamus. §. præterea gallus. nam res vel ad hoc locatur vt liceat eam obligare: vt ff. de præ. ver. rogasti. §. j. & ff. commo. si vt certo. §. nunc videndum, æstimabitur ergo hoc in fructu: vt hîc, & d. l. ff. de vsur. l. fin.

Item op.ſi hic eſt fructus rei:ergo pertinet ad fructuarium:ergo obligat: quod eſt falſum : vt C.de vſufruct.l. intereſt. ſed dic fructus id eſt vtilitas,non fructus ex ipſa re proueniens:vt not.ff.eo.l.ea eſt natura. Accurſius.

OMnia [a] quæcunque cauſæ cognitionem [b] deſyderant, per libellum expediri non poſſunt.

*Vlpianus. LEX LXXIIII.

QVò† tutela [c] redit:eò & hæreditas peruenit,niſi cùm fœminæ hæredes intercedunt. ¶Nemo [d] poteſt tutorem cuiquàm dare niſi ei quem in ſuis hæredibus cùm moritur habuit, habiturúſve eſſet,ſi vixiſſet. ¶Vi factũ [e] videtur id eſſe quod de re qs cùm prohiberetur fecit. Clàm,quod qſq; cùm controuerſiam haberet,habiturúmve ſe putaret,fecit. ¶Quę in teſtamento [f] ita ſcripta ſunt, vt intelligi non poſsint:perinde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent. ¶Nec paciſcendo [g],nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere [h] poteſt.

*Pomponius. LEX LXXV.

NOn debet [i] alteri per alterũ iniqua conditio inferri.

Idem libro 3.quæſtionum. LEX LXXVI.

NEmo† poteſt [k] mutare cõſiliũ ſuũ in alterius iniuriam.

Idem libro 23.quæſtio. LEX LXXVII.

IN totum [l], omnia quæ animi deſtinatione agenda ſunt:non niſi vera & certa ſcientia perfici poſſunt.

* Aliàs, Quintus Mutius Sẽpronius li. ſignifica.

+ aliàs.incipit, Quintus Mutius Sempronio Quò &c.

* Aliàs, Paulus lib. v.quæſtio.

† Concor. text. in cano.primum xij. q. ij. ibi dum dicit, qa nulli &c.

Excuſatio à tutela non datur niſi cã cognita: & ille libellus offerri debet.

a OMnia.] Si vis omnia habere plana : dic per libellum id eſt per ſententiam latam partibus abſentibus. & ad eos velut epiſtolam miſſam.hoc enim fieri non poteſt:vt ff.de re iudi.l. de vnoquoq;.Sed interlocutoria poteſt fieri quandoq; abſente parte, vt ff. de arbi.l.diem proferre.in princi.& ſecũdùm hoc expone cauſæ cognitionem planã. quod eſt vbicunq; danda eſt ſentẽtia diffinitiua : vt C.de iudic.l.iudices. Alij dicunt per libellum datum iudici:vbi ſcilicet non debet dari libellus:& erit exemplum in tranſactione alimentorum,& in alienationibus omnium rerum minorum, & ſimilibus: argu.C.de præ. mi.l.minorum. Hanc reprobanam excuſatio à tutela non datur niſi cauſa cognita:& tamen libellus dari debet.vt ff.de excu.tu.l.ſcire oportet. §. oportet. Et quod dicitur in eo.titu.l.excuſare.eſt verum de abſente:vt abſens per epiſtolam & libellum non poſsit ſe excuſare : præſens verò ſic. Tertij dicunt per libellum ab ordinario alicui delegato:in quo contineatur cauſæ delegatio.hæc eſt communis poſitio. Op.ergo de in integ.reſti.quæ datur cauſa cognita:vt ff.de in integ.reſti.l.omnes. & tamen demandantur:vt C.vbi & apud quem in integ.reſti.l.fin.in fi.ſed in ea ſpeciale. Item op.de ijs quæ cognoſcuntur, cum cauſæ cognitione ſummaria:vt ff.de offi.eius cui man.l.cognitio.§.vt poſſeſsio.& de ven. in poſ.mit.l.j.§.ſi ea.& de ſimilibus quæ dices ff.ad exhi.l.iij. §.ibidem. Reſpon.locum habere regulam in ijs quæ plenam non ſemiplenam cauſæ cognitionem deſyderant. Op.de cognitione ſingularum cauſarum ciuilium quæ ſunt pleniſsimæ:vt C.de iudi.l.iudices. & tamen demandantur : vt C.qui pro ſua iu. l.j? Reſpon.hîc loquitur in his qui magis offic.iud.quàm actionis iure expediuntur:vt eſt in tranſactione alimentorum, & bonorum poſ.dandis:vt ff.de tranſact. cùm hi. §. ſi prætor.& §.ſed nec. Item in dilationibus indulgendis:vt C.de dila.à procedente. Item op.C.de offi.eius qui vi.alter.l. ſuggerentem. Reſpon. hi qui in locum decedentium ſubſtituuntur, non habentur pro dele. cum ordi.iur.à lege conſequantur:vt ff de tu.& cura.da.l.j. Quartò ponunt quidam caſum quòd non poſsit delegare : vt vnus ſcilicet ſcribat ſententiam:& alij iudici committat legendam : vt C.de ſenten.ex breuic. reci.l.ij.vel reſeruata ſententia ſibi, cætera committat.quod non poteſt niſi audiat:vt C.de iudi.authen.ad hæc. Accurſius.

b ¶Cognitionem.] id eſt plenam decre.interpoſitionem.

c QVò tutela.] Si quis ad tutelam alicuius vocatur vt proximior: vocari ſimiliter debet ad ſucceſsionem:vt hîc, & in authen. de hæ.ab inteſt.§.ex his.& inſtit.de leg.pa.tu.§.ſi.& ff.eo.ſecundùm naturam.cuius.l.hæc eſt filia. Excipitur autem mulier niſi mater ſit & auia:vt hîc, & d.§.ex his. Item excipitur & minor:vt C.de leg.tu.l. fin. Quod ergo dicit quò id eſt ad quem locum.& quod dicit redit, melius dixiſſet econtra redit id eſt peruenit.& j.peruenit id eſt redit. ſed ideo quod erat vnius,alteri atribuit,vt oſtenderet alterum ſine altero alicui non debere contingere. Item hæc lex locum habet quando iure agnationis vel etiam cognationis hodie deferũtur. Quid autẽ ſi teſtamento detur tutor,vel à iudice:cùm alius eſſet cognatus cui deferebatur tutela? Reſpon.ſi cognatus ratione ætatis non admittatur:certum eſt.idem ſi quam excuſationem habet.at ſi nullam:tunc videtur habere locũ hęc regula:vt excludatur agnatus:& teſtamentarius vel datiuus tutor vocetur ad hæreditatem:ſed contrà puto ſecundùm Azo.argu.C.de codi. l.fi.§.ſi quis verò.at ſi nullus ſit cognatus : datiuus vel teſtamentarius admittitur ex hac regula.

d ¶Nemo.] Pone caſum vt inſti.qui da.tu. poſ.§. permiſſum. & §. cùm autem.ſi ergo emancipato detur tutor:nõ tenet datio,ſed cõfirmatur: vt eo.titu.§.vlti.ſicut in matre quæ filium inſtituit, & ei tutorem dedit:vt C.de teſta.tu.mater. Idem dic in ſuis hæredibus id eſt inter ſuos hæredes.& qui ſint,dic vt inſti.de hæ.qua.& dif.§.ſui.& inſti.de hære. ab inteſt.§.ita autem. Sunt ergo filij & inferiores ſi nemo eos præcedat:& quandoq; etiam ſi alius præcedat:ſi modò in poteſtatem non ſit recaſurus:quod contingit in duobus caſibus:vt inſti.qui.mo.ius pat.pote.ſolu.§.hi. Item dic nemo etiam miles:vt ff.de teſtamen.tute.l.ij.& iij. Accurſius.

e ¶Vi factum.] Si te facientem aliquid in meo prohibuero (quod ſit tribus modis:vt ff.de ope.no.nun.l.de pupillo.§.meminiſſe.) & tu facis contra:videris facere vi:vt ff.quod vi,aut clàm.l.j.§.quid ſit vi. Hæc tamen nunciatio quandoq; licitè poteſt ſperni:vt ff.de ope.no.nun.de pupillo.§.ſiquis riuos.& de cloacis.l.j.§.ſi,quis purganti. Si verò non prohibui aliquo de tribus modis : tu verò credebas futuram tibi controuerſiam ſi ſciſſem,aut credere debebas:clàm videris feciſſe : vt ff. quod vi,aut clàm.l.iij.§.fina. & l.ſeruus. Item not.quòd hæc nunciatio remittitur tribus modis : ſcilicet ſi eſt ſatiſdatum . Item ſi ſtet per nunciantem quò minus ſatiſdetur. Item quando remittitur expreſsè:vt ff. de remiſ.l.j.& de oper. no. nun. quia in re. §. ſi is cui nunciatum eſt in l. de pupillo.

f ¶Quæ in teſtamento.] Si teſtator aliquid tibi legauit, & ante conſummationẽ teſtamentum ſit deletum, vt legi non poſsit:ſiue conſultè, ſiue inconſultè : non valet legatum . ſi autem poſt perfectum: tunc ſi conſultè, repelleris exceptione : aliàs non : vt ff. de ijs quæ in teſtamen. l. j. §. ſed & ſi legi.& §. ſed hoc ita. & §.ſed cõſulto.ſed vt cõpetat ſecundum tabulas oportet extare tabulas tempore mortis. Vnde ſi ante deletæ ſunt etiã inconſultè, nocet inſtituto:vt ff.de ſecun.tabu.l.j. §.ſemel. Vel dic ſecundò ad literam : quia legi poteſt, ſed non intelligi, quia nullum ſenſum ſuſtinere vllo modo poteſt.

g ¶Nec paciſcendo.] Tria dicit.nam ſiue nudo pacto tantum interueniente,ſiue contractu aliquo, & incontinenti adhibito pacto, ſeu lege,ſiue etiam ſtipulatione alteri cauere volui, & non potui:vt hîc,& in ſtitu.de inuti.ſtipu.§.alteri. Fallit autem hæc regula in multis caſibus:vt ff.de pac.ſi tibi.§.vlti.& l.ſequen.vſq; ad l.ſi vnus.& ff.ſi cer.pe. l.certi condictio.§.ſi nummos.& ff.de verbo.oblig.l.liber homo.§.fin. & l.quodcunq;.§.ſi ita.& in alijs quos not.inſtit.de inuti.ſtip.§.ſi quis alij. Accurſius.

h ¶Cauere.] id eſt acquirere. Accurſius.

i NOn debet.] Pone vt C.de acquir.poſ.l.fi.§.ſin autem necdum.& C.de tranſact.l.tranſactione matris.& de pac.l.ſeruus.& l.filius. & ff.de alie.iud.mu.cauſa fac.l.j.& ff.de diuor.ſi filia.& de aqua plu.arcen.l.j. §. de eo opere. Et not. quòd iuſtitia eſt conſtans & perpetua &c.& ab ea veluti à matre deſcendit ius,quod tria nobis dat præcepta,ſcilicet honeſtè viuere:alterum non lædere:& ius ſuum vnicuiq; tribuere:vt inſtitu.de iuſti.& iur.in prin.& §.iuris. De medio præcepto hic tantum dicit,quo dicitur alium iniuſtè vel iniquè non affligi per alterum,ſed iuſtè plerunq; affligitur:vt ecce à iudice:vt ff.quod me. cauſa.l.iij. Item à priuato ad ſui defenſionem:vt ff.ad leg. Aquil.ſcientiam. § qui cùm aliter. Item à priuato ad vindictam:vt C.quando liceat vnicuiq; ſine iudice l.j. Quid ergo erit ſi vnus alium iniuſtè affligat? Reſpon.quandoque habetur pro infecto:vt ſuprà de repu.ſi filia. quandoque pecuniariter punitur : vt ſuprà de alie. iudic. l. j. quandoq; criminaliter ſecũdùm varietatem delictorum : vt ff.de pœ.ſiquis fortè. §.vlt.& l.ſe.

k NEmo poteſt.] Si negotia tua bene geſsi, & expendi : & tu me poſtea prohibeas, vt per hoc non tenearis ad præteritas expenſas:non præiudicas mihi:vt C.de neg.geſt.l.fin. Item procurator meus accepit poſſeſsionem pro me:& poſtea dereliquit vt alius accipiat. non præiudicat mihi:vt C.de acquir.poſſeſ.l.fina. quod expone vt ibi. Vel tertiò pone in hærede qui volens prius adire ex teſtamento, poſteà in fraudem legatariorum voluit adire ab inteſtato:vt ff.ſi quis omiſ. cauſa teſta.per totum titu. Item poteſt poni.ff.de tranſact.l.iij. Sed contra huic regulæ. ff. de col.bono. nunquam, vbi filius emancipatus voluit cauere de collatione:& ſic tota hæreditas remanebat fratri inſtituto. nam poteſt pœnitere. Solut. ibi non dicitur frater habere damnum: ſed magis dicitur non lucrari:inter quæ eſt differentia : vt C.de codi.l. fina.§.non enim.nam damnum à diminutione patrimonij dicitur:vt ff. de dam.infec.l.iij. Item contrà ff.de ſolu.l.cùm quis.§.ſi debitorem.vbi mandaui debitori meo vt ſolueret Titio : poſteà eo ignorante vetui Titium accipere.nam videtur quòd poſsim petere:& ita non liberatur debitor ſoluens poſteà Titio,ſicut ſi non pœnituiſſem:ſed certè imò liberatur ſi eſt ignorans reuocati mandati, vel ipſo iure, vel per exceptionem:vt ibi dicitur:& ſic non habet damnum : nam hîc iniuriam pro dãno accipimus:vt & ff.ad leg. Aquil.l.ſed & ſi quemcunq;.§. item iniuriam. Accurſius.

l IN totum.] id eſt totaliter.pone in delictis:vt C.ad l. Corne. de ſica.l.j. Sed fallit:quia quandoq; delinquitur ſine voluntate : & certa ſcientia:vt ff.ad leg. Aquil.l.ſcientiam.§.pe. Item in contractibus:nam & ibi præuenit animus cõtrahendi:vt ff.commo.l.in cõmodato.§.ſicut. & C.de do.l.nec ignorans. Sed fallit in pupillo qui ſine affectu animi

& certa

& certa scientia acquirit ex contractu: vt C. de acquir. pos. l. donatarũ. & ꝭ. rem pu. sal. fo. l. ij. Item potest poni in testamentis, nam verè de statu suo debet certus esse testator. alias non valeret testamentum: vt ꝭ. de testa. l. de statu. & de leg. iij. l. ij. in prin. & de acqui. hære. eũ. qui, duobus. Sed fallit de leg. j. qui quartam. Item potest poni in aditione hæreditatis quæ fit animo: ergo à sciente & intelligente: non ergo à pupillo sine tutore: vt ꝭ. de ac quir. hære. pupillus si fari. & instit. de author. tut. §. neq; autem. & ꝭ. de iur. & fac. igno. l. fin. Quòd ergo dicit in totũ, dic id est omnino. q. d. hæc regula non fallit: vel raro fallit. Accur.

† Concor. text. in cap. actus. de re. gu. iur. l vj. gl. in c. iij. de elec. in vj.
* In excep. scriptis legi tur, serui adoptio.

Idem libro 29. quæstionum.

LEX LXXVIII.

Actus† legitimi[a], qui non recipiunt diem vel conditionem, veluti emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, serui optio, * datio[b] tutoris, in totum vitiantur per temporis vel conditionis adiectionem. Nonnunquam tamen actus suprascripti.[c] tacitè recipiunt, quæ apertè comprehensa vitium afferunt. nam si acceptum feratur ei[d], qui sub conditione promisit: ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis cõditio extiterit. quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullius momenti faciet actum.

a Actus legitimi.] Legitimus actus est à quacũq; parte iuris sit inuentus: qui sunt vj. vt ꝭ. de iusti. & iur. l. ius ciuile. Horum autẽ actuum quidam recipiunt diem vel conditionẽ: et de his hîc nõ dicit. Alij non recipiunt: qui enumerãtur hîc tacitè: tamẽ quãdoq; inest dies vel conditio: vt in accep. hîc dicit. Idem in datione tutoris à iudice facta, quæ non recipit expressam, vt hîc dicitur, sed tacitam: vt instit. de Attil. tu. §. sed & si in testamento. & §. idẽ si purè. Sed datio quæ fit in testamento, expressam vel tacitam recipit cõditionem, vt instit. qui da. tuto. pos. §. ad certũ. Nec ob. ꝭ. de tute. muto. §. pe. vbi à iudice datur sub conditione, id est si satisdederit: quia pura est. & dic si id est quia satisdabit: vt ibi dicitur. At emãcipatio, & serui optio, & hæredi. aditio neq; expressam neq; tacitam conditionem recipiunt. & de aditione hæreditatis habes ꝭ. de acquir. hære. eum qui. in fi. Item de optio. serui habes insti. de leg. §. optionis. Quod ergo hic subijcit actus supradicti: dic duo tantum: scilicet acceptilatio, & tutoris datio. Item est & alius qui non recipit diem, vt adoptio: vt ꝭ. de adopt. l. si tibi. Item institutio hæredis non recipit diem, licet conditionem sic: vt infr. de hære. insti. §. hæreditas. Item quid in sponsalibus & in matrimonio? Respon. fortè recipiunt diem & conditionem, cùm fiant consensu: vt ꝭ. de spõ. l. iiij. Item tutoris authoritas non recipit diem vel conditionem: vt ꝭ. de aut. præstan. l. & si conditionalis. Alij autem ciuiles actus recipiunt: vt insti. de ver. obli. §. omnes. & contractus emphyteosis: vt C. de iu. emphy. l. j. in prin. Item institutio hæredis conditionem recipit: vt dixi. & constituta pecu. vt ꝭ. de consti. pec. id quod. & emptio, & cæteri contractus, nisi inueniantur excepti. Item no. hic quòd inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat. Item expressa nocent: vt j. e. expressa. & ꝭ. de hære. insti. illa institutio. & l. talem. & l. si quis sempronium. vnde Cato. Nil tacuisse nocet: nocuit tamen esse locutum. & econtra in multis expressa prosunt: vt curiosus lector poterit inuenire. Accursius.

b ¶ Datio tutoris.] à iudice.

c ¶ Suprascripti.] scilicet acceptilatio, & tutoris datio.

d ¶ Ei.] scilicet debitori. Accursius.

Idem lib. 31. quæstio.

LEX LXXIX.

Generaliter[e] cùm de fraude[f] disputatur: non quid habeat actor[g], sed quid per aduersarium habere non potuerit[h], consyderandum est.

e Generaliter.] Siquis mala fide emit à debitore in fraudem creditoris alienante: tenetur creditoribus etiam ad percipiendos fructus id est quos actor percepisset nisi fraus prædicta intercessisset: vt ꝭ. quæ in fraud. cre. l. ait prætor. §. per hanc. Idem obseruatur in quolibet malæ fidei. possess. vt ꝭ. de rei vendic. l. & nauis. §. fi. & Quod vi, aut clàm l. semper. §. hoc interdicto. & vti posside. si duo. §. fina. & si vsufruct. peta. vsufructuario. §. fina. nisi habeat titu. vt C. de rei vendica. si fundum. Accursius.

f ¶ De fraude.] dolosi vel fraudantis.

g ¶ Actor.] scilicet fraudatus.

h ¶ Non potuerit.] fraudatus. Accursius.

Idem libro 30. quæstionum.

LEX LXXX.

Fraudis[i] interpretatio semper in iure ciuili non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desyderatur.

i Fraudis.] Hac l. vult interpretari id est apertè exponere verbũ fraudis: alias ponitur pro corrigere hoc verbum interpretari: vt j. ad Tertul. l. j. §. qui operas. & dic duo fore necesse, cõsilium, & euentũ. & est exemplum in libertatibus relictis in testamẽto in fraudem credi. directo: vt C. qui ma. non pos. l. j. sed in fideicom. sufficeret euentus: vt e. tit. l. fi. Item pone exemplum in alienatis in fraudem credi. vbi etiã hæc duo sunt necessaria: vt ꝭ. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. ita autem. Idem in liberto alienãte inter viuos: vt ꝭ. de proba. patronus. secus in vltima voluntate: vt ꝭ. si quid in frau. pa. l. j. §. j. Sed nonne solus euentus punitur sine fraude: vt ꝭ. ad le. Cor. de fica. l. lege. §. cùm quidam. & l. in lege. Item ꝭ. de custo. reo. carceri. Item ꝭ. ad l. Aquil. l. in lege. & infinitis alijs quę videtur cõtra. sed certè hic non dicit nõ puniri euentum quandoq;: sed dicit fraudem non esse sine dolo. Item contrà. ꝭ. de pact. iurisgen. §. dolo. & §. sed si fraudandi. nã ibi dixerat de dolo. & dicit non esse dictum de fraude: ergo fraus est sine dolo[a]. sed ibi impropriè dicit fraudem: scilicet pro exceptione quæ solo euentu prouenit. Accursius.

a Adde præ dictis quod not. in cle. j. per glo. & doc. extrà de vsu. & in cle. j. §. fi. de concess. præben. & in c. sedes. extrà de diuor. in anti.

Idem libro 34. quæstionum.

LEX LXXXI.

In toto[k] iure[l] generi per speciem derogatur: & illud potissimum habetur quod ad speciem directum est.

k In toto.] Pone vt ꝭ. de leg. iij. vxorem. §. codicillos. & l. seruis vrbanis. §. fina. & ꝭ. de pœ. l. sanctio legum. & not. contra. P. qui dixit. ꝭ. e. l. j. exceptionem esse de regula, nam quomodo ei derogaret? & dic vt ꝭ. eo. l. j.

l ¶ Iure.] ciuili. Accur.

Idem libro 3. Responsorum.

LEX LXXXII.

Quæ dubitationis[m] tollendæ causa contractibus inseruntur: ius commune non lædunt.

m Quæ dubitationis.] Pone casum in contractibus. ꝭ. mand. l. qui mutuam. in princ. licet sit arg. contra. ꝭ. de pac. do. l. inter. §. cum inter. & ꝭ. so. ma. si cùm dotem. in princi. Item idem potest dici in testamentis: vt C. de testa. l. testamenta. & ꝭ. de au. & ar. leg. l. pediculis. §. Labeo. Idem potest dici in statutis iuris: quod dic vt C. de repu. l. consensu. §. quod si præter hoc. vbi accusatur mulier ꝑpter matrimoniũ, quod tamen nullum est. & in authenti. de rest. & ea quę pa. §. vnum. & facit C. de interdi. ma. l. cùm proponas. Hæc autem regula patitur multas exceptiones quas dices. j. e. l. expressa. Accursius.

Idem.

LEX LXXXIII.

Donari[n] videtur, quod nullo iure cogente conceditur.

n Donari.] Naturaliter obligatus si soluat, non videtur donare: vt ꝭ. de dona. hoc iure. §. pe. & de fideius. fideiussor obligari. §. j. & de sol. Stichum. §. aditio. & hoc quãdo naturaliter ex vi pacti. secus autem si ideo quia tibi bene feci: vnde tu teneris mihi naturaliter ad antidora: vt ꝭ. de peti. hære. sed & si lege. §. consuluit. nam soluendo donas secundùm Bul. & Io. Item in casibus donat quis inuitus: vt ꝭ. loca. & cõdu. l. ex conducto. §. si ius. & l. seq. §. sed si verbo. si non est iex ibi, cum vno. nam in illa. l. cum vno, est ille. §. sed si verbo. Item & ꝭ. ad l. Aquil si seruus seruum. §. si oliuam. sed impropriè in eis dicitur donatio, cùm illa sit proprie quæ nullo iure vel naturali, vel ciuili, vel prætorio conceditur eo animo vt fiat accipientis: vt hîc, & C. de dona. l. nec ignorans. & ꝭ. de do. l. in ædibus. in fi. item quid si tantum ciuiliter debitor soluit? Respon. donat: cùm si per errorem soluat, repetitur: vt ꝭ. de condit. inde. si non sortem. §. indebitum. & §. adeò. Accursius.

Inuitus quis quãdoq; donat.

Idem libro 7. differẽtiarum.

LEX LXXXIIII.

Non videtur rem[o] amittere, cuius propria non fuit.

o Non videtur rem.] Pone ꝭ. qui. mod. vsusfruc. amitta. l. j. §. sed ita demum. item ꝭ. quemad. ser. amit. si partem. §. fina. quandoq; tamen impropriè dicitur quis amittere quod non quæsiuit: vt C. de admi. tut. l. pupillorum. & ꝭ. ad l. Aquil. si seruum meum. in fi. & institu. ad leg. Aquil. §. illud. Item similiter impropriè. ꝭ. commo. l. in commodato. in fi. & de euict. l. fi. item amittit quis decre. bo. pos. tempore quam nõ habuit: vt ꝭ. de suc. edi. l. j. §. decretalis. & facit insti. de cap. dimi. §. seruus. Accursius.

Paulus libro primo quæstio.

LEX LXXXV.

Cum amplius[p] solutũ est quàm debeatur: cuius pars non inuenitur quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur manẽte pristina obligatione. ¶ Is natura[q] debet quem iure gẽtium dare oportet, cuius fidem secuti sumus.

p Cum amplius.] Pone casum vt ꝭ. de condi. inde. si non sortem. §. si centum. item pone ꝙ debeo iter. soluo viam. repeto totam: quia est indiuidua: vt ꝭ. ad leg. Fal. l. j. §. si vsusfructus. aliud est si id quod est solutum, est diuiduum, vt pecunia vel oleum: vt ꝭ. de condic. indeb. si nõ sortem. §. idem Marcellus. in primo ergo casu est ratio, ne inuitus incidat in communionem. in secundo impossibilitas: quia non potest diuidi. item potest poni. ꝭ. de vsufru. sed & siquis stipuletur. §. quid ergo si amisso. in fi.

q ¶ Is natura.] id est naturaliter iure gen. obligatur qs ciuiliter & naturaliter in omnibus ferè contractibus: vt ꝭ. de iusti. & iur. l. ex hoc. & ita hic intelligitur. Naturaliter autem quis tenetur de iure gen. nudo pacto: vt ꝭ. de pac. l. j. in prin. At ciuiliter tantum per scripturam: vt insti. de lite. ob. Accursius.

Idem libro 6. quæstionum.

LEX LXXXVI.

In ambiguis[r], ꝓ dotibus respõdendum est.

r In ambiguis.] id est dubijs. Si pater promisit pro filia dotem, & ambiguum sit an de suis vel filiæ bonis promiserit, præsumitur de suis: vt C. de do. pro. l. fina. item poni potest ꝭ. de iu. do. si ego. §. si res. Item secundùm Ioan. in fœmina intercedente pro dote an habeat

Velleia.vel non : dicitur quòd non : vt C.ad Velleia.l.fina.& ℥.de iure do.l.promittendo.in prin.Item poteſt poni.℥.de pac.do.ſi conuenerit.

dere melius[a] eſt.¶Nō eſt nouū[b], vt quæ ſemel vtiliter conſtituta ſunt durent:licet ille caſus extiterit[c],à quo initium capere non potuerunt.¶Quoties[d] æquitatē deſyderij,naturalis ratio,aut dubitatio iuris moratur, iuſtis decretis res temperanda eſt.

Idem libro 6.quæſtionum.

LEX LXXXVII.

NOn ſolet[e] deterior conditio fieri eorum[f] qui litem conteſtati ſunt,quàm ſi non eſſent,ſed plerunq; melior.

Idem libro 13.quæſtionum.

LEX LXXXVIII.

NEmo enim perſequendo deteriorem cauſam,ſed meliorem facit.Deniq; poſt litem conteſtatam hæredi quoq; proſpicitur:& hæres tenetur ex omnibus cauſis.

Scæuola libro 5.quæſtionum.

LEX LXXXIX.

NVlla[g] intelligitur mora ibi fieri,vbi nulla petitio eſt.

Paulus lib.quæſtionum. LEX XC.

a ¶Melius.]quàm contra dotes.Accurſius.

b ¶Non eſt nouum.]ſi id quod teſtator mihi in diē debebat, vel ſub conditione legauerat mihi purè : valet legatum : licet viuo teſtatore dies vel conditio extiterit:& ita peruenit ad eū caſum à quo incipere nō poteſt:vt inſtit.de lega.§.quòd ſi in diem.Item ſiqua mulier à me repudiata nupſerit Seio quē ego poſteà arrogaui:nihilominus inter hunc filium meum adoptiuum & vxorem eius remanet matrimonium : vt ℥. de ri.nup.l.ſi qua.licet peruenerit in eum caſum à quo incipere non poteſt.filius enim adoptiuus etiam emancipatus non poteſt accipere vxorem quondā patris adoptiui:vt ℥.de ri.nup.l. adoptiuus.in princi.Item poteſt poni per hanc.l. ℥.de ver.obli.l.pluribus. §.& ſi placeat.& l. exiſtimo.& de ſerui.l. pro parte.Sed arg.contra.℥. de ijs quæ pro non ſcri. l.ſi in metallum. §. item ſi ſeruo. Et not. contra hanc regulam,quia quādoq; aliquid vitiatur licet peruenerit in eum caſum,à quo incipere poteſt:vt ecce filio emancipato aſsignare libertum poſſum:vt ℥. de aſſig.liber.l.vtrum. ſi tamen filio in poteſtate conſtituto aſsignauerim,eumq́; poſteà emancipauerim:finitur aſsignatio:vt inſtitu.de aſsig.lib.§.vnde quærebatur. ſed ſecundùm Vber.aliter poteſt fieri relatio in l.vtrum.Item no.quòd ad hanc poteſt adaptari illud generale quòd multa impediunt ordinandum,quæ non impediunt ordinatum : quod dic vt ℥.de ijs qui ſunt ſui vel alie.l.patre.Accurſius.

c ¶Extiterit.]ſcilicet nunc.Accurſius.

d ¶Quoties.]Si tibi promiſero partum ancillæ arethuſæ:ſi me cōuenias antequam pariat:licet æquum ſit tuum deſyderiū:quia purè fuiſti ſtipulatus:tamen quia non poteſt ſolui adhuc,decretum iuſtum interponetur vt differas:vt ℥.de verb.obli.l.interdum.& dices j.eo.nihil peti.Item hæres inſtitutus ſi conuenitur pro legatis.& dubitat de Fal. licet æquum ſit legata ſolui:non tamen præſtabuntur niſi præſtita ſatiſda.quanto plus acceperit:vt & ℥.ſi cui plus quam per.l.Fal.per totū. Sed dicet quis:hîc non eſt dubitatio iuris, ſed facti. Reſpon. etiam in iure poteſt errare hæres.Quid enim ſi ignoret quædā imputari in Fal. quæ non imputantur:vt puta naturale debitum quod pup.ei debet vel econtra:& quia dubitat,petat ſibi caueri:vt ℥.de ſo.Stichum. §. aditio.& ad.l.Fal.ſi pupillus.Item quid ſi dubitat de quibuſdā legatis valeant vel non.Accurſius.

e NOn ſolet.]Melior ſit conditio quia perpetuatur actio in.xl. annos:vt C.de præſcri.xxx.an.l.fi.niſi in actiōe de dolo:vt C.de do. l.fi,& de in inte.reſti.vt C.de temp.in inte.reſti.l.fi.aliud eſt in vtili reſti.vt ibi no.licet quidam contra.Item fit melior:quia fit trāſitoria hæredibus,& in hæredes:etiam ſi aliàs non tranſibat:vt inſti.de perpe.& temp.ac.§.pœnales.& j.e.pœnalia.& ℥.de ac.& obl.omnis.& l. ſciēdū. Sed hoc fallit in ſti.operarum,quæ non vadit ad hæredes:vt ℥.de ope. li.l.ſi operarum.Item in actione de dote:vt C.de rei vxo.actio.§. videamus.& in alio:vt ℥.ne de ſtatu defun.l.j.§.ſed interdum.& in act.in factum quæ datur patrono & patri.vt ℥.de in ius vo.l.pe.ſed in hac puto ſecus. Item fit melior in fructibus & in vſuris ſi ante non fuerat in mora bona fi.vt ℥.de vſur.l.videamus.§.ſi actio.& C.vt lit.pen.l.ij.Itē fit melior:quia conuentus noxaliter exinde non poteſt cedendo ſuam partem liberari:vt ℥.de noxa.ſi ſeruus communis furtum. Item exemplum.℥.de leg.j.ſi pluribus eadem res.in fi.& de ſol.ſiquis ſtipulatus fuerit decem in melie.in prin.& §.j.& de verbo.oblig.ſi Titius & ſeius.& de compen.l.in rem.Item in caſu fit deterior conditio.& ſic fallit regula iſta:vt ℥.de verb.oblig.ſiquis ſtipulatus.nam poſteà non variat. & continua.l.ſeq.cum iſta.Accurſius.

f ¶Eorum.]actorum.

g NVlla.]Pone in pupillo q̃ pmiſit ſine tutoris authoritate:vt ℥. de verb.oblig.ſi pupillus.Sed contra.C.de pac.l.ſi pacto.& de contrahen.ſtip.l.nuda.in quibus nudo pacto aliquid conueniſti:alioqn pœnam:& incidis in pœnam propter moram pacti.Sed reſponſ. imò propter conditionem quæ extitit.ſic & ℥.de verb.oblig.ſi Titius. dic ergo nulla,ſcilicet nec communis,nec ſpecialis:quæ quid ſit,& eius effectus, dic vt ℥.de vſu.l.mora.Item quod dicit ibi id eſt in ſo.ipſius rei id eſt p qua re.Item nulla petitio,quia naturalis obligatio tantum:vel quia naturalis & ciuilis,ſed exceptione repellitur:vt ℥.ſi cer.pe.l.lecta.§.ſed cū ſortis.per quam etiam poteſt poni hic caſus.

QVandiu[h] poſsit valere teſtamentū:tandiu legitimus[i] hæres non admittitur.

Idem lib.10.quæſtionū. LEX XCI.

IN omnibus[k] quidem, maximè tamen in iure, æquitas ſpectanda eſt.

Idem libro 15.quæſtionum.

LEX XCII.

QVoties[l] duplici iure defertur alicui ſucceſsio:repudiato nouo iure quod[m] ante defertur, ſupererit vetus[n].

Scæuola libro 5.Reſponſorum.

LEX XCIII.

SI librarius[o] in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet:nihil nocere quò minus & reus & fideiuſſor tenerentur.

*Metianus. LEX XCIIII.

FIliuſfa[p].neq; retinere,neq; recuperare, neq; adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris[q] videtur.

Vlpianus libro 2.fideicommiſſorum.

LEX XCV.

NOn ſolent[r] quæ abundant, vitiare ſcripturas.

h QVādiu.] hoc idē habes ℥. de acquir.hære.l. quandiu. & C.de ſecun. ta. l. j. & communia de ſucc.l.antequàm.Sed contrà ℥.de bo.autho.iu.poſ.l.ſi ſeruus.ſed ibi non videtur poſteà valere teſtamentum:vt ibi,& j.eo.ſi nemo.Item contrà ℥.de hære.inſti.l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus.ſed illud ꝑpter expreſſam voluntatem teſtatoris. vel melius ibi non venit legitimus ab inteſtato, ſed ex teſtamento:vt ar.℥.de vulg. ſub.q duos.ſed illud ar. capiat qui poteſt. Azo. Item cōtrà ar.℥.de Car. edic.l.ſcriptus.§.fi.

i ¶Legitimus.]ab inteſtato veniens.Accur.

k IN omnibus.]in ꝓfeſsionibus cunctis ſcilicet grāmatica:dialectica:& cæteris æquitas eſt ſpectanda:& maximè eſt ſpectanda in iure id eſt in arte boni & æqui cuius iuris merito quis nos ſacerdotes appellat:vt ℥.de iuſti. & iu.l.j.in prin.vel aliàs ſecundùm Io. in omnibus ſcilicet pactis,contractibus,& vltimis voluntatibus eſt æquitas ſeruanda,præcipuè tamen in iure id eſt in iudicio : vt & C.de iudic. placuit. & ℥.de eo quod cer.lo.quòd ſi Epheſi. §.in ſumma. & C. de teſta. præpoſteri.Accurſius.

